MELO, Gaspar de (O.S.A.)

Commentaria in Apocaplypsis Divi Joannis Euangelistae / autorem... Gasparo à Melo augustiniano... -- Pintiae : Excudebat apud Haeredes à Bernardini Sancto Dominico, 1589

[8], 955, [72] p., @4, A-Z6, 2A-2Z6, 3A-3Z6, 4A-4O6, 4P3, (?)-2(?)6, 3(?)3 ; Fol.

Colofón. -- Texto a dos col., con apostillas marginales

1. Biblia. N.T. Apocalipsis-Comentarios 2. Biblia. T.B. Apokalipsia-Iruzkinak I. Título

R-6013 Ejemp. deteriorado, falto de port., del cuaderno de [8] p., de las 144 p. iniciales del de 955 p. y de 15 p. del de [72] p. -- Datos tomados de Palau, 160477. -- Enc. perg., deteriorada


12.2013

Mosayce. neque habemus vnde id colligere possimus. neque enim quicquam hactenus dictum est ab Euangelista de Iudaicis ceremonijs: nec subitò in rem ignotam, & de qua nihil dixerat, hos rapere debebat. ex dictis potius hæc intelligenda sunt Apostolorum: vt ex Actibus. capit. 15. accepimus. vbi præceperant Apostoli his, qui ex gentilitate conuertebantur, ab Act. 15. A
Act. 15. A
Act. 15. A

di,& de quibus nihil dicebant sectato-
res Iezabel:aliud de Idolothytis, qđ
ita nunc illicitũ est,sicut tempore A-
postolorum.Negat hoc quidã vt So-
Soto. to lib.2.de iustitia& iure quæstione.
5.artic.vlti.& negare sanè videtur D.
D.Tho. Tho.12.q.103.artic.4.ad.3.Sed affirmat
Hiero. Hieronymus in fine.c.44.in Ezechie.
& in illud ad Titum.c.1.omnia mun-
Augu. da mundis.Et Augu.to.6.lib.32.cõtra
Faustũ.c.13.&to.2.in calce epistolę.154
ad Publicolam:& in lib.de Bono cõ-
iugali.c.16.quod refertur.32.q.4.Can.si
cui satius.vbi ait, satius esse fame mo-
ri quàm Idolothytis vesci.Et in Con-
cilio Gangrẽsi,siquis.d. 30. Dicitur o-
mnia manducare licere,præter Idolo
thyta. Vbi glossa expressè tenet,quod
nunquam fuit licitum, nec modo li-
cet Idolothytis vesci:quãuis nulla de
tur scandali occasio. Imo non magis
licere eorum esum,quàm in quadra-
gesima carnium.Diu etiam Augusti
ni tempore id seruatum est:vt videre
licet in Concil.2.Aureli.c.19.&.20.&
in Concil.Aurelianensi.Sed idem for
tasse omnes sentiemus, si ita vt paulo
ante dixi,intelligatur:scilicet,non esse
simpliciter illicitũ comedere Idolo-
thyta:sed esse illicitũ eomodo quo tẽ
pore Apostolorũ illicitũ erat. Tunc
autem illicitũ erat propter scandala
infirmorũ. Cũ enim Gentiles demo-
nijs immolarent, & in sacrificijs ipsis
vescerentur Idolothytis,planè qui ea
comederet ad Gentiliũ idolatriã con
uerti videretur,aut dęmones venera-
ri,quibus immolabantur. quòd si illa
homo probatæ religionis & virtutis
faceret,de quo nulla posset esse suspi
tio, nullũq; inde oriretur scãdalum,
quamuis Idolothytũ esse suspicaretur
nihil tunc peccaret.vt aperte Paul.do
1.Cor.8. cet.1.Cor.8.vbi de hac re disputat.Sci

A mus,inquit,nihil esse Idolũ in mũdo.
Et statim:quidã autem cũ conscientia
vsquè nunc idoli quasi Idolothytum
manducant,& conscientia eorum cũ
sit infirma polluitur. Esca autem non
nos cõmendat Deo.neq; enim si mã-
ducauerimus abundauimus,nec si nõ
manducauerimus deficiemus. videte
autẽ ne fortè hæc licẽtia vestra offen
diculũ fiat infirmis.Et.c.10. siquis vo- 1.Cor.10.
cat vos infideliũ ad cænã,& vultis ire,
B omne quod vobis apponitur mãduca
te:nihil interrogates propter conscię-
tiã.Siquis autem dixerit,hoc immola
tum esse idolis,nolite mãducare, pro
pter illũ,qui indicauit, & propter cõf
cientiã conscientiã autẽ dico, nõ tuã,
sed alterius:hoc quod diximus, aper-
tè in hæc duo loca Pauli explicauit
D.Tho.& Augu.de eadẽ re loquens. D.Tho.
to.6.li.32. contra Faustũ.c.13.ait:nam si Augu.
natura ipsa immolaticiæ carnis esset
C immunda,vtique & nescientẽ conta-
minaret.neq; enim eo minus ipsa es-
set, quominus à scięte acciperet. Sed
propter cõscientiã, ne dęmonib9 cõ
municasse videatur.Ita & nunc,quo-
ties scandalũ huiusmodi oriretur,pec
catũ esset,& vix aliquando fieri posset
sine scãdalo:præsertim inter recenter
ad fidẽ conuersos.Quoniã ergo Leza
bel Idolothytis vesci iubebat,& Apo
stolos calũniabatur, quod id oneris si
D delibus imposuissent: de ea re loqui-
tur nunc Dominus.Et onus illud vsq;
ad aduentũ suum teneri præcipit, eo
modo quo ab Apostolis impositũ est.

¶Breuius tamen respondeti potest:
nõ mittã,inquit,super vos aliud põd9,
ideſt,ego iugũ veteris legis vobis nõ
imposui, tamen præcepi vt mandata
mea seruaretis:& Ecclesiæ principibus
pareretis,de quib9 dixi:qui vos audit,
mę audit:& qui vos spernit me sper-
nit.

Luc.10. nit.Luc.10.Non igitur imponam vobis aliud onus:hoc tamen tenete vſq; ad finem ſeculi, atq; ita tandiu ab huiuſmodi cibis abſtinete, quandiu ab illis abſtinere præcepi.Seruemus igitur omnes nos præcepta Dei non ſolum prædicta, ſed omnia nobis tradita ab Apoſtolis donec ipſe veniat ad iudi-
Eſa.3. cium.nam vt Eſaias ait.c.3. veniet dominus ad iudiciū.Tacitè enim his verbis commendat nobis Dominus perſeueratiam in virtute & in ſanctis actionibus.

¶*Et qui vicerit & cuſtodierit vſquè inſinem opera mea, dabo illi poteſtatem ſuper gentes,& reget eas in virga ferrea, & tanquā vas figuli cōfringentur.* In primis notandū quod opera ſua vocat,
Ioa.6. quæ ipſe præcepit. Vt Ioan. 6. hoc eſt opus Dei vt credatis in eū, qui miſit
c.4. me.&.c.4.meus cibus eſt vt faciā voluntatē eius qui miſit me: vt perficiam opus eius.i.quæ ille mihi præcepit. &
c.9. c.9.me oportet operari opera eiusqui miſit me. Secūdò notandū quòd more ſolito proponit præmia perſeuranti in virtute,& vincenti ſpiritualia bella.& notādū quod in ijs præmijs redē ptor noſter ſe quodā modo coæquat cū hominib⁹ iuſtis vt eodē modo remunerētur opera iuſtorū ſicut & opera ipſius Chriſti quatenus homo eſt,& ideo dicitur in textu.

¶ *Sicut & ego accepi à patre meo.* Nā hęc poteſtas regendi,& hæc virga ferPſa.2. rea collata fuit à patre filio.Pſ.2. poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatē tuā & poſſeſionē tuā terminos ter-
Math.28. ræ,reges eos in virga ferrea. Math.28. data eſt mihi omnis poteſtas.Eſt verò cōmunior expoſitio de gubernatione &dignitate paſtorali, quam hīc Dñs promittit idoneis,& vincentibus ſuos affectus & ſpirituales pugnas. ita

A Thomas latè exponit, qui hac occaſione diligenter enumerat pericula quæ comitātur paſtorale officiū.ſimi- D.Tho.
lis videtur eſſe ſenſus Lucę.19.vbi illis Luc.19.
qui minas rectè diſpenſauerunt cōceditur vt præſint decē ciuitatibus ſicut & hīc promittitur poteſtas ſuper gen- Richar.
tes.Ita Richardus exponit, & Anſel. Anſel.
Sed hæc expoſitio habet difficultatē magnā,quia non videtur quod omni
B iuſto detur à Chriſto authoritaspaſto- D.Tho.
ralis.ad hoc reſpondet D.Tho. quod illis qui ſunt reportaturi meritum ex rectè adminiſtrata gubernatione Dei confert eā dignitatem. ſed hoc etiam mihi eſt valdè dubiū,multi enim ſanCti martyres non fuerunt prælati: qui tamen ſi prælati fuiſſent, apud Deum multū meruiſſent. ideò ſi hęc intelligentia eſt ſequenda,quod dignitas paſtoralis hīc promittatur tanquā præmiū:eſt potius ſequēdus Beda qui di- Beda.
C cit quod hęc poteſtas in hoc loco tantū promittitur eccleſiæ: & ſic ceſſant omnes obiectiones. ſed hoc etiam habet nō nihil in cōmoditatis, nam hæc promiſſio facta vincenti, perſonis ipſis in particulari,videtur facta & non eccleſiæ in communi.
Quod ſi dicat factā fuiſſe hāc promiſ
D ſionē iuſtis,quomodo id intelligi poſſit nō video.cū dicat:qui vicerit,& cuſtodierit præcepta mea vſq; infinē,dabo illi poteſtatē.vſq; infinē,inquit, ſcilicet,vſq; infinē vitę. i. vſq; ad mortē. quod ergo hīc promittit, poſt mortē dandum eſt.quare loquitur de poteſtate, quam ſancti exercebunt in die iudicij in omnes gentes,quæ Chriſto nō paruerint:iudicātes eas cū chriſto, & æternæ mortis ſupplicio tradentes iuxta illud Sapi.3. iudicabūt nationes, Sapien.3.
& dominabuntur populis.Sicut ergo Chriſtus(vt annotauit Richar.poſt re Richar.

surrectionẽ sibi datã esse hãc potestatem affirmat Math.28. quia tunc oportẽ dere illam cæpit:sic etiam iustis nõ in hac vita, sed in futuro iudicio dandã promittitur hæc autoritas spiritualis: iusta illud quod Apostolis etiam promisit Dominus Math.19. Sedebitis super sedes.12.iudicantes.12.tribus Israel. Et quoniam hæc vltima sententia grauior est omnium corporum læsione, vt eius acerbitas aliquo modo intelligatur, solet verbis exprimi acerbissimas corporis lęsiones significantibus. Vt Psal. 109. Iudicabit in nationibus, impleuit ruinas:cõquassãbit capita in terra multorum. Et Malach.c.4.& calcabitis impios, cum fuerint cinis sub plãta pedum vestrorum. Et Psal. 149. habentur hæc verba. Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis:exultationes Dei in gutture eorũ, & gladij ancipites in manibus eorũ. Ad faciendam vindictam in nationibus,increpationes in populis: ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, vt faciam in eis iudicium conscriptũ. Hanc igitur potestatem quam Christus accepit vt homo,promisit se daturum vincentibus,vt eos iudicẽt, à quibus tentati sunt,vt corrumperẽtur: & obedire Deo maluerunt, quàm obtemperare libidini.

¶ Tamen vt hæc verba intelligamus notandum est, ferreum in sacra scriptura in malam partem accipi solere:id est,pœnam & afflictionem diram significare. Vt Psalmo.144. Et nobiles eorum in manicis ferreis. Deut. 28.seruies inimico tuo, quem immittet tibi Dominus, in fame & siti, & nuditate,& omni penuria, & ponet iugum ferreum super seruitutem tuam donec te cõterat. Et capite quarto.vos autem tulit Dominus, & eduxit de fornace Aegypti. Quare licet virga per se in bonum accipi possit, vt Micheæ.c.7.pasce populum tuum in virga tua. tamen virga ferrea in malam partem semper accipitur. id est,pro graui supplicio. Quoniam virga ferrea omnia conterit, & confringit,& grauissimum ictum habet. Ita dictum est Psalmo.2. ad quem nunc Dominus alludit. & tanquam vas figuli cõfringes eos:ḋ Christi extremo iudicio dictum est etiam. Apo. 12. & peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea. & similiter.cap.19. De Christo iudicaturo,inquit:de ore eius procedit gladius ex vtraque parte acutus,vt in ipso percutiat gentes. & ipse reget eos in virga ferrea:& ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. quo nihil dici potuit perfectius.

¶ Præterea,sciendum est: vbi nos habemus, & reget illos in virga ferrea,in Græco est:& pascet illos. Quare de virga pastoris sermo est. Pascere,siue regere poni solet pro dominari. quia qui pascit, & regit dominatur. Vnde Mathæ.cap.2.referens verba ex Michęa.cap.5.ait: Ex te enim exiet,qui regat populum meum Israel. pro quo in ipso Propheta legimus:ex te mihi egredietur,qui sit dominator in Israel. quomodo etiam est in hebræo,& apud.70. Et in eodem capite Michęę.pascent terram Assur in gladio, & terrã Memrod in lanceis eius. Idem videre licet in locis citatis vt Psal.2.& Apo.12.&.19. In quibus locis est in Græco,pro,regere pascere. Sumitur igitur in hoc loco à pastore similitudo, qui ferrea virga oues suas percutit & perdit. Significatur ergo in hoc loco dominium sanctorum in ma

Math.28. Math.19. Psal.109. Mala.4. Psal.149. Psal.144. Deut.28.c Deut.4.c Psal.2. Apo.12. Apo.19. Mich.7. Psal.2. Apo.12. c.19. Math 2. Mich.5.

malos. iuxta illud : iudicabunt iusti nationes, & dominabuntur populis. Significatur etiam mortis æternæ sententia, qua eos percussuri sunt. Idcirco addit: & tanquam vas figuli confringentur. Nam sicut vas figuli contritum reparari nō potest, ita impij, in æternam mortem, & in perpetuam carcerem immittentur. vnde nulla sit ibi spes exeūdi. Ex quo hæresis cōuincitur Origenis quinon solum hominibus damnatis, sed etiam dæmonibus salutem & libertatem pollicebat.

Origē.

Et dabo illi stellam matutinam. Etiā si cōstet quæ sit stella matutina. Difficile tamen dictu est, quomodo hoc cum præcedentibus hæreat. Stella matutina Christ⁹ est. Ipse enim ait Apo. 22. ego Iesus misi Angelū meum testificari vobis hęc in ecclesijs: ego sum radix, & genus Dauid, stella splendida, & matutina. Est enim ipse lux vera quæ tenebras noctis antiquæ dissipat, sicuti & lucifer facit. Huius figura præcessit in illo sacerdote, quem laudat Salomon Eccle. cap. 50. quasi stella matutina in medio nebulæ. Promittitur ergo vincentibus visio Christi, & regnum cum eo. At id restat explicandum cur hoc in loco vocetur stella matutina. Ideſt, quid hæc appellatio pertineat ad id de quo nunc agitur? Stella matutina dicitur Christus, quoniam mundi tenebras dissipauit, quum inter homines natus est. Propter resurrectionem etiam ita dicitur: quoniam tenebras à mortalibus resurrectionis suæ luce fugauit. Et vtriusq; rei causa potest ei hoc nomen conuenire. Vnde Iob. c. 38. ait: nunquid producis luciferum in tempore suo? quasi dicat: non tu hoc facis, sed ego hoc facio. quia pater fecit, vt Christus tēpore suo, ideſt, tempore magis cōsentaneo, nasceretur & resurgeret. Ita possumus interpretari: dabo illi stellā matutinam, ideſt, dabo illi gloriā, & claritatem resurrectionis: efficiam illum participem resurrectionis meæ. Promittitur ergo resurrectio glorioſa corporis: qualem habuit Christus qui resurrexit tanquam lucifer anteuertens solem. Fulgebunt enim iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent, scilicet, in resurrectione. Sap. 3. & Math. 13. & 1. Cor. 15.

Apo. 22.

Ecclē. 50.

Iob. 38.

Sap. 3. Math. 13. 1. Cor. 15.

¶Sed alia causa assignari potest fortassis aptior, & ad rem propositam cōuenientior, cur Christus stella matutina dicatur. quam intelligemus ex verbis Apocalypsis. 22. iam citatis. Ego Iesus misi Angelum meum. &c. Qui perinde videtur esse, ac si diceret: meum est, quidquid in hoc Apocalypsi scriptum est: mihi credere debetis, & iam viam salutis sequi. quam ego in hac demonstratione reuelaui. Ego enim sum Iesus, ideſt, Saluator: & sum filius. D D. qui est verus Messias, qui promissus erat. vt homines doceret, & in beatam vitam perduceret. Sum etiam stella matutina vobis data, vt luce mea depellerem tenebras infidelitatis. noctemquè errorū huius seculi, ne ambuletis in tenebris: & in vmbris figurarum, vt illi, qui erant in veteri lege. sed plenum lumē habeatis. Id ergo significatur in stella matutina quod prædixerat Esa. c. 49. Dedi te in lucem gentium. Et Ioan. 9. quandiu sum in mundo. Et rursum: ego sum lux mundi: qui sequitur me non ambulat in tenebris sed habebit lumen vitæ. Quod ergo nunc ait: dabo illi stellam matutinam idem est ac si diceret: dabo illi me ipsum: dabo illi stellam illam quam in nocte huius vitæ sequebatur. Et tunc implebi-

Apo. 22.

Esa. 49. Ioa. 9. Ioa. 8.

tur illud Ioan.c.8 Sed habebit lumen vitæ. Hæc ſtella matutina rectiſſimè illis promittitur, qui Chriſti doctrinã & lucem ſequentes reſpuerunt carnis voluptates, & non ſunt paſſi vinci à tenebris errorum Iezabelis & eius blandicijs. ¶Poſſumus autem haud abſurdè aliter locum iſtũ interpretari. Stella matutina fulget in caliginoſo loco noctis, & eſt initium diei, atquè maiorem claritatem promittit, quam ſol ſtatim eſt allaturus. Vincenti ergo datur ſtella matutina, quoniam Chriſtus in noctis caligine inuiſibiliter ſanctis adeſt. Et lucẽ eis profert in morte, & lætitiam aduenientis iam beatitudinis, quaſi magnæ claritatis præbet certam ſpeciem. Iam verò vt ſcribit Grego. Gregorius libro.4, Dialogorum.c.16. Nõnunquam in cõſolatione egrediẽtis animæ ipſe aparere ſolet autor ac c.14. retributor vitæ. Et.ca.14. Sæpè, inquit. animabus exeuntibus electorum dulces ſolent laudes cœleſtes erumpere, vt dum illas libenter audiunt, diſſolutionem carnis ab anima ſentire minimè permittantur. Et capite quadrageſimo ſeptimo. nõnunquam omnipotens Deus trepidantiũ mentes quibuſdam prius reuelationib⁹ roborat: vt in morte minimè pertimeſcant. Quæ omnia multis in eiſdem locis confirmat exemplis. Omnia hæc pertinẽt ad id quod nunc ait, dabo illi ſtellam matutinam.

¶De Chriſti etiam doctrina patres hunc locum intelligunt vt Rupertus, Ruper. & congruit illud. 2. Petr. 1. Habemus 2. Petri. 1. mus firmiorem propheticum ſermonem, cui benefaciris attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec illuceſcat dies, & lucifer oriatur, in cordib⁹ veſtris, ideſt, Chriſtus, vel eius doctrina: quæ eſt ſtella matutina, vbi attendẽdus eſt doctrinarum proceſſus quem Petrus ibi conſtituit. Infimam ponit incertitudine doctrinam, quæ ſolo ſenſu corporeo cõſtat, & hanc intellexit dum dixit paulò antè agens de myſterio transfigurationis Dominicæ. & hanc vocem nos audiuimus de cœlo allatam. altiori in gradu collocat phrophetiam veterẽ, ſed habetis, inquit, firmiorem prophe ticũ ſermonem. ſuperat enim certitudo diuinæ reuelationis factæ per Prophetas, eam certitudinem quæ ſenſibus colligitur. Sunt enim ſenſitiuæ notiçę frequenter fallaces, ſed diuina reuelatio nec de potentia Dei abſoluta fallax eſſe poteſt. quia eſt aſſertio primæ veritatis, & hoc eſt, qđ hoc teſtimonio dicit: qđ eſt velut lucerna lucens in calliginoſo loco. Doctrinæ enim omnes naturales caligant & allucinantur, dum ad ea, quæ æterna ſunt, oculos conuertunt. adducit tertiũ gradum eminẽtiorem adhuc quàm prophetiam, non quidem ratione certitudinis, ſed ratione lucidioris manifeſtationis: & talis eſt. doctrina Chriſti, quæ eſt hæc ſtella matutina, & lucifer, qui oritur in cordibus noſtris, vt dixit Petrus, quam promittit. hîc nomine ſtellę matutinę.

Stella matutina doctrina chriſti.

¶*Qui habet aurem audiat quid ſpiritus dicat eccleſijs.* Eſt hæc ſententia velut carmen intercalare quam videlicet frequenter repetit, excitans nos ad attentionem. & tribuitur Spiritui Sancto hæc admonitio: quia ille eſt cui attribuitur excitare homines.

¶ *Finis Cap. II.*

Intelligentia Capitis ſecundi Apocalypſis.

ET Angelo ſiue epiſcopo Epheſinæ Eccleſiæ ſcribe, ὁ τῶ Ioannes. Hæc dicit qui tenet ſeptem ſtellas, hoc eſt, ſeptem epiſcopos ſiue τniuerſitatem epiſcoporum ſplendentium tanquam ſtellæ, & qui ſepti formi ſpiritu reguntur. Hæc ergo dicit, qui tenet in manu & in imperio ſuo hos omnes, & qui ambulat in medio ſeptem candelabrorum ſiue Eccleſiarum, ſingulorum lumen intuens, quantum luceat, ne fortè ſine oleo charitatis, fumiget fides mortuorum. Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam: & quod non potes ſuſtinere malos, & tentaſti eos, qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe, & non ſunt, & inueniſti eos mendaces: & patientiam in ærumnis habes, & ſuſtinuiſti multa mala propter nomen meum, & non defeciſti. Sed habeo aduerſum te pauca, & inter alia hoc τnum eſt, quod charitatem primam, ſiue inſignem charitatis affectum erga proximos, quem in principio habueras, amiſiſti: & reliquiſti. Ad te ergo redi: & memor eſto perfectionis illius à qua excidiſti: & age pœnitentiam, & prima opera fac, recuperaque primam illam & inſignem charitatem. Si autem pœnitentiam non egeris τeniam tibi cito, & mouebo candelabrum, hoc eſt dignitatem tuam, de loco ſuo: priuabo, inquam, te dignitate tua. Sed fateor quod hoc habes laude dignum, quod odiſti facta Nicolaitarum proſtituentium τxores ſuas exemplo Nicolai Diaconi, qui τxore relicta & omnibus permiſſa, promiſcuas introduxit nuptias. quæ facta ego odio proſequutus ſum. Qui habet aurem ſpiritualem, ideſt, ſenſum, iudicium, & ſpiritus prudentiam, audiat quid ſtatim ſpiritus ipſe Chriſti dicat Eccleſijs. Vincenti. ſ. per Chriſti ſpiritum peccatum, & mortem, & infernum dabo edere de ligno τitæ, dabo, inquam, τt congaudeat, conſoletur, & nutriatur per fidem τiuam in Chriſto, qui eſt τerum lignum, τeraque arbor τitæ, conſita in paradiſo Dei mei, hoc eſt, in Eccleſia, diuerſarum religionum hominibus, tanquam τarijs conſita arboribus, & multarum τirtutum floribus ac pomis exornata. Item, dabo ei frui Deo, qui eſt τerum lignum τitæ, in patria cæleſti. Et Angelo ſiue epiſcopo Smyrnæ Eccleſiæ, ſcribe nomi

ne meo hæc. Hæc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus & uiuit: hæc, inquam, dicit Deus & homo. Noui & approbaui opera tua, & tribulationem & paupertatem tuam, quas mei nominis gratia sustines, ab infidelibus afflictatus: sed æquo animo esto, nam dives es, thesaurum spiritualem habens in corde, hoc est, me. Noui etiam quod blasphemaris ab ijs, qui se dicunt Iudæos esse, & reuera non sunt, quia confitentur se nosse Deum, factis autem negant: sed potius sunt synagoga sathanæ. congregatioque aduersariorum, & contradicentium ueritati. Nihil horum timeas quæ propter me passurus es, nec uerearis eos qui occidunt corpus: sed potius time eum qui potest corpus & animam mittere in gehēnam. Quod si quæras: quæ sunt Domine ea, quæ passuri sumus? audi. Ecce missurus est diabolus impiorum rex, aliquos ex uobis manu suorum in carcerem, ut tentemini, ipsaque tentatione palam fiat, an in uobis sit uera fides cum fructibus suis. Et habebitis tribulationem decem diebus. breui in quam tēpore. Quamuis enim duret per totum uitæ tempus, breue tempus dicendum est. Esto fidelis usque ad mortem, curaque diligenter ne a uera fide discedas, etiam ad mortem usque certans, & dabo tibi coronam uitæ. Legitimè ergo certa, nam nemo coronabitur nisi qui legitimè certauerit. Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat Ecclesijs. Non enim tantū Smyrnæis fit promissio hæc, sed cuilibet uincenti. Qui enim uicerit non lædetur a morte secunda, scilicet, animæ. quamuis priori, scilicet, corporis subiaceat, quæ communis omnibus est. ¶ Et Angelo siue episcopo Pergami Ecclesiæ scribe. Hæc dicit qui habet Romphæam utraque parte acutam, ac gladium uerbi Dei penetrabiliorem omni gladio ancipiti, & pertingentem usque ad diuisionem animæ et spiritus. Scio ubi habitas, ubi sedes est satanæ, habitas enim urbem Pergamensem idolorum cultricem. Et tamen & si hoc ita sit, tu tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. Etiam in diebus illis, in quibus Antipas testis meus fidelis occisus est apud uos, ubi sathanas habitat. Sed habeo aduersus te o episcope, cui ascribenda sunt populi tui peccata, habeo, inquam, aduersum te pauca. Quia habes illic docentes doctrinam Balaam pseudoprophetam, qui docebat regem Balac mittere offendiculum coram filijs Israel: docebat enim edere sacrificijs immolata, & docebat fornicationem. Ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum similiter. Doctrina enim Balaam & doctrina Nicolaitarum similes sunt. Pœnitentiam ergo age, alioqui ueniam tibi citò. Veniam, inquam, ad te perdendum propter negligentiam

tuam,

tuam. Et ne se impunes fore putent qui eam doctrinam tenent, & docent: ego pugnabo cum illis gladio sermonis mei, qui solus sufficit ad perdendos omnes impios. Qui habet sensum, & iudicium audiat quid Spiritus sanctus dicat Ecclesijs: vincenti & strenuè certanti tria præmia polliceor. Primum erit, quod pro impuris Balaamitarum & Nicolaitarum idolorum cibis, dabo illi edere manna absconditum, panem vitæ de cœlo descendentem, hoc est, me ipsum, qui sum panis viuus qui de cœlo descendi: & qui dat vitam vincenti hostes animæ. Secundum erit, quod dabo illi calculum candidum, siue corpus glorificatum, reformabo enim in resurrectione corpus humilitatis eius configuratum corpori claritatis meæ. Item dabo illi calculum candidum ferendo in morte sententiam salutarem ac dicendo: veni benedicte posside regnum tibi debitum. Et in eo calculo scribam nomen nouum, nomen, scilicet, filij Dei, quod nemo scit quantæ dignitatis sit, quantæque virtutis nisi qui accipit, & qui filius Dei & hæres regni factus est. Et hoc est tertium præmium. ¶ Et angelo seu episcopo Thyatiræ Ecclesiæ scribe. Hæc dicit filius Dei qui habet oculos & vim diuinæ intelligentiæ, tanquam flammam ignis omnia lustrans, & accendens: & qui habet pedes similes aurichalco, id est, humanam naturam charitatis auro & æris constantia decoratam. Noui mihique placent opera tua, & fidem, & charitatem tuam, præ cæteris verò mihi pergratum est ministerium tuum, hoc est, monendi, corrigendi, docendi, iuuandi & instruendi munus: pergrata est etiam patientia tua omnium aliorum operum fundamentum. Et quia parua sunt hæc nisi augeantur, ideo super omnia mihi gratum est quod nouissima opera tua plura & ampliora sunt prioribus. Sed habeo aduersus te pauca, quia permittis apud te viuere mulierem munere & officio alteram Iezabelem, quæ se falsò quidem dicit prophetam. Hæc enim exemplo impiæ illius Iezabelis docet & suadet seruos meos fornicari, & manducare de idolothytis. Et dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à fornicatione sua. Ecce ego mittam eam in lectum talem enim ei ægrotationem immittam. vt iacere in lecto cogatur: & qui mœchantur cum ea, in doctrinamque eius & flagitia nomẽ dederunt, tribulatione maxima afficiam, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint. Et filios, quos falsa sua doctrina genuit morte interficiam. & scient omnes ecclesiæ, quia ego sum scrutans corda, & renes atque penetrans et intelligens interiores hominum cogitationes. Et dabo vnicuique vestrum mercedem. I. supplicium secundum opera sua. Vobis autem

autem dico cæteris qui Thyatiræ estis. Qui non habetis doctrinam hanc Iezabelis tropicæ, nec illam sequimini: & qui non cognouistis altitudines superbiasque satanæ (vt appellant) quibus Deo similis esse voluit, vobis inquam, siue super vos, non mittam aliud pondus. non enim nouo supplicio vos onerabo, qui hæreticos toleratis, per metum magis quàm per consensum: per infirmitatem, magis quám per malitiam: satis est quod hoc onere hæreticorum vos persequentium grauemini. Veruntamen quam quisque fidem accepit, eam retineat vsque ad aduentum meum in iudicium & vniuersale & particulare per mortem. Et qui vicerit, & custodierit vsque in finem vitæ opera mea, dabo illi potestatem super gentes, et reget eas in die Iudicij in virga ferrea, & tanquã vas figuli confringentur. Faciam inquam illum regem mecum iure gratiæ, & victor reget gẽtes impias, & infideles virga ferrea discussionis. Iudicabit enim mundũ hominesque impios, qui in iudicio illo tanquam vasa figuli confringentur ab eis sicut á me: cui pater omne iudicium dedit. Et dabo illi stellam matutinam, hoc est, meipsum, qui sum radix Dauid, stella splendida & matutina. Dabo etiam illi rerum diuinarum claram intelligentiam, quæ velut Lucifer oriatur in corde eius. Qui habet aurem spiritualem, audiat quid Spiritus sanctus his promissionibus dicat ecclesijs, non his, aut illis, sed omnibus.

CA-

CAPVT TERTIVM

Argumentum.

S. Quid Deus futurum nouerit Ecclesijs Sardis, Philadelphiæ, & Laodiceæ, vt à præteritis malis resipiscant, et futuris caueant.

CAPVT TERTIVM.

ET Angelo ecclesiæ Sardis, scribe, Hæc dicit qui habet septem spiritus Dei, & septem stellas, Scio opera tua quia nomen habes quòd viuas, et mortuus es. Esto vigilans, et confirma cætera quæ moritura erant. Non enim inueni opera tua plena corã Deo meo. In mẽte ergo habe qualiter acceperis & audieris: et serua, & pœnitentiam age. Infra. 16.c 1.Thes.5.a 2.Pet.c.3. Si ergo non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te. Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua, & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, et confitebor nomen eius coram patre meo, & coram angelis eius. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesijs. Et angelo Philadelphiæ ecclesiæ scribe, Hæc dicit sanctus et verus, qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Scio opera tua. Ecce dedi coram te ostium apertum quod nemo potest claudere: quia modicam habes virtutem, et seruasti verbum meum, & non negasti nomen meum. Esa.22.f Iob.12.b. Ecce dabo de synagòga Satanæ, qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiun-

tiuntur. Ecce faciam illos vt veniant, et adorent ante pedes tuos: et scient quia ego dilexi te. quoniam seruasti verbum patiētiæ meæ, et ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum tentare habitantes in terra. Ecce ego venio cito: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, et foras non egredietur amplius: et scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Hierusalem, quæ descendit à Deo meo, & nomen meum nouū. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesijs. Et angelo Laodiceæ ecclesiæ scribe, Hæc dicit, Amen testis fidelis & verus, qui est principiū creaturæ Dei, Scio opera tua, quòd neque frigidus es, neque calidus, vtinam frigidus esses aut calidus: sed quia tepidus es, et nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo: quia dicis, Diues sum, & locupletatus, & nullius egeo, et nescis quia tu es miser, et miserabilis, & pauper, & cæcus, et nudus. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum: vt locuples fias: et vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos vt videas. Ego quos amo, arguo & castigo. Aemulare ergo, & pœnitentiā age. Ecce sto ad ostium & pulso: si quis audierit vocem meam, et aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, et cœnabo cum illo, et ipse mecum. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & consedi cum patre meo in throno eius.

Prou. 3.b Hebr. 12.b

Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat eccle sijs.

Titu-

Titulus

ADmonetur sui offitij Sardorum, Philadelphiorum, & Laudicentium Episcopi.

Caput III.

ET *Angelo Ecclesiæ Sardis, scribe.* Prima ergo epistola mittitur ad episcopum Sardensis Ecclesiæ: qui planè nulla coram Deo virtute videretur esse prę ditus: & ideo habet hæc epistola acrem obiurgationem. Sardis tantum pluraliter, vrbs erat Lidyæ magna, ad latus Tmoli montis fita, olim Cræsi regia ditissima Horatius. 1. epistolarũ. Quid concinna Samos, quid Cræsi regia Sardis? Terminat autem nominatiuum & accusatiuum in is producta, quomodo Trallis & Syrtis Syrtium.

Horat.

¶ *Hæc dicit qui habet septem spiritus Dei, & septem stellas.* Hi sunt septem spiritus de quibus Esai. ait. c. 11. requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus: spiritus consilij, & fortitudinis: spiritus scientiæ & pietatis: & replebit eum spiritu timoris Domini. Cæterum magestas quædam his verbis explicatur, eius qui dictat epistolam. Est enim ille in cuius manu & potestate est distributio septiformis gratiæ Dei: & ille qui ipsos Ecclesiæ Episcopos manu & arbitrio suo tenet, precemur ergo illum vt nobis hos septem spiritus largiatur. Sunt enim hi nobis maximè necessarij: spiritu enim sapientię ad intimum diuini saporis gustum pertingimus, & illo gustamus quam suauis sit Dominus: spiritu sapiętiæ, loquimur mysteria Dei, vnde sapientiæ. 10. dicitur: sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas. Intelligentiæ spiritus introducit ad Dei inuisibilia, archanaque sensa mysteriorum: facitque vt ex rebus sensibilibus insensibilia ab intellectu nostro cognoscantur. ad Roma. 1. ait Paul. inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur. Est ergo intelligentia quasi intus legentia: legit mes quasi in libro per creaturas mysteria Dei. Spiritus consilij bona à malis discernit, melioraque bonis anteponit, idest, cœlestia terrenis. Spiritus fortitudinis robur aduersus tentationes præbet. Scientia actiones moderatur: in rebus salutis prudentem œconomum constituit. Pietas cultus Dei est, & miseratio in proximos, vt necessitatibus eorum subueniatur Mathæ. 5. Beati misericordes. Timor insumit reuerentiam, quam impendit Deo: cauet autem offensas, idque ex amore filiali. Sed hac expositione omissa ego existimo per hos septem spiritus ad literam intelligi septem primores angelos vt dicemus infra c. 5. in illa verba, qui sunt septem spiritus Dei & vt diximus superius c. 1. ibi: & à septẽ spiritibus qui in conspectu throni eius sunt.

Prima expositio. Esai. 11.

Explicatur septena dona spiritus sancti.

Sap. 10.

Rom. 1.

Math. 5.

¶ *Scio opera tua.* Scire non approbationem importat hîc, sed perfectã rei notitiam. erant enim mala opera huius episcopi.

¶ *Quia nomen habes quod viuas, & mortuus es.* Notatur eum esse impostorem, & hypocritam, & sensus est, vulgus existimat te viuere vitam spiritua

Peccatores & si viuunt mortui dicuntur.

ritualem, & ita nomine & fama viuis apud eos, qui externa tantum considerant, sed mihi (inquit) mortuus es.

1. Thim. 15 Sic Paul. 1. Thimot. 15. de viduis, nam quæ in delitijs est, viuens mortua est.

Aug. to. 1. p. 161. de quo August. libr. 2. de Gen. contra Manich. cap. 21. vbi viuens, & non viuens dicitur vidua, quia viuens in carne mortua est in spiritu. Hinc colliges peccatores appellari mortuos. Quod intelligens sapiens ait: homo per malitiam occidit animam suam.

Sap. 16. Sapientiæ. 16. Et Christus Dominus: dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Mathæ. 8. & Lucæ. 9. Quid est apud Ezech. cap. 39. campus plenus ossibus mortuorum, nisi mundus plenus peccatoribus? Id intelligens Paulus ait ad Ephes. 2. vos conuiuificauit, cum essetis mortui delictis & peccatis vestris, id est, cum propter peccata vestra mortui essetis & morte æterna digni. & ad Roman. 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. & cap. 14. Impios appellat mortuos: iustos autem viuos, cum ait: in hoc autem Christus mortuus est & resurrexit, vt & viuorum & mortuorum dominetur, hoc est, tam eorum, qui sunt in gratia, quàm eorum, qui sunt pestilenti scelere maculati. Methodius tamen per viuos intelligit animos immortales, per mortuos autem corpora ad interitum tendentia. & 1. Ioan. 3. Nos scimus (inquit) quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. qui non diligit, manet in morte. Hæc ille. Et sapienter quidem: nam Deus est centrum in quo lineæ sunt coniunctæ, & congregatæ. Vt enim in sphera fieri non potest vt linea in centro separetur à linea, nisi separetur à centro indiuisibili: ita haud quaquam potest fieri, vt nos à nobis per dissidium & discordiam separemur, quin à Deo disiungamur. Qui odio & inimicitia prosequitur proximum, à Deo est diuisus, & separatus: & ex consequenti à vita. Ipse enim ait apud Ioannē. 11. Ego sum resurrectio & vita. Et 14. Ego sum via, veritas, & vita. Igitur qui non diligit separatur à centro: separatus à centro separatur à Deo: separatus à Deo, separatur à vita: separatus à vita, manet in morte. Hæc est illius loci D. Ioan. Philosophia excelsa quidem & cœlestis, quam ipse paucis, sed plenissimis sapientiæ verbis nos docuit. Quemadmodum separata anima à corpore illud dicitur mortuum, ita separata gratia ab anima, ipsa anima mortua appellatur. Vnde Augustinus gratiam animæ, animam animæ vocauit, & peccatum mortem. Hæc est mors de qua ait Iacob. Apostol. in epistola sua canonica. Peccatum cum consummatum fuerit generat mortem. nam vt ait Ezech. 18. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. De hac morte intelligitur illud. 2. Regum. 22. præuenerūt me laquei mortis, & illud Tobiæ. 12. eleemosina à morte liberat. Hanc mortem machinatur nobis diabolus, qui venit vt furetur, mactet, & perdat, vt verbis vtar D. Ioan. capitu. 10. Christus autem (vt ipse eodem loco ait) venit vt vitam habeant & abundantius habeant. De hac vita ait D. Petr. cap. 3. prioris suæ epistolæ tanquam cohæredibus gratiæ vitæ. & D. Ioan. cap. etiam. 3. primæ suæ epistolæ: translati sumus de morte ad vitam. Quemadmodum vita animalium procedit à corde, & vita arborum à radice: sic vita gratiæ à diuina misericordia. eam ob causam ait Psal

August.

Iacob. 1. 15.

Exech. 18.

2. Reg. 22.

Tob. 12.

Ioan. 10.

1. Pet. 3.

1. Ioan. 3.

Similitud.

mogra-

mographus: quærite dominum & viuet anima vestra. Sed quia multi renuunt vitam hanc, quam Deus voluntate præcedente vult omnibus tribuere, manent sine gratia duri, & obstinati. In venis lapidum inueniuntur aliquando imagines quædam & figuræ licet imperfectæ animalium: nam intendens natura producere animal, cum non inueniat dispositionem, producit animalis figuram, non autem vitam: & manent lapides figuris ac imaginib⁹ insigniti. Ita Deus & si paratus est semper ad gratiam, vult enim (vt ait Apostolus) omnes homines saluos fieri: cum tamen nos inueniat minimè dispositos, solet eam dimittere: ex quo efficitur vt figuram habeamus viuorum, cum tamen mortui simus: & per flagitiorum obstinationem in lapidum duritiem transeamus. Aspicis funestum peccatum mortem esse. Eam igitur ob causam ait Dominus in hoc loco: nomen habes quod viuas & mortuus es. At vero iusti, nomen habent quod moriantur, & viuunt ea uita de qua dicebat Paulus ad Galat. 2. in fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semet ipsum pro me. De hac vita & morte, Ieremi ait: postquam ostendisti mihi percussisfæmur meum: fæmoris nomine voluptas carnis intelligitur: in cuius rei figura dicitur quod Iacob post luctam claudicabat: quanto enim aliquis superius viuit, tanto inchoat superius interire. Totus ergo Paulus viuebat Christo, qui iam mundo crucifixus erat. quo modo & Abraham dicit (vt Gregorius ait) loquar cum sim cinis. Ecce viuentem carnem nedum in terra mors soluerat, sed tamen per carnis mortificationem hoc apud se erat, quod se futurum breui præuidebat. Quod contra de reprobis in hoc loco dicitur: nomen habes quod viuas & mortuus es. Vixit dum bene vixit. Filius vnius anni erat Saul: regnauit quæ annis duobus: cæteris enim fuit, non vixit.

Similitu.

1. reg. 13. a.

¶ Mortuum etiam dicitur ipsum peccatum Ecclesiast. trigesimo quarto. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodest lauatio eius? idest, qui post èmundationem prioris peccati iterum recidit, quid profuit illa prior lotio? & videtur esse allusio ad ablutionem præceptam à lege Moysi cum quis cadauer tetigisset Numero. vigesimo nono. Ad rem facit quod Dominus ait Mathæ. vigesimo tertio. Similes estis sepulchris de albatis, quæ à foris apparent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Est hic locus communis. quàm diuersa sint iudicia Dei à iudicijs hominum, primo Regum decimo tertio. nec iuxta intuitum ego iudico. homo enim videt ea quæ apparent, Deus autem intuetur cor.

Ecclc. 34.

Nu. 19.

Math. 23.

Diuersa sunt indicia Dei & hominum. 1. reg. 13.

Iusti & si mortui esse videantur vera habẽt vitam. Galat. 2.

Ier. 31. d.

Figura. Gene. 32. d

D. Grego.

¶ *Esto vigilans & confirma ea quæ moritura erant.* Duplicem sensum admittunt hæc verba. Quorum alter est vt ad ipsum hypocritam referantur in persona ipsius. hoc sensu: hactenus per negligentiam spiritualiter mortuus es, incipe iam euigilare, & te ipsum opera quæ tua ita instituè, vt non solum appareas bonus hominibus benè moraliter viuens, sed etiam coram Deo bonus sis, sic Paul.

Primus sensus.

1. Thess. vlti. 1. Thessal. vltimo: itaque non dormia
mus sicut & cæteri: sed vigilemus, &
sobrij simus. In curia enim est quæ
peccato dat principium, sicut vigila-
re est initium salutis. *Et confirma cete-
ra quæ moritura erant.* Difficultatem
habet hæc sententia. Sit ergo sensus hu
ius. & ea opera quæ aliquando fecisti
in gratia, & nunc propter peccatum
sunt mortificata, & sopita: iuxta illud
Ezech. 3. c. Ezech. 3. Sed & si conuersus iustus à
iustitia sua fuerit & fecerit iniquitatē,
&c. non erunt in memoria iustitiæ
suæ quas fecit, age pœnitentiam vt re
viuiscant, & non moriantur omnino.
Redeunt enim antiqua merita, facta
pœnitentia. Sic enim declarat Hiero-
Hiero. Ioel. 2. nim. illud Ioel. 2. Reddam vobis an-
nos quos commedit locusta. & bru-
cus, idest, merita quæ per peccatum
erant interitura. Locusta enim & bru
chus gulam & superbiam significant.

¶ Aliqui intelligunt hunc locum
de bonis minoribus, & gratijs gratis
datis: vt de scientia scripturarum, do-
ctrina, & predicatione, quæ sæpè in-
tereunt & auferuntur ab homine pro
Richar. pter peccatum. Ita Richardus. Qui
enim maiora bona (hoc est) gratiam
& charitatem amisit, dignus est vt mi
nora perdat. Oportet ergo vigilare &
maiora bona reparare ne minora per
eant.

Secundus sensus. ¶ Sed esse potest alter sensus, vt
hæc verba referantur ad ipsum Epi-
scopum ratione pastoralis officij hoc
modo: multi ex tuis subditis perierut
tuo malo exemplo, & alij iam iam
sunt perituri. Ergo vigila iam nunc,
& *confirma illos: qui nisi perte con-*
firmentur, iam sunt morituri. Sic di-
Luc. 22. xit Dominus Lucæ 22. Petro: confir-
ma fratres tuos. & hoc reprehende-
bat Dominus Ezech. 34. quod infir- Ezech. 34.
mum fuit non solidastis, quod perie-
rat non quæsistis. Hunc sensum attu-
lit author collectan. & videtur valde
probabilis, nam malos prælatos hoc
modo Deus sæpè monet, vt etiam
si ipsi sint mali, rectè tamen adminis-
trent: quum hæc dignitas non in bo
num personæ ipsius prælati, sed pro
bono communi, & in ædificationem
Ecclesiæ datur. 2. Corinth. 10. & 13. vt 2. Cor. 10
Balaam alioqui malo, spiritus prophe
ticus datus est. nu mero. 24. Et Cay- Nu. 24.
phas propter pontificiam dignitatem
prophetabat. Ioan. 11. & Mathæ. 23. di- Ioan. 11. Math. 23.
citur super cathredam Moysis sede-
runt Scribæ & Pharisæi, quæcunque
dixerint vobis seruate, &c.

¶ Præcipitur ergo huic Episcopo
vigilare, idest, expergiscere qui negli-
gentia & quasi alto somno tenebatur:
præcipitur vt vigilet, idest, vt in bo-
nis & charitatis operibus se exerceat.
Vigilat enim vt Ambrosius ait: qui Ambro.
semper bona opera exerçet. Præcipi-
tur vt vigilet, ne parua bona quæ ad
huc videbantur habere, de perirent.
Quod huic Episcopo dicitur, omni-
bus dicitur. Passim enim experimur,
quod si quis se peccato teneri sinat, &
ad se redire neglexerit, paulatim ope-
ra bona & virtutes (si virtutes dicen-
dæ sunt) langueścere & perire. Ad nos
igitur redeamus per pœnitentiam, &
non patiamur perire bona opera, quę
supersunt, & quæ iam ad interitum
festinant, nisi illa per gratiam confir-
memus. D. Gregor. in 3. part. past. ad- D. Grego.
monit. 35. optimè de hac re differit: ani
mam nostram esse dicens instar na-
uis quæ nequaquam stare potest, sed
ad ima semper labitur, nisi ad superio
ra vi quadam feratur. Et affert illud
prou. 18. qui mollis & dissolutus est in Prou. 18.
opere

opere suo, frater est sua opera dissipā tis. Deinde refert hæc verba: confirma cætera quæ moritura erant. vi. illum. Cæterum verbum στηριξον non vt cumque confirmare significat, sed quid amplius, quod ita exponit Aretas, solida facito, ac robora quę & mollia sunt, & ad casum paratissima.

¶ *Non enim inuenio opera tua plena.* Propterea dixit solida facito, quia nō plena erant, & solida, sed vacua. & est sensus: non benè operaris vt debes; non respondent opera personæ, & dignitati tuæ, quod intelligitur ex sequentibus: in mente ergo habe qualiter acceperis.

¶ *Non inuenio*, inquit, *opera tua plena coram Deo meo.* Requirit semper Deus hominem omnibus numeris absolutum. cui si vel recta intentio in actionibus alioqui pijs desit, non est gratus Deo talis homo. vnde Lucæ. 11. & Mathæ. 6. dicitur, si oculus tuus nequam est totum corpus tuum tenebrosum erit, ideſt, si intentio, quæ per oculum significatur, vitiosa fuerit, totum corpus actionum tuarum inquinatur. Vulgo oculus pro intētione capitur. sic dicitur à mal tiene ojo. vt patet in ieiunijs & elemosynis, quæ vitiantur ab intentione. Math. 6. Est optimus locus Iacob. 2. Quicumque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus non quidem est reus omnium peccatorum, non enim fur est reus homicidij. Sed debet intelligi, quod est reus omniū non simpliciter: sed in quantum sunt ab vno legis latore, qui offenditur. transgressione enim vnius præcepti quantum ad auersionem ita se habet peccator sicut si omnia violaret. Et ita insinuat idem Iacobus. Subiungit enim rationem, qui enim dixit nō mœchaberis, dixit non occides. Ergo ex parte principij, ideſt, legis latoris & ex parte formæ, ideſt, charitatis, & ex parte finis, ideſt, præmij cœlestis, ita se habet, qui peccat in vno, sicut qui in omnibus. Ex parte tamen intensionis pœnarum, & ex parte conuersionis discrimen est magnum. Est itaque necessaria plenitudo omnium cirunstantiarum, vt coram Deo aliquis sit bonus. & hæc plenitudo in charitate est. ad Roman. 13. plenitudo legis dilectio. Erat hic episcopus in hac re similis quinque virginibus fatuis, quibus non plena, sed oleo charitatis vacua inuenta fuere vasa aduēntante sponso Math. 25. Quod verò additur, *coram Deo meo*, verba sunt Christi ex humana conditione loquentis, vt Ioan. 20. Ascendo ad patrem meū & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. Etiam notanda est redemptoris solicitudo inuestigantis & quærentis, in homine bona opera. nam inuenire, inquisitionem supponit.

¶ *In mente ergo habe qualiter acceperis & audieris.* Græca scholia traditiones Apostolicas intelligunt, quas iubetur mente & cogitatione frequenti secum euoluere. Porrò apostolica traditio formam & idæam boni episcopi expressérat: & vt hanc sibi ante oculos præfigat monetur, illudque cogitet nō sibi eam dignitatem fuisse collatam, vt sibi eam in sudario inuolutam absconderet Luc. 19. Sed vt morituras animas peccādo, domino suo lucretur. Iterum meminerit non solum commissas sibi oues iam adultas, sed agnos teneros: ita enim dictū fuit Petro Ioānis vltimo pasce oues meas pasce agnos meos. quo intelligeret habendam esse sibi rationem & par-

Luc. 11. Math. 6.

Math. 6. Iacob. 2.

Rom. 13.

Math. 25.

Io. 20.

Luc. 19.

Io. vltimo.

uulorum, quibus lacte opus est, vt dixit Paul. 1. Corinth. 3. & ad Hebr. 5. & etiam adultorum quibus solidus cibus exhibetur doctrinæ. Sic Iacob gressum attemperabat ad incessum teneri gregis, & fœtarum ouium Genes. 33. Præterea mente cogitent prælati ecclesiastici mores quos Apostolus scribit. 1. Corinth. 5. oportet episcopum irreprehensibilem esse. & illud. 1. Petri 5. forma facti gregis. Illud etiam consideret quod veteri lege cauebatur Leui. 21. Omnis qui habuerit maculas de semine Aaron, non accedat hostias offerre Deo. Omnia ista cõsilia & monitiones complexus est Dominus illis verbis: in mente habe qualiter acceperis.

1. Cor. 3. Hebr. 5. Gen. 33. Figura. 1. Cor. 5. 1. Pet. 5. Leui. 21.

¶ *Serua & pœnitentiam age.* Hoc enim est remedium vnicum peccatori relictum.

Si ergo non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniã ad te. Addit comminationem. Sæpe solet Dominus suum aduentum inopinatum prædicare, & comparare furi. Solent enim fures imparatos cõpilare: ita habetur Apocalypsis. 16. & 1. Thessal. 5. & 2. Petri 3. & Math. 24. & Lucæ. 12. Non quidem est similitudo quantum ad intentionem, fur enim nocere intẽdit Dominus autem vellet omnes saluos fieri. 1. Thimo. 2. Sed comparatio ista est in modo veniendi, vt hic notat D. Thom. vterq; enim est clancularis, & inspectatus aduentus, & ideo omni tempore debet homo vigilare, quia nescit quo tempore sit venturus. Sic faciunt arcium custodes qui cunctis horis vigilãt: quia nesciunt quota hora sit hostis accessurus. ¶ Illud verò notandum quod episcopis præcedentibus tantum est comminatus Dominus dicens: veniã citò adte. & quid simile: non tamen adducit modum improuisum, & repentinum, sicut furis. Sed hunc episcopum ita terret. Ratio est secundum Richardum quia bonis, & qui propriæ salutis sunt soliciti, non improuisus aduenit Dominus, sed expectatus adest. improbis verò, qualis erat hic episcopus, venit Dominus sicut fur. Nam sancti homines timore correpti, semper expectant. Sic Iob. 31. quasi tumẽtes super me fluctus timui Deũ. Et est illa optima comparatio. nam sicut cum sæuit procella, & fluctus inflari & tumescere incipiũt, tunc somnus vitandus est maximè, & qui nauigant summa cura vigilare debent, vt periclitanti nauigio quo quomodo possint, opitulẽtur. sic viris iustis semper fuit formidolosus hic aduentus Domini: qui tunc est præcipuè cum quis mortem obit. Hinc illud. Psalm. 38. Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum quis est vtsciam quid desit mihi.

Richar. Iob. 31. Psal. 38.

¶ *Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua.* Adiungit consolationem reprehensioni præteritæ, quod in Sardensi Ecclesia habeat aliquos subditos probos, & laude dignos. Nam cũ in hoc episcopo nulla videretur esse perfecta virtus, quia non habebat charitatem, eum non laudat à proprijs virtutibus, sed à bonis aliquibus subditorum. Est enim lætitia patris filius sapiens Prouerb. 10. & 15. & è contra, dolor est patris filius stultus. Prouer. 19. Nam sicut faber ex perpolito a fabrè què facto opere gloriam sibi & decus nanciscitur, & ex malè fabre facto opere dedecus & ignominiam: sic parentes, & magistri, & prælati qui morum sunt præceptores, afficiũtur gaudio

Prouer. 10. 15. & 19. Similitud.

dio ex benè inſtitutis ſubditis. ait ergo. *Sed habes pauca nomina*, ac ſi diceret: quamuis negligens fueris, & multi negligentia tua perierint, non perierunt tamen omnes: ad huc relicti ſunt nonnulli, qui viuunt apud me: & mihi ſunt gratiſſimi. Sed cur hunc ſenſum his verbis expreſſerit, habes pauca nomina, quod in vſitatum videtur in ſacra ſcriptura, non facilem videtur habere explicationem. Aretas dicit: vſum accipiendi hoc modo nomen, alienum eſſe à Græca phraſi, quæ diceret: ſed habes paucos, & non dicere ſoleat, ſed habes pauca nomina. quod re vera ita eſt: quare dicendum eſt, hunc eſſe nõ græciſmum, ſed Hębraiſmum: quo accipitur nomen pro re nominata. Pſal. 31. propter nomen tuũ deduces me, & enutries me. ideſt, propter te. Ioan. 1. his qui credũt in nomine eius. ideſt, in eum. & c. 8. qui autem non credit in eum iam iudicatus eſt: quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. Sic ſuperius. c. præcedenti ſuſtinuiſti propter nomen meum. Sic in hoc loco dicitur: habes pauca nomina, ideſt, paucos homines. Nomina enim capiuntur pro rebus nominatis. Hinc eſt quod non ait Ioan. habes pauca nomina, quæ non inquinauerunt, ſed qui non inquinauerunt: reſpiciens potius ad rem ſignificatam quàm ad nomen. ex quo intelliges illud Acto. c. 1. exurgens Petrus in medio diſcipulorum dixit (erat autem turba nominum ferè centum viginti) vbi enim noſtra æditio habet cõmuniter: erat autem turba hominum ferè centum viginti, ait Græca lectio: erat autem turba nominum. vnde Eraſmus ait, palàm eſſe, id non accidiſſe culpa interprætis, ſed ab audaculo quopiam fuiſſe deprauatum, qui putarit, nominum, hoc loco nihil ſignificare. Cæterum hominum probè quadrare. adeò, inquit, preceps eſt iudex inſcitia. porrò nominum dixit quod nominatim homines cenſeri ſoleant, quoties exquiritur numerus. Verum eſt tamen quò dicere poſſumus, noſtrum interprætem cui phraſis Hæbraica non erat ignota, ſenſum potius quàm verba reddere maluiſſe: perſpicuitatis cauſa: & vertiſſe turba hominum. Cæterum peculiariter norandũ eſt quod ipſos iuſtos homines hîc vocat nomina, ſoli namquè pij apud Deũ nomẽ habent & eos Deus ſuo nomine vocat. quod in hiſtoria Lucę 16. Soler conſiderari, vbi Lazarus iuſtus vocatur nomine: ſed diuitis epulonis qui ſepultus eſt in inferno nomen ſiletur, quaſi Deus neſciat, & ipſe ignorans ignoretur, vt dicitur 1. Corinth. 14. nomen impiorum putreſcet. Prouer. 10. & Pſal. 15. nec memor ero nominum eorum per labia mea. Iuſtos è diuerſo Deus vocat nominatim. vt de ſuis ouibus dixit Dominus Ioan. 10. Sic Exod. 33. ait Dominus ad Moyſen: te noui ex nomine, inueniſti gratiam apud me. & hoc eſt illud Lucæ 10. gaudete & exultate quoniã nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Aduertendũ quod nominatim ſcribi in aliqua magna republica ſummæ dignitatis habetur. Ita conſtat fuiſſe in vſu apud Romanos vbi ſelectiſſimi viri, patres conſcripti fuerunt dicti, quorum nomina fuerunt ſcripta tanquam reipublicæ gubernatorum. de quo Titus Liuius. & ciuem ſcribi Romanum, hoc eſt, ciuitate donari magno pretio emebatur inter Romanos. vt patet Actor. 22. vbi tribunus dixit Paulo, ego multa ſumma hanc ciuilitatem conſequutus ſum, Paulus verò

Regula. Pſa. 31.
Ioa. 1.
Ioa. 8.
Acto. 1.
Eraſmus.
Luc. 16.
1. Cor. 14.
Pro. 10. Pſa. 15.
Ioa. 10. Exo. 33.
Luc. 10.
Acto. 22.

dicit se natum ciuem Romanũ, quia eius pater eam ciuitatem emerat. Sic conscribi in ciuitate Dei maximi honoris est & dignitatis: iuxta illud: gaudete, & exultate, quoniam nomina vestra scripta sunt in cœlis. Sed notate etiam esse duas ciuitates in quibus scribũtur ciues, ciuitas Dei, & ciuitas Babylonis de quibus Augu. lib. 14. de ciuitate. ciuitas quidem Dei fundatur in amore Dei vsquè ad contemptum sui. ciuitas autem Babylonis fundatur in amore inordinato sui, vsquè ad cõtemptum Dei. Sicut enim ex amore Dei oriuntur omnes virtutes iuxta illud 1. Cor. 13. Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur: non facit perperam: ita ex amore concupiscentiæ inordinato sui ipsius oriuntur omnia vitia iuxta illud 2. Thymo. 3. erunt homines seipsos amantes. & addit vitia quæ deinde sequuntur, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, & singula vitia sunt tanquam vici, & angiportus Babylonis: sicut virtutes sunt vici ciuitatis Dei. Isti ergo homines pij, de quibus hîc Ioãnes loquitur, cognoscebantur à Deo ex nomine tanquàm ciues, quorum nomina erant scripta in ciuitate Dei, & ideo Deo per approbationem cogniti. & hoc est cur hîc vocantur nomina, sed pauca sunt, quia vbi prælatus est nequam, rari subditi inueniuntur probi. Eccl. 10. qualis rector ciuitatis tales habitantes in ea.

Luc. 10. Augu. 1. Cor. 13. 2. Timo. 3. Eccle. 10.

Quid per vestimenta significetur in sacra scriptura. Luc. 15.

¶ *Qui non inquinauerunt vestimenta sua.* Est metaphora ducta à vestimẽtis, & sæpè vsurpatur in sacra scriptura ad significandum animi mores & habitus. Sic Lucæ. 15. filium perditum pater excipit, & prima stolla induit. qua vitæ puritas & candor significatur, & induere nouum hominem, & exuere veterem. ad Coloss. 3. sumitur pro, se componere ad mores Christi, deposita imitatione primi hominis: quæ mutatio vestium figurata est, Gene. 35. vbi Iacob suis præcipit, vt mutent vestimenta sua. & Esai. 71. Induit me vestimentis salutis. & solet vestis quãdam abũdantiam significare teste Hieronymo, vt Psalmo. 64. induti sunt arietes ouium & valles abundabunt frumento. quam sanè abundantiam expressit Dominus quando promittens missionem Spiritus sancti Lucæ. 24. dixit sedete donec induamini virtute ex alto, scilicet, virtute Spiritus sancti quo abundãter repleti sunt Apostoli in die Pentecostes. Actor. 2. Nam antea acceperant quidem Spiritum sanctum quantum ad gratiam iustificantem: & etiam quantum ad collactionem gratiæ per sacramentum Ioã. 20. accipite Spiritum sanctum quorum remiseritis peccata, &c. non tamen dicuntur induti, quia nondum acceperant illam plenitudinem quæ data fuit in Pẽtecoste. Sic Psalmo. 44. de Ecclesia scribitur astitit regina à dextris tuis in vestitu de aurato. & vestis nuptialis pro charitate sumitur Mathæ. 22. Sed & malos mores vestis aliquando significat vt Psalmo. 108. induit maledictionem, sicut vestimentum. significat etiam pœnam peccati vt ibidem: induantur, qui detrahunt, mihi pudore: & sicut diploide confusione sua. diplois vestimenti genus est ornatum & honestum lege Origenẽ ad Gala. 3. & Grego. 2. Mora. cap. 33. Ecclesiastes. 4. omni tempore vestimenta tua sint candida. atquè hoc insinuare volens Ecclesia, induere solet candida veste baptizatos. Hęc ergo pauca nomina, ideſt, pauci homines iusti nõ inquinauerunt vestimenta sua: qui vir-

Colo. 3. Gen. 35. Esa. 71. Psa. 67. Hiero. Luc. 24. Act. 2. Ioa. 20. Psa. 44. Math. 22. Psal. 108. Gala. 3. Grego. Eccl. 4.

virtutis puritate, illorum opera erant munda. & notandum quod D. Hiero. contra Eluidium circa finem, & lib. 1. contra Iouinianum, hūc locum de virginibus exponit. nam propriè virgines nō maculāt vestimenta suæ carnis. Sic enim intelligitur Iudas in canonica. cap. vnico: odientes eam quæ carnalis est maculatam tunicam. Ego magis inclinor vt generaliter de omni virtute hic textus intelligatur, vt intelligi solet communiter. Ita Richar. & Ansel. & Ansbertus & alij. & de veste candida & stolla de qua. cap. 7. & 22. sermo fit. quam vestem insignum innocētiæ & sanctitatis accepimus in Baptismo: quæ peccatis cōtaminatur, & pœnitentia abluitur. Ait ergo Dominus: qui vestimenta sua non inquinauerunt, ideſt, qui dona innocentiæ & immortalitatis in baptismate accepta ad pristina mala reuertendo nō cōtaminauerunt. Aliter, non contaminauerunt vestimenta sua, quia post baptismum per luxuriam & incontinentiam nō cōtaminauerūt corpora sua. Aliter: vestimenta sua nequaquam cōtaminauerūt quia mūda opera sua sordibus vitiorum nō polluerunt. ita Richardus.

Hiero. to. 2 p. 15. Hiero. to. 3. pa. 46. Iudas. c. vnico. Richar, Ansel. Ansber.

¶ *Et ambulabunt mecum in albis.* Hic locus dupliciter potest intelligi. Primo modo. vt sit promissio in futura vita adimplenda, vbi sancti cum Christo candore glorioso fulgebunt corporaliter. quod significauere vestes Christi quæ in trasfiguratione factæ sunt albæ sicut nix. Math. 17. iuxta illud ad Philip 3. qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Sic enim solet Redemptor noster promittere: vbi sum ego illic & minister meus erit Ioa. 12. & Apoca. 19. in cœlo sequūtur Dominum in equis albis, vestiti byssino albo. nam albus color diuinitati semper tributus est propter participationem lucis maiorem. Ita notabat Cicero de Natura deorum. Hanc ergo expositionem de futura vita attigit D. Thom. & alij. ait ergo. *Et ambulabunt mecum in albis.* Ideſt, mecum semper erunt in perpetuis voluptatibus. vestis enim candida lætitiæ iudicium est. Eccle. 9. Vade ergo & come de in lætitia panem tuum, & bibe cū gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua: omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. Hinc Apocal. 7. de sanctis dicitur amicti stollis albis, & palmæ in manibus eorum. Sed obstat illud, quod mox in hoc capite promittitur in futura vita hæc vestis alba. & videtur incōueniens quod eadem promissio simul bis repetatur. Erit ergo altera intelligentia quod ambulabunt in hac vita cum Christo adiubante, & præeūte: vt sit sensus quod ibunt proficiendo de virtute in virtutem, vt dicitur Psal. 83.

D. Tho. Eccl. 9. Apo. 7. Secūda intelligentia. Psal. 83.

¶ *Quia digni sunt.* Scilicet, quibus incrementum gratiæ conferatur. omni enim habenti dabitur & abundabit. Mathæ. 25. & digni etiam sunt qui in beata vita cum Christo ambulent. nā sancti & merentur de condigno gloriam beatam, & augmentum gratię in hac vita. & ideo dicuntur digni vt Sap. 3. In paucis vexati in multis bene disponētur, quia Deus inuenit eos dignos se. Nec obstat quod dixit Pau. ad Roma. 8. non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. nam loquitur de passionibus quatenus procedunt à libero arbitrio nostro, præscindendo valorem gratiæ. Nam hæc dig-

Math. 17. Ioa. 12. Apo. 19. Math. 25. Sap. 3. Rom. 8.

dignitas qua digni sunt, à gratia est informante nostros actus. iuxta illud ad Colos. 1. Colos. 1. qui dignos nos fecit in parte sortis sanctorum.

¶ *Qui vicerit sic vestietur vestimẽtis albis.* Iam expositum est, his verbis significari, gloriæ candorem. de stolla etiam immortalitatis corporeæ intelligi etiam potest hic locus secũdum D. Thomam. D. Tho. Cæterum in Græco est, ὅτος, idest, hic. & non οὕτως. idest, sic. qui vicerit, hic vestietur, &c. & ita habent multi codices & ita legit Aretas, & sensus conuenientior est. & fortè ita vertit noster interpres. facilè enim pro, hic, potuit scribi sic. sed in græco facilè etiã errari potuit. Est enim ὅτος, qđ si scribatur cũ, o, micrõ significat hic. si vero cũ, ω, mega, sic, significat. Sed nõ est reijcienda lectio quę in uenitur in plurib⁹ exemplaribus vulgatæ æditionis. præsertim cum nihil mutetur in sensu. Atquè in hac lectione & si cõiunctio sic, referri possit ad verbum vicerit, melius referetur ad verbum, vestietur. vt retulit Aymo. Ambrosi. Beda, & Ansel. Gagneius & alij. Aymo. Ambro. Beda. Ansel. Gagn. Ita autem interpretantur. qui vicerit, vestietur veste immortalitatis, & gloriæ, ita vt illi qui nõ inquinauerũt vestimenta sua, idest, qui innocẽtiam in baptismo acceptam seruauerunt.

¶ At nescio cur de istis tantum sit intelligendum. quum valdè propriè illi dicantur non coinquinasse vestimenta sua, qui postquam per pœnitẽtiam illa abluerunt, non ea inquinauerunt. Nec enim nunc agit de illis qui vestẽ innocentiæ tota vita sine vllo peccato conseruarũt, sed de his qui non adhæserunt hæreticis, & persequutoribus, qui tunc in Asia grassabantur: atquè illos dicit nõ inquinasse vestimẽta sua, qui tamen antea potuerant aliquando peccasse. Præterea illud. *Qui vicerit.* Non tantum referendum est ad eos qui post peccatum pœnitentiã egerũt, cum optimè etiam referri possit ad illos, qui nunquàm peccauerũt post baptismum, nec hæreticis assensi sunt. Ait ergo qui vicerit mundum & diabolum sic vestietur stolla alba gloriæ & immortalitatis, sicut illi qui tũc erant in Sardis, qui non inquinauerãt vestimenta suã, assentiendo hæreticis: sed ambulauerunt in puritate & sinceritate fidei.

Et non delebo nomẽ eius de libro vitæ. Liber vitæ æternam Dei notitiam & stabile decretum significat. quemadmodum enim quæ cõtinentur sub regio chyrographo certa sunt, ita quæ continentur sub decreto diuino & stabilia & certa sunt. ideo certitudo diuinæ scientiæ liber vitæ nominatur. & in eo libro scripti sunt, quos Deus ordinat ad vitam æternam. vt ad Phil. 4. quorum nomina scripta sunt in libro vitæ. & psalmo. 138. & in libro tuo omnes scribentur. & aliqui sic intelligunt illud psalm. 39. in capite libri scriptum est de me. De quo loquitur Daniel. cap. 12, in illo tempore saluabitur populus tuus omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. Apocal. 13. & 17. & 20. & 21. Sed quomodo aliqui ex hoc libro dicantur deleri exponere oportet. nam psalm. 68. dicitur deleantur de libro viuentium. & ex nostro textu colligitur. quod qui non vicerit, erit delendus de hoc libro.

¶ Primus ergo sensus est, quod impij dicuntur deleri de libro vitæ, eo quod frustrantur sua opinione: quia scriptos se in illo esse putabant, ac si dicat Dauid. constet etiam ipsis nõ esse scriptos in illo libro vitæ, hoc est, in notitia Dei qua prædestinauit ad vitam.

Liber vitæ quid.

Philip. 4.

Psa. 138.

Psa. 136. Dan. 12.

Apo. 13. 17 20. 21.

Psa. 68. Exponitur locus.

Primus sensus.

tam. Ad hunc modum intelligitur il-
Psa.90. lud Psalm.90. cadent à latere tuo mil
le & decem millia à dextris tuis. ideſt,
multi ſcandalizabuntur, ex eo nume-
ro qui ſe ſperabant ſeſſuros tecum, &
ſtaturos ad dexteram. Hęc eſt Augu.
quam refert gloſſa in hùc locum Pſal.
non tamen placet D. Thom. in 1. par-
te, quæſt. 24. articulo 3. eo quod non de
leri de libro vitę ponitur in noſtro tex
tu inter prędmia iuſtorum. qui vicerit,
inquit, non delebo nomen eius de li-
B bro vitæ, quod autem ſanctis repro-
mittitur non eſt ſolum in hominum
opinionem, ſed ſecundum rem.

Secundus ſenſus. ¶ Secũdus ſenſus eſt, Hilarij quòd
præcatur Dauid, vt deleantur impij
de libro viuentium, hoc eſt, vt moriã
tur & non viuant vita naturali.

Tertius ſenſus. ¶ Tertius ſenſus eſt impropriè ac-
cipi in hoc loco verbum de leri, non
vt ſignificet ſemel in ſcriptum erradi.
Sic enim impoſſibile eſt ſemel verè C
ſcriptum in libro vitæ, hoc eſt, in Dei
memoria ſtabili, & æterna, & in præ-
deſtinatione deleri, ſed accipi impro-
priè pro nõ ſcribi in libro. vt impios
de libro viuentium deleri nihil aliud
ſit, quàm impios in eo non ſcribi ſi-
mul cum iuſtis. atquè ita pars ſequẽs,
& cum iuſtis non ſcribantur, prioris
erit explanatio: quod in Prophetis &
in Pſalmis nõ eſt infrequẽs. Sed omiſ
ſa hac expoſitione Titelmani, alijsq; D
duabus, planior mihi videtur aliorũ
Quartus ſenſus. expoſitio. Pro qua notãdum eſt. quod
ſcribi aliquem in libr. vitæ dupliciter
ſtat, aut ratione diuinæ prędeſtinatio-
nis, aut ratione gratiæ habitualis, quod
eſt ſecundum præſentem iuſtitiam:
quando aliquis reprobus eſt ingratia,
Abulen. Exo. 32. à. q. 41. per tres queſtio nes ſequentes. & qui ſunt ſcripti iſto ſecundo mo-
do, ſecundum Abulenſem, tantum
ſunt ſcripti ad extra & foris, alij verò
intus, vt prædeſtinati. & hæc ſcriptura
Dei immutabilis eſt, & indelebilis.
Eſt enim certus numerus prædeſtina
torum. Sed liber vitæ qui dicitur ſecũ
dum præſentem iuſtitiam, dicitur de
leri & mutari, ſecundum quod mutã
tur mores hominum abſq; mutatio-
ne ipius Dei: iuxta illud Exod. 34. qui Exo. 34.
peccauerit mihi delebo eum de libro
meo. Promittit ergo Deus in hoc tex
tu victori, ſe donum perſeuerantiæ
collaturum illi, vt non deleatur de li-
bro iuſtorum, qui ſcribuntur ſecun-
dum præſentem iuſtitiam. legite D.
Thom. loco allegato.

¶ *Et confitebor nomen eius coram patre meo, & coram Angelis eius.* Ac ſi di
cat: palàm coram patre meo, & Ange
lis eius eum agnoſcam, & inter eos nu
merabo, & gloriabor me talem ſeruũ
habere. vnde ad Hebræ. cap. 11. ait Pau Heb. 11.
lus: ideo non confunditur Deus, voca
ri Deus eorum: parauit enim illis ciui
tatem. Hieruſalem, ſcilicet, ciuitatem
cœleſtem. Sicut ipſe ait in euangelio
venite benedicti patris mei poſſidete
paratum vobis regnũ ab origine mũ-
di. Alludit autem in hoc loco Domi- Math. 25.
nus ad illam eius promiſſionem, quæ
ſic habetur Math. 10. omnis qui confi Math. 10.
tebitur me coram hominibus: confi-
tebor & ego eum coram patre meo,
qui in cœlis eſt. & hoc futurum eſt in
iuditio vniuerſali illis verbis: venite
benedicti patris mei percipite regnũ.
eſuriui enim & dediſtis mihi mandu
care Math. 25. hoc in loco tractari ſo- Math. 25.
let locus communis de appetitu ho-
noris. Nam nullus honor huius vitæ, Solus honor cœleſtium virorum quærẽdus eſt & mundanus contemnẽdus.
nec vllus triumphus quantumuis glo
rioſus, hunc honorem à Chriſto pro
miſſum adæquat. & ideo hic ſolus à
magnanimo viro quærendus eſt, & Sap. 2.
hoc eſt quod habetur Sap. 2. c. neſcie-
runt

runt ſacramenta Dei, nec mercedem ſperauerunt iuſtitiæ, nec iudicauerũt honorem animarum ſanctarum.

¶ *Qui habet aurem audiat quid ſpiritus dicat Eccleſijs.* Quia nihil ſubijcit quod dicatur Eccleſijs, vt ſolet dicere: oportet vt intelligamus, verba præcedentia, qui vicerit, ſic veſtietur, &c. Eccleſijs dicta eſſe: & cum ad Eccleſiam loquitur, ſolet à quibuſdam, ad omnes transferre ſermonem. Quod enim dominus ſeptem Eccleſijs dicit, omnibus dicit, vt eſt illud: vincẽti dabo ẽdere de ligno vitæ. qui vicerit nõ lędetur à morte ſecunda. & ſic in hoc loco qui vicerit, ſic veſtietur veſtimẽtis albis & nõ delebo nomen eius de libro vitæ. &c.

¶ *Et Angelo Philadelphiæ ſcribe.* Philadelphia vrbs eſt Miſſiæ in Aſia generoſi vini prouentu nobilis. nam præter ſolam vitem nullam in ea arborem propagari dicitur. & hic Epiſcopus erat egregię ſanctitatis vir: eum quę Dominus in ſanctitate cõfirmat magnis promiſſis. & ideo authorem epiſtolæ commendat Ioãnes à bonitate & ſanctitate dicens:

¶ *Hæc dicit ſanctus & verus.* Verum quę nomen in græco ponitur cum articulo, emphaſin quandam præſeferẽte. Sanctus ille, ideſt, qui ſanctus eſt, & author & amator ſanctitatis, & verax ille. ſanctitas Deo attribuitur, & hoc eſt illud quod 1. regu. cap. 2. dicitur: nõ eſt ſanctus ſicut Deus noſter. & ſeraphin acclamant domino: ſanctus, ſanctus, ſanctus, ter propter trinitatẽ perſonarum. Eſa. 6. ſignificat autem hoc nomen puritatem quãdam eximiam. & ideo dicitur græcè agios, ideſt, ſacer purus, & ideo habetur Leuit. 12. Sãcti ſtote quia ego ſanctus ſum. & in Eccleſia primitiua omnes Chriſtiani dicebantur ſancti, vt colligitur ex. cap. 1. epiſtolæ ad Roma. Paulus omnibus qui ſunt Romę, dilectis Dei, vocatis ſanctis propter hanc puritatem. & hoc eſt illud quod Paul. ait ad Hebræ. 7. de Chriſto loquens: ſanctus, innocens, impolutus ſegrægatus à peccatoribus. Vbi declarat D. Paul. quid ſit ſanctum nempè ſegregregatum à peccatoribus. & hoc eſt quod Lucæ. c. 2. dicitur ab Angelo Deiparæ: quod enim naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei. Erit ergo ſanctũ in hoc loco idem quod bonum. Sumitur etiam hoc nomẽ pro inuiolato, & hoc etiam apud prophanos authores. Vnde ſancta loca dicuntur (vt Donatus ait) quæ omni obſeruatione inuiolata ſunt. Sãctum (inquit Martianus de rerum diuiſione) proprię dicitur quod ab iniuria hominum defenſum atquè munitum eſt.

¶ *Et verus.* Nempè in promiſſis. vnde Math. 24. ait: Cœlum & terram trãſibunt verba autem mea non præteribunt. ad hunc ſenſum aliqui exponũt illud quod Dauid ait Pſalm. primo. & folium eius non defluet. Chriſti verba, quæ per folia ſignificantur, nõ defluent, quia eſt verus in promiſſis. Pſa. 104. fidelis dominus in omnibus vijs ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis.

¶ *Hæc dicit ſanctus & verus, qui habet clauem Dauid.* Hoc in loco annotare libet pro intelligentia ſcripturæ ſacræ. quod Spiritus ſanctus in pagina ſacra vtitur multis alluſionibus. Alluſiones vocamus quando non adducũtur teſtimonia ſacrę ſcripturæ ad verbum: nec citantur loca exquibus ſumuntur, nec authores illarum, ſed ſolum ſenſus attingitur. & ad myſterium iam ante actum alluditur. Hæc er-

Philadelphia vrbs eſt miſſiæ in Aſia.

Sanctitas Deo proprię tribuitur.

1. reg. 2.

Eſa. 6.

Leui. 11.

Rom. 1.

Ad Hebr. 7.

Luc. 1.

Math. 24.

Pſal. 1.

Pſal. 104.

Regula de alluſionibus ſacræ ſcripturæ.

ergo alluſio triplex inuenitur.

Alluſio ad factum. ¶Prima dicitur alluſio ad factum, qua vſus eſt Chriſtus Dominus apud
Math.10. Math.c.10.Mittens Apoſtolos ad prædicandū,nolite,inquit,poſſidere aurū nec argentum,nec pecuniam non peram in via.&c.Neque virgam.voluit Dominus his verbis ſignificare vt totam ſuam ſpem & confidentiam in illo collocarent. Alludens ad id quod
Gen.32. ſanctus Iacob dixerat Geneſ.32.In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum, & nūc cum duabus turmis regredior. Ac ſi diceret:ſi olim ſanctꝰ Iacob Deo ſolum confidens, nihil illi defuit imo diuitijs plenus ad patriā redijt,quanto magis vos cōfidere debetis, cum ego ipſe mittam uos.Ite igitur etiam ſine baculo:nam ecce ego ſum, qui mitto vos. Eadem alluſione vſus eſt apud
Luc.10. Lucam.c.10.quando eoſdem miſit ad prædicandum.Neminem,inquit, per viam ſalutaueritis.Alludens ad prꝫceptum Eliſæi præcipientis Giezi ſeruo ſuo,vt pergeret cū baculo ſuo in domum hoſpitis ſuæ,ad ſuſcitandum filium eius.Si occurrerit tibi homo (inquit Eliſæus)non ſalutaueris eum, & ſi ſalutauerit te quiſpiam, non reſpondeas ei.Ac ſi diceret Dominus:imitamini factum illud Giezi, nolo enim vos immorari in ſalute animarum & ſpirituali reſurrectione illarum procuranda, quando hæc multo præſtātior ſit reſurrectione corporali, quam Eliſæus intendebat. ¶Secunda eſt alluſio ad ſenſum.quando non tàm verba quàm ſententię referuntur.Qua ſuperius.cap.1.dixerat Dominus: ego ſum primus, ideſt, primo promiſſus in lege.Alludens ad illud Gen.3.ipſa cōteret caput tuū.Eadem vſus eſt Ioan.in ſua Cano.cap.3. in hoc apparuit filius Dei vt diſſoluat opera diaboli, alludens ad eundem locum Geneſis.

4.Re.4.c

Alluſio ad ſenſum.

Ioan.

Gen.3.

¶Tertia alluſio inuenitur ad verba. Quando eadem verba alterius loci referuntur,non citato authore, aut ſcriptore , nec ſaltim dicendo ſicut ſcriptum eſt.Hac vſus eſt Paul.in epiſtola ad Roma.cap.10.dicens: & quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum , & in fines orbis terræ verba eorum.Alludit enim ad Pſalm.18.vbi eadem verba dicuntur. Vocat enim Paulus Apoſtolos ad prædicandum miſſos,cœlos: de quibus præcipuè in ſenſu myſtico Pſalmus ille intelligitur.Eadem vtitur Diuus Petrus.p.ſuæ Canonica.cap.1.Omnis caro fœnum, & omnis gladia eius tanquam flos agri:exaruit fœnum & flos decidit,verbum autem Dei manet in ęternum.alludēs ad Eſa. 40. Sic hoc in loco Ioā. dicens: qui habet clauem Dauid. &c. alludit ad eadē verba dicta apud Eſaiam.c.22.& infra.c.5.cum dicitur vicit leo de tribu Iuda. Alluſio fit ad eadē verba Gene.49.

Tertia alluſio ad verba.

Ad Ro.10.

Pſal.18.

1.Pet.1.

Eſa.40.

Eſa.22.

Gen.49.

¶ *Qui habet clauem Dauid qui claudit & nemo aperit.* Totum quod legimus in diuinis libris(vt D. ſcribit Hierony.ad Paulinum de inſtituen.Monach.) nitet quidem & fulget etiam in cortice,ſed dulcius in medula eſt. Qui edere vult nucleum , frangat nucem.reuela(inquid Dauid) oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua. Si tantus Propheta tenebras ignorantiæ confitetur: qua nos putas paruulos & penè lactentes in ſcitiæ nocte circumdari? Hoc autem velamen non ſolum in facie Moyſi , ſed & in Euangeliſtis, & Apoſtolis poſitum eſt. Turbis Saluator in parabolis loquebatur , & contextans myſticum eſſe quod dicebatur, aiebat: qui habet aures audiēdi,audiat.Niſi aper-

D.Hier.

Pſa 118.b

ta fuerint vniuersa quæ scripta sunt ab eo qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit: nullo alio referante pandetur. hæc ille.

Clauis in sacra scriptura multa significat primũ significat potestatem. Esa. 22.

¶ *Qui habet clauem Dauid qui claudet & nemo aperit, aperit & nemo claudit.* Locus hic desumptus est ex Esa. cap. 22. Vbi typus Christi in quodam Eleachim præcessit: & in hoc loco Ioann. ostendit illud vaticinium in Christo fuisse adimpletum. Promittebatur ibi à Domino summa potestas in domo Dauid illi Eleachim, illis verbis: & potestatem tuam dabo in manu eius. Per clauem enim potestas significatur, & inde orta est consuetudo vt victoribus tradantur claues abijs qui victi sunt, & summis magistratibus solent claues in potestatis signum dari. & potestas data Petro Apostolo per claues fuit significata. Math. 16. & quod ibi dicitur: quod cũ q; solueris, hic vocatur aperire: & ligare, idem est, quod claudere phrasi hebręa. Ponitur verò numero singulari hic clauis, propter potestatis excellentiã: quæ vna erat in Christo. Petro verò plurali claues dantur, quia erat illa potestas ministerialis alligata sacrò, quæ habebat multiplicem effectum occurrentem in ipso vsu clauium. & Ioan. 20. Eadem potestas cõfertur ibi: quorum remiseritis peccata, &c. Nam aperire, soluere, & remittere, idẽ significant. Quia verò Esaias respiciebat ad dominũ qui erat venturus de domo & familia Dauid, ideo nominauit clauẽ Dauid. i. potestatem regiam in domo Dauid, & in Ecclesia quæ fundata est ab ipso successore Dauid, qui est Christus. Sic intelligendum illud Apoca. 9. Clauis putei, id est, potestas admittendum in puteum

Math. 16.

Ioa. 20.

Apo. 9.

A & Apo. 20. Clauis abyssi, ideſt, potestas. Ita exponunt Ansel. & Beda. Est ergo sensus quod Christus author huius epistolæ poterit ad implere promissa. Est ergo verus, quia vult adimplere: & potest, quia habet clauẽ Dauid. Hic ergo Episcop⁹ nõ dubitet de promissis. Est enim hęc potestas irrefragabilis, cui nemo potest resistere, & ideo dicit claudit & nemo aperit.

Apo. 20. Ansel. Beda.

¶ Est etiam sensus, vt clauis Dauid B significet vim exponendi sacras scripturas, quarum eximius Propheta fuit Dauid, ita Richar. & D. Thomas. Na Lucæ vltimo, discipulis euntibus in emaus aperuit Christus sensum vt intelligerent scripturam. & Apo. 5. Solus agnus inuẽtus est qui aperiat librum, sicut solus olim Ioseph inuentus est qui occulta reuelaret. Gene. 11. Ad hũc etiam modum exponit hunc locum diuus Hilarius, in prologo Psalmorũ dicens: sunt autem omnes propheticæ admundialem sensum & prudẽtiam seculi clausæ, & obsignatę. Secundum illud Esaiæ, & erunt vobis omnia verba hęc, tanquàm eloquia libri huius signati, &c. Quod siquidẽ homini sciẽti literas dicetur: lege ista, dicet: non possum legere signatum est enim. & si dabitur liber hic in manus homini nescienti literas, & dicetur, lege hunc, respondet nescio literas. Imperitia legendi, & intelligendi librum Prophetiæ, sub persona vtriusquè hominis monstrata est. quum intelligentia docti ad legendum, signaculum clarsi mysterij non adeuntis, illius in docti ignorationi per communem vtriusquè intelligendi inopiam, comparatur. Sunt enim vniuersa allegoricis & typicis cõtexta virtutib⁹: per quę omnia vnigeniti Dei filij incorpore: & gignẽdi, & moriendi, & patiendi, & resur-

Secundus sensus. Clauis vim exponendi sacrã scripturam significat. Luc. vlti. Richar. D. Tho. Iuxta c. 5.

Gen. 11.

Hilarius.

surgendi,& in æternum conglorifica tis sibi qui in eum crediderunt,regnã di,& cæteros iudicandi sacramẽta pã duntur.& hoc quidem ex omni scrip turarum propheticarum genere dictum esse intelligendum est.&c. Tamẽ nequaquam Psalmorum librum nisi per fidem aduentus eius posse intelligi ita Ioannis Apocalypsi docemur in hoc loco. *qui habet*, inquit, *clauem Dauid,&c.* Clauem igitur Dauid habet,quia ipse per hæc vi quadam signacula,quæ de corporalitate eius & passione & morte & resurrectione,& gloria & regnõ & iudicio Dauid in Psalmis Prophetat, absoluit.aperiens quod nemo claudet & claudẽs quod nemo aperiet.Quia per hãc,quæ in illo expleta est propheriam,aperiet qđ nemo præcludet,& cõtra, expletæ in eo propherię fide abnegata, claudet quod nemo possit aperire:nullꝰ enim nisi ille in quo hæc prophetata & expleta sunt clauem intelligentiæ huius impartiet.Hæc Hilarius. Est verò nõ aliena sententia Iob.12. ipse habet consilium & intelligentiam, si destruxerit nemo est qui ædificet: si incluserit sermonem nemo est qui aperiat. De hac claue est illud Luc.11. væ vobis legis periti qui tulistis clauẽ scientiæ & ipsi non introistis:& his, qui introibãt prohibuistis. Hanc clauem dedit pater filio, quatenus ille homo est. de qua etiam explicant sancti illud Esa. 22. dabo clauẽ Dauid super humerũ eiꝰ: aperiet & nõ erit qui claudat claudet,& nõ erit qui aperiat. Solus enim Christus potestatem & authoritatem accepit à patre aperiendi scripturas. qua de re vide Irenæum lib.4.Hæresũ.c.37. Hac claue aperiebat Christus librum, & signacula eius soluebat: hoc est,difficultates diuinarum scripturarum enodabat. Ipse enim est qui stetit in medio discipulorum suorũ, & aperuit illis sensum vt intelligerẽt scripturas. Sed non omnibus aperit scripturas, sed se ad id præparantibus & disponentibus.Impij Iudæi in pertinatia manentes,vident Moysem velo coopertum,hoc est,legem tectam, quam nullatenus intelligunt: nam vt verbis vtar Paul.2.Cor.3.Ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum. habent legem in membranis sed inuolutam;nam verus intellectus recessit ab illis. Id ait his verbis noster Ioãnes inferius.cap. 6.& cœlum recessit,sicut liber inuolutus per cœlum diuina scriptura intelligitur:quæ clausa vt liber inuolutus, abijt à Iudeis quoad veram intelligentiam.vident enim quod foris apparet, mysteria autem intus inclusa minimè percipiunt. nolunt enim se ad ea intelligenda præparare.Ita D.Ambro. explanat. Vt cõchilia marina se aperiũt ad suscipiẽdum rorem cœlestem, ex quo fulgentes gemmas conficiunt,vt ait Aristote.& post illum Isidorus, aquam verò amaram euitant: sic nos debemus ad diuinam sapientiam,veramq; doctrinam adipiscendam animos aperire,ex qua clarissimas eruditionis margaritas concipiamus.mundi verò scientiam quam Apostolus in.1.ad Corin.3. stultitiam vocat, quæ cum turbida & amara aqua comparatur,contemnamus & ad cœlestem sapientiam aspiremus.Iacob amouit lapidem,quo puteus claudebatur, & aperuit puteum vbi biberent greges: & Christus redemptor noster,quem ille adumbrabat, aperuit scripturam, vt aqua doctrinæ recrearentur homines. Accipi autem aqua pro sapientia docet Ecclesiasticus. cap. 15. cum ait

Luc.24.

2.Cor.3.

Infra 6. Cælum diuina scriptura.

Ambro.

Similitudo

Aristo. Isidorus.

1.Cor.3.

Gen.29.e Figura.

Eccle.15.a

Aqua pro sapientia. Esa.12.

ait : aqua sapientiæ salutaris potabit illum & Esai.12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Eodem

Gen.41. f Panis pro sapientia.

modo Ioseph in Aegypto aperuit horrea vt homines pane aleret & nutriret, & Christus cuius ille imaginem gerebat apperuit diuinas literas, vt nos pane doctrinæ sustentaret. Accipi autem panem pro diuina doctrina in

Eccle.15.a

dicat his verbis Ecclesiasticus: cibauit eum pane vitæ & intellectus. & Hie-

Hiere.11. Exponitur locus

rem.cap.11. Cum inducit pharisæos, & scribas, ita aduersum Christum loquentes: mittamus lignum in panem eius, hoc est, mittamus venenum in eius doctrinam. Dabant enim operã Iudæi illi, vt Christi doctrinam labefactarent, & corrumperent dicentes eam cum lege Dei nõ cohærere: imo ab illa discrepare: quò Redemptori nostro conflarent odium, ei què necẽ machinarentur: ideo eam deprauabant quantum in ipsis erat. & cum esset salutaris atquè diuina, eam pestilentem, prophanamq; prædicabant. miscebant cum illa falsitates, quò ab illa homines auerterẽt. Lignum, quod mittere conabantur in illam, erat tuxus: cui inest lætale venenum. Hanc

Tuxus arbor cui inest letale venenum.

arborem ait Sestus appellari græcè smilacem, essequè in Archadia tàm pestilentis veneni, vt si quis sub illa dormitet, statim moriatur. Ex tuxo

Tuxum.

fit taxicũ, quod alij toxicum vocant, pestiferum venenum, eiusquè lignum est venenum. vnde per lignum hoc loco venenum significatur. At nihil profecerunt inuidia & malèvolentia sua. Christus enim in Iacob, & Ioseph figuratus aperuit puteum & horrea vt nos cœlesti pabulo reficeret. Id quidem est quod ait Lucę. cap.

Luc.24.

24. eum aperuisse discipulis scripturas, qui dicebant: nonne cor nostrum A ardens erat in nobis dum loqueretur in via & aperiret nobis scripturas? ipse est de quo ait Ioan. hîc qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit claudit, & nemo aperit.

¶ Aliqui ad mysterium crucis referunt hanc clauem. Est enim clauis quæ cœlum aperit, crux Domini. & est in Ecclesia; ideſt, domo regia Dauid & congruit illud Mathæ.24. quod venturum dominum ad iudicandum B præcedet signum filij hominis. Clauis enim debet præcedere introitum. De hac claue explicant illud Esaię: dabo clauem domus Dauid super humerum eius. Super eius humerum posuit pater crucem, quæ cœleste templum aperuit. hanc baiulauit Christus dominus super humerum suum, brachijs eam amplectens: vt significaret quanto eam amore prosequeretur, in ea pependit vt mortem nostram perimeret. & quoniam in cruce, nostra crimina deleuit, & ostium paradysi aperuit, vocat eam clauem C domus Dauid. Hęc clauis vocatur ab eodem Esa.c.9. principatus. vbi dicitur: & factus est principatus super humerum eius. ¶ *Scio opera tua.* In hoc loco scire approbare est. de quo supra c.2. diximus.

Tertius sensus. Clauis significat crucem.

Math.24.

Esa.22.f

Esa.9.

¶ *Ecce dedi coram te ostium apertum quod nemo potest claudere.* Quid sit ostium ipse Christus declarat Ioan. 10. Ego sum ostium. per me si quis introierit saluabitur. vbi Christus se ipsum promittit. & dicit se ipsum dedisse cognoscendũ huic Epo. & vt hoc ostiũ aperiat, claue hoc est scripturarũ intelligẽtia est necessaria. Sic. n. habet Ioã. 5. scrutamini scripturas ipsæ. n. testimoniũ perhibẽt de me. & hoc ostiũ aperuit Dñs euntibus Emahus, & Paul. ad Colos. 4. dicens aperiat mihi Dñs

Ostiũ Christus Ioa.10.

Ioa.5.

Colo.4.

ad

ostium sermonũ idem est ac si diceret vt aliquũ volut. der mihi intelligẽtiam scripturæ de eo. s. testimoniũ perhibentis. Potest etiã ostiũ nomine significari cor audientiũ & voluntas. sic capitur infra in hoc capite: ecce sto ad ostium. 1. ad Cor. Erit ergo sensus nostri textus: dedi tibi populũ obedientem, & benevolũ, vt fructuosa sit tua prædicatio. Est autem efficax istud Dei auxiliũ, tàm quoad intelligendũ Christũ in scripturis, quàm quoad fidem & attẽtionem auditorũ, & ideo dicitur quod nemo potest claudere.

Secundus sensus.

Ostiũ cor audientiũ.

¶ Aliqui, vt notat Gagneius, ad apertionẽ cœli referunt. quę per Christũ facta fuit in ascensione. antea enim cœlũ erat clausum hominibus. Quod verò ait: dedi corã te ostiũ apertũ, perinde est ac si diceret. dedi tibi ostium apertum, vel aperui tibi ostiũ. ¶ Sed iudicio meo vt cæteras expositiones omittamus, docet hic locus huius Episcopi monitione & doctrina multos ingressuros esse in Ecclesiã, adeò q; non amissurum ex suis, vt multos etiam infidelium Christo lucri facturus sit. hic locus ex præcedentibus intelligitur, ac si dicat: ego qui habeo clauẽ Dauid. i. potestatem super Ecclesiã, quo aperiente nemo potest claudere, aperui ostium illius coram te, vt te homines per prædicationẽ vocãte multi ingrediantur in Ecclesiam, nec valeat diabolus ingressum impedire. & hunc locum intelliges per illud Paul. 1. Cor. 16. apertum est mihi ostiũ magnum & euidens. ideſt, occasio magna mihi data est prædicandi, & multos introeundi in Ecclesiam. Idem ait. 2. Cor. 2. ostium mihi apertum est in domino, ideſt, per dominum.

Tertius sensus.

Ostiũ apertũ est apertio regni cœlestis.

1. Cor. 16.

2. Cor. 2.

Quia modicã habes virtutẽ, & seruasti verbũ meũ, & non negasti nomẽ meũ.

A Hîc uirtus non virtutẽ moralem significat, sed robur, & potestatẽ corporis. & est sensus: contuli tibi hoc beneficiũ, & alia dona, quæ postea referã, quia & si imbecillis, & viribus infirmus tamen viriliter te gessisti: tum, in obseruatione meę legis, tum etiã, in hoc, q̃d nõ negasti nomen meũ, quan tũuis tẽtationibus esses vexatus. Erat enim huic Episcopo, sicut & Paulo A postolo, præsentia infirma corporis, li B cet epistolę essent fortes. vt habetur. 1. Cor. 10.

1. Cor. 10.

¶ Est vero hic locus communis, quod Deus in operis remuneratione, omnes circunstantias attendit. & cõparat vim corporis, cum ipso opere. Plus enim stimandũ est ieiunium imbecillis hominis, quã robusti: sic Dñs plus stimat pauperis viduę quadrantẽ, quã divitis magna munera. Marci. 12. retribuit enim vnicuiq; dñs secũdũ C suũ laborẽ. 1. Cor. 3. congruit cũ hoc illud Mat. 20. vbi qui serius veniunt ad laborẽ, æquiparantur in præmio cũ illis, qui portauerunt pondus diei & æstus. procul dubiò quia per aliquã circunstantiã, vel intentionẽ, vel maiorẽ charitatẽ, cõpensabant breuitatẽ temporis. Deus enim intuetur cor. 1. regu. 16. de quo supra. c. 2. diximus.

Deus in operis remuneratione omnes circunstantias considerat.

Mar. 12.

1. Cor. 3. Matth. 20.

1. Reg. 16.

¶ Ecce dabo de synagoga sathanæ, qui dicunt sẽ Iudæos esse, & nõ sunt sed mẽtiuntur: ecce faciã illos, vt veniant, & adorẽt ante pedes tuos. Cum dicit dabo, subaudiẽdũ est tibi, & in verbis cõtinuò sequentibus, apertè explicat quod prius obscurè dixerat: ecce dedi corã te ostiũ apertũ. ¶ Qui sint illi qui se dicũt esse Iudęos & non sunt, supra iam dictũ est. Sed notãdũ quod hîc promittitur huic Episcopo cõuersio iudaicæ perfidiæ loco præmij. Est enim hoc præmium prælati, & prædicatoris, vt

1. Thes. 2. Est enim præmiũ nõ paruũ prædicari simul tos ad fidẽ cõuertere.

multos cõuertãt ad virtutẽ. 1. Thes. 2. il lis verbis: quę est nra spes, aut gaudiũ, aut corona gloriæ, nõne vos? ante do minũ nrũ Iesum Christum estis in ad uentu eius, idest, vos estis gloria nostra, & gaudium. & ideo de doctoribus & fundatoribus religionum canit Ecclesia illud quod de Simone sacerdote magno habetur. c. 50. Ecclesiastici, quasi oliua pullulans, & quasi platani circa illum steterunt quasi rami palmæ, & omnes filij Aaron in gloria sua. Et hoc est illud quod Cant. 4. Cantica de Ecclesia dicitur: dentes tui sicut greges tosarum, vbi doctores & prælati vocantur dentes: quia frangũt præduram escam paruulis: & sunt ipsi attonsi & mutilati, nimirum recisis superfluis diuitijs. & sequitur quasi illorum præmium: omnes gemellis fetibus, & non est sterilis inter eas. Sunt notanda verba Pauli de hoc. 2. Cor. 12. ait enim se timere ne illos inueniat peccatis contaminatos. & addit: & humiliet me Deus apud vos, humiliatẽ dixit, quasi quid oppositum præmio. Et notandum quod est hîc aliqua tacita prophetia iudaici populi aliquãdo conuertendi. vt ad Rom. ca. 11. ait Paulus quod reliquiæ Israel salui sunt, de quo etiam Esa. cap. 6. & venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum, qui detrahebant tibi. & in hoc textu idem dicitur de Iudæis: veniẽt & adorabunt ante pedes tuos, i, tunc intelligent, & cõfitebũtur te. Veniẽt, scilicet, ad me, & me coram pedibus tuis adorabunt.

2. Cor. 12. Rom. 11. Esa. 6.

¶ *Et scient quia ego dilexi te.* Quasi dicat Ioa. in hoc textu: nunc ignorant gentes an ego te diligã: quia te vident vexari ab improbis, me id facere permittente. tũc intelligent venientes ad adorandũ me ante pedes tuos, te veracem & pium fuisse, & Deo charũ: quod non intelligebant quãdo ab impijs vexabaris. quæ vexatio generaliter comuenit vniuersali Ecclesiæ. vt hîc notat Richardus. Cæterum amicis secreta patris pãdit Christus: vt dicebat Apostolis: iam non dicam vos seruos, sed amicos: quia quæcumquè audiui à patre, nota feci vobis. Argumentum igitur maximum dilectionis Christi erga aliquem facilè colligimus, quando patris secreta illi detegit, & præfatum parefacit ostium.

Richar. Signũ maximũ dilectionis christi est eis secreta aperire. Io. 15. b

¶ *Quoniam seruasti verbum patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum, tentare habitantes in terra.* Seruasti, inquit, verbũ patientiæ meæ. idest, seruasti præceptum meum de habenda patientia. Patientia enim est præcipuum experimentum fidelis: vt traditur à Cypriano, sermone de patientia. Sic dicitur Mathæ. 5. Beati qui persequutionem patiuntur. nõ enim ita se habent ieiunium & elemosina, sicut patientia, & dilectio inimicorum. quę est signum maximũ optimi Christiani. & ait D. Thomas quod vocat patientiam suam, quia illam dominus exemplo docuit, orando pro persequtoribus. Lucæ. 23. vel potest, verbum patientiæ Christi dici, illud verbum quod ipse dixit in cruce: ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. & hoc verbum fuerat imitatus hic Episcopus. Vel verbum patientiæ meæ, melius interpretabimur, vt sit sensus: expectasti me, & sustinuisti me, & credẽs me esse veracem, & mercedem tibi redditurum, perruliſti omnia. sic loquitur sæpè sacra scriptura, vt Psal. 21. spes mea ab vberibus matris meæ, idest, tu es quem ego spero adiutorem & remu-

Patientia præcipuum experimentum fidelis. Math. 5. D. Tho Luc. 23. Ibidem. Psa. 21.

muneratorem meum futurum. & Ps. 80. Quoniam tu es patientia mea Domine, spes mea à iuuentute mea, ideſt, te spero & sustineo, scio te mihi præmia pro his quæ patior redditurum. Quod clarius dicere solet idem vates Psalm. 26. Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Hunc sensum subindicat, quod est in Græco, verbum patientiæ meæ τὸν λόγον τῆς ὑπομονῆς μου verbum sustinentiæ vel perseuerantiæ meæ. Pij enim sustinent, & expectant perseuerater Dominum promittentem præmium mercedem promittit mox, *Ego seruabo te.* ideſt, non seruabo te, vt non tenteris: sed vt non vincaris à tentatione. Sic enim petimus Math. 6. Math. 6. & ne nos inducas intentationem. ¶ Et licet aliqui hoc de tentatione quam illo tempore Christiani patiebantur à Romanis intelligant, tamen generalius videtur esse vaticinium, & promissio de omni persequutione quæ futura est in Ecclesia, vsque ad tempora Antechristi. Nam oportet hæreses semper esse, vt qui probati 1. Cor. 11. sunt manifesti fiant. 1. ad Corinth. 11. & ab hac tentatione promittit Dominus se esse seruaturum suos: quos in persona huius Episcopi intelligit. Ita notabat Ansbertus: & tangitur à D. Tho. Ansber. D. Tho. Ait ergo, ego seruabo te ab hora tentationis, ideſt, tu seruasti verbum patientiæ meæ, & ego vicissim pro hac patientia, seruabo te ab hora tentationis. Ita enim hîc dictum est, vt illud Math. 16. quod apud Mathæum ait Christus. c. 16. & ego dico tibi quia tu es Petrus, &c. ideſt, tu mihi dixisti, tu es Christus filius Dei viui, & ego dico tibi vicissim quia tu es Petrus &c. Cæterum horam non propriè accipit, sed breue 1. Ioan. 2. tempus hora vocat: quo modo 1. Io. 2. A dicitur: filioli nouissima hora est, & in Euangelio Ioannis. cap. 5. erat lucerna Ioan. 5. ardens & lucens: vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius. & ad Philip. 15. Philip. 15. Forsitan enim ideo discessit ad horam à te, vt æternum illum reciperes. *Tentare*, inquit, *habitantes in terra*. vbi habitantes in terra non in malam partem accipit, vt sæpè solet sacra scriptura, sed Christianos intelligit vbique terrarum habitantes, quos Tra B ianus inquiri & occidi iussit, vt aliqui volunt. Scribit enim Eusebius. 3. histo. Euseb. Eccles. ca. 32. Eo tempore per singulas ciuitates persequutionem magnam viguisse in Christianos. De qua re videndus est Nicephorus. lib. 3. cap. 16. & Nicepho. 17. Et legenda epistola Plinij iunioris Plinius. ad imperatorem, quæ extat inter reliquas eiusdem authoris lib. 10. epistolarum propè finem. Venit ergo hæc C afflictio vt tentarentur habitantes interra, ideſt, Christiani per totum orbem dispersi: & vt eorum fides, tanquam aurũ ignigne probaretur. Mitto modo Ambrosium hunc locum, sic Ambro. explicantem. hora tentationis, diem iudicij significat. Tentationem autem pro manifestatione posuit. quia singulorum facta, omnibus manifestabuntur: à qua hora tentationis nos & omnes electos suos Dominus saluabit. hæc ille.

D ¶ Ecce venio cito. Consolationem habet hæc promissio, quasi dicat: non diu duraturam esse afflictionem, mortem verò quasi finem dolorum cito venturam denunciat his verbis: & simul remunerationem laborum tunc accipiendam. Venit enim Dominus, & ecce merces eius cum eo. Esaiæ. 62. Esai. 62. Erit autem citò: quia breues dies hominis sunt. Iob. 14. superius. cap. 2. explicatum est quomodo dicatur Deus Iob. 14.

cito venire. & etiam cap. 22. dicemus de eadem re.

¶ *Tene quod habes vt nemo accipiat coronã tuam.* Hortatur Dominus hũc Episcopum ad perseuerantiam. Sicut solet præcedentes Episcopos. Pro, *tene*, in Græco est κράτει, quod significat fortiter apprehensum seruа. Quod eleganter dicitur vno verbo Latinè, tene. Vnde & tenaces & pertinaces dicti sunt. Est ergo sensus: tene & conserua gratiam, atque eas virtutes & merita in quibus hactenus excelluisti, alioquin alteri dabo coronam. Sicut enim expulsis malis angelis illorum coronas possident homines in angelorum loca suffecti: sic enim Deus impleuit illorum ruinas Psalm. 109. & sicut corona Apostolatus, Iudæ ablata, tradita est Mathiæ Psal. 108. Episcopatum eius accipiat alter: de quo Actorum. 1. & in locum Iudæorum vocauit Deus Gentiles, & in locum hæreticorum & schismaticorum nostri tẽporis, nationes quæ in insulis & in India ad Ecclesiam veniunt: & his substitutis donat Deus ea, quæ donare illis, qui ceciderunt, solebat: eum admodum hic Episcopus commonetur vt seruet suam gratiam ac sua merita, alioquin corona gloriæ eius auferetur ab eo, & dabitur alteri iusto: vt sit completus & integer numerus beatorum. Sic illud Iob. 34. intelligitur: cõteret multos innumerabiles, & alios stare faciet pro eis. Legite D. Thom. 1. part. quæst. 23. artic. 6. ad. 1. vbi tractat hunc nostrum textum & ait, quod Deus non permittit aliquos cadere, quin alios erigat, & hæc est communis expositio, quam attigit Hieron. in expo. loci citati Iob. & Beda, & Aymo. & glos. sed copiosè & eleganter Grego. 25. mora. c. 8. & 9. & quod hæc corona intelligatur de corona gloriæ patet ex Doctoribus. lege D. Thom. hic qui diuersas expositiones refert.

¶ Iam etiam hic vides neminem esse tam proiectæ virtutis, vt ea priuari non possit. meritò enim dicit Apostolus: itaque qui se existimat stare videat ne cadat. 1. Cor. 10. Deinde colliges ex hoc loco, ita tenendas esse Dei promissiones, vt nos in cautos & nimium desides non reddant, sed semper vigilemus. Huic namque Episcopo ait Dominus: ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum, & tamen cõtinuò ait: tene qđ habes. ¶ Conemur igitur tenere quod habemus, hoc est, gratiã iustificantem, & gratum facientem: vt nemo accipiat coronam nostram. Datur enim nobis hæc gratia in gratiam & vtilitatem nostram, vt tandem coronemur in patria. Vnde obserua: hoc esse discrimen inter hanc gratiam, & eam, quam gratis datam appellant sancti, quod hæc, præcipuè confertur à Spiritu sancto in Ecclesiæ commodũ & vtilitatem, vt D. Petrus in prima sua Canonica. c. 4. ait. Vnusquisque sicut accipit gratiam in alterutrum illã administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Dispensator enim non tam in suam, quàm in familiæ vtilitatem, bona suscipit dispẽsanda. Gratia verò gratum Deo efficiens, non tam in aliorum, quàm in propriam commoditatem cõfertur. Hinc ait Dominus in hoc loco: tene, quod habes, vt nemo accipiat coronã tuam. & capite præcedenti: dabo ei calculum & in eo nomen nouum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Nemo enim scit quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis, qui est in eo. Imo nemo scit vtrum hanc acceperit gratiã nisi

Rom.8.g

nisi qui potest dicere cum Apostolo, A quis nos separabit à charitate Dei?

Prælati columnæ sunt Ecclesiæ.

¶ *Qui vicerit faciam illum columnã in templo Dei mei.* Columnæ vocantur & Apostoli & Apostolici viri, qui Ecclesiam Dei humeris fulciunt, qui sustinent fabricam Ecclesię, patientia, fortitudine, exemplo vitæ, & prædicatione. vt Ierem.1. ait Dominus: dedi te hodie in columnam ferream, & Paul. ad Gal.2. Apostolos vocat columnas. & hoc officium tangebat Esai.c.50. dicens: Dominus dedit mihi linguam eruditam: vt sciam sustentare eum, qui lapsus est verbo. In colũna enim repræsentatur rectitudo intentionis, & altitudo contemplationis: & firmitas doctrinæ, quæ in prædicatore & pastore Ecclesiastico esse debet. De his columnis ait sanctus Iob.c. 26. columnæ cœli contremiscunt, & pauẽt ad nutum eius. vnde Gregor. quid aliud, inquit, columnas cœli, quàm vel sanctos angelos, vel summos Ecclesię prædicatores appellat, super quos in cœlestibus crescens vniuersalis spiritualis fabricæ structura surrexit: sicut sancta scriptura testatur dicens: qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei. Nam quisquis in Dei opere recta intentione formatur, colũna in structura spiritualis fabricæ erigitur, vt in hoc templo, quod est Ecclesia positus, & vtilitati sit & decori. D Eos verò Iob appellat columnas cœli, quos Apostolus columnas vocat Ecclesiæ, dicens: Petrus, & Iacobus, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse dextras dederunt mihi. Hæc Gregorius.

Ierem.1.

Gala.2. Esa.50.

Iob.26.

Grego.

Grego.

¶ Sed notandum cum Hieronymo ad Galat.2. quod hoc nomen columna etiam tribuitur toti Ecclesiæ, vt patet ad Timoth.3. in epistola. vbi

Hiero. Gala.2.b. Ecclesiæ colũna vocatur.1.Tim. 3.d.

vocatur Ecclesia columna & firmamentum veritatis. nempe aduersus quam portæ inferi non præualebunt Mathæ.16. quo pertinet illud Esaiæ.9. lateres ceciderunt: sed quadris ædificabimus. Nam per lateritia Synagoga fundata est: Ecclesia ex qnadratis lapidibus. Lege Gregor. lib.17. mora.c.17. vbi explicando eundem locum Iob, scilicet, columnæ cœli contremiscũt, ait: possumus etiam columnas cœli & ipsas Ecclesias non inconuenienter accipere, quæ multæ vnam catholicã faciunt, toto terrarum orbe diffusam. vnde & septem Ecclesijs scribit Ioannes Apostolus, vt vnam Catholicam septiformis gratiæ plenam spiritu designaret. & de Domino nouimus dixisse Salomonem, sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septẽ qui vt se id de septem ecclesijs dixisse in notesceret, secutus etiam sacramenta ipsa, diligenter inseruit dicens: immolauit victimas, miscuit vinum, & præposuit mensam, misit ancillas suas vt vocarent ad arcem, & menia ciuitatis. Lege Grego. hunc Salomonis locum ibi explicantem.

Math.16. Esai.9.

Grego.

Pro.9.c

Grego.

¶ Templum autem hîc vocatur Templum Dei Ecclesia militãs. Ecclesia. & licet possit intelligi de triũphante, vt statim dicemus, tamen cõmunis expositio intelligit de militante, vt patet in Beda & Richardo. & Gregor.17. mora.c.17. & Areta, & Aymone, & Anselmo. & testimonia citata de columna hoc videntur significare. Hæc ergo Ecclesia multis nominibus vocatur. Vocatur enim domus Dei.1. Thimot.3. & regnum cœlorum Math.20. & .22. & 25. & corpus Christi, ad Ephes.1. & vocatur sponsa Apoca. 21. & Io.3. quilibet iustus vocatur templum Dei vt.2. Cor.6. quia iusti habẽt nomen commune cum tota Ecclesia quia

Beda. Richar. Gregor.

Eccle. militãs multis nominibus vocatur. 1. Timo. 3. Mat. 20. 22 Ephe. 1. Apoca. 21. Ioan. 3. 2. Cor. 6.

quia ſunt eius præcipua membra. & hinc eſt quod ea quæ de Eccleſia canuntur, optimè ſoleant applicari Deiparæ virgini, quod ſit præcipua pars eccleſiæ.

¶ Primus ergo ſenſus huius loci eſt, loqui hîc Dominum de præmio, quod daturus eſt Dominus victoribus in hac Eccleſia militanti vt diximus.

Secundus ſenſus. Templum Dei Eccleſia triumphans. Ambro.

¶ Sed ſi omnia quæ ſequuntur conſideremus poterimus etiam de mercede cœleſtis templi hunc locum etiam interpretari: & fortè commodius, & proprius. Quare Ambroſius cum priorem ſenſum explicaſſet, continuo ait: ſed videte quod ſequitur: & foras non egredietur amplius, non ad præſentem Eccleſiam, ſed ad cœleſtẽ pertinere hanc ſententiam. Nam multi fuerunt qui columnæ Eccleſiæ dicebantur, ſed propter prauam eorum doctrinam ab ea egreſſi ſunt. Hęc Ambroſius. Præterea ſi loquitur de vincenti in hoc certamine, aut in illo: multi ex his poſtea egreſſi ſunt foras, & in alijs certaminibus lapſi ſunt, vt tradit Euſebius lib. 5. hiſto. Eccle. c. 2. & in hiſtorijs Eccleſiaſticis multa ſunt huiuſmodi. Si autem, vt verum eſt, de his agit qui in omni certamine vicerunt, neceſſe eſt & de mercede agere, quæ poſt finita certamina redditur, ideſt, poſt mortem. ¶ Sed ais: quomodo in cœlo columnæ eſſe poterunt qui vicerunt: cum in eo nemo ſit infirmus qui indigeat ab alio ſuſtineri, aut confirmari? ad hoc breuiter & ſatis ad rem reſpondere poſſumus, hũc eſſe huius loci ſenſum: faciam vt in cœlo quaſi columnæ Eccleſiæ ab hominibus honoretur: re enim vera columna fuit dum vixit, qui infirmos confirmauit, & lapſuros ſuſtinuit: atq; ideo in cœlo vt multorum animorũ conſeruator, & multorum triumphorum author honorabitur. Videtur etiam planè alludere ad illas duas celeberrimas columnas templi Salomonis: ac propterea vt hoc indicaret ait: faciam illum columnam in templo Dei mei, columnæ autem illæ vt legimus 3. Regum 7. procerrimæ & pulcherrimæ erant, ita vt multum templo afferrent dignitatis & decoris: & inter ea quæ in illo videbantur, pulchritudine & elegantia eminebant. Meritò ergo ait: qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, ideſt, maximus in cœlo erit, & multis ac magnis donis ornatus cõſpicietur: & tantæ pulchritudinis erit, vt cœlo ipſi ac cælitibus multum ornamenti afferre videatur. 3. Reg. 7.

¶ Et foras non egredietur amplius. Hæc promiſsio implenda intelligitur in patria vbi erit perpetua beatitudo, vt modo dicebamus, neque quiſquã egredietur ex ea. Secus in hac vita cuius figuram geſsit filius prodigus, qui poſtquam reuerſus eſt in domum patris ſui nunquam egreſſus eſt Lucę. 15. Sed poteſt promiſsio hæc ſi priorem expoſitionem ſequamur in hac vita intelligi. Promittit enim Deus ſuam opem efficacem, vt non egrediatur peccando mortaliter hic Epiſcopus, aut ſaltim per finalem pœnitentiam. quadrat illud. Pſal. 61. Quoniam ipſe Deus meus ſaluator meus, non emigrabo. ſed prior expoſitio aptior videtur. Luc. 15. Pſal. 61.

¶ Et foras non egredietur amplius. Si vim ipſam & proprietatem verborum expectemus videtur is de quo nunc loquitur aliquando foras exiſſe: ſed ita vt nõ ſit iam exiturus. Ita enim loquimur, & ita loquitur ſacra ſcriptura.

Math.22. 12a, Mathæ. 22. nequè ausus fuit ex illa die amplius quisquam illum interrogare. Actor.20. & nunc ecce ego scio, quia amplius faciem meam non videbitis vos omnes, per quos transiui predicans regnum Dei. At iste victor nũ quam de templo cœlesti egressus est. Sed neque de Ecclesia militanti intelligi potest, non enim est necesse quod aliquando exisset ab Ecclesia quum semper in ea esse potuerit. Est ergo ad notandum aduerbium, amplius, cum negatione ita sæpe poni vt tantum futurum tempus respiciat, non præteritum, idest, vt excludat quod deinceps futurum, est non autem aliquid quod fuerit, includat. vt Thobię. c.3. amplius ex te non videamus filium aut filiam super terram interfætrix virorum tuorum, & virgo erat Sara de qua id dicitur ab ancilla eius. Actor.13. quod autẽ suscitauit eum à mortuis amplius iam non reuersurum in corruptionem: & loquitur de Christo cuius corpus nũquam corruptum est. Ierem.22. quod hæc dicit Dominus ad Sellum filium Iosiæ qui egressus est de loco isto nõ reuertetur huc amplius, sed in loco in quem transtuli eum ibi morietur. & tamen nunquam prius deductus fuerat captiuus, nec ex Iudæa exierat. Ita enim omnes loquimur de eo qui semel exijt, & iterum non redijt. non est reuersus amplius. fue y nunca boluio mas. Dicimus etiam: qui ingressus fuerit in infernum, foras non egredietur amplius. Ad hunc ergo modum nunc dictum est: & foras non egredietur amplius. Quamuis si maximè propriè loqui vellimus aduerbium, amplius, quodam modo respicit præteritum in his loquutionibus quod esse antea potuit: vt amplius ex te non videamus filium, amplius iam non reuersurum in corruptionem. aut rectè respicit statum quem res ipsa habuit ante quàm fieret, id quod nunc dicitur. vt is qui semel exijt, dicitur non reuersurus amplius, idest, non futurus amplius in loco, in quo anteà fuit. Ingressus ergo in cœlum dicitur non egressurus amplius quia non est rediturus ad statum quem habebat cum nondum erat beatus. Dicimus ergo valdè propriè aduerbium amplius quando cum negatione ponitur ad futurum tempus extendi, ex præterito autem tollere aut quod ante esse potuit, aut extendi ad statum quem antea res illa habebat.

Amplius in sacr. scriptura quomodo sumatur.

Thob. 3.

Actor. 13.

Ierem. 22.

¶ *Et scribam super eum nomẽ Dei mei.* In rebus preciosis quas possidere semper volumus, nomen nostrum scribere solemus, in scribimus etiam in illis in quibus maximè gloriamur vt semper nostræ dicãtur. Ita legimus. 2. Re. c.18. Porrò Absalon erexerat sibi, cum adhuc viueret, titulum qui est in valle regis. Dixerat enim nõ habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei, vocauitq; titulum nomine suo, & appellatur manus Absalon, vsque ad hanc diem. Huc etiam pertinet illud Psal.48. tabernaculum eius in progeniè & progenie: vocauerunt nomina sua in terris suis, idest, regiones & terras de nominibus suis vocauerunt ad perpetuanda sua nomina. Nomen ergo Dei scribetur in vincente, quia semper à Deo totus possidendus est: & in eo Deus peculiariter gloriabitur, tanquam in seruo ac milite forti & fideli, & tanquam in filio sibi charissimo.

2. Re. 18. d

Psal. 48. c

¶ *Et scribam super eum nomẽ Dei mei.* Super aliquem tunc scribi dicitur nomen Dei, quia certo signo annumeratur inter eos qui sunt Deo dicati, tales

sunt

sunt filij Dei per participationem & adoptationem, iuxta illud. 2. Petri. 1. vt efficiamini diuinæ consortes naturæ. & ipsa gratia qua sunt filij Dei est signum, & ipsa inscriptio facta est super eos. ad Ephes. 4. Nolite contristari spiritum sanctum in quo signati estis. & 2. Corinth. 1. Qui vnxit nos Deus, qui & signauit nos: & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. & Iere. 14. nomen tuum inuocatum est super nos, id est, annumeramur inter tuos. Hoc fit quando dicimur filij Dei. vt Psalm. 81. ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes.

2. Pet. 1. Ephes. 4. 2. Cor. 1. Iere. 14. Psal 81.

¶ Et nomen ciuitatis Dei mei noua Hierusalem. Addit etiam quod catalogo nouæ Hierusalem, id est, Ecclesiæ scribetur. & vocatur noua, quia per Christum nouum hominem est innouata Math. 16. ædificabo Ecclesiam meam ratione noui status, id est, noua lege, & nouis sacramentis. Esaiæ, cap. 43. ecce ego facio noua. ad Rom. 6. vt in nouitate vitæ ambulemus. & ad Roma. 7. Seruiamus Deo in nouitate spiritus, & hoc est vinum nouum non nisi in vteres nouos mittendum Math. 9. scilicet, præcepta noua Euangelicæ perfectionis, non sunt committenda nisi illis qui renouati sunt nouitate sensus vt habetur ad Roma. 12. nempè Apostolis, & non Pharisæis.

Hieru. noua Ecclesia militans. Math. 16. Esa. 43. Rom. 6. Rom. 7. Math. 9. Rom. 12.

¶ Secundus sensus sit quod vocet Hierusalem, cœlestem patriam: cuius figura fuit Hierusalem in terra, sicut vulgata eius nominis interpretatio docet, quæ est visio pacis, electis Deus illam parauit ad Heb. 11. ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum. Parauit enim illis ciuitatem. quæ noua dicitur non in se, sed in nobis, qui eam non vidimus. Nomen ergo huius ciuitatis scribitur in vincente: quia verus, & germanus, perpetuusq; eius ciuis semper dicetur. Hæc autem & si reliquis beatis etiam conueniant, sicut & illud, foras nõ egredietur amplius, tamen peculiariter ad huiusmodi victores de quibus nunc sermo est accomodantur: quoniam peculiari amore eos prosequitur Deus, atque ita peculiariter gaudebit, eos ciues esse cœlestes, & cœlestibus præmijs honoratos fuisse: eo quod non solum Deum coluerint, sed etiam quasi columnæ sustinuerint aliorum infirmitatem, & exemplo suo confirmauerint.

Hieruſalẽ noua Ecclesia triũphans. Heb. 11.

¶ Quæ descendit de cœlo à Deo meo. Hæc Ecclesia militans vocatur Hierusalem, ratione pacis & concordiæ per Christum factæ, ad Ephes. 2. Euangelizauit pacem vobis. De quo Esaiæ. 11. accubabit pardus cum hædo. & dicitur de cœlo descẽdere tam hîc, quàm cap. 21. tum, quia omnia quæ perfecta sunt dicuntur de cœlo lapsa. Iacob. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est, descẽdens à patre luminum. Tum etiam, propterea quod ad cœlestis Hierusalem, quæ sursum est, effigiem formata est hæc nostra Ecclesia. & ideo vocatur regnum cœlorum. quod videtur Paul. ad Hebræ. 8. significare, cum tractat illud. Exod. 15. quia Deus dixit Moysi: respice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Nam Moyses synagogam fundauit tanquam figuram Ecclesiæ, ad eius exemplar. & Christus Ecclesiã militãtẽ ad similitudinẽ triũphãtis Ecclesiæ ædificauit. Lege Caiet. in opusculis in concio. 6. habita in Conc. Lateranẽsi.

Ephe. 2. d. Esa. 11. Iacob. 1. Heb. 8. Exod. 15. Caieta.

¶ Secundus sensus consequens est, vt Ecclesia triumphans hîc intelligatur. Et primum notandum est verbũ, descendit, non esse præteriti temporis, sed

Secundus sensus. Noua Hierusalẽ Ecclesia triũphans.

sed præsentis, est enim in Græcò ἡ καταβαίνουσα. noua ergo Hierusalē. i. patria cœlestis & beatorū domiciliū ac requies, de cœlo descendere dicitur à Deo, quoniā cū ante aduentū Christi in cœlo lateret & non ab hominibus videretur, sed in lege & in prophetis tēporalia præmia cōmuniter promitterētur, neq; audiretur vnquā verbū, regnū cœlorum in aduentu Christi quodā modo descendit in terras, quasi à Deo missa: & videri atq; cognosci incepit, Christo euāgelicā predicationē ita exordiente: pœnitentiam agite Matth. 4. c. appropinquauit enim regnū cœlorū. Ex eo tēpore cæpit in terris versari: quia eius gaudia, & requies, & copia bonorū cæperūt hominib⁹ innotescere, & ipsi ad eā vocati sunt. & quoniā hæc magis ac magis in dies cū hominib⁹ per omnē nationē cōmunicabātur predicatione Apostolorum, quos misit Deus: rectè nō descendisse dicitur, sed adhuc descendere. Hæc explicatio quā germana sit ex eodē nostro Ioāne pōt cognosci qui inf. c. 21. ait: ecce ego Ioānes vidi ciuitatē sanctā Hie Apoc. 21. rusalē nouā descendentem de cœlo, à Deo paratā, tanquā sponsam ornatā viro suo. quo in loco nequaquā cōgregationē multorū beatorū Hierusalem dici arbitror, vt plerisq; visum est: sed vt dixi cœlestē patriā, & beatorū domiciliū & requiē inqua recipiēdi sunt. Nā beatorū congregatio de terra in cœlū ascendit, non de cœlo descēdit in terrā: animæ tamē beatorū qui tūc erunt in cœlo, quū Dns in iudiciū veniat, descendent cū eo: sed nūc nullus est de iudicio sermo, longè aliud agitur. Quod multi authores non videntur animaduertisse. Indicant hoc etiā ipsum, quod dico, verba sequentia in Apoc. 21. eodē. c. 21. & audiui vocē magnam de throno dicentē. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cū eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cū eis erit eorum Deus. quibus verbis, vt fieri solet in prophetis, visio præcedens explicatur. ac si diceret: vidisti nouā Hierusalem de cœlo descēdentem, in qua scilicet Deus inhabitat, qui summè beatus est, & author omnis beatitudinis.

¶ Præterea, quæ in toto capite tanquā vrbs & multorū domiciliū describitur, est Hierusalē cū muris & portis & fundamētis, vt ostendatur prestātia gaudiorū illius vitę. Idcirco ibi etiā scriptū est: qui vicerit possidebit hæc: & ero illi Deꝰ. nō ergo de ciuib⁹ sed de ciuitate ipsa. i. de bonis & gaudis illi⁹ agit.

Non tamen est silentio prætermittendū, quòd plurimùm nostrę sentētiæ videtur repugnare & venit id qđ in eodē. c. dicitur, inquit, vnus de septē angelis, & loquutus est dicēs: veni & ostendā tibi sponsam agni: & sustulit me in montē magnū & altū, & ostendit mihi ciuitatē sanctā Hierusalē descendentē de cœlo. Ergo ciuitas quæ descendit de cœlo est ipsa beatorū cōgregatio, quæ dicitur vxor & sponsa agni. nam patria ipsa & requies illorū nō dicitur vxor agni. Respōdeo similitudines & imagines ac figuras, nomina habere solere earū rerū, quarū similitudines sunt. (vt alias diximus.) Cū igitur ciuitas illa visioni imaginariæ euāgelistæ obiecta, vt similitudo quædā ostēdatur futurę sanctorū beatitudinis, siue sanctorū iā Deo fruētiū, vt ex eius partib⁹ atq; ornatu facilè intelligitur, iure nomē obtinet ipsius cōgregationis beatorū. Sicut enim lex Euāgelica appellatur regnū Dei, auferetur à vobis regnū Dei & dabit gēti faciēti fructus eiꝰ: sicut etiā diuitiæ spiritua

rituales appellãtur regnũ Dei: regnũ Dei eſt gratia, & pax, & gaudiũ in ſpiritu ſancto, eo qđ lex Euãgelica & hę diuitiæ ſpirituales ſunt regni Dei, hoc eſt congregationis fideliũ & Eccleſię. ſic Hieruſalẽ illa cœleſtis vocatur ſpõſa & vxor agni quia eſt locus & domiciliũ beatorũ. Quare cũ dicitur veni & oſtendã tibi ſponſam vxorẽ agni, ita dictũ eſt ac ſi diceretur: oſtendam tibi gloriã & ſplendorẽ admirabilem ſponſæ agni. i. oſtendã tibi ciuitatẽ ex cuius diuitijs & decore intelligas, quadis fuerit & futura ſit beatitudo ſanctorũ. Nam ciuitate illa, non ciues ſignificari, ſed domiciliũ, facilè ex fine illius capitis intelligimus: & ambulauerũt gentes in lumine eius, & reges terræ afferent gloriã ſuã, & honorẽ in illã: & nox non erit illic. & ſtatim addit, non intrabit in eã aliquid coinquinatũ aut abominationem faciens, & mẽdaciũ: niſi qui ſcripti ſunt in libro agni i. prædeſtinati. Aliud ergo ſunt prædeſtinati aliud ciuitas ipſa, in qua prædeſtinati recipiũtur. Sed de hoc dicemus etiam in illo loco. c. 21. vbi explicabimus quare ciuitas illa dicatur deſcendere de cœlo.

Nomẽ noũ redemptoris erat Chriſtus. Math. 1.

¶ *Et nomen meum nouum.* Nomẽ nouum redẽptoris erat tunc Chriſtus vt ſatis indicat Math. c. 1. cũ ait: de qua natus eſt Ieſus qui vocatur Chriſtus. ante dicebatur apud Hebræos Hebraicè Meſſias: ſed nouiter quando Eccleſia cœpit propagari, inter gẽtes dictus eſt Græcè Chriſtus, Latinè vnctus ratione ſacerdotij & regiæ dignitatis. Sacerdotes enim & reges vngebãtur. Pſ. 44. vnxit te Deus Deus oleo lętitiæ. Fideles ergo cœperũt nouiter vocari Chriſtiani Act. 11. & ſic in hoc loco promittitur huic Epõ, vt ſit, & nominetẽ Chriſtianus. ¶ Poteſt etiã hoc ad amorem A nominis Ieſu referri. Nã tũc ſcribitur fixè & ſtabilitur hoc nomẽ ſuper hominẽ cũ ipſe homo in memoria & in corde geſtat illud. Quod videtur petere ſpõſus Cant. vlt. poneme vt ſigna culũ ſupra cor tuũ. Amorẽ enim nominis Chriſti Ieſu ſuper nos ſcribit Deꝰ. ſed tamen & nos cooperamur. tractat D. Tho. hãc expoſitionẽ hîc citato D. Bernardo.

Nomẽ nouũ Ieſus.

Cant. vlt.

¶ Nomen etiam nouum eſt nomẽ B filij Dei: qđ Chriſtus ſecundũ naturã humanã habet. Nouũ eſt enim omni homini, qđ nemo vnquã verè habuit antè Chriſti incarnationẽ, aut certè non niſi per eiꝰ incarnationẽ. ait ergo Dñs: Scribam ſuper eũ nomẽ nouũ: vt & ſ. filius Dei ſit, & dicatur: quẽadmodũ & ego. ita Gagneius obſerua. Gene. c. 12. Abram vocatus eſt à Deo Abrahã. vnde illi ait Dñs: nec vltra vocabitur nomen tuũ Abram, ſed appellaberis Abrahã: quia pater multarum gentiũ conſtitui te. Abrã interpretatur pater excelſus, & quia hoc nomine bene vſus fuit vir ſanctus, beneq; ipſi reſpondit vita: ideo aliud nomen nouũ ſuſcipere meruit. ¶ Vtinã vt nos ſic reſponderemus nomini nr̃o, qđ à Chriſto habemus, vocamur enim à Chr̃o Chriſtiani. Tũc etiã aliud & perfectius nomen acciperemus. Nomen, inquã, nouũ qđ os Dñi nominauit, nomen nouũ de quo hîc ait: ſcribã ſuper eũ nomen nouũ. Efficiemur ẽnim diuinæ conſortes naturæ, & filij Dei vocabimur, & in præſenti vita de plenitudine filij Dei gratiã accipientes, & in futura perpetuã & immenſam gloriã.

Nomẽ nouũ eſt nomen filij Dei.

Gagne. Gene. 12.

Eſa. 62. a

¶ *Et angelo Laodiceæ Eccleſiæ ſcribe:* Hęc eſt poſtrema & ſeptima epiſtola Laodicenſi Epõ miſſa. Laodicea vrbs celebris eſt in Aſia, dicta ſic à flumine lico, quo abluitur. huiꝰ vrbis Epiſcopꝰ hypo-

Laodicea vrbs in Aſia celebris

hypocriſis vitio laborabat: & ideo to ta epiſtola eſt obiurgatoria. Ex hoc ſe quitur quod hic Epiſcopus nō erat ille martyr vocatus Segaris quidquid dicat Lyra. Lyra

¶ *Hæc dicit amen.* Hæ dictiones ſupra.c.1.explicatæ ſunt. vbi diximus qđ amen, dictio eſt Hebræa affirmantis, quæ in fine.Pſa.40.&.71. interpretatur fiat.& Anſelmus dicit qđ hic,amen,ſignificat ipſum Chriſtū.i.veritatem,ſic enim ſe vocat Io.14.Ego ſum via, veritas,& vita,vt ſit ſenſus: hæc dicit veritas. ¶ Aliqui ſumūt hic,amen,pro aduerbio in hoc ſenſu hęc dicit certè teſtis fidelis.Sicut & Io.3. ſumitur aduerbialiter Amen,amē,dico vobis. Lege Hiero.ad Marcellā, vbi exponit quid ſignificet amen.Amen aquila πιστὸ μένως exprimit,quod nos fideliter poſſumus dicere, deductum aduerbium ex nomine fidei. vnde in fine librorū (in quinque ſiquidem volumina Pſalterū apud Hebræos diuiſum eſt) fiat, fiat, tranſtulerunt, quod in Hæbraico legitur amen,amē: quo ſcilicet ea quę dicta ſunt ſuprà,confirmentur. vnde Paulus aſſerit nō poſſe aliquem reſpōdere amen.i. confirmare quę prædicata ſunt, niſi intellexerit prædicationē. & in poſtremis verbis epiſt. ad Galat. ait:Amē,70,fiat,Aquila,Symmachus, & Theodotio fideliter,ſiue verè interprætati ſunt.& quomodo in veteri teſtamento quadā iurandi cōſuetudine Deus ſua verba confirmat,dicens: viuo ego:& Dominus Numerorū.14.ita Saluator in Euāgelio per verbū amē, vera eſſe quæ loquitur, oſtēdit. Quod autem Amen conſenſum ſignificet audientis, & ſit ſignaculū veritatis Paul. docet.1.Cor.14.dicens: cæterum ſi benedixeris ſpiritu,qui ſuplet locū idiotæ quomodo dicit amen.Lege ipſum Pſ.40.&71 Anſelmus. Amē ſignificat Chriſtum. Ioan. 14. Amē, quid in ſcriptura ſignificet. Ioan.3. Hiero. to. 3. pa. 91. 1.Co.14. Hiero. Num. 14. 5. Cor. 14.

Math.6.& ad Gala.1. ¶ Aliqui dicunt, amen,hīc ſumi vice nominis proprij, ac ſi diceret: hæc dicit ille qui ſemper eſt amē.i.qui immutabilis eſt,nec modo ait,modo negat,ſed ſemper idē eſt. Hic locus optimè explicatur ex verbis Paul.2.Cor.1.Dei enim filius Ieſus Chriſtus qui in vobis per nos prædicatus eſt, non fuit in illo eſt,& non, ſed eſt,in illo fuit. Quot quot enim promiſsiones Dei ſunt,in illo eſt. ideo & per ipſum dicimus amen Deo ad gloriam noſtram.i.in Chriſto fuit ſemper eſt, i. conſtans aſſeueratio, quot quot enim promiſſiones Dei ſūt in illo eſt, ſubaudi,ſunt. i.promiſſiones Dei ſunt conſtantes & veraces. Ideo & per ipſum dicimus amen Deo. interpres explicandi gratia addidit,dicimus.Eſt autem ſenſus.& ideo per ipſum Chriſtū omnes Dei promiſſiones confirmamus ac veras declaramus. Nā,Amen, Hebręis confirmandi particula eſt(vt diximus) à verbo quod ſignificat firmū eſſe.Cęterum in his verbis legitur in Greco,ναι,næ.quod idem eſt quod apud Hebręos amen.Præterea in Greco apertior eſt oratio: ita enim legimus:quot quot promiſſiones Dei ſunt in ipſo ſunt etiā, & in ipſo amen, Deo ad gloriā per nos, quorū hic eſt ſenſus prædicatio mea de Chriſto nō fuit incōſtans & varia,vt modo dicerē etiā, modo dicerē non; ſed,eſt,apud illū. i. cōſtans, vera,& immutabilis eſt apud Deū,ſicut res prēterite,quę mutari nō poſſunt. Oēs enim promiſſiones Dei factæ ſunt nobis in Chriſto,eſt,amen, i. fideles & veræ & per ipſum nobis præſtantur. Quod iuxta Grecum duplicatur,vt certius eſſe intelligatur qđ dicitur.ita enim habetur,quot quot enim promiſſiones Dei ſunt in ipſo ſunt,etiam,& amen. Math. 6. Gala. 1. 2.Cor.1.

¶ *Testis fidelis & verax.* Hæc iam expoſita ſunt.c.1.tantùm ſupereſt dicere quorſum modò repetantur. Arbitror Laodiceæ Epiſcopum cum videret fideles Eccleſias perſequutionibus agitari,ſe etiã vrgeri,qui aliquãdo pignora diuini amoris habuiſſet: cœpiſſe apud ſe de Chriſti promiſſionibus dubitare,& multũ deinde de ſtudio charitatis & cæterarũ virtutum remiſiſſe. Quod ſæpè fieri ſolet,cũ fides, & ſpes langueſcunt,aut vacillant.hoc mihi videor colligere ex eo quod ait, vtinam frigidus aut calidus eſſes.& ex eo quod ſtatim ſequitur: ego quos amo, arguo, & caſtigo. Meritò ergo huic ſcribens ait: hęc dicit amen,teſtis fidelis,& verus, qui nihil tradidit nobis niſi quæ à patre accepit, & omnia quæ tradit veriſſima ſunt.

¶ *Qui eſt principium creaturæ Dei.* Principium hic Græcè accipitur pro principatu. vt Chriſtus dicatur princeps & moderator creaturæ. Sed magis ad rẽ exponitur principiũ omnis creaturæ,vt ſit principium productiuum quia pater per filium Chriſtum creauit omnia.Ioan.1. & ad Heb.1. per quẽ fecit & ſecula. Sũt qui hoc ad gratiã per Chriſtũ mundo data referant: vt notat Anſelmus. per gratiam enim fit homo noua creatura ad Galat.6. & creatur homo in operibus bonis ad Epheſ.2. & quia Chriſtus fuit huius creationis author, & principiũ: vt ibi dicit Paul. in illis verbis creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis.i.per Chriſtũ Ieſum. Gratia enim & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt Ioa.1. Vocatur autẽ iuſtificatio, creatio: quia ſicut in creatione tota virtus eſt in creante,creatũ autẽ nihil eſt ante. Ita iuſtificandus ante Deũ nihil eſt.1.Cor.17.Si charitatem non habeam nihil ſum. Ideo dicitur creatio.vnde.2.Cor.5.Paulus ait: ſi qua in Chriſto noua creatura vetera tranſierunt: ecce facta ſunt omnia noua,ad Gala.6.in Chriſto Ieſu nec circumciſio aliquid valet neq; preputiũ, ſed noua creatura.Iacob.1. Voluntariè genuit nos verbo veritatis vt ſimus initiũ aliquod creaturæ eius.ad Epheſ.2. induite nouum hominem,qui ſecũdũ Deum creatus eſt,in iuſtitia,& ſanctitate veritatis.ad Collo.3. Expolliantes vos veterẽ hominem, cũ actibus ſuis, & induẽtes nouum, qui renouatur in agnitionem Dei, ſecũdum imaginem eius qui creauit illum.i. ad ſimilitudinẽ Chriſti.Chriſtus igitur dicitur principium creaturæ Dei, quaſi totius ſanctitatis noſtrę fons,per quam & ad cuius ſimilitudinem omnes renouamur. Propter hoc vocatur Eſai.9. Pater futuri ſeculi,quod quaſi naſcens ab eo incipit. Id etiam dictum eſt ad Collo.3. ſecundum imaginem eius qui creauit illum.& 1.Cor.15. qualis & cœleſtis,tales & cœleſtes. Sed quorſum nunc dicit principium eſſe creaturæ Dei? Scilicet propter illud: Suadeo tibi emere à mę aurum ignitum,vt locuples ſias, & diſcas in Chriſto ſperare,vt per eũ ſias noua creatura. Propter illud etiã: ego quos amo arguo, vt cùm à Chriſto affligitur non deſperet: aut de eius promiſſis dubitet: ſed intelligat id fieri vt probetur,& renouetur.

¶ *Scio opera tua.* De hac ſcientia ſupra diximus, & hic ſcire non eſt approbare quia opera huius Epiſcopi non erant bona.

¶ *Quia nec frigidus es neque calidus. vtinã frigidus eſſes aut calidus.* Frigidus in ſacra ſcriptura in mala parte accipitur & ſignificat ſtatum contrariũ charitati.quod notat Hieronymus Iere.6.de Hieruſalẽ,ſicut frigidam facit

Principiũ. i.principatus.

Ioan.1. Hebr.1.

Anſelmus. Per gratiã fit homo noua creatura. Gala.6. Epheſ.2.

Ioan.1. Iuſtificatio vocatur creatio & quare.

1. Cor.17.

2. Cor.5.

Gala.6.

Iaco.1.

Epheſ.2.

Colloſ.3.

Chriſtus dicitur principiũ creaturæ Dei eo quod ſit fons totius ſanctitatis noſtræ. Eſai.9. Colloſ.3.

1. Cor.15

Frigidus in ſacr.ſcriptura quis dicatur.

Iere.6.b.

cit

cit aquam cisterna, sic frigidam fecit malitia sua, supple ciuitatē Hierusalē: & ratio est quia sicut frigidum est inimicum naturæ ossibus & neruis: sic peccatum est inimicum vitæ spirituali. & per contrarium calidum se habet, vnde sancto spiritu accensi feruentes appellantur. Est enim symbolum charitatis ignis Lucæ.11. Ignem veni mittere in terram, quid volo nisi vt ardeat? & ad Rom.12. spiritu feruentes. & ratio est quia calidum est proprium vitæ & est actiuum: sic charitas nescit sistere sed semper æmulatur charismata meliora. 1. ad Corinth. 12. Sed oritur hic dubium nam si frigidū esse, esset reprehensibile & malum cur hīc Deus desiderat vt frigidus sit? pro quo est notādū quod in hoc loco frigidū significat hominē improbū re ipsa, & etiā sua opinione, & qui se cognoscit esse improbū: qualis erat illæ Publicanus Lucæ. 18. qui reputabat se peccatorē & re vera erat peccator, calidus autē est qui charitate ardet. vnde Paul. ad Ro.12. admonet, vt simus spiritu feruētes. Hic verò episcopus nec calidus nec frigidus erat, sicut & oēs hypocritæ: nā licet esset malus in rei veritate, se tamen bonū existimabat. Erat autem tepidus & ideo ait Dñs: vtinam frigidus aut calidus esses.

Luc. 11. Rom. 12. 1. Cor. 12. Luc. 18. Rom. 12.

¶ Vtinam frigidus aut calidus esses.

An liceat optare vt qui peccator est. magis peccet vt. l. sic cōuertatur. Rom. 4.

Dubium tamen primum hīc est an liceat optare vt qui tepidus est, frigidus fiat, in maiora peccata labendo, & ita tandem conuertatur. Respōdetur, mala non esse facienda, nec desideranda, & si magna bona inde subsequātur vt Apostolus ait ad Ro.4. Itaq; nec opere nec cōsilio debemus peccatores iuuare, nec optare vt peccēt, etiā si inde certum esset postea futuros esse cautiores. & possumus optare vt permittat eos Deus labi in grauiora, vt miseriā suā agnoscentes aliquando ad mē tē saniorem redeant: & medicū quærant Christū. hinc Dauid ait Ps.15. Multiplicatę sunt infirmitates eorū: postea accelerauerūt. & Psal.82. Imple facies eorū ignominia: & quærēt nomē tuū Dñe. Optare ergo possumus vt id permittat Deus. tamet si eos adiuuare nequeamus. ita optare etiam licet vt mali à iudice plectantur, quos non possumus & nos plectere.

Psalm. 15. Psalm. 82.

Secundū dubiū est cur nō prius dixit, quod magis optabat. s. vtinam calidus esses. sed prius ait: vtinam frigidus esses. Hoc ita dictū puto quoniam iste multo vicinior erat frigori, quā calori. i. talis erat, vt ad calorem transire charitatis sine magno labore non posset: ad frigus autem peccando, citius poterat transire, & facilius. Primo igitur loco posuit quod facilius erat, & ad eius ingeniū & voluptatē accomodatius. Deinde licet finis magis optetur, quā media, prius optantur media: vt Deut. 31. vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Superbos intelligere volebat & optabat, vt nouissima prouiderent. Esai. 64. Vtinam dirūperes cœlos, & venires. Sic ergo quoniam frigidus erat futurus, vt postea calidus fieret ideo prius ait vtinam frigidus esses.

Deut. 31. Esa. 64.

¶ Vtinam calidus esses aut frigidus, sed quia tepidus es incipiam te euomere.

Magni periculi est cū quis de feruore charitatis vertitur in hominē tepidū & hypocritam.

Hinc colliges qualis periculi sit, cum quis de feruore vertitur in teporē. qd his verbis ostēdit Cassianus ò magna multitudo dulcedinis Dei & iustos in ore tenet, & peccatores nō ante euomit, quā denūciet euomēdos. Verūm nō in meritò eos Dominus quos iam receperat inuiscentibus charitatis noxiè tepefactos, cum quadā auulsione

sui pectoris euomendos esse pronunciat, qui cum salutarem ei præbere potuissent substantiam euelli ab illis visceribus maluerunt, tanto deteriores effecti illis, qui ori dominico illati sunt, cibis, quanto id quod nausea compellente proijcimus odibilius detestamur. Quicquid enim frigidum est etiam ore nostro susceptum vertitur in calorem, & salutifera suauitate percipitur. Quod autem vitio simul pernicioso temporis est abiectum, non dicam labijs admouere, sed etiam eminus intueri sine ingenti horore nõ possumus. rectissime ergo tepidus frigido pronunciatur deterior, quia facilius ad salutarem conuersionem, ac perfectionis fastigiũ carnalis quis, ideſt, secularis, vel gẽtilis accedit, quam is qui professus monachum, nec tamen viam perfectionis arripiens secundum regulam disciplinæ; ab illo semel spiritualis feruoris igne discessit. Dicit enim in corde suo qui eiusmodi est, diues sum & locuples, & nullius egeo. Cui illud quoque quod subsequitur consequenter aptatur: tu autem es miser, & miserabilis, & pauper, & cœcus, & nudus ineo factus etiam seculari deterior, quod nec miserum se, nec cœcum aut nudum, aut emẽdatione dignum, vel egere monitionis alicuius, aut institutione cognoscit, & obhoc ne exhortationem quidem vllam verbi salutaris admittit. non intelligens ipso monachi nomine se pregrauari, ac de primi opinione multorum: quia dum creditur ab omnibus & velut Dei famulus colitur, necesse est vt in futuro vehementiori iudicio, pœnæque subdatur. Postremo quid diutius immoramur in ijs quæ experimento nobis satis cõperta sunt, ac probata? frequenter videmus de frigidis atque carnalibus, A ideſt, de secularibus atque paganis spiritualem peruenisse feruorem, de tepidis atque animalibus omnino non videmus hactenus cassianus.

¶Exhoc loco colliges quàm periculosum sit aliquem nostrũ se iustum putare. infirmus enim (vt modo dicebam) qui se mala valetudine teneri non putat, remediũ non querit: sic homines vitã pharisaicam agentes cum vicia & scelera sua non respiciant, alios contemnunt præse. Hinc Dominus dicebat: Publicani & peccatores præcedent vos in regno Dei. Quoniã hi intelligunt se morbis affectos esse, & ideo medicinã quærunt. Atq; hæc est causa quare Dominus desideret nos potius esse frigidos quam tepidos peccator enim aliãs humilis & modestus mala sua semper præ oculis gestãs nihil in alijs dignius supplicio quã in se intuetur. & ideo facile oculis in terrã demissis ait Dñe propitius esto mihi peccatori. & quẽadmodũ olim Moyses solus ipse faciem suã splendidam esse nesciebat cum tamen filij Israel non possent in eam intendere, sic peccator humilis se ipsum vitãque suam prauam intuetur, si quod autem boni habet non intuetur. Et ideo ad Deũ tanquam ad medicũ contendit. Cõtra vero hypocritæ qui veniũt ad nos quiũ vestimẽtis induti cũ diuites se esse putent, hoc est, ieiunijs, orationibus, & ceremonijs, & elemosinis plenos: innocẽtissimos se esse iudicãt quamuis aliãs cauteriatã habeant conscientiam. hos euomere solet Dominus. vt in hoc loco legimus.

Maxime periculosũ est nos iustos esse putare & de nostra iustitia præsumere.

¶Sed quia tepidus es nec frigidus nec calidus incipiam te euomere ex ore meo. Tepidum est quod constat ex calido & frigido, & quia hic Episcopus erat frigidus quia erat malus & calidus

quia

quia se existimabat bonum. Ideo tepidus dicitur, & hic status, ideſt, tepidus, est pessimus. Est enim longè à salute. Notitia enim sui, est exordium pœnitentiæ. Hic autem ignorat se ipsum, & ideo est procul à pœnitẽtia. Talis erat ille phariſæus Lucæ. 18. Qui re ipsa erat malus & se sanctitatis titulo iactabat, sui ipsius ignarus. Habet se huiusmodi homo sicut ægrotus, qui se sanum existimans non adhibet medicinam: & sic sunt in maiori periculo vitæ. hos homines dicitur Deus euomere, metaphora sumpta aliquoribus tepidis, qui nauseam & vomitum solẽt mouere nam aqua frigida extinguit sitim, calida prodest ad eluendas sordes, sed tepida solum ad vomitum cõcitandum vtilis est. ad quod alludẽs hîc Dominus dixit: quia tepidus es, incipiam te euomere. Ad rem facit, qđ habetur Actor. 10. Vbi Petrus animalia munda iubetur manducare. Vnde satis colligitur, quod homines pœnitentes manducantur ab Ecclesia, & à Deo, mali autem euomuntur. ¶ Dicitur autem, *incipiam*, vt significetur Deus non subitò euomere peccatorem, sed patienter tolerare. Hiere. 18. Nunquid voluntatis meæ mors impij? quasi dicat: minime. Sed prius quasi nauseabundus incipit euomere, & per gradus quosdam reijcit.

Luc. 18.

Actor. 10.

Hier. 18.

¶ Sed notandum, quod Deus hîc non approbat frigidum, sed solam dispositionem, quæ est in eo ad pœnitentiam. Frigidus enim dicitur peccator, qui concutitur timore diuini iudicij, vide Driedo. fol. 79. 80.

Driedo.

¶ Dines sum, & locupletatus & nullius egeo. Ecce phariſaicam arrogantiam, in qua consistit tepiditas. Sic enim aiebat ille Lucæ. 18. Gratias tibi ago Domine, quia non sum sicut cæteri hominum. Hunc representare videtur ille superbus Galiath. 1. Regum. 17. Noster autem textus intelligitur de diuitijs spiritualibus (& non de terrenis vt sensit Aretas) quibus iste se iactat plenè instructus, nempe de naturalibus donis, hoc est, ingenio. &c. & de virtutibus & donis spiritualibus & pontificia dignitate & applausu populi. Ita Anſel. Richar. Beda, & alij.

Luc. 18.

1. Reg. 17.

Anſel. Richar. Beda.

¶ Obserua hîc quorundam hominum dementiam qui diuites sibi videntur cum miseri & pauperes sint. his Paul. ait ad Rom. 2. An diuitias bonitatis eius, & pacientiæ, & longanimitatis contemnis? Ac si diceret: none vides miser homo quoniam non alij quam tibi ipsi imponis: contemnẽdo ea quorum maximè eges? Dives tibi videris, & nullius egere: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, pauper, & cœcus, & nudus, in super & stultissimus. Quam ob rem? quod cũ ita pauper & mendicus sis, vt ipsam quoq; animam debeas vt vulgo dicitur, toties eadem inculcasti scelera, vt nisi Dominus adiubasset te & misertus fuisset tui, paulominus habitasset in inferno anima tua. Hoc est in ventre cæti. Tu vero quasi altero sis Mida locupletior: iustior Catone Censorino atquè integrior Fabio in vtramquè aurem, ronco nare dormis, quasi non egeas diuitiarum bonitatis Dei, nec pacientia eius, nec longanimitate. & hoc quidem facis (vt Paul. statim addit) ignorãs quod bonitas Dei, & pacientia eius & longanimitas, ad pœnitentiam te adducit. Ad te igitur redi, & age pœnitentiam, emequè à Domino aurum ignitum diuinæ sapientiæ, vt statim hîc admonet Dominus. ¶ Sed sunt hîc verba Ambrosij notanda, contra hæreticos huius tẽ

Dementia est maxima aliquorum qui diuites in vita spirituali sibi videtur cũ miseri & pauperes sint perpeccata.

Paulus.

poris. Diues igitur & locupletatus re A
ctè dicit qui omnib⁹ virtutib⁹ plenus
vsquè ad culmē perfectionis se exer-
cendo peruenit. Iste autem præsul Ec
clesiæ Laodiceæ propter solam fidē
omnibus virtutibus plenum diuitem
se & locupletem existimabat, & nihil
se ad salutem æternam acquirendam
aliud egere curabat. Non recogitans,
illud Apostoli: quia fides sine operi-
Iacobi. bus mortua est Iacob. 2. Vnde Beda:
Beda. sola fide contentus, iustitiæ tibi diui-
tias frustra vsurpas. Cæterum cum di
cit, quod dives sum, dictio, quod, re-
dundat more hebræorum, cum ali-
quid dicere incipiunt, vt quia, & quo-
niam & similes dictiones. Nullius, in-
quit, eges nullius virtutis intelligi po-
test alterius, cuius consilio aut opera
adiuberis.

Duplex ho mo in no bis interior & exterior

¶ *Dives sum.* Ex hoc loco & sequen
tibus colliges in nobis esse & interio-
rem & exteriorem hominem. Quo-
rum meminit D. Paul. 2. Cor. 4. dicēs:
Paul. quamuis qui exterior, est homo no-
ster corrumpatur, tamen is qui intus
est renouatur de die in diem. Quam
differentiam etiam sapientes huius se
culi intellexerunt. Cuidam enim ado-
lescenti soli deambulanti rogauit Cra
tes Philosophus, quid facis? respondit
mecum loquor, & ille caue, inquit, ne
cum homine malo loquaris. Sanè ho
mo exterior ille dicitur, quidquid ho
mo commune habet cum pecoribus.
Sunt & alia quæ cadere in bestijs nō
videntur, tamen in homine humano
sunt. Vt amor laudis, & gloriæ, & affe
ctus dominandi: quod si hic appetitus
immoderatus sit & rationi non pa-
reat, miseros homines facit. Si verò in
omnibus ratio dominetur ordinatus
homo dicendus est iuxta illud Gene.
Gen. 4. c 4. subter te erit appetitus tuus. Vocat

appetitū hominem exteriorem qui B
semper à ratione est moderandus. Sta
tus ergo animæ in virtute & meritis,
aut in vitio & demeritis hominem in
teriorem efficit. Ad hunc autem inte
riorem si ægrotet peruenire non po-
test medicorum manus, verbo Dei
curatur, obedientia conualescit. Ecce
qualis erat interior homo huius Epis
copi, qui cum beatus, & diues, & be-
ne oculatus, & vestitus videretur se-
cundum exteriorem hominem, audi
uit à Deo: nescis quia tu es miser, & ce
cus. & nudus.

Peccator stultus dici tur & mi ser. & mise rabilis & pauper & cæcus. Psa. 71.

¶ *Et nescis quia tu es miser.* Quādam
hominis arrogantiam cum stultitia
coniunctam exaggerat, atquè his titu-
lis peccator est præditus. In primis te
netur stultitia ibi, quia nescis. Psalm.
71. nescierunt nec intellexerunt in te-
nebris ambulant. Est superbis anexa
hæc stultitia ad Roma. cap. 1. Obscura
tum est insipiens cor eorum de super C
bis agens. Sequitur alter titulus, miser
es: nulla est maior miseria quà esse in
statu damnationis. Rom. 1.

¶ *Et miserabilis.* Idest, tanta est tua
miseria vt queat quemuis ad misera-
tionem mouere.

¶ *Et pauper.* Nimirum qui carent ve
ris diuitijs, scilicet, donis spiritualibus
quæ hominem verè diuitem faciunt,
quales non erant illę diuitiæ diuitis e-
pulonis. Lucæ. 16. qui mendicabat gut D
tam aquæ. Veræ enim diuitiæ sunt illę Luc. 16.
de quibus Eccle. 44. diuites in virtute, Eccle. 44.
& de quibus Matth. 6. quas fures non Matth. 6.
effodiunt. Corporales enim diuitias
saltim mors aufert. Psalm. 48. cùm in- Psal. 48.
terierit non sumet omnia. His ergo di
uitijs fuit expoliatus homo, qui inci-
dit in latrones. Lucæ. 10. quo signifi- Luc. 10.
catur peccator pauper & expoliatus.
&c.

¶ Et

Duplex paupertas altera electorum, altera reproborum. Greg.

Et pauper. Obserua quod est duplex paupertas, & egestas. Altera electorum altera reproborum: egestas namquè electorum est, inquit Gregorius, cum veræ diuitiæ cœlestis patriæ ad eorum animum redeũt: & in hoc erumnoso præsentis vitæ exilio positi pauperes se esse meminerunt. Illas quippè diuitias sine cessatione suspirant. Eph. 1. d De quibus Paul. dicit: vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hereditatis eius in sanctis. & qui adhuc eas nequaquam conspiciunt, studiosè interim in ærumna istius paupertatis gemunt. Hanc proculdubio paupertatem Hieremias inspexerat, cum dicebat: ego vir videns paupertatem meam, in virga indignationis eius. Hanc paupertatem Dauid Prophera intuens, ait: infirmata est in paupertate virtus mea. In paupertate etenim virtus infirmari dicitur, quia lassus in hac peregrinatione animus, & corruptionis suæ molestijs reuerberatus, hoc quod perdidit, contemplari præpeditur. Sed hanc paupertatem reprobi cõsiderare nesciunt, quia dum sequuntur ea quæ conspiciunt cogitare inuisibilia negligunt, quę perdiderũt. Vnde & egestas eorum propriè dicitur, quia dum replentur vitijs virtutum diuitijs vacuantur. Quibus sæpè euenit, vt per elationis dementiam subleuati, dum nequaquam ruinę suæ damna considerant: esse se à bonis actionibus inopes non cognoscãt. Vnde voce angelica prędicatori huic Laudicęæ dicitur: dicis quia dives sũ, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cœcus & nudus. Quasi diuitem se asserit, qui per arrogantiam sanctitatis extollitur. Sed pauper, cæcusquè, & nudus arguitur. Pauper vi-

A què quia virtutum diuitias nõ habet, cæcus quia nec paupertatem, quam habet, videt: nudus quia primam stolam perdidit, sed prius quia nec se perdidisse cognoscit. Hæc Grego. 34. Moral. cap. 2. Grego.

Et cæcus. Vbi notandum (quod superius dicebamus) in nobis esse hominem interiorem & exteriorem, id quod tradit Paul. ad Roma. 7. conde lector lege Dei secundum hominem Rom. 7.

B interiorem. & ad Ephes. 3. huius gratia flecto genua mea ad patrem, vt det vobis secundum diuitias gratiæ suæ, virtute corrouorari in interiorem hominem, quæ in virtutem est propensio interior homo vocatur à Paulo. Ephe. 3. & hic habet suas diuitias: & cum illis caret pauper est. & habet suos oculos quibus dignoscit inter bona & mala. Hic. 3 a Ita Hiere. 15. si separaueris prætiosum à vili quasi os meum eris. Econtra se Pſa. 30. e habet homo, qui secundum hominẽ exteriorem oculatissimus est. Sed secundum interiorem est oculis captus & cæcus. vt hic dicitur, quia honesta improbat, & mala approbat. De his Math. 15. dicitur: cæci sunt & duces cæcorum. Cæcus ergo iste erat qui solum hominum opinionem captabat: de bonis veris nihil curans. Nudus erat veris virtutibus & donis cœlestibus. Hiere. 15. Math. 15.

D ***Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum.*** Priusquam Dominus euomat hunc peccatorem subtrahendo auxilia, quibus erat conuertendus, incipit illum monere. Cum autem legis verbum suadeo, & magnam indigentiam tuam & ardens diuini pectoris desiderium pro tua salute intellige, non suum incremẽtum, quoniam illi nihil potest accrescere, est enim quatenus Deus summum bonũ, summa

maquè felicitas, in qua nihil desiderari potest: quatenus homo autem plenus est gratia, & veritate: ac gloria & honore maximo decoratus: propter hypostaticam vnionem. Cæterum aurum in sacra scriptura variè sumitur. Num pro mundi gloria & magnificentia Dan. 2. cum dicitur caput statuæ ex auro fuisse. Num pro oleo Zachar. 4. quid sunt duę spicæ oliuarum, quæ sunt iuxta duo nostra aurea? In quibus sunt suffosoria ex auro, siue vt alij vertunt, quæ suffundunt ex se aurum. Vbi aurum aiunt pro oleo purissimo sumi, instar auri. Num verò pro sapientia diuina charitate decorata. Cant. 5. caput eius aurum optimum quomodo hic sumitur. Sic Gregor. 4. Moral. cap. 3. Sapientia enim solet cõparari auro. Prober. 16. Posside sapientiam, quia melior est auro. & nomine sapientiæ intelligitur Dei & diuinę legis cognitio charitate succensa, & qđ hîc dicitur aurum probatum, & ignitum, declaratur Psalmo. 11. nomine argenti eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum. & sic sapientia diuina dicitur probata & purgata ab effectu, quia animam purgat: & excoquit ad purum scoriam eius. Esa. 1. exurit enim cupiditates terrestres Psalm. 117. ignitum eloquium tuum vehementer. Est autem emenda hęc sapientia à Deo, quia in eo sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi. Colo. 2. Hoc auro ornauit olim Deus Ecclesiam suam. Vnde ipse ait apud Ezech. cap. 16. Ornata est auro & argento sapientia charitate inflãmata, & eloquentia. Eloquentia enim est numus ille argẽteus Deo oblatus de quo loquebatur Deus lib. 1. Regu. cap. 2. & est tuba argentea & ductilis, de qua agitur lib. 10. Nu-

Aurum variè sumitur in sacra scriptura, nũc pro mundi gloria, &c. pro oleo, pro Dei sapientia. Dan. 2. Zach. 4.

Cant. 5.

Grego. Prob. 16.

Psal. 11.

Esai. 1. Psal. 117.

Colo. 2.

Ezech. 16.

1. Reg. 2.

Nu. 10.

A ¶Sed est dubium nam dicit hîc Deus, qđ emat ab eo aurum: hic autẽ Episcopus qui pauper dicitur, & nudus, non emere potest. Ad hoc respõdetur ex illo Esa. 55. Qui non habetis argentum properate: emite absq; argento, & absquè vlla cõmutatione vinum & lac. i. eandem sapientiam quę hîc vocatur aurum. Dicitur autem emere, quia licet contractus emptionis sit iustitiæ commutatiuæ: gratia autem gratis detur peccatori, nõ ex suis B operibus meritorijs ad Roma. 11. Si autem gratia iam non ex operibus: tamen dicitur quodam modo emi prætio. Nos autem tunc emimus hanc sapientiam, quando ad illam speciali Dei auxilio disponimur. Ad emendas mundi possessiones opus est nobis auro & argento: ad emendum verò aurum hoc ignitum, hoc est, diuinam sapientiam, nullis talibus diuitijs opus C est: satis est pretium propriæ voluntatis, quo precio Apostoli atquè apostolici viri emunt regnum hoc cœlorũ. Nos igitur sumus pretium, quo hoc aurum, hæc aqua & hoc vinum & lac emuntur. Disponamus nos ipsos ad has diuitias, tribuamus nos ipsos Christo, & ipse libentissimè eas nobis donabit. Præterea audiamus Esaiam in illo loco adderem inclinate aurem vestram venite ad me, & viuet anima D vestra: & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordiam Dauid fidelis. In hoc ergo fideli Dauid, in hoc cuius liuore sanati sumus, in hoc cuius vultus non apparet, cum à planta pedis vsquè aduerticem capitis nõ fuerit in eo sanitas: etiam si alias esset speciosus forma præ filijs hominum. In hoc, inquam, est nostræ salutis præmium, in quo emimus aurum ignitum sapientiæ & charitatis probatæ.

A Deo est emẽdũ aurum charitatis & sapientiæ gratis. Esa. 55.

Ro. 11.

Dis-

Disponentes igitur nos ipsos Dei auxilio, & nitentes in Christi sanguine parabimus nobis hoc aurum ignitum & probatum.

Suadeo tibi emere à me aurum ignitũ & probatum. Græca sic habent: suadeo tibi emere à me aurum ignitum ex igne. Per aurum hoc, charitatem alij intelligunt, quæ vt aurum omnibus metallis, ita omnibus ipsa virtutibus præstat, & qua homines quamuis paupere s ditissimi fient. Sed talis debet esse charitas vt sit valdè pura, & nil habeat admixtum terrenæ cupiditatis, sed qua Deum corde toto ames & omnia præ ipso contemnas. Quod significare voluit præstando in metaphora auri. Quod vt purissimum sit & nihil habeat terræ, aut rei inferioris admixtum, in igne probatur atquè purgatur. Possumus etiam cũ Beda, charitatem intelligere præsurarum flamma purgatam, sicut purgatur aurum igne. Cæterum quod Græci dicunt: suadeo tibi emere à me aurum ignitum ex igne: fortassè ita est intelligendum. Ignitum, ideſt, igne purgatum. Ex igne, ideſt, nunc exigne extractũ. Vt purissimum esse intelligatur. Aut certè ita dictum est ac si diceret: ignitum ignitum, ideſt, valdè probatum: purgatum & purum quod idem est, & eundem sensum habet.

Vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt non appareat confussio nuditatis tuæ. Aduersus ea mala, quæ antea peccatori in esse dixerat, nunc affirmat valere sapientiæ aurum semper: vt non sit miser, nec miserabilis, nec nudus, sed vestimentis albis indutus. Iam supra. 2. cap. de his vestimentis diximus. Vestimenta enim illa pulchra sunt vnde Lucæ. 23. Vbi nostra translatio habet quod Herodes illusit Iesum indutũ veste alba, in Græco est veste splendida, περιβαλὼν αὐτὸν ἐσθῆτα λαμπρὰν. Pulcher hìc & lætus censetur color iste, quia plus habet splendoris quàm reliqui: & ideo à lucendo & splendendo dictus est. λαμπρος. Lampros, ideſt, splendidus ac lucidus. à verbo. λαμπω. πσω. i. splẽdeo. Inde etiã letitiæ index est. Merito ergo virtutes & dona Spiritus sancti quæ comitantur sapientiam siuè charitatem, vestimeta alba dicta sunt, quia pulchra sunt, & animam illustrant, & lætificant, & futuræ in cœlis lætitiæ signa sunt. Forte etiam quoniã eo tempore Romanis vbiquè dominantibus, nemo eorum consuetudinem ignorabat: alludere Ioan. voluit ad morem Romanorum: quãdo qui publicos honores ambiebant, togam candidam induebant, & ideo candidati dicebantur. De quo Alexand. ab Alexandro. 1, lib. general. dierum. cap. 3. Virtutes & dona sunt quasi vestis candida, qua induti sunt supernæ beatitudinis honores petentes, & sine qua non obtinetur. Confusio verò nuditatis est peccatum non remissum, quia nulla vera virtute tegitur. Nam tunc tecta sunt peccata cum non videntur à Deo ad puniendum, sed cognoscuntur tanquam remissa, & adducuntur in triumphum ipsius victoris. vt Psal. 72. Beati quorum remissæ sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata, & ideo dicitur hìc quod per hanc sapiẽtiam tollitur cõfusio nuditatis. Ait ergo. *Vt non appareat confusio nuditatis tuæ.* Ideſt, sine his vestimẽtis albis nudus eris vt hactenus fuisti, & confusione ac pudore plenus, omniumquè irrisioni expositus. Propterea etiam Paul. admonet, vt his vestibus induamus nos. ad Colos. 3. Induite ergo vos sicut

Vestimenta alba quę dicantur.

Alexan.

Luc. 23.

Colo. 3.

ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti, viſce ra miſericordiæ, benignitatem, humi litatem, modeſtiam, pacientiam.

Gen. 45. Figura. ¶ Cæterum nota quod Gene. cap. 45. referuntur quatuor bonorum genera, quæ miſit Ioſeph patri ſuo Iacob pecuniam, veſtes, bona Aegypti, & ciuaria in via. Atque hęc etiam ſunt quæ Chriſtus nobis per Apoſtolos miſit, ac quotidiè mittit. Aurum ignitum ſapientiæ & charitatis, veſtem innocentiæ, bona medicinalia, & conſolationem in via. & hoc eſt quod ait in hoc loco ſuadeo tibi emere à me aurum vt locuples fias, & veſtimentis albis induaris. & collyrio vnge oculos tuos, ego quos amo arguo. Ditat Chriſtus ſuos auro ſapientiæ, induit innocentia, & puritate: vngit collyrio propriæ cognitionis oculos mentis ſuæ, conſolatur in hac peregrinatione eos maximo amore proſequendo.

MAXIMA

Collyrium quid ſignifi cet. *Et collyrio vnge oculos tuos vt videas.* Hoc collyrium variè interpretatur ab aliquibus, ſed illud dicitur præcipuè collyrium quod Gregor. in Paſt. lib. 1. cap. 11. & Rupertus intelligunt. nempè propriæ fragilitatis cognitio. Quod inter alia ſignificaſſe videtur illud lutum quo cæci oculos leniuit Dominus Ioan. 9. nam ſic admonetur homo propriæ naturæ quæ terrena eſt. & hoc eſt quod Hieremiæ. cap. 18. Iubetur deſcendere in domum figuli, ideſt ad propriæ naturæ (quæ fictilis eſt) conſiderationem. Eſt ergo collyrium medicamentum aduerſus oculorum lippytudinem: qui ergo ſuam miſeriam intelligit, viſum, quem per ſuperbiam amiſerat recuperat. Nec ſolum fideles, ſed etiam gentes fidei ſtituræ hoc intelligunt. Ait proclus Platonicus in libro ſuo de anima principio dialogorum Platonis eiuſque Philoſophiæ præcipuum inſtitutum: Eſſe miſeriæ noſtræ cognitionem. Aliqui collyrium vocant omnem afflictionem. Vexario enim dat intellectum Eſa. 18. poteſt huc ad aptari quod habetur. Tobiæ. 6. vbi ex felle piſcis affit collyrium. & fel, dicit Angelus, valet ad vngendos oculos, in quibus fuerit albugo, & ſanabuntur. Auguſtinus vero ſic ait: collyrium fecit Chriſtus ſua natiuitate, vnde tergerentur oculi cordis noſtri, vt poſſimus videre maieſtatem eius per eius humilitatem. Ideo factum eſt verbum caro, & habitauit in nobis, ſanauit oculos noſtros. Et quid ſequitur? & vidimus gloriam eius. Gloriam eius nemo poterat videre niſi carnis humilitate ſanaretur. Irruerat homini quaſi puluis in oculum. Irruerat terra ſauciauerat oculum, videre non poterat lucem, oculus iſte ſauciatus inungitur, terra ſauciatus erat & terra illuc mittitur vt ſanetur. Omnia enim collyria & medicamenta nihil ſunt niſi de terra. De puluere cæcatus es de puluere ſanaris. Ergo caro te cæcauerat, caro te ſanat. Carnalis enim anima facta erat conſentiendo affectibus carnalibus. In de fuerat oculus cordis cæcatus. verbum caro factum eſt. Medicus iſte tibi fecit collyrium. Hæc Augu. tractat. 2. in Euangelium Ioan. in fine. & Apocalyp. 3. Et collyrio, inquit, inunge oculos tuos, ideſt, gratia Spiritus ſancti, quæ mentis oculos illuminat. Dixit autem: inunge. quoniam quam gratia à ſolo Deo dilargiatur, in poteſtate tamen hominis eſt, vt ſibi præbeatur. Quoniam ſeſe ad illam diſponere poteſt, vel collyrio, ideſt, ſacræ ſcripturæ ſtudio, quod mentem illuminat. Præceptum (inquit) Domini illuminans oculos, vel collyrio, ideſt, Spi-

Gregor. Ioan. 9. Hiere. 18. Plato. Eſa. 18. Tob. 6. Augu. Ioan. 1.

Spiritus ſancti dono, mentis oculos quos terrena clauſerant inunge, vt videas: vel collyrio, ideſt, medicamine bonæ operationis, vt veri luminis claritatem videas, inunge.

iuſtos deꝰ calamitatibus probat

Ego quos amo arguo & caſtigo. Quia poterat aliquis dicere durum remedium eſſe collyrium iſtud: huic reſponſum ſubijcit: hunc eſſe morem diuinũ vt eos, quos ſaluos vult & quos amat hos afflictionibꝰ exercet. Quod

Dan.11. Angelus affirmat Dan.11. ruẽt, inquit, ingladio, vt conflentur, & eligãtur, & dealbentur. Hoc eſt, multi calamitatibus afficientur viri iuſti, vt eorũ fortitudo, & pacientia, cæteræq; virtutes probentur. Conflabuntur flãmis afflictionum, inſtar auri infornace ignis, & puriores reddentur. Hoc accidit vi

Iob.23. ris iuſtis iuxta illud Iob. c.23. probauit me quaſi aurum quod per ignem trã

Sap.3. ſit & iuxta illud Sapien. 3. Tanquàm aurum infornace probauit illos Dominus, & quaſi holocauſti oſtiam accepit eos. Vnde

Eccle.37. Eccleſ. cap.27. inquit: vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis. & Dauid

Pſa.16. Pſal.16. probaſti cor meum & viſitaſti nocte igne me examinaſti. Zacha-

Zachar.13 ri.13. ait: vram eos Domine, ſicut vritur argentum, & probabo eos ſicut probatur aurum. Vide calamitatis vtilitatẽ, quod fornax auro & lima ferro hoc efficit afflictio viro iuſto. Vnde

Heb.12. Paul. ad Heb.12. ait: quẽ diligit Deus caſtigat, flagellat autem omnem filium

Pſa.29. quem recipit. Ideo ait Dauid Pſal. 29. Ira in indignatione eiꝰ & vita in voluntate eius. Quæ verba poſſunt etiam ita verti. Momentum in indignatione eius, & vita in voluntate eius: calamitas enim qua nos caſtigat breuis eſt & punctum ſolum durat. & beneuolentia qua nos proſequitur perpetua eſt.

A Quare calamitas qua affligimur, non eſt in malis annumeranda. Vt cauterium videtur vulnus, cum ſit vulneris remedium: ita calamitas videtur malum, cum ſit malorum medicina. Contra vero nihil infelicuis impiorũ fœlicitate, quæ videtur vita, cum ſit mors. Videtur gloria cum ſit ignomi-

Impiorum fælicitas mors eſt potiusquà vita, ignomia potius quàm gloria, &c.

nia: videtur deniquè bonum cum ſit malum. Illa eſt porta æterni ſupplicij, ad quod impij relegantur. At affli-

B ctio cum pacientia coniuncta, æquo animo tolerata, eſt porta regni cœlorum. De illa ſcriptum eſt Pſalmo.117. Pſa.117. hæc porta Domini juſti intrabunt per eam. De ſe ipſo ait Chriſtus apud Lucam: oportuit Chriſtum pati & ita Luc.24. intrare in gloriam ſuam. & eius diſcipuli in Actibus Apoſtolorum aiunt: per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũm cœlorum. & hæc eſt cauſa quare Deus viros pios ac

C præcellentes ampliſſimis virtutum ornamentis exultos, per varios caſus plerumquè, & per acerbas calamitatum anguſtias ad vitam ſolet ducere immortalem. Hominibus autem teterrimis ſcelerumquè labibus notiſſimis res ſecundas, & ad voluntatem fluentes, ad breue tempus concedit. Quem admodum peritus colonus teneras arbores, & adhuc imbecillas rigat ac fouet, adultas autem

Similitudo

D ac firmas relinquit. Sic Deus infirmos fragiles què homines recreat rebus proſperis, ac reficit, eos autem qui ſunt fortitudine & firmitate robuſti permittit angi calamitatibus, & ingemitu ac ærumnis verſari. Eam ob cauſam ait Chriſtus Dominus: bea Math.5. ti qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur, beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Filij

Figura. Israel in Aegypto præmebantur lateribus faciundis. Lateres autem ex terra sunt re vili & abiecta. Ait vero Exod.24. Exodo.24. Moyses septuaginta de senioribus Israelis vidisse Dominum super opus lapidis saphirini. Pro quo alij vertunt: opus lateris Saphirini. qui contempti pro nihilo putantur, sunt Saphiri prætiosi. Ita afflictiones quibus viri iusti præmuntur, quas stulti homines sordidas esse, & abiectas existimant, & in malis numerandas: viri sapientes eximias ac prætiosas iudicant, & in numero bonorum reponendas, præsertim cum in oblectationes conuertantur. Ita enim ait Christus Deus noster apud Ioannē. capite. 16. mundus gaudebit, vos vero contristabimini. Sed tristitia vestra conuertetur in gaudium. Eam ob causam illustres beatosquè possumus appellare Machabæos, cæterosquè Israelitas: qui pro deo suo acerbissimas molestias alacri animo tulerunt, quibus puriores effecti nomen suum immortalitati commendarunt. Nihil enim magis conducit ad eximiæ virtutis gloriam illustrandam, quàm calamitas ipsa. Eiusmodi calamitates aquarum nomine significantur vt Psalmo. 68. intrauerunt aquæ vsquè ad animam meam. & Psalmo. 143. liberame de aquis multis. Quibus verbis diuinus vates magnitudinem doloris, & vim calamitatum, quibus penè abrutus fueras, eleganter describit. At aquæ ipsæ erant pro muro ad dexteram & ad sinistram filijs Israel. Vt cap.14. Exodo.&.15. Iudic sacra scriptura testatur. Calamitas quæ alios ledit, alijs est pro muro ne ledantur. Obruebant aquæ Aegyptios & protegebant Hebræos. Nam calamitates eos perdunt qui deficiunt in tolerantia, eos tuentur qui eam amplectuntur. Hæ sunt aquæ Iedeonis, vbi milites probati sunt qui enim flexerunt genua fuerunt repudiati, qui verò stantes biberunt fuerunt electi. Illi reijciuntur qui succumbunt calamitatibus, & animum amittunt: illi autem sunt veri milites Christiani. à Deo approbati, qui erecto animo bibunt ærumnas vitæ, & fortitudine ac tolerantia muniuntur: illis fauet Deus quibus & afflictionem & pacientiam largitur. capite tertio Amos ait ita Deus: tantummodo vos cognoui ex omnibus congregationibus terræ id circo visitabo super vos iniquitates vestras. cap.6. libro.2. Machabæ. sunt verba hæc: non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere magni beneficij indicium est. & capite.5. Iob: beatus qui corripitur à Deo. & Prouerbiorum tertio. & ad Hebræos.12. idem dicitur: nam si oportuit Christum pati & sic intrare in gloriam suam, Lucæ vltimo, quanto magis oportebit nos pati, vt sic intremus in gloriam alienam. & ideo Iob quinto dicitur: beatus homo qui corripitur à Deo de quo Gregorius libro.6. Moral. capit.17. & ideo aiebat Tobias. capite.11. Benedico te Domine Deus quia tu castigasti me & saluasti me. Vbi nota quod afflictio data Ecclesiæ vocatur castigatio, vt Hierem.31. Castigasti me Domine & eruditus sum. Quando autē mali affligūtur à Deo vocatur consumptio. Vt Hiere.30. & 46. castigatio enim est signum prędestinationis. Habet enim se Deus cū electis sicut pater cū filio, cui seruat hęreditatem, & flagellis domat Hier.31. castigasti me Dñe & eruditus sum, quasi iuuēculus indomit⁹: cōuer

Exod.14. Iud.7.b. Figura. Amos.3. 2.Ma.6. Ioa.16. Iob.5. Pro.3. Heb.12. Luc.vlt. Iob.5. Grego. Tob.11. Psa.68. Psa.143. Exod.15. Iud.5. Hie.30.& 46. Hier.31.

te

te me & conuertar: quia tu Domine Deus meus. Vt ergo Deus ad solita operá charitatis hunc Episcopum erigeret, dolorem persequutiones quas in Ecclesia videbat, pignora esse amoris sui, quib⁹ exercet quos amat vt puriores euadat. Sed sunt singula verba notanda cum dicit: quos amo arguo. Idē est ac si diceret omnes quos amo arguo in greco est quoscumq; amo arguo. Sicut legimus ad Hebr. 12. quem enim diligit Dñs castigat, Flagellat autem omnem filiū quem recipit. Pro arguo, est in greco ελεγχω. Quod prò priè significat conuincere. Vt ad Titū primo. Vt potens sit exhortari doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere inde Elenchus, conuictio: quod interpræs vertit argumētum ad Heb. 11. Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentū non apparētium. Inde significat reprehendere ita vt qui reprehenditur cōuincatur, & negari non possit se pœna dignum esse. Vt Ioa. 3. omnis qui malè agit odit lucem, & non venit ad lucem vt non arguantur opera eius. 1. Thimo. 5. Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorē habeāt. Pro castigo est in greco παιδευω. pedeuo qđ est erudio, castigo, prudētē redigo, siue id ob iurgatione, siue pœna alia fiat. & prò priè ad pueros pertinet, qui παιδες. pedes dicuntur. Quoniam ergo qui à Deo amantur, infirmitate naturæ nostræ interdum labuntur, & peccant: nunc interna reprehensione, nunc exterius afflictionibus, à Deo arguuntur & castigantur vt pueri, vt purissimi & perfectissimi fiant.

Heb. 12.

Tit. 1.

Heb. 11.

Ioa. 3.

1. Timo. 5.

Tūc est nobis peccatoribus maxime iratus Deus quū non irascitur.

Ego quos amo arguo & castigo. Hinc colliges magnam Dei, iram esse non eam ostendere tunc enim nobis maximè iratus est Deus cum nobis non irascitur, vt medicus amaris potionibus & medicamentis eum curat, quē intelligit curabilem esse. Eum verò, de cuius sanitate desperat, naturæ relinquit, nullam illi adhibens medicinam. Sic Deus electos suos amaris potionibus exercet, in quos vult conferre sanitatem illis medetur ducens eos plerunquè per magnas calamitates & angustias ad vitam immortalem. eos verò quos videt incurabiles & obstinatos in manibus suorum desideriorum relinquit, tanquàm æternæ noctis propinquos. Ex quo efficitur vt hi sæpè numero affluant mundi opibus & voluptatibus. Magnum profecto est & dolendum supplicium quando Deus nos supplicio nō exercet. Quando nos ob scelera nostra repudiat. quando nos solita castigatione paterna non animaduertit. Loquitur Deus more hominis vxorem suam adulteram repudiantis, & iam non curantis. Ita se Deus habet ad impios dum eos liberè & impune peccare permittit, quasi ad se non pertineant: vt postea acerbissimis cruciatibus in æternum torqueantur. Eam ob causam ait in Psalmo. dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. & apud Oseam non visitabo super filias vestras cùm fuerint adulteratæ. Contra verò de electis ait per Psalmographum. Visitabo in virga iniquitatis eorum, & in verberibus peccata eorum. & in hoc loco ego quos amo arguo & castigo. Vnde ait in epistola ad Hebræos Diu⁹ Paulus, quem diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. Et paulò post: quod si extra disciplinam estis, ergo adulteri & non filij estis. Nullo ferè ma-

Psa. 80. e

Ose 4. e

Psa. 88. e

Heb. 11.

iore supplicio hîc afficit Deus illos qui eum contemnunt, quàm si in eos non animaduertat sed sinat eos suis obtẽperare cupiditatibus, & quà eos vehat appetitus libenter euagari, & voluptatibus blandissimis deliniri. Nam his rebus quibus vitam sibi adipisci putant, pestem & pernitiem sibi ipsis ætẽrnam machinantur. Idquè tum maximè cum sibi præclarè consulere videntur. Si affligi pro Deo in hac vita erat expetendum tempore veteris testamẽti, quanto magis noui postquam Deus ipse fuit propter nos iniurijs & calamitatibus affectus? & vt ait Esa. dolores nostros tulit, & languores nostros ipse portauit. quẽ admodum censetur illustre & glorioſum portare militem ſecundum insignia & stemmata sui ducis: sic ad veram Christiani amplitudinem & claritatem conducit affici molestijs & calamitatibus. Hęc enim sunt Christi arma & insignia. Vnde diuinus ille Paulus qui propter Christum erat molestijs cinctus & tempestatibus vndiquè exagitatus, aiebat: ego stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.

¶ Æmulare ergo & pœnitentiam age. Æmulare hîc in bonam partem accipitur vt ad Galatas. 4. Bonum æmulamini in bono: & aliquando in malam partem sumitur, vt Psalmo 36. noli æmulari in malignantibus. & est sensus textus: cum quodam zelo virtutis imitare viros perfectos, & patientiæ virtute præditos: & age pœnitentiam culpæ ante actæ. Itaquè monetur vt caueat in futuro, & doleat de præterito. ¶ Vt ergo hunc locum plenius explicemus notandum est. Quod non dixit quid æmulari debeat. Id ergo Aretas exposuit: æmulare meliora, ideſt, sectare. Alij, æmulare siue imitare viros bonos qui in ciuitate sunt tua, vt Beda, & Ambrosi. Verũ hoc verbum, ζηλοῦτον, pro quo noster interpres vertit æmulor, siue zelo, accusatiuum habet aliquando rei, quam æmulamur: & significat sequi ardenter & cum zelo amare. Vt 1. Corin. 12. æmulamini autem charismata meliora, ideſt, sectamini cupidè dona potiora. & cap. 14. Sectamini charitatem, æmulamini spiritualia præsertim Prophetiam, ideſt, studio incumbite ad spiritus sancti dona, & inter ea Prophetiam maximè. ad Galatas. 4. æmulantur vos non benè, sed excludere vos volunt vt illos æmulemini in legalium obseruatione. Cũ verò verbum hoc sine accusatibo ponitur & in transitibum est, significat zelum assumere, siue zelo commoueri. Vt Nume. 11. quid æmularis pro me? siue quid zelaris pro me? & 3. Regum. 19. Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum Domini filij Israel. 1. Corinth. 3. Charitas non æmulatur, ideſt, nõ zelo commouetur, eo quod alter rẽ habeat, qua ipse cupiebat potiri, ideſt, non inuidet: vt interpretatus est Theophil. Ita ergo nunc est hoc verbum exponendum vt dicere incipiebamus. Aemulare ergo ac si diceret: age, zelo commouere, vt salutem tuam queras, & impendentia mala declines, & hoc zelo permotus age pœnitentiam. Ideo statim addit: *& pœnitentiam age.* Quoniam zelus non solum mouet, sed incendit etiam & vrit: merito homini tepido & desidi dicitur, Aemulare ergo & pœnitentiam age. In his epistolis omnes hortatur Dñs ad pœnitentiam quantũuis reprobi esse videatur.

æmulatio in bonam partem sumitur & in malam. Gal. 4. Psal. 36.

1. Cor. 12.

1. Cor. 14.

Gal. 4.

Nu. 11.

3. Reg. 19.

1. Cor. 3. b

Vbi

vbi notanda est sententia Ambrosij, qui tractans illud Gene. 2. Requieuit ab vniuerso opere, inquit: quod creato homine mox requieuit Dominus, quasi gauisus quod iam in mundo esset aliquid cui peccata remitteret, nã antea non erat creatura in mũdo pœnitentiæ capax: amat itaque Deus pœnitentes & ideo tàm frequens est exhortatio ad pœnitentiam. Quadrat cum illo Lucæ. 15. Gaudium est in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente.

Luc. 15.

¶ *Age pœnitentiam ecce sto ad ostium.* His verbis satis apertè ostendit Dominus desiderium quod habet nostræ salutis, quàm etiam promptus paratusque sit ad ignoscendum. Ecce, inquit, sto ad ostium & pulso. Hanc eãdem propensionem significauit Can. 5. Illis tenerrimis verbis aperi mihi soror mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei gutts noctium. Sororem vocat, eò quod nostram erat assumpturus naturam. & vt ostenderet quanto labore nostram salutem erat homo factus comparaturus, ait: quia caput meum plenum est rore. Huic mysterio respondere videtur, quod diuina sapientia dixerat Sapien. 6. Præoccupat qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat: qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: assidentem enim illam foribus suis inuenier. Illud etiam Dauid Psalmo. 102. qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, idest, qui promptus ac paratus est ad condonandum tibi omnes tuas iniquitates.

Maxime paratus est Deus ad ignoscendũ.

Cant. 5.

Sapien. 6. c

Psal. 102. a

¶ *Ego sto ad ostium & pulso.* Ne forte desperaret Episcopus Christum sibi affuturum, & ad statum priorem redire se non posse putaret, quoniam dixerat tepidus es, & non frigidus, nec A calidus, ideo incipiam te euomere: modò misericordiam suam ostendit dicens: *Ecce sto ostium & pulso.* & si à te excluſus, ad te iterũ salutis tuæ studio & desiderio commotus, redeo: & quasi hospes hospicium tuum pulso, vt mihi aperias: & me in animam tuã recipias. Cæterum superius exposuimus ostium esse cor hominis. Nam per cor intrat in nos & salus & interitus. Hinc D. Ioã. ait cap. 13. cum diabolus misisset in cor Iudæ. & rursum dominus ait apud Math. cap. 15. ex corde exeunt cogitationes malæ. Stat ergo Dominus ad ostium huius Episcopi. Sic Cant. 5. ostium pulsat sponsus dicens: aperi mihi soror mea vt supra diximus. Sed duplex est causa quare dicitur stare & non sedere. Prima est vt significet, quod nisi aperiamus citò nostri cordis claustra mox recedet. Stant enim qui rem breui expedi B tam volũt. Hinc est quod Cant. 5. quia pulsanti sponsa statim non aperuit, excusata: expoliaui me tunica mea quomodo induar illa? Statim addit: at ille (scilicet sponsus) declinauerat & abierat. Deus enim expectat in multa pacientia vt Paul. ait ad Roma. 9. Si verò peccator contemnat, & nolit aperire, recedit auxilia subtrahendo. Est altera causa quare dicitur stare: quia auxiliari & iuuare tunc uult, & C ideo stat & pulsat. Sic intelligitur illud quod D. Lucas narrat in Actis Apost. cap. 7. Quando Stephanus vidit Iesum stantem à dextris virtutis Dei, cum tamen sedere à dexuris dicatur Mar. vlt. & Psalmo. 109. Dixit Dominus domino meo, sede à dextris meis: nimirum quia suo martyri Stephano auxilium in ea pugna præstabat. Stãt enim & non sedent pugnantes, aut pugnatoribus auxilium præstantes. Hęc

Ostiũ cor hominis.

Ioa. 13.

Math. 15.

Cant. 5.

Quare dicitur stare ad ostiũ cordis.

Cant. 5.

Rom. 9.

Act. 7.

Mar. vlt. Psal. 109.

autem pulsatio fit per prædicationē, aut per inspirationes, corda excitando vt admittatur.

Deus pulsat corda sed non cogit.

¶ Ex his verbis apertè colliges Deum corda nostra pulsare, sed non necessariò cogere (vt malè putant hæretici nostri temporis) quin potuis electiones ipsas in nobis esse vides, suppositò tamē diuino auxilio. Fatemur enim catholici Deum esse primam causam rerum omnium nihilquè sine ipso fieri posse, & ad omnem effectum naturalem generaliter influere, & ad sanctas hominum operationes, quas supernaturales vocamus, concurrere speciali quodam influxu: & abeo esse omnem salutarem inspirationē. At nostræ potestatis est illi acquiescere. Asserimus quippe Dei tractū per gratiam præuenientem & cooperantem, sed acquiescere tractioni, hoc est, in arbitrij libertate: quod bonas Dei inspirationes acceptat, & concurrit actiuè ad merita atquè gratiæ cooperatur. Quod satis apertè vtrumq; sic Dominus ostendit dicens: ego sto ad ostium & pulso: siquis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuā, intrabo ad illum & cœnabo cum eo, & ipse mecum. Nec opus est in re tam perspicua immorari, cum in numera sint sacrarum literarum testimonia luce meridiana clariora, quę liberam esse humanæ voluntatis facultatem contestantur. De qua re passim Doctores disputant. Stat ergo semper Deus ad ostium & pulsat nec vacuus venit, sed gratiam & gloriam dabit aperientibus. Cum velit omnes homines saluos fieri. Aperi ergo ianuā pulsanti, nam in quacumquè hora ingemueris, saluus eris. Aperi pulsanti, nā si aperueris intrabit Dominus & cœnabit tecum vt ipse statim ait. Pulsabat Dominus ad ostium sancti Iob, & ipse statim ostium ei aperiebat. Vnde cap. 14. ait ipse: vocabis me & ego respondebo tibi. Cum ergo Dominus stet ad ostium tuum, respondē pulsanti. Cæterum cum Deus dicitur ad ostium pulsare & stare, apertè docet cum homine scelerato loqui. Nam pius & iustus sedes & habitaculum Dei est in quo ipse habitat. Ad eum, inquit, veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Hinc colliges homo in sane quā stultus & in vrbanus sis, qui tantum hospitem dies noctesquè ad cordis tui ianuam pulsantem aperire nō vis. Vt autem intelligas eum venire non vt te ipsum interficiat, audi quid addat: siquis aperuerit, intrabo ad illum, & cœnabo cū illo. venit enim ad ditandam animam tuam, miris in numerisquè voluptatibus reficiendā. Cœnam magnam ipse secum affert, & omne symbolum soluere vult. Auceps namquè si inuitat aues, non minus quàm ipsa vita prandium comparant, sic diabolus venatur animas. Diuitijs enim & voluptatibus attrahit, vt eo cibo eas interimat, sicut interemit primos parentes. Ideo vates quidam ait: venatione ceperunt me vt auis. Threnor. 3. Christus autem tecum cœnaturus cœnam vitæ affert, & nihil aliud vult, quam vt aperias ostium.

Iob. 14.

Similitudo

Thre. 3.

¶ *Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* Raritas eorum qui aperiunt notatur secūdum Richardum, & Diuum Thomā illo modo dicēdi: siquis audierit, pauci enim sunt qui quediū Christo. Mathæ. 7. & ideo pauci sunt electi Math. 20. Licet multi vocentur. Sed tamen siquis vnus aut alter, & audierit attenter & obedienter vocantem, & aperue-

Pauci sunt qui obediunt christo & qui eum audiunt.

Math. 7. Math. 20.

ruerit cordis ianuam pœnitendo: introibo, dicit, ad illum per gratiæ collationem, sic Ioan. 14. ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus, & cœnabo cum illo. In hac cœna significari videtur beatitudinis præmium: sicut cum dicitur vbi supra: mansionem apud eum faciemus: quia per modum quietis est. Hæc mansio, & hæc cœna. Secus est quando Luc. 12. dicitur in parabola, quod transiens ministrabit Dominus. Vbi de præmio huius vitæ, quia in transitu recipimus loqui videtur, & Grego. homi. 36. dicit: quod beatitudo non appellatur prandium sed cœna, quia est post prandium: & post cœnam est quies. sed quidquid sit de hoc nam variant doctores. In cœna ista familiaritas Dei & hominis significatur, cum quo loquitur Deus quasi cum amico suo vt de Moyse dicitur Exod. 33. Notandum etiam est suauitas, quam percipit Dominus ex hominis iusti amicitia, sicut dixit Christus Ioan. 4. quando Samaritanam instituebat. Ego cibum habeo quem vos nescitis, nempe conuersionem hominis, delitiæ meæ esse cum filijs hominũ Proue. 8. Est verò notanda consideratio Origenis super illud Esai. 7. hom. 2. butyrum & mel comedet, scilicet, quod Deus excipiendus est ad cœnam butyro & melle instructam, idest, suauissimis operibus virtutum & dilectionis proximi, & inimici, non animi amaritudine & felle peccatorum. sponsa in Cantic. c. 8. promittebat, introducam te in domum, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum. Hoc vinum charitatem perfectam significat, & est cõditum omni virtute quia charitas patiens est, benigna est. 1. Cor. 13. & mustum malorum granatorum, martyrum sanguinem interpretatur Beda super Cantic. quod licet videatur esse mustum propter fortitudinem martyrum, est tamen malorum granatorum, quod suauitate & charitate temperatur. & significat amorem & charitatem martyrum. Sic cœnat Dominus & sponsa cœnat & ideo dicitur in Cantic. vbi supra ibi me docebis, nempè cœlestem doctrinam. Ait ergo intrabo ad illum & cœnabo cum illo. perstat in eadem metaphora hospitis nocte venientis. & significat se iniuriarum oblictum amicè & familiariter cum eo victurum: & obsequia eius accepturum. & ipse, inquit, mecum loquitur quidem vt hospes, sed vt locupletior hospes: qui venies in domum alterius beneficium det, potius quàm accipiat.

¶ *Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo &c.* Quanto honore afficiantur sancti à Deo satis aperte docet hic locus. Eodem enim honore quo Christus est, sanctos suos esse vult. hoc idem dicebat ipse apud Ioã. cap. 17. Pater quos dedisti mihi, volo, vt vbi ego sum, illi sint mecum, vt videant claritatem meam quam dedisti mihi. Nec hoc mirum videri debet, quum sancti viri sint vnum & idem quod Christus Dominus. vt ipse met petit & impetrat apud eũdem Ioan. ca. illo. 17. his verbis rogo te pater vt omnes vnum sint sicut tu pater in me & ego in te vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus quia tu me misisti: & ego claritatem quã tu dedisti mihi dedi eis: vt sint vnum sicut & nos vnum sumus, ego in eis, & tu in me, itaque ex hoc loco satis constat vnum & idem quod Christus sanctos esse. Non solum quod

Eodem honore quo Christus afficitur vult afficere sanctos suos.

Ioan. 17. d

Ibidem.

eadem eorum, quæ Christi voluntas sit, sed etiam quod diuina quadam coniunctione cum ipso coniuncti. Ita vt sicut Christus viuit per patrem ita & ipsi viuant per Christum. vt sint (sicut Paulus ait Rom. 8.) conformes imagini filij eius: vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quando igitur tantum Christus sanctis suis honorem habeat vt sedere cum illo in throno suo cœlesti faciat, nos etiam sanctos omnes maximo honore afficiamus. Nam qui membra honorat, caput etiam honorat. hac enim de causa vates ait: Psalm. 139. gloriosus Deus in sanctis suis, ideſt, gloriam reportat. & meritò quidem sancti à nobis honorari debent: cum non solum membra Christi sint, sed etiam filij Dei, vt etiam impij in inferno positi testantur. Sapient. 5. Ecce, inquiunt, quomodo computati sunt inter filios Dei: & inter sanctos sors illorum est. Non enim ex sanguinibus nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Quod si filij & hæredes, quod si regis filios & maximè hæredes tantum solemus honorem præstare: quanto maiore Dei filios afficere par erit? quis etiam non honoret eos, quos sacra scriptura tantis laudibus ornat, tamque magnificè appellat. Nunc enim Dei filios, nunc Christi fratres, nunc Ecclesiæ columnas, gubernatores, pastores, duces fidei, patres credentium, lucem mundi, salem terræ appellat. Laudemus ergo viros gloriosos (vt Ecclesiasticus capit. 44. monet) & parentes nostros in generatione sua: & imitemur ingenium virorum piorum. Quorũ est maximis laudibus & honoribus viros Dominum timentes extollere vt Dauid testatur Psalm. 14. dicens: timentes autem Dominum glorificat. Nec his laudibus obstat quod Paulus 1. ad Timoth. 1. dicat: soli Deo honor & gloria. Nam sanctorum gloria Dei etiam gloria maxima est. cum amici, cum sotij, cum membra, cum denique propter Deum à nobis honorentur, & summis laudibus eferantur.

¶ *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius.* Est hic iudiciaria potestas, promissa Apostolis & eorum successoribus Mathæ. 19. de qua iam supra diximus. Non enim (secũdum aliquorum opinionem vt infrà dicemus) cuiuis vincenti hoc promittitur sed solis Apostolicis viris. de quo Gregor. lib. 26. mora. ca. 24. & 26. tractans illud Iob. cap. 36. Dominus iudicium tribuit pauperibus, &c. Sed si de quolibet iusto intelligatur locus iste vt intelligendus est, dicendum est in throno Christi esse, nihil aliud significare, quàm participem esse regni eius & cœlestis beatitudinis. Itaque quamuis dicat in throno meo non ita intelligit, ac si in eodem throno æquali honore sessurus sit. Sed sedebit in regno meo vbi ego sedeo in sede sibi parata vt Mathæ. 19. dixit: cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes. Hæc verba exponuntur, ex eo quod ait Paul. ad Ephes. 2. & cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos Christus cuius gratia estis saluati, & conresuscitauit & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu. Quæ etiam explanãtur verbis sequentibus: sicut ego vici, & sedi cũ patre meo in throno eius. Ego, inquit, vici, ideſt, plurima pro sui gloria, & hominum salute tolleraui, propterquod & pater exaltauit me, &

Quando Christus tãto honore prosequitur sanctos & nos etiã eos debemus honorare.

Rom. 8.

Psal. 139.

Sap. 5.

Eccle. 44.

Psal. 14. b

1. Timoth. 1.

Math. 19.

Grego.

Math. 19.

Ephes. 2.

& participem me fecit regni ſui, & ſedere ſecum voluit, ideſt, ad dexteram ſuam. Ex his intelligitur, cum ait: dabo ei ſedere in throno meo nō intelligi de ſeſſione adiudicandum de qua dictum eſt Math. 19. Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, vt Haymo. & alij putauerunt, ſed de participatione regni. Quoniam nūc inquit: ſicut & ego vici, & ſedi cum patre meo. Verè enim cum patre ſedebat ex eo die quo in cœlum aſcendit & ideo non ait ſedebo ſed ſedi.

Math. 19.

¶ *Qui habet aurem audiēdi audiat quid ſpiritus dicat Eccleſijs.* Hoc iam ſæpè eſt repetitum & explicatum ſuprà.

¶ *Finis Cap. III.*

Intelligentia Capitis tertii Apocalypſis.

ET Angelo ſiue Epiſcopo Sardis ſcribe, hæc dicit qui habet ſeptem ſtellas hoc eſt angelos ſeptem in manu ſua, ſeptemque ſeptiformis ſpiritus dona, quæ diuidit ſingulis prout vult. Scio opera tua notitia quippe non approbationis ſed ſimplici: quia nomen habes quod viuas, per nomen inquam, fidei quam profiteris viuus cēſeris, & re vera mortuus es, quia congruentia fidei opera nō facis: quum non vigiles ſuper gregem. Eſto ergo vigilans & confirma cætera quæ moritura erant: morientur enim niſi in fide eos confirmaueris. Non enim inueni opera tua plena ac perfecta coram Deo meo. cum non ſatis ſit præſuli, ſtudioſam vitam agere, niſi diligentem ſuorum curam gerat. Memor igitur eſto traditionum Apoſtolicarum, & ſerua ſicuti accepiſti: & de priſtinis pœnitentiam age. Niſi ergo vigilaueris ſuper gregem tuum veniam ad te tanquam fur, de improuiſo, teque nec opinante. Sed habes paucos homines in Sardis, qui non inquinauerunt veſtimenta corporum ſuorum: & ambulabunt mecum in albis candoreque innocentiæ ſuæ & candore clarificati corporis, quia digni ea glorificatione ſunt. Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis, ſiue hic alba ſtolla immortalitatis & gloriæ corpore ipſo veſtietur. Et non delebo nomen eius de libro vitæ, ſed ſemper ſcriptus

ptus manebit inter iustos & electos. Et confitebor nomen eius coram patre meo, testificaborque eum esse de ouili eius, & coram angelis eius. Qui habet aurem spiritualem & iudicium rerum diuinarum audiat, quid spiritus dicat non huic Ecclesiæ tantum, sed vniuersis. ¶ *Et Angelo siue præsuli Philadelphiæ Ecclesiæ scribe. Hæc dicit sanctus á quo omnis sanctitas originem trahit, & verax ille, qui est via, veritas, & vita, qui etiam habet clauem Dauid regiamque potestatem, ac facultatem scripturas aliás clausas aperiendi, qui aperit iustificando, & dando vim intelligendi scripturam ita vt nemo possit claudere. Et claudit damnando, & intelligentiam scripturarum non aperiendo: & nemo est qui aperiat. Scio opera tua. Ecce dedi coram te ostium, & cælestis regni quo intrare possis: & ostium scripturarum apertum, quo eas intelligere possis: quia quantulancunque virtute præditus es, verbum tamen meum seruasti, neque me negasti. Ecce efficiam vt conuertantur aliqui de aduersariorum satanæque congregatione ad fidem meam, & maximè eorum qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt vere & reipsa. Nam verus Iudæus ille non est, qui de prosapia ortus est Abrahæ, sed qui Deum & Christum eius confitetur: & faciam illos vt veniant ad me, meque coram pedibus tuis adorent. Et cognoscant quia dilexi te. Quoniam seruasti verbum propter quod prædicandum passus sum, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum tentare habitantes in terram. Ventura enim est tentatio vniuersalis nunc ab hæreticis, nunc ab infidelibus imperatoribus, nunc ab Antichristo eiusque sectatoribus. Tu autem ne animum despondeas. Nam ecce venio cito, auxilio tibi futurus. Interim vero tene quod habes, fidem inquam tuam constanter serua, vt nemo accipiat coronam gloriæ ac mercedis tuæ. Qui vicerit mundum & Diabolum, faciam illum columnam, firmaboque illum, & fortem faciam in templo Dei mei, atque in Ecclesia militanti & triumphanti. Et foras non egredietur amplius nam si in Ecclesia militanti fuerit ego illum ita obfirmabo dono perseuerantiæ vt ab ea nunquam euellatur: si in Ecclesia triumphanti, multominus à gloria illa, egredietur. Et scribam super eum nomen Dei mei, vt & sanctus, bonus, & iustus dicatur sicut & Deus dicitur. Et scribam nomen ciuitatis nouæ Hierusalem de cælo descendentis, vt vocetur templum & tabernaculum Dei,*

sicut

ſicut & illa. Et ſcribam nomen meum nouum, vt appelletur nouiter filius Dei, ſicut & ego ſecundum naturam humanam habeo. Nouum eſt enim omni homini filium Dei vocari, quod nemo vnquam verè habuit ante meam incarnationem: aut certè non niſi per meam incarnationem. Qui habet aurem ſpiritualem audiat quid ſpiritus dicat omnibus Eccleſijs. ¶ *Et Angelo Epiſcopoque Laodiceæ ſcribe, hæc dicit: Chriſtus qui eſt Amen, ideſt, vere. & qui eſt teſtis fidelis & verus, & qui eſt principium & origo omnium creaturarum Dei, quando omnia per ipſum facta ſunt: & qui habet principatum ſuper illas. Scio opera tua eſſe, ſcilicet, mortua quum ſine charitate fiant. Scio, inquam, quod neque frigidus neque calidus es: nec Spiritus ſancti illuminatione plenè deſtitutus, nec es ſpiritu feruens. Vtinam aut eximiè frigidus eſſes, hoc eſt, omnino infidelis & ignarus veritatis diuinæ, aut quod magis opto eſſes feruidus ſpiritu: ſed quia tepidus es fidem habens emortuam nauſeam mihi inducis, ideo incipiam te euomere & abijcere ex ore meo, à familiaritate & dilectione mea. Quia dicis diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo: Falsò enim te diuitem putas ſola fide inſtructus: & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus: cum bonis operibus ſpiritualibus quæ verè diuitiæ ſunt planè indigeas: neque animaduertas, in quibus ambulas peccati vias & ſemitas: & quod bonis omnino operibus ſis ſpoliatus. Suadeo ergo tibi emere a me aurum ignitum probatum, atque feruorem charitatis preſſurarum flamma tanquam igni probatum. Eme ergo illum a me precio piæ confeſſionis, & iugi memoria propriæ fragilitatis, vt locuples fias: & veſtimentis albis candoreque innocentiæ induaris: vt non appareat confuſio & turpitudo nuditatis tuæ, nudus eſt enim qui bonis operibus non eſt ornatus. Et quando cæcus es, collyrio ſiue cognitione propriæ fragilitatis inunge oculos mentis tuæ vt videas, ego quos amo arguo & caſtigo, quare non eſt cur deſperatione afficiamini quando preſſuris & tribulationibus agitamini. AEmulare igitur & arde zelo boni, ne ſis tepidus ſed zelo feruens, & pœnitentiam age. Ecce ego ſto ad oſtium cordis & pulſo: quod ſi quis mihi aperuerit, intrabo & cœnabo cum illo: & ipſe mecum: totumque me illi familiariter permittam. Qui vicerit,*

rit, dabo illi sedere mecum in throno meo: participemque illum faciam regni patris mei. Sicut me iuxta humanitatem participem fecit, quia vici mundum, & mundi principem. Qui habet aurem spiritualem, audiat quid Spiritus sanctus dicat Ecclesijs omnibus.

CAPVT

CAPVT QVARTVM

Argumentum.

S. Aperto in cœlo ostio Ioānes videt viginti quatuor seniores circa thronū sedentes, & quatuor animalia sedenti in throno assiduè gloriam dare.

CAPVT IIII.

POst hæc vidi, & ecce ostium apertum in cœlo, & vox prima quam audiui tanquam tubæ loquentis mecum, dicens, Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri cito post hæc. Statim fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in cœlo, & supra sedem sedens. Et qui sedebat, similis erat aspectui lapidis iaspidis, & sardinis, & iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdinæ. Et in circuitu sedis, sedilia viginti quatuor, & supra thronos, viginti quatuor seniores sedentes, circūamicti vestimētis albis, & in capitibus suis coronæ aureæ. Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua, & septem lāpades ardentes ante thronū, quæ sunt septē spiritus Dei, Et in cōspectu sedis tāquā mare vitreū simile crystallo, & in medio sedis & circuitu sedis, quatuor animalia plena oculis antè & retro. Et animal primū, simile leoni: & secūdū animal, simile vitulo: & tertiū animal, habēs faciē velut hominis: & quartū animal, simile aquilæ volanti. Et quatuor animalia singula eorū habebant alas senas in circuitu, & intus plena sunt oculis. & requiē non habebant die ac nocte, dicentia, Sāctus, sanctus, sanctus Dñs Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Et cū darent illa animalia gloriā & honorē & benedictionē sedēti super thronū: viuenti in secula seculorum, procidebāt viginti qua

S

tuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentē in secula seculorū, & mittebant coronas suas ante thronū, dicentes, Dignus es Dñe Deus noster accipere gloriā & honorē et virtutē, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erāt, & creata sunt.

Titulus

DEscribitur sedens in throno, sedesq; ipsius, cū. 24. senioribus Deū adorantibus, similiter & oculata. 4. animalia Deum laudantia.

Caput IIII.

POst hæc vidi: Est hæc secunda extasis sublimior & obscurior prima. Nā ista, nō mores priuatorū Episcoporū sed totius Ecclesiæ vniuersalis tractantur, & mysteria magna quæ Deus in ea declarauit. Debemus ergo intelligere quod istæ visiones in eodem die dominico apparuerunt Ioanni, vt est cōmunis sententia doctorū sine interuallo temporis, sed vna immediatē successit alteri. & ita dicitur post hæc vidi. s. post visionem prædictam vidi aliam visionem.

¶ *Et ecce ostium apertum in cœlo.* Simplex huius loci intelligentia est quod imaginaria visione cœlū patuit Ioāni, vt posset oculis perscrutari quæ intus erant abscondita. vt hac ratione intelligamus profunditatē mysteriorū huius visionis, quæ non interris, sed in interioribus cœli penetralibus recondebantur. Similis est ratio illorū verborū. Ezech. 1. aperti sunt cœli & vidi visiones Dei. Ac si diceret: reuelata sunt mihi desuper hæc cœlestia ac diuina mysteria, quæ volo monimentis cōsignare. & D. Stephanus non timēs pro Christo vitā cū morte cōmutare, vt tali morte immortalitatē cōsequeret, cū raperetur ad supplicīū oculis in cœlū erectis aiebat: video cœlos apertos & filiū hominis stantē à dextris Dei. nec alia ratio est cur baptizato Dño cœli aperti sunt, nisi vt intelligamus qđ vox illa, hic est filius meus dilect⁹, non habuit terrenū aliquod aut creatum fundamentū: sed profectā fuisse ab ipsa cœli conclaui. qua ratione Ioānes authoritatem cōciliaturus suæ doctrinę dicit: audiui vocē de cœlo dicētē mihi. Illud est hoc loco aduertēdū viros iustos dūtaxat apertos cœlos aspexisse. dū in hac vita sum⁹, possumus diuina gratia cœlū nobis aperire, si verā dignitatē in virtute collocātes, si omnē nostrā curā ad cōparādas animi diuitias cōtulerim⁹. At si Deo relicto scelerati fuerimus cœlū ipsum nobis claudemus. qđ erit in die iudicij, quando iusti maxima lætitia affecti, cœlos viderint apertos. Impij autē cū cœlos sibi clausos, inferos autē apertos cōspexerint, quos luctus percipiet? quo dolore afficientur? quibus ærūnis cruciabuntur? tūnc iustē damnati in æternas miserias relegabuntur. Quoniam dum hic vitam degerent scelerum furijs exagitari, se à Deo separarunt: & quocūq; eos cupiditatū æstus pellebat, eò infœlices præcipites ruebant. ¶ Mitto in præsentiarum quorūdam expositionem dicentiū per ostiū aper-

Ezech. 1.

Actor. 7. g. Math. 3.

Infra.

Iustis aperitur cœlū hic impijs clauditur.

Ostiũ apertum latus Christi secundũ aliquos. Gene. 6.

apertũ intelligi Christi latus, in quo introducuntur peccatores: in quo est salus nostra constituta. Quod ostiũ figuratũ fuit in ostio, qđ erat in latere deorsum Arcæ Noe. Gen. 6. ¶ Mitto etiã alios intelligentes per hoc ostiũ apertũ in cœlo Deipara virgine, quæ est ostiũ apertũ per charitatẽ, vt eius præcibus & meritis nos intromittat ad cœlũ. Sed aliàs clausum per virginitatem de qua re legite Pintũ in c. 5. lamẽtationũ Hieremiæ in illã verba: Conuerte nos Dñe ad te. & in ca. 44. Ezec. in illa verba: porta hæc clausa erit. hæ enim expositiones ad rẽ præsentem non faciunt.

Ostiũ apertũ in cœlo b. virgo secũdũ alios

Hector Pintus.

¶ *Et vox prima quã audiui, tanquã tubæ loquẽtis mecũ.* Omnia sunt grandia in hac visione. & in primis sonus tubę qui erat vehemens, significat magnitudinem eorũ quæ hîc erãt reuelãda. vt Prouer. 8. audite quia de rebus magnis locutura sum. & forsan latet mysteriũ in nomine tubæ, nam prophetę per tubas solent significari, vt Esai. 58. quasi tuba exalta vocẽ tuã. vt ergo intelligamus, quod nostra cognitio rerũ diuinarum à Prophetis excitatur, ideo insonuisse sibi tubam ait,

Prouc. 8.

Esai. 58.

¶ *Dicens: ascende huc.* Hinc colligit Richardus hæc esse altiora mysteria. quia iubetur Ioannes ascendere ex loco vbi antea erat, vt hæc mysteria cõtẽpletur. Semper Ioannes vocatur ad sublimia perscrutanda. siue in transfiguratione Luc. 9. siue cũ in pectus Dñi recubuit. Io. 13. rapitur extra se ipsum & ideo aquila Ioannẽ designat. Ezec. 1. quia illa auis ascendere volatu amat. & ideo c. 17. Ezech. dicitur de aquila grandi qđ ascendit in libanũ & medulã cedri attulit. sic Ioãnes ascẽdit in cœlum & attulit interna rerũ archana.

Richar.

Luc. 9. Ioan. 13.

Ezech. 1. Ezech. 17.

Pro S. Ioãne Euangelista.

¶ *Et ostendã tibi quæ oportet fieri citò.* Diximus supra. c. 1. cur dicantur implere cito vaticinia. verũ est tamen qđ in Græco non est hæc dictio, citò nec inuenitur in Latinis exẽplaribus castigatioribus. quare legendũ est: & ostendã tibi quę oportet fieri post hæc. quibus verbis diuersum Ecclesiæ ab hoc tempore vsque ad finem seculi aperit argumentum.

Post hæc statim fui in spiritu. Sese totum recolligit Ioannes, & sensus exteriores persilere iubens, spiritũ, & mẽtis interiorẽ intuitũ conuertit aduisionẽ. sic oportet eos facere qui diuinis rebus dant operã. Nam nisi mẽs à sensibilibus abstrahatur nõ est idonea ad capiẽdas res diuinas. Et ideo Angelus à Deo missus solet in somnis apparere. Math. 2. sic apparuit Ioseph. sic nu. 12. dicit Dñs si quis fuerit inter vos propheta, in visione aut per somnium loquar ad eum. At non talis seruus meus Moyses, ore enim ad os loquor ei. & sic Gene. 12. loquebatur Dñs ad Abrahã. & sic loquutus est hîc Ioanni in vigilia, & in spiritu tantum, & à sensibus procul agenti.

Math. 2. Num. 12.

Gen. 12.

Et ecce sedes posita erat in cœlo. Apparuit hîc insignis quidã thronus imaginarius. sed secũdũ rei veritatẽ Angeli & sancti oẽs dicuntur esse sedes in quibus Deus requiescit ita notant Gregorius hîc. Richar. & Anselm. qui solent illud citare Sapientiæ. 7. anima iusti sedes est Sapientiæ. & probatur ex Augustin. super Psal. 121. illic sederunt sedes in iudicio. vbi declarat qđ homines sãcti in quibus Deus residet vocantur sedes, & ipsę sedes sedent etiam adiudicandum in Iuditio Math. 19.

Angeli & iusti sedes Dei dicuntur.

Sap. 7. August.

Math. 19.

Et super sedem sedens. Non demonstrat hîc Ioãnes quis sit sedens. aliqui intelligũt esse patrem æternũ, vt Græci & Anselm. aliqui filium vt Ansber.

Ansel.

D.Tho. & D.Thomas. Prima ſentẽtia verior videtur quod facilè conuincitur ex Ipſi.c.3.b. verbis capitis 5.& vidi,& ecce in medio throni& quatuor animalium & in medio ſeniorum agnum ſtantem. Pater ergo ſedebat & agnus ſtabat, id eſt, Chriſtus. Nos verò conciliantes has opiniones dicimus quod hîc ſedens eſt Deus, ſecũdum diuinitatem quæ communis eſt Trinitati: qui in viſione primi capitis ſecundum humanitatem apparuit. Sedere autem dicitur Deus tanquã Dominus regnãs, & omnia gubernans quemadmodũ & Chriſtus eadẽ ratione poſt aſcenſionẽ dicitur ſedere ad dexterã patris.

¶ *Et qui ſedebat ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis.* Non dicit quis ſit, neque eius vultum delineat: quia fortè non ita clarè atq; diſtinctè eũ vidit. refert tamen quod videre potuit. Eũ videlicet, qui prodiebat aſpectu & viſu ſimile eſſe lapidi iaſpidi, & lapidi ſardinis. Non vidit palam eius vultũ nec diſtinctè: vt doceat Deũ in hac vita clare videri non poſſe, etiã à ſanctiſſimis viris, & prophetis. S.ſpiritu prophetico illuſtratis. ita Dan.7. vidit eundem patrẽ, vel eundẽ Deũ: & nihil de eius facie dixit, colorẽ tantũ expreſſit. veſtimentũ eius candidũ ſicut nix & capilli capitis eius ſicut lana munda. Sed vt eo in loco, etiã in hoc, ex colore & rebus quibus aſſimilatur intelligitur, qđ pertinet ad rẽ de qua agitur.

Dan.7.

Iaſpis gemmæ ſpecies Plin. Hiero. De lapide iſto iaſpide, qui gemmę eſt ſpecies, multa dixit Plin. lib.37.c.9. naturalis hiſtoriæ. & Hiero. ſuper Eſaiã.c. 54. ubi: ecce ego ſternã per ordinẽ lapides tuos. & Iſidorus lib.16. ethimo.c.7. ait viride gemmã eſſe, ſmaragdo ſubſimilem, ſpecies eius multas eſſe docet.

Iſidorus.

Deus lapidi iaſpidi cõparatur & quare. in lapide ergo iaſpide firmitas quædã ſolida eſt. Cõparatur ergo diuinitas lapidi, qđ in ſe firma ſit perpetua ſolidi tate, ſtabiliſq; natura, & immutabilis. Iaco. 1. apud que nõ eſt tranſmutatio, neq; viciſſitudinis obũbratio. Eſt idẽ lapis angularis duorũ parietum totius ædificationis connexũ, quẽ reprobauerũt ædificantes. Lapis inquã, iuſtificationis, vnionis, & gloriæ noſtræ. Ad quẽ (ait Petrus) accedentes lapidẽ viuũ, ab hominibus quidẽ reprobatũ, à Deo autẽ electũ & glorificatũ. 1.Pe.2. lege Math.21. vbi citat Dominus locũ Pſ.117. & Eſai.28. Sed in colore viridi quo iſte lapis nitet, licet lineis quibuſdã nigris diſcriminetur: in illo, inquã, virore, ſpes ſignificatur. qua De9 creaturas oẽs ad ſe ſuſpenſas trahit. Pſ.103. omnia ad te expectant, vt des illis. etiã 1.Pe.1. qui regenerauit nos in ſpẽ viuã. Et vt Græci notãt, in ipſa viriditate ſignificatur diuina natura ſempervires, & fœcunda, vitãq; hominib9 largies.

Iacob.1.

1.Pet.1.a Math.21.d Pſa.117.d. Eſai.28.d.

Pſa.103.

1.Pet.1.

Quod verò iaſpidis viriditas lineis interſecatur ſubnigris, illud ſignificat, q9 flos & viriditas creaturarũ, atq; ipſa vita, non cõſeruatur à Deo perpetuò in hoc ſtatu ſed varijs caſib9 intercepta perit. Prẽterea diuina natura ſimilis dicitur iaſpidi, propter immenſam pulchritudinẽ. & ſicut in iaſpide ſunt varij colores, ita in Deo ſunt variæ perfectiones, quarũ vnaquæq; cũ conſideratur pulcherrima apparet. Iaſpis traſlucet quia Deus lux eſt, & natura ſua maximè viſibilis.

¶ *Et ſardinus.* Sarda ſiue ſardius gẽma eſt vulgaris. non perlucida rubedine diluta, carnis colorem referens: vnde & apud vulgum carnaline nomen obtinuit, facile ſcalprũ admittit. vnde in literis obſignandis plurimus eius eſt vſus. Sarda dicta eſt, quod ſardibus primùm fuit inuenta. vide Plin. lib.37.c.7. & Iſidorum lib.16. ethimo.

Sardinus gẽma ſymbolũ iuſtitiæ diuinæ.

Plin. Iſidor.

c.8.

c.8. est deniq; coloris ignei. & in rationali summi sacerdotis ponebatur
Exo. 28. & 39. b. Exod.28.in primo versu erit lapis sardius. idē habetur.c.39. sed vt Epiphanius & Graeci tradunt,habet vim medendi tumoribus,& plagis ferro illatis.Hoc symbolo datur intelligi iustitia diuina & seueritas ignea sanguinē spirans,& cædem qua superbos frangit.& vt Petrus ait.2.Pet.2.Deus angelis non pepercit sed rudentibus inferni
2.Petr.2. de tractos in tartarum tradidit.Sed est salutaris cum quis ægrotat quia iustitia diuina superbis resistit,humilibus autē dat gratiam.1.Pe.5. quod canebat
1.Pet.5. Psal.17. Dauid Psal.17.cum viro innocente innocens eris, & cum peruerso peruerteris. & rationem subijcit: quoniam tu populum humilem saluum facies: & oculos superborū humiliabis.Cæterum mendosē legitur sardinis, sed legendum est sardini.

¶Comparatur ergo Dñs non solū lapidi simpliciter sed pretioso lapidi iaspidi.Sardo quoq; propter rationē iam dictam.quibus adde quod iaspis aquatici, sardius ignei dicitur esse coloris,vt modo dicebamus: quia nimirū Deus olim per aquam orbem iudicauit: in futuro per ignem hunc eundē iudicaturus est. ignis enim an-
Psal. 96.a te ipsum prēcedet:& inflāmabit in circuitu inimicos eius. Sed quia inter vtrūq; iuditium propitiatio eiusdē paternæ miserationis intercedit,rectē iridē quoq;(quæ misericordiæ)est signū per sedis circuitū posuit.vnde sequit.

¶ Et iris erat in circuitu sedis. Iris Græcē,Latinē arcus dicitur. & significat arcum illum varietate colorum admirabilem,qui apparet in cœlo cū solares radij in oppositam nubem cōcabam refrangūtur. emicant vero tot colores ex ipsius nubis varia dispositione vnde Vergilius in.5.lib. AEneidos sic scribit: cū nubibus arcus,mille trahit varios aduerso sole colores.

¶Est verò arcus iste signum clementiæ & propiciationis: propterea quod Gen.9.post fedatā diluuij tēpestatē,inter Deū & hominem insignū foederis fuerit datus. Est enim signū serenitatis. & hanc obrem solent attribui Deo.Ipse enim est propitiatio pro peccatis nostris.1.Ioan.2. Item,scribo
1.Io.2. vobis filioli,quoniam remittūtur vobis peccata propter nomen eius. vt nihil sit vsquam in Ecclesia Dei quod non iride permixtū sit.i. Dei propitiatione, vbi toties fit remissio quoties peccatur & pœnitentia agitur.ideo Petro interrogāti Dñum,vtrū peccātis fratri septies remittendū sit: responsum est, nō septies tantū sed septuagies septies.i.toties quoties.Math.18. ecce ite
Math.18. rum iris. Dei videlicet misserentis magna propitiatio, magna in nos gratia. Iris ergo ambiens torā sedē maiestatis diuinæ, clementiā Dei significat quæ illū circūplectitur.Ps.129.quia apud te
Psal.129. propitiatio est.Eodē modo representata fuit Ezechieli hæc diuina numinis misericordia.c.1.ibi: & velut aspectū arcus cū fuerit in nube. Nubes signū quodā est calamitatis in sacra scriptura.vt Ioel.2. dies nubis & turbinis.
Ezech.c.1. Ioel.2. Quando ergo calamitas magis immi net &nubes nobis impendet tūc solet Deus arcū pietatis ostēdere. Eccle.35.
Eccle.35. spetiosa misericordia Dei in die tribulationis. Præterea vt August. ait lib.1. c.20.cōtra aduersariū legis & prophetarū per arcū positū in nube,Deū moneri voluisse: quāuis non fit oblitus. sicut Christus doceri se voluit,vbi Lazarus positus fuerat, quāuis non esset ignarus.Item significari quod nō perdet Deus diluuio spirituali orbē,dum

eſt eorũ memor quorũ illuminatę nubes figurã gerũt. Horũ enim nomina ſcripta ſunt in cœlis, vt memor ſit eorũ pater qui in cœlis eſt, quoniam nõ de ſuo lucere ſe ſciunt, ſed de ſole iuſtitiæ, ſicut illæ nubes de ſole viſibili.

¶ *Similis viſioni Smaragdine.* Tam Græca quàm Latina verba duplicem poſſunt habere ſenſum. vel ipſe qui ſedet ſimilis dicatur viſioni Smaragdinæ, vel ipſa iris quæ erat in circuitu ſedis. quoniã ſimilis eſt in Græco ὅμιος, Homios qđ maſculini generis eſt & iuxta athicorũ conſuetudinem (vt cætera nomina finita in os purũ) ad nomen fœmininũ referri põt. Si igitur referatur ad ſedentẽ (quod quibuſdã magis placet) tũ, quia & ſententiæ melius cõuenire videtur: tũ, quia iris nõ eſt coloris Smaragdini ſed multorũ colorũ, illa verba: & iris erat in circuitu ſedis, parentheſis quædã ſunt. ac ſi diceret: & qui ſedebat ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis, & ſardini, ſimilis erat viſioni Smaragdinæ & iris erat in circuitu ſedis. Rurſus illud ſimilis erat viſioni Smaragdinæ ſignificat ſimilis erat aſpectu ſiue ſpetie ſmaragdino, ſ. lapidi. Nã lapis primo loco poſitus ſubauditur in duobus ſequẽtib⁹ ſardino & ſmaragdino. Quare ita poſſunt hęc verba rectè verti ex Greco. & qui ſedebat ſimilis erat aſpectu, lapidi, iaſpidi, & ſardino: & ſimilis erat aſpectu ſmaragdino. ſ. lapidi. & Hieronymus in illud Dan. 7. aſpiciebã donec throni poſiti ſunt. Legit hũc locũ in hũc modũ. ſimilis erat aſpectui ſmaragdino. noſter autẽ interpres qđ prius verterat aſpectu aut potius aſpectui in verbis præcedẽtib⁹, modò vertit viſioni. Quod propriè nomẽ ipſum Græcũ ὁράσει ſignificat, ſed idẽ tamẽ valet qđ aſpectui. ſumitur enim viſus, ſiue aſpectus pro faciè quæ videtur aut aſpicit. Atq; ita ſenſus eſt: ſimilis erat faciei ſiue ſpetiei ſmaragdinæ. i. colorẽ habẽs & ſpetiem ſmaragdi. niſi quis dicat in nomine ſmaragdinę ſubaudiri gẽmę: ſicut apud Græcos ponitur ſmaragdino, & ſubauditur lapidi: & idẽ eſt ſenſus. Sed verius videtur qđ prius dictũ eſt. In iri ſignificari exiſtimo diuerſitatẽ omniũ creaturarũ, quoniã ſicut in iride pulcherrima colorũ varietas cernitur ex ſole aduerſo, ita in vniuerſitate creaturarũ reſplendet iucũdiſſima quædã & admirabilis varietas perfectionũ Dei ad noſtrũ intelligẽdi modũ. Placet etiã qđ ait Ambroſius, in iri di ſignificari (vt diximus) Dei miſericordiã. quoniã in ſignũ fœderis & pacis ponitur Gen. 9. quod rectè cohęret præcedẽtibus. vt cũ iuſtitia ſignificata fuerit in lapide ſardino, nũc miſericordia & fœdus cũ creaturis ad earũ cõſeruationẽ, ſignificetur in iride. ſed iuſtitia in ipſo Deo ponitur, miſericordia in circuitu ſedis quoniã omnia ambit & multo plus ſe extendit quã iuſtitia. vnde infra. c. 10. Et vidi aliũ angelũ fortẽ deſcendentẽ de cœlo amictũ nube, & iris erat in capite eius. Inquo iuxta cõmunẽ expoſitionẽ Chriſt⁹ Dñs deſignatur & in ei⁹ capite iris, quia venit vt fœdus & pax eſſet inter Deũ & homines. Ita igitur hoc dictũ eſt vt illud Pſal. 7. potẽs eſt Dñs & veritas tua incircuitu tuo. quib⁹ verbis ſignificat Deũ ſemper eſſe veracẽ. Ita nũc ſignificatur ſemper Deũ eſſe miſericordẽ. ac ſi diceret: quacũque ad eum adeas miſericordem inuenies.

Sed aduertendũ eſt iridẽ arcũ eſſe, & quaſi ſemicirculum nũquam integrum circulum in noſtro emiſpherio videmus. quia miſericordia Dei apparet in hac vita & quærenda eſt hic. ſi nunc

Iris diuerſitatẽ creaturarũ ſignificat.

Ambroſius Iris miſericordiã ſignificat.

Genes. 9.

Infra. 10.

Pſal. 7.

Quare circulum totum non videatur iridis, hoc eſt, clementiæ diuinæ.

Si nunc ea non vtamur & eam in altero emiſpherio queramus, ideſt, in altero ſeculo, non inueniemus: ſicut iridem putabant ignari philoſophiæ nõ terminari in noſtro Emiſpherio: quia vſquè ad orizontem noſtrum deſcendit, cum reuerſa ibi terminetur: ita cũ videant multi Deum in hac vita nunquàm non miſereri hominum, putãt & poſtea inueniri, cum poſt miſericordiam iudicium ſequatur. Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine, prius miſericordiam poſtea iuditium. Miſericordiam in hac vita & iuditium in futura, vt Auguſtinus exponit.

Pſal. 100.a

Smaragdi virtus.

¶Cur autem Deus dicatur ſimilis viſioni ſmaragdinæ intelligi poterit ex his quæ de ſmaragdo Plinius ſcribit lib. 37. cap. 5. tertia authoritas ſmaragdis perhibetur pluribus de cauſis, nullius coloris aſpectus iucundior eſt. Nam herbas quoquè virentes, & frõdes auidè ſpectamus. Smaragdos vero tantò libentius: quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret. Præterea ſoli gemmarum contuitu oculos implent, nec ſatiant, cuius viri diras tantæ eſt potentiæ vt cui rei proximè adhibeas inficiat colore, atquè omnem circa ſe aërem viridem reddad. Lege etiam Iſidorum. 16. Ethimolo. cap. 7. quæ omnia mirabiliter in diuinam naturam conueniunt, vt intelligatur rectiſſimè Deum dictum eſſe ſimilem colori ſmaragdi, viror enim eius perpetuus ſignificat immortalitatem Dei nunquàm deficientem, ſed ſemper in eadem viriditate manentem vt Dauid ait Pſalmo. 101. Ipſi peribunt tu autem permanes, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent, & ſicut operторium mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipſe es: & anni tui non deficient. nullius naturæ ſpiritualis aſpectus ita iucundus eſt, & omnia quæ virida ſunt, ideſt, immortalia alicuius, naturæ comparationi diuinæ mortalia videntur. Sola hæc ex omni natura oculos videntium ſe implet, nec vnquàm ſatiat, ideſt, tedio afficit. Qui aliarum rerum conſideratione & laboribus alijs laxati ſunt in huius contemplatione requieſcunt, & vt ſcalpentibus gemmis non alia gratior oculorum refectio eſt, ita conſiderantibus & cognoſcere cupientibus rerum naturas in hac vita, nihil occurrit in quo ita oculi reficiantur quam in conſideratione naturæ diuinæ, atquè eadem clarè videntibus eſt ſpeculum pulcherrimum, quod omnium creaturarum imagines reddit, multò perfectius quam ſi eadem inſe ipſis intueamur. Si verò iris iuxta cõmunem interpretationem dicatur ſimilis viſioni ſmaragdinæ dicendum eſt, virorem in eſſe miſericordiæ Dei: qui imbuit omnia. Nam miſericordia Domini plena eſt terra Pſalmo. 32. & hæc gratiſſima omnibus, omnes afficiens ac mirè delectans. Iam vero quod iris varij ſit coloris, ex hoc exprimitur varia eſſe dona gratiarum per miſericordiam Dei hominibus largita. Quæ enumerat Apoſtolus. 1. Corinth. 12. præſertim verò duo ſunt in eo colores præſtantiores, viridis & rubeus. In quibus ſignificantur aqua baptiſmi & ſanguis redemptionis noſtræ. Intermedij colores virtutes ſunt quibus ornantur baptizati, & redempti. Smaragdus notæ viriditatis eſt gemma, quo intelligimus quod hæc diuina clementia nos in viriditatis æternæ pulchritudine florentes reformatura eſt.

Pſal. 32.

1. Cor. 12.

Iſidorus.

Deus aſſimilatur ſmaragdo & quare.

Pſal. 101.

¶ *Et in circuitu ſedis ſedilia viginti*

quatuor. Vbicunque in hoc capite interpræs verat sedes, aut thronos, aut sedile, in græco semper est thronus: nequis putet in diuersitate latinorum vocabulorum aliquid latere mysterij. Sedilia ita sunt vt in eis sedeant viginti quatuor seniores, quare tunc rectè hoc intelligetur cum explanatum fuerit qui sint viginti quatuor seniores isti.

Per hos viginti quatuor senio res viri perfecti ve. & no testamẽti intelligũtur & quare. Math. 19.

¶ *Et super thronos viginti quatuor seniores sedentes*. Describit virorum insignium consessum, qui diuinæ magestati hærebant. In nouo testamento duodecim dicuntur esse isti assessores Mathæi. 19. à numero Apostolorum quos illi sunt imitati: sed quantum ad eandem beatitudinem pertinet etiam viri perfecti veteris testamenti assessores sunt. Ideo alij duodecim adduntur, & conficitur numerus viginti quatuor seniorũ. Veteris autem testamẽti viri perfecti duodenario etiam numero continentur, vel propter duodecim Patriarchas, qui duodecim Apostolis correspondent. Vel propter duodecim iudices quorum primus fuit Otoniel vltimus Samuel. Quos diligenter refert hic Rupertus. Dicuntur ergo bis duodecim quia duodecim fuerunt filij Israel Genes. 35. & 42. per quos omnes viri iusti veteris testamenti intelliguntur, & duodecim Apostoli Mathæi. 10. & 20. Per quos omnes viri sancti noui testamenti significantur. In numero duodenario sunt ter quatuor. Quia fides trinitatis in quatuor mundi partibus nuncia ta fuit, quare viri fide formata præstãtes dicuntur duodecim. & omnes vtriusque testamenti viginti quatuor, qui numerus conflatur ex segies quatuor, sex referuntur ad opera, quia Deus sex diebus fecit mundum: quatuor verò ad Euangelia, quorum fidem aut implicitam, aut explicitam omnes sancti habuerunt. Sine fide enim (D. Paul. assertore. cap. 11. epistolę ad Hebræos.) impossibile est placere Deo. Hebr. 11.

¶ Considerabat autem Rupertus, quod idem mysterium repræsentatum est cum Dauid sedes, & sedes Christi, dicitur esse eadem Lucę. 1. Dabit ei Dominus sedem Dauid. & ante Dauid præcesserunt duodecim iudices, & post Dauidem sequuntur duodecim Apostoli. & hac ratione viginti quatuor seniores ambiunt sedem Dauid. Ideo hic dicitur quòd sunt in circuitu sedis. & quadrat illud Esa. 3. Quod Dominus est venturus cum senioribus terræ. Dicuntur autem senes propter maturam vitę rationem. sedilia horum seniorum interpretatur magistratus, idest, dignitates & merita quibus apud Deum quiescũt secundum diuersitatem meritorum. Cęterum hac imagine docentur principes ac prælati vt semper habeat iuxta se viros sanctos, & prudentes, & sapientes, cum quibus consulant negotia sua. Ideo in hoc loco legitur, quod qui sedebat in throno, habebat in circuitu iuxta se, viginti quatuor seniores. Non poterat gressum dare nisi impingeret in senibus, in quibus est sapientia. sic qui sedet in cathedra dignitatis, circumdatus esse debet senioribus, & sapientibus: non tantum ætate, quantum moribus, sensu & intellectu. Nam vt Sapiens ait. cap. 4. Senectus venerabilis est, non diuturna nec annorum numero computata. Sic Dominus dixit Moysi nume. 11. congrega mi. 70. viros de senioribus Israel, quos tu nosti, quòd senes populi sint, & magistri. Ij enim eligendi sunt

Luce. 1.

Esa. 3.

Debent principes iuxta se semper habere viros sanctos & prudentes cũ quibus consulant negocia sua.

Sap. 4.

Num. 11.

ad

ad consilia & regimen populi, consilio enim istorum facilius operaberis.

Similitudo Orbes enim inferiores motu proprio ab occidente in orientem parum ambulant, verùm ad motum alterius, scilicet, cœli primi mobilis, intra viginti quatuor horarum spatium ab oriente in occidentem totum circuunt orbem: sic tu, qui perte solum pauca perficis, aliorum suffragio & cõsilio multa perficies. Sed si latius desideras doceri de hoc mysterio viginti quatuor thronorum & seniorum, audi quæ prædictis adijciemus & elige quæ tibi magis accomodata videbuntur. *Et super thronos*, inquit, *viginti quatuor seniores sedentes*. De viginti quatuor senioribus tàm varia est patrum & expositorum sententia vt quò magis legantur eò magis reddatur lector incertior. Quidam enim viginti quatuor libros veteris testamenti esse dicunt vt Hieronym. in prologo libri regum. & Ambros. & alij. Alij prędicatores vt Gregorius in lib. 1. Regum libro. 4. cap. 15. alij totam Ecclesiam in qua sunt præpositi qui inter Apostolos significantur & subditi qui intelliguntur in reliquis. 12. vt Augus. Hom. 3. & Primasius. Alij etiam Ecclesiam per geminum testamentum de Patriarchis & Apostolis generatam affirmant esse viginti quatuor seniores. Aut eos qui perfectionem operis, quę senario numero comendatur, clara Euangelij prædicatione confirmant. Nam quater seni. 24. faciunt ita Beda, & alij aliter atquè aliter.

Hiero. Ambro. Grego.

Augu. Primasius.

¶Verum si scripturæ vestigijs insistamus poterimus nõnulla cognoscere quæ tenebras ex varietate opinionum objectas ex parte depellant. Primum ipse Ioa. satis docet hos, nequè Angelos esse, neç libros sacræ scriptu

Aræ. Sed homines Christi sanguine redemptos, & vitam æternam consequutos legis enim capite. 5. & vidi & audiui vocem Angelorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum. Apo 5.

& cap. 7. & omnes Angeli stabant in circuitu throni, & seniorum. & cap. 5. & cum aperuisset librum quatuor animalia & viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas, & phyalas aureas, plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. Beatitudine eos frui intelligimus eò quod ait: habentes singuli cytharas, & phyalas, plenas odore quę sunt orationes sanctorum quas videlicet offerunt Deo, vt postea suo loco dicemus. Apo. 7. B

¶Non esse totam Ecclesiam constat quoniam quatuor animalia non numerantur in illis. Deinde illi offerunt orationes sanctorum, haud dubiè eorum, qui sunt in terra. &. cap. 7. Vnus de senioribus dixit mihi: isti qui induti sunt stollis albis qui sunt, & vnde venerunt? & dixi, Domine tu scis, & dixit mihi: hi sunt qui venerũt de tribulatione magna, & lauerunt stollas suas in sanguine agni. Multi ergo sancti sunt in cœlo præter viginti quatuor seniores. & cap. 14. ait: & vidi & stabat super montem Sion, & cum eo. 144000. habentes nomẽ eius, & cãtabant quasi canticum nouum, ante sedes & ante quatuor animalia & seniores, & nemo poterat dicere canticũ nisi illi. 144000. qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus nõ sunt coinquinati virgines enim sunt. Quare cum Hieronymus dixit esse libros veteris testamenti non historico sẽsu intelligit, sed allegorico. Quoniam sicut isti seniores demissis capitibus Christum collaudant: ita libri ve Apo. 7. C Apo. 14. D

te

teris legis & Propheтarum Christum venturum quasi procul adorabant, & eius laudibus atque præconijs pleni sunt. Historico sensu multo aliter Hie
Hiero. ronymus intellexit, vt paulò post dicemus. Rursus, hi seniores multo plures viginti quatuor, & non vnius nationis esse, aut vnius linguæ, sed multarum, abundè ostenditur ex verbis
Apoc. cap. 5. Vbi aiunt ipsi seniores: redemisti nos Deus in sanguine tuo, ex omni lingua & natione, & tribu. Quare existimo cum quibusdam viris doctis, non omnes sanctos sed præstantissimos quosque, selectos ex omnib⁹ seculis, idest, tàm ex lege naturæ, & scripta, quàm ex lege gratiæ, nomine
2. Cor. 6. viginti quatuor seniorum comprehẽdi. Hoc planè ex dictis sequitur: non enim sunt omnes sancti & beati, sed quidam, & ex omni tribu & lingua & populo & natione: atque adeò multo plures quàm viginti quatuor. necesse est ergo dicere præstantiores sanctitate & meritis debere intelligi. Hoc indicat nomen seniorum quo appellari sæpè solent illi, qui sunt præcæteris honorabiles & dignitate eminentes. Deinde quod illis throni dantur, & honorificentius à Deo & Angelis honorãtur, & quoties de illis agitur magnus eis honos habetur. ¶Cur autem tanta multitudo tàm exiguo numero comprehendatur, & cur potius iste, quàm quilibet aluis numerus vel maior, vel minor proponatur, & cur seniores dicantur præcæteris sedere, magna quæstio est. Notandum ergo est quod quamuis omnes electi sunt cum Christo iudicaturi. vt Paul.
3. Cor. 6 docet 1. Corin. 6. An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? & si in vobis iudicatur mundus indigni estis, qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam Angelos iudicabimus? quanto magis secularia? tamen nõ est dubium hoc peculiariter fuisse promissum Apostolis præcæteris electis. Math. 19. Primùm, quoniam omnia reliquerunt, & secuti sunt Christum: & ideo quasi pro magno & peculiari præmio illis id promissum fuit. Vos inquit, qui secuti estis me sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Vnde cum mox de cæteris ait: & omnis qui reliquerit patrem & matrem, &c. Non eis sedes pollicetur: sed centuplum, inquit, accipiet & vitam æternam possidebit. In sedibus igitur peculiariter gloriam & honorẽ expressit. Vide quæ in eundẽ locum scripsit etiam Chrysostomo. Deinde confirmatur quod alijs iudicaturis non promittit sedes. Sed vt Math. ait: viri Niniuitæ, inquit Domi Math. nus, surgent in iuditio neque Paulus etiam loco allegato sedium meminit. Apostolis igitur hic honos peculiariter promittitur sedendi super sedes. Præterea puerile esset putare istas sedes qualescumque essent, duodecim tantum futuras esse: si enim plures nõ essent, vbi sedebit Paulus (vt argumẽtari solet Augustinus) qui se iudicum numero constituit. 1. Corin. 6: Nescitis Aug. quoniam Angelos iudicabimus? vbi sedebit Barnabas Apostolus. Aymo dicit quod isti iudices nõ solum duodecim tribus Israel iudicaturi sunt sed vniuersum orbem: sicut scriptum est in libro Sapien. Iudicabunt nationes Sap. & dominabuntur populis. Sed neque tribus Israel erant duodecim sed tredecim. Addenda enim est tribus Leui: quæ quamuis in diuisione terræ non numeretur, quia sortem in illa non acceperit: tamen ibi de terra non agitur sed de iuditio, ac sedibus collatis

tis Apoſtolis: ſuper quas ſedentes iudicabunt duodecim tribus Iſrael, inter quas ſimiliter non numeratur tribus Leui. Cum ergo multò plures quam duodecim Apoſtoli ſint iudicaturi, multòquè plures quam duodecim tribus iudicandi. Neceſſe confiteri videtur quod Auguſtinus docet. 2. de Ciuitate Dei. cap. 5. & in. 1. verba Pſal. 86. nume. 12. Vniuerſitatem ſignificari, tàm eorum qui iudicaturi ſunt quàm eorum qui ſunt iudicandi. Ratio huius eſt, vt ait. 2. de Ciuitate Dei: quod ſeptenarius (quo etiam numero ſignificatur vniuerſitas vt ſæpè diximus,) conficitur numero ternario & quaternario. Qui numeri, ſi alter multiplicetur per alterum duodenarium faciũt. Altera eſt quam tradit in Pſal. illum. 86. à quatuor mundi partibus vocantur ad Eccleſiam fideles in trinitate credentes, ideſt, per baptiſmum in nomine ſanctiſſimæ trinitatis. Quatuor autem ter multiplicata, duodecim efficiunt. Sicut enim duodecim throni ponuntur Apoſtolis & apoſtolicis viris noui teſtamenti cum Chriſto iudicaturis, quibus vniuerſitas quædam ſignificatur. Ita ſanctis veteris teſtamenti, ſelectiſſimis & Apoſtolis ſimilibus, (quos non eſt dubium etiam cũ Chriſto eſſe iudicaturos) cõſtituuntur alij duodecim throni qui cum prioribus adiuncti viginti quatuor ſunt. Nam & illi vocati ſunt ex quatuor mundi partibus in trinitate, quia omnes fidẽ trinitatis habuerunt, vel implicitam, vel explicitam: & omnes per fidem, ſpem, & charitatem coniuncti ſunt cum cæteris ſanctis. Hi omnes ſedere dicuntur propter dignitatem, qua nunc inter cæteros eminent. & propter illam quã in extremo iudicio ſunt habituri: præſertim cum hæc viſio ad iuditium etiam illud pertineat vt ex fine. cap. 6. intelligi poteſt. Ita ſenſiſſe videtur Hieronymus in illud Dan. 7. Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. ſimile (inquit) & in Ioannis Apocalypſi legimus. Poſt hæc ſtatim fui in ſpiritu, & ecce thronus poſitus erat in cœlo, & circa thronum alij throni viginti quatuor, &c. Multi igitur throni quos vidit Daniel hij mihi videtur eſſe quos Ioa. 24. thronos nuncupat. Hæc ille & ſtatim ait: & de his thronis dictũ eſt in Euangelio: ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Hoc autem prætereundum non eſt, quoniam viſiõ hæc prophetica eſt, & ad iuditium pertinet. Ponuntur ergo à Ioanne, viginti quatuor ſeniores, quaſi integrè complectus ſit numerus Apoſtolicorũ virorum, qui tunc erit complectus.

Aug. Pſal. 86. num. 12. Pſa. 86. Hiero. Ioa. 20. Ioa. 24. Apo. 4.

¶ *Circum amicti veſtimentis albis.* Innocentia vitæ his veſtibus deſignatur de quibus ſupra. cap. 3. fuit què proinde cõſuetudo apud Romanos vt magiſtratuum petitores in veſte alba pe terent. Vnde & cãdidati dicebantur, (vt ſupra diximus) abeſſe fraudem & dolum malum ſignificantes. Quod congruit cum iſtis ſenioribus qui ad dignitates ſine fraude vocati à Deo aſcenderunt. Quod verò & candidæ veſtes deſignent puritatem & nitorem, ſignificare voluit Dominus in Angelis quos vidit Maria Magdalena in albis veſtibus ſedentes Ioan. 20. & Actorum. 1. ait Lucas in aſcenſu Chriſti ad cœlum aſtitiſſe iuxta diſcipulos, duos viros in veſtibus albis. Præterea, circumamicti dicuntur veſtib' albis, ideſt, gloria & lętitia vt diximus cap. 3.

¶ *Et habebant in capitibus ſuis core-*

Corona aurea præmiũ æternum.

2.Tim.4. Pſa.20.

nas aureas. Aeterna præmia per has coronas ſignificari ait Richard. nam coronam iuſtitię beatitudinem vocat Paul.2.Thimot.4.& Pſalm.20.poſuiſti in capite eius coronam de lapide præcioſo in ſignum victoriæ adeptę. Meritò ergo coronàs gerũt qui cum Chriſto regnant & in regno illo præſtant alijs dignitate. & dicuntur eſſe aureæ, propter æternum & præcioſum gloriæ nitorem. ¶Sed non eſt reijcienda alia ſententia, vt hic corona aurea ſignificet ſapientiam in mente. Nam mens ſupræma pars animi, capiti comparatur, vt ſapientia auro: vt.cap.3.diximus. Quia ergo & vitæ innocentia,& ſapientia egregia præſtare debent prælati & doctores Eccleſiæ,ideo hi ſeniores,& veſtibus albis & coronis aureis apparuerunt. & hæc expoſitio placuit D.Thomæ.

Corona aurea ſapiendi in mẽte

Vox de cœlo tonitruũ vocatur.

1.Reg.12.

Pſa.17.

2.Reg.22.

¶ Et de throno procedebant fulgura & voces & tonitrua. Primum nota,quod vox de cœlo aliquando ponitur in ſacra ſcriptura pro tonitruo. Vt.1.Reg. 12.numquid non meſſis tritici eſt hodie?inuocabo Dominum & dabit voces & pluuias: & ſtatim clamauit Samuel ad Dominum & dedit Dominus voces & pluuias in illa diæ.& Pſ. 17.Intonuit de cœlo Dominus, & altiſſimus dedit vocem ſuam.&.2.Reg. 22.Tonauit de cœlo Dominus & excelſus dabit vocem ſuam.& ratio huius eſt, quod per tonitrua tanquã per vocem loquatur Dominus,& homines terreat.Nunc autem ſimul ponit voces & tonitrua,vt alterum explicetur per alterum. Siue enim legamus voces,& tonitrua,vt eſt in codicibus latinis, exponitur quales fuerint illæ voces: ne Angelorum aut hominum eſſe credantur.Siue legamus vt nunc habent Græci codices, & tonitrua et voces.Hoc ſignificatur, tonitrua illa, vt et tanquàm voces Dei ſint, et homines terreantur.Atquè hoc ita ſatis probabiliter exponitur. Sed multò magis placet vt voces intelligamus articulatas et quaſi humanas quæ ex ipſis tonitruis exire videbantur, quod intelligimus ex verbis capitu li.10. Et cum clamaſſet,inquit,loquuta ſunt tonitrua voces ſuas:et quũ loquuta fuiſſent.7.tonitrua voces ſuas ego ſcripturus eram, et audiui vocem de cœlo dicẽtem mihi:ſigna quæ loquuta ſunt 7.tonitrua,& noli ea ſcribere. Fulgura etiam ad terrorem exeunt de throno,de quibus poëta ſcripſit: cœliquè in nubibus ignis terrificant animos,& in anima murmura miſcent. 4. æneidos.Ita Exod.19.& ecce cæperunt audiri tonitrua,& micare fulgura,& nubes dẽſiſſima operire mõtem. Quod cap.20.Moyſes populo expoſuit. Nolite,inquit,timere. Vt enim probaret nos venit Deus:& vt terror illius eſſet in vobis,& non peccaretis. Idcirco ergo de throno procedebant fulgura,voces,& tonitrua,vt terror dei, atq; ira ſignificaretur.Quoniã eo tẽpore Deus varijs portentis homines terrebit,&grauibus ſupplicijs afficiet. Vt videbimus.cap.6.&.7. In ſingulis quæ aperientur. Sed iam ad myſticum ſenſum accedamus. De throno ergo Dei procedebant fulgura miraculorum,& voces prędicationum,& & tonitrua commination um:quibus Deus per miniſterium illorum ſenio rum homines peccatores ad ſe venire compulſit. Ita habetur Marci vltimo,at illi profecti prædicauerunt domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. & ideo de ipſo throno Dei dicuntur procedere iſta ſigna,& fulgura,& hæc eſt excel-

4.æne. Exo.19.

Exo.20.

Infra.c.6. &.7.

Quid fulgura, & tonitrua & voces myſticè ſignificant.

Mar.vlt.

Infra.10.

cellentia houe legis, quia nõ ſolum to nitrua & fulgura habeat vt olim lex vetus, quando dabatur Exo.19. Exo.19. Sed habet voces doctrinæ ſuauioris gaudete & exultate quoniam merces veſtra cõpioſa eſt in cœlis Math.5. & habemus exemplum in Paulo quo oſtendamus hæc myſteria. Fulgurat enim Paul. tradendo fornicharium ſathanæ. 1. Cor. 5. & tonat ad Galat. 3. ò inſenſati Galatæ quis vos faſcinauit non obedire veritati? Math. 1. Cor. 5. Gal. 3.

¶ *Et ſeptem lampades ardentes ante thronum quæ ſunt ſeptem ſpiritus Dei.* Eodem modo dixerat ſupra. c. 1. & à ſeptem ſpiritibus qui ſunt in cõſpectu throni eius. Per lampades hic ſanctus Hireneus & alij, intelligũt examina & multitudinem Angelorum. Nam de Angelis dicitur Pſal. 103. qui facis Angelos tuos ſpiritus & miniſtros tuos ignem vrẽtem. Millia enim millium Angelorum aſſiſtuũt mageſtati diuinæ Dan. 7. Nam per numerum ſeptenariũ diximus multitudinẽ ſignificari. Sed apta videtur intelligentia vt ſimul cum ſenioribus illis prælatis & prædicatoribus lampades accẽſæ quæ ſeptem ſpiritus ſignificãt, ſint ſeptem dona ſpiritus ſancti enumerata Eſa. 11. quibus lucere debẽt prælati eccleſiaſtici Math. 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, &c. vt glorificent patrem veſtrum qui eſt in cœlis. & ideo ante thronum Dei lucere dicuntur quia in gloria eius cædunt. Quadrat cum hoc illud Cant. vltimo, lampades eius lampades ignis & flammarum, huic expoſitioni fauent Beda, Rupertus, & D. Thom. Qui typum huius myſterij poſitum fuiſſe dicit Iudicum. 7. Vbi accenſis lampadibus Gedeonis milites per noctem victoria ſunt potiti.

Lampades Angeli. Pſa. 103. Dan. 7. 7. Lampades 7. ſunt dona ſpiritus ſancti. Eſa. 11. Math. 5. Beda. Rupert. D. Tho. Iud. 7. Figura.

¶ Vel aliter hũc locũ explicare poterimus. Quòd enim in his lampadibus ſignificetur ipſe ſtatim explicat: qui ſunt ſeptẽ ſpiritus. Præclarè autem iſti ſeptẽ ſpiritus, quibus diuerſorum hominũ vindicta comiſſa eſt in lãpadibus deſignantur ardentibus, quoniã homines luce à Deo accepta illuminãt, & teſtimonium diuinæ prouidẽtiæ erga homines procul etiã intuentibus reddunt, ſicut lampades ardentes procul ab omnibus videntur. Etiam cũ Deus de peccatoribus ſupplicium ſumpſerit, & eos grauiter affligerit, nemo poterit eum acuſare, quod homines non docuerit, aut ante pœnas monuerit, aut aliquid omiſerit quod ad eius prouidentiam deceret: quando quidem teſtes perpetui eius prouidẽtiæ ſeptem iſti Angeli ſunt, de quibus fortaſſe Eccleſ. 5. dictum eſt. Neq; dicas coram Angelo non eſt prouidentia: videlicet quoniam citò mendacij argueris, cum ipſe Angelus teſtis ſit prouidentiæ Dei erga homines. Eccle. 5.

7. Lampades. 7 ſpiritus Angeli ci quibus peccatorũ vindicta eſt cõmiſſa

¶ *Et in conſpectu ſedis tanquàm mare vitreum ſimile chriſtallo.* Hic per mare D. Thom. Richard. & Anſelmus intelligunt baptiſmum. & eſt antè thronum Dei, vt nimirum volenti thronum illum addire nõ niſi per baptiſmum pateat additus. & dicitur mare baptiſmus Hebræa phraſi: omnẽ enim congregationem aquarum ſcriptura vocat mare. Vt Geneſ. 1. & iſto nomine maris vocatur vas illud capacißimum, quod fudit Salomon, & in templo eſt repoſitum labandis ſacerdotibus 3. Regum. 7. & 2. Philip. 4. & fuit illud vas typus baptiſmi. Fuit etiam mare pro pelago captum figura baptiſmi Exod. 12. Vbi Pharao & ſui, ideſt, peccata, obruuntur aqua. De quo. 1. Cor. 10. ſcribitur quod patres

Baptiſmus vocatur mare. Gen. 1. 3. Reg. 7. 2. Philip. 4. Exo. 12. Figura. 1. Cor. 10.

noſtri ibi fuerunt baptizati in mare rubeo. Comparatur vitreo mari, vt ſignificetur alius effectus baptiſmi, quo anima redditur perſpicua & clara quaſi vitrum. Fides enim incipit purificare animam, & charitas ibi collata perficit & reddit perſpicuam, & vitreã. Actorum.15. Fide purificans corda eorum. Grego. lib.1. Moral. c.3. hanc perſpicuitatem declarat. ¶ Comparatur in ſuper chriſtallo propter ſolidã firmitatem quam habet baptiſmus & operatur in anima quæ antea erat fluida & inconſtans. Ita exponunt hunc locum patres. Vide Auguſti. ſuper Pſalm.147. vbi duritiem Pauli, perſequentis Eccleſiam comparat chriſtallo, quod liquefactum eſt quando conuerſus eſt. Sed Græci ad Angelorum immenſum numerum referunt hũc locum vt patet in Areta. qui ſtant in conſpectu ſedis & ſedentis ad implenda Dei miniſteria parati. quod autem vitreum & chriſtallum dicitur, per lucidam & ſplendentem ſignificat in corporeorum ſpirituum naturam, quod probabiliter dici videtur, vt poſt ſeptem Angelos, aliorum quoq; Angelorum multitudo non taceatur. Alij verò exiſtimant mare vitreum vocari multitudinem hominũ in terra viuentium, quoniam Hebræi quamlibet congregationem aquarum vocant mare vt ſupra dicebamus, ex eo quod ſcriptum eſt Gene.1. Congregationes aquarum appellauit mare. In multis aquis multi populi ſignificantur. Apo.16. Aquæ quas vidiſti populi ſunt, & gẽtes & linguæ. Nõ eſt autẽ putandum mare iſtud ita dici vitreũ, ac ſi condenſatum eſſet, & verſum in vitrum. Sed vitreum epitetum maris eſt, quod ſolent vti poẽtę, vt mare trãquillum & lucidum ſignificent. Virg. 7. Aeneid. vitrea te facimus vnda te liquidi fluere glacies. Quia glacies dicitur vitrea, eadẽ Hiero. ratione 3. cot. odę.13. ò fons Blãduſiæ ſplendidior vitro. Multitudo ergo hominum qui in terra ſunt cõparãtur mari vitreo. i. prę lucido, in cõſpectu ſedis Dei. Quoniã quãtũuis homines velint Deo ſua cõſilia & occulta peccata celare per lucidi ſunt oculi Dei, de cœlo omnia cõtẽplãtis, vt iudicet & reddeat vnicuiq; ſecũdũ opera ſua. Quod autẽ mare dicitur ſimile chriſtallo, amplificationẽ habet, vt clarũ maximè & trãſlucens intelligãt. Magis enim trãſlucet chriſtallũ q̃ vitrũ. Hoc in verbis Ioa. infra c.15. intelligi poteſt: & vidi aliud ſignũ magnũ & mirabile in cœlo, Angelos 7. habẽtes plagas. 7. nouiſſimas, quoniã in illis cõmẽſurata eſt ira Dei. De ſupplicijs enim loquitur quod impij adorauerint beſtiã. Deinde ſubiũgit & vidi tanq̃ mare vitreũ mixtũ igne, quoniã igne cõflagraturi ſunt homines viuentes in fine mũdi in terra, vel certè quoniã ante hanc cõflagrationẽ extremã varijs calamitatibus afficiẽdi ſunt impij æſtu & igne. Vt. c.16. prædicit. At ſãcti quia in hoc mare mortui nõ ſunt, ſed inter malos viuentes pietatẽ coluerunt. Stabunt (vt ibi ait Icãnes) ſuper mare vitreum, ideſt, ad littus eius, iam ſecuri: & cantabunt canticum Moyſi, quod ille cecinit quando populus Dei exijt de mare rubeo.

¶ *Et in medio ſedis, & in circuitu ſedis, quatuor animalia plena oculis ante & retro.* Anſelmus intelligit eſſe in medio ſedis velut ſuſtinendo ipſam ſedem: nos autem duas expoſitiones ſequamur quæ aptę videntur. Prior eſt ex cõmuni patrum traditione vt ait Richard. nam Hieron. Gregorius & alij ſuper Ezechielem quatuor Euan-

Aſto.15. Grego. Pſa.147. Mare vitreum incõſpectu throni Angelorum immẽſam multitudinem ſignificat. Mare vitreum multitudinem hominum in terra viuentium ſignificat. Gen.1. Apo.16. Virgil. Hiero. Apo.15. Apo.16. Animalia 4. ſunt 4. Euangeliſtæ Anſel. Prima expoſitio. Richar. Hiero. Grego.

ge-

gelistas significari affirmant per hæc animalia: congruente numero animalium, cum numero Euangelistarum. Ita docet Irinæus lib. 3. aduersus hæreticos. c. 11. & Athana. in compendium. 55. ad finem. Hieronym. in prohem. super Mathæum. & 1. libro contra Ioui nianum propè medium. & Ezech. 1. Augus. 1. libro de consensu Euangelistarum. c. 6. Gregorius Homil. 3. & 4. in Ezechiel. Isidorus in. 1. Allegoriarum noui testamenti in initio, & in prologo librorum noui testamenti. Theophila. in Allegorijs Euangelij, & in hunc locum Apoc. Beda, Ambros. Aymo, & alij. Qui docent enim per hæc animalia significari dicũtur: qui verò docentur, & audiũt, significantur in Ezechiele per rotas volubiles. facilè enim voluuntur ad eorum nutum. & quidem omnia in genere dicta de doctoribus, in Ezechiele, & Ioane specialiter applicantur ad Euãgelistas, qui principatum tenent inter eos qui annuciant rem Euangelicam. Per hæc ergo quatuor animalia & prædicatores omnes sacri, & præcipuè Euangelistæ intelliguntur. & dicuntur animalia, ab animando: quia vitã sibi traditam alijs infundunt. & sunt in medio sedis, quia inde quasi ex ipso diuinitatis fonte hauriunt doctrinam: & ideo figurabantur Euangelistæ in in illis quatuor fluminibus qui de paradiso voluptatis egrediebantur, totumquè rigabant orbem. Genes. 2. & idcirco sunt in circuitu sedis, quia annunciando fidem, circuunt totum orbem. & dicuntur habere oculos ante & retro: quia & veteris testamenti doctrinam respiciunt, & noui lucem intuentes figuras rebus figuratis adaptant: sæpè repetẽtes illud: hoc factum est, vt ad impleatur scriptura vt Mat.

Irinæus ad Ianasium 221. fo 157 Athana. Hier. to. 2. f. 35. cõtra Ioui. Augu. to. 4 265. Gen. 2. Figura. Mat. 1.

A 1. Sunt enim Euangelistę scribę docti, proferentes de thesauro suo noua & vetera.

¶ Hos oculos aliqui ad mores referunt. Apostolici enim viri & præterita & futura respicuint. Præterita enim cernens mala, Paulus aiebat non sum dignus vocari Apostolus. 1. Cor. 9. Castigo corpus meum ne cum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar. 1. Cor. 9.

¶ Præterea viri omni virtute præ- Viri perfecti pleni sunt oculis
B stantes pleni sunt oculis intus & foris habent faciem, manus, pedes, aures cęteroſq; sensus tàm animæ q̃ corporis oculatos nihil enim faciunt, quod cõsideratione, & animaduersione maxima nõ fiat. Prospiciunt opera, prospiciunt gressus suos, prospiciũt affectus & cogitationes suas: vt nihil ab eis fiat, quod Dei offendat aspectui. Nec id solũ in rebus grauioribus, sed etiã in minimis, imo in necessarijs humanæ
C vitæ, si comedant, aut bibant, aut dormiãt, aut lętẽtur, semper se corã Deo id facere, & in eius gloriã & laudẽ cõtendũt. Quod animaduertens regius vates Psa. 67. dicebat: iusti epuleentur, & exultent in cõspectu Dei, & exultent in lętitia. Exo. c. 18. Sacra narrat historia quod venerũt Aarõ, & omnes seniores filiorũ Israel, vt comederent panẽ cũ Iethro socero Moysi coram Deo, idest, vidente & approbãte Deo
D conuiuiũ, vnde Origen. In hac verba sic ait: non omnes manducant panem in conspectu Dei, sed qui præsbiteri sunt, qui seniores, idest, qui perfecti sunt & meritis probati. Qui siue manducant siue bibant, ad gloriam Dei faciunt, omne ergo quod faciunt sancti in cõspectu Dei faciunt. Contra verò peccatores excęcati sunt, & ideo nõ sibi neque Deo prospiciunt. Ideo nihil coram Deo faciunt. Primus parens

quod nil faciant quod consideratione maxima non fiat. Psa. 67. Exo. 18. Origen.

postquam peccauit fugit à conspectu Domini Gene. 3. Cayn exiuit à facie Domini, non enim ambulauit coram Deo, quemadmodum ambulauit Abraham, cui Dominus dixit: ambula coram me, ideſt, ita te in omnibus gere, ac ſi coram me eſſes. Vult ergo Dominus vt ſimiles ſimus his animalibus ſanctis, exiſtentibus in circuitu ſedis, plenis ante & retro oculis. Quis obſecro ſeruus, qui coram Domino ſuo non ſibi proſpiciat? Quis latro qui coram iudice non ſibi caueat, ac timeat? quando igitur Dominus eſt Deus, & ipſe eſt etiam iudex, & nos miſeri, ſerui atquè latrones, tota cura ac diligentia illi ſeruiamus, in nulloquè offendamus, ſed potius exemplo iſtorum animalium prompti ſimus ad ei in omnibus parendum, & ſine ceſſatione laudandum.

Gen. 3.

Gen. 7. a

Similitudo

Similitudo

¶ Eſt altera intelligentia quæ iunioribus placet: vt Chriſto Redemptori aptetur hæc viſio animalium. Nam quod hic repreſentatur per quatuor animalia, repreſentatur in Ezechiele per vnum animal, & vnum cherubin. & ſic repreſentatur vna perſona Chriſti, quæ procedit de medio ſedis, ideſt, deſinu patris, & circuit totam ſedem, Deum, patris gloriam quærens in toto mundo. Ioannis. 8. & habet oculos ante & retro omnia ſciens. Vnde Ioannes, ſciens quod omnia dedit ei pater in manus, & quod à Deo exiuit, & ad Deum vadit. Ioan. 13.

Secunda expoſitio.

Chriſtus reperitur in his 4. animalibus.

Ioa. 8.

Ioa. 13.

Et in medio ſedis & in circuitu ſedis quatuor animalia. Hoc etiam myſterio ſignificare vult nobis Diuus Ioannes. Quod ſancti qui in cœlo ſunt, licet Deum ſemper habeant, ſemper tamen eum quærunt, vnde Gillibertus ait: hoc debeatis illis oculatis animalibus & pennatis legitur in medio & in circuitu ſedis Dei. O qualis ibi circuitus erit pergere ab ipſo in ipſum? ire & redire? ire deſiderio, delectatione redire, dum ſemper eius quod experientia deſiderat, præſentia ſatiat. Vnde mens poſſidentis ſimul & contuētis & illi ſit per appetentiam intenta, & illo ſit ſufficienter contenta. In medio, inquit, quia voti ſui perducuntur ad intima. & in circuitu quia ſemper voto rediuiuo feruntur in eadem ipſa, in medio, quia eorum iam completum eſt votum, in circuitu quia non ſufficiunt comprehendere totum. In medio ſunt admiſſa propter gratiam. In circuitu ſunt excluſſa per differentem naturam. Quæ eſt enim ſedes iſta niſi ea de qua loquitur Apoſtolus. Lux inacceſibilis quam inhabitat Deus. Deniquè quantumlibet ocu lata ſint beata illa animalia, tamen illuminat ea, vt quantum poſſint capiant, & excedit ne ad totū ſufficiāt. Hęc ille.

Gillibert.

¶ Et animal primum ſimile leoni & ſecundum animal ſimile vitulo, & tertium animal habens faciem quaſi hominis & quartum animal ſimile aquilæ volanti. Iſtæ facies mirè congruunt Chriſto. nam in incarnatione attulit faciē hominis. Filius Dauid filius Abraham. Math. 1. & in reſurrectione induit faciem leonis Apoc. 5. vicit leo de tribu Iuda. & apparuit vitulus in ſacrificio ſuæ paſſionis, nam vitulus pro peccatis offerebatur Leui. 1. & ſacrificiorum ritus à vitulo incipiūt, quaſi à Chriſto ducto principio: qui oblatus eſt quia ipſe voluit Eſa. 53. Aquilæ vero volantis ſpeciē tulit, cū in aſcenſione eleuatus eſt. Pſa. 67. aſcēdiſti in altū. ¶ Sunt qui hac myſteria colligāt ex illo Pſ. 8. Nā ibi redēptor vocatur homo, quid eſt homo quia memor es eius? quē

Chriſtus habet faciē hominis, vituli, & aquilæ.

Math. 1.

Apo. 5.

Leui. 1.

Eſa. 53.

Pſa. 67.

Pſa. 8.

Pſal-

Hebr.2. Psalmum de Christo exponit Paul. ad Hebræos.2.& insinuatur facies vituli in sacrificio.Ibi minuisti eum paulò minus ab Angelis.Nam propter passionem dicitur paulò esse minutus. Facies vero Leonis explicatur illis verbis:gloria & honore coronasti eũ, quod factum est in resurrectione. Aquila verò notatur ex eo quod sequitur, & constituisti eum super opera manum tuarum.Hoc enim in ascensione factum est. ¶Sed ad mores hos animalium vultus sapienter multi referunt nam in concionatore & Euangelista & prædicatore debet esse facies hominis,idest,lenitas, qualis erat
2.Reg.23. in Dauid.2.Regum.23. qui sedens in cathedra dicitur sapientissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus. & debet esse leonina facies,idest,magna fortitudo,
1.Timo.4. de qua.1.ad Thimot.4.nemo adolescentiam tuam contemnat: & vitulina,facies,idest, pacientia laboris cum vtilitate coniuncta,& debet esse sacrificatus tanquàm vitulus. Aquila verò volans celeritatis est signum. Qua præstare videntur apostolici viri: vt videmus in Paulo,in suis peregrinationibus,& prædicationibus.

¶Eædem facies applicantur Euangelistis.& ita Lucas per vitulum significatur,propterea quod incipit suũ Euangelium à sacrificio & Math.significatur per figuram hominis, quia à generatione Christi humana cœpit suam narrationem: Marcus verò significatur per faciem leonis:quia à rugitu Baptistæ clamantis in deserto est exorsus suum Euangelium.Ioãnes verò per aquilam propter speculationẽ Theologiæ mirabilis qua eleuatus diuinitatem verbi super omnes Euangelistas est contemplatus. Irineus loco allegato,Leonem tribuit Euangelio Ioanis,siue Euangelistæ Ioãni, vitulum Euangelio Lucæ, hominem Euangelio Mathæi, & Aquilam Euãgelio Marci.Sic enim aït: primum enim animal simile leoni efficabile eius & principale & regale significans, secundum verò simile vitulo sacrificalem &sacerdotalem ordinationem significans,tertium verò, habens faciem quasi humanam,eum qui est secundum hominem aduentum, eis manifeste describens, quartum verò simile aquilæ volitantis: spiritus in Ecclesiam aduolitantis gratiam manifestans.& Euangelia igitur his consonãtia,in quibus insidet Dominus Iesus. Aliud enim illam quę est à patre principalem & efficabilem, & gloriosam generationem eius narrat dicens sic: in principio erat verbum,& verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, &c. & omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso factum est nihil. Propter hoc & omni fiducia plenum est Euãngelium istud:talis est enim persona eius. Id verò quod est secũdum Lucam,quoniam quidem sacerdotalis characteris est.Zacharia sacerdote sacrificante Deo inchoauit.Iam enim saginatus parabatur vitulus, qui pro inuentione minoris filij inciperet mactari.Mathæus verò eam quæ est secundum hominem generationem eius narrat:liber dicens, generationis Iesu Christi filij Dauid, &c. Marcus verò à prophetico spiritu ex alto aduenientе hominibus initium fecit: initium,dicens,Euangelij quemadmodum scriptum est in Esaia Propheta. Volatilem pennatum,imaginem Euangelij monstrans, propter hoc & compendiosam & præcurrentem annunciationem fecit hæc Ireneus.

Irinæus li.3.aduersus hæres c.11. fo.157.

Ioa.1.

¶Considera hîc mecum cum eodem Irineo non ſine myſterio hîc tãtum quatuor animalia oſtendi: & his potius figuris quam alijs, vt doceamur diſpoſitionem Dei in omnibus ſeculis, ideſt, qualiter Deus ſe geſſerit cum hominibus in varijs ſtatibus. Ab Adam vſquè ad Moyſem Dei filius homines loquebatur oſtendens ſuam regiam potentiam, & diuinitatem atquè gloriam: vt ab illis coleretur & amaretur. Tempore veteris legis loquebatur tradens eis ritum ſacerdotis, & miniſtrandi in ſacrificijs, poſtea factus eſt homo, & munus cœleſtis ſpiritus miſit in omnem terram, protegens nos alis ſuis. Propterea ſecundum expoſitionem Irinei in leone ſignificatur prima Dei loquutio, in vitulo ſecunda, in homine tertia, in aquila quarta. & hoc eſt quod ait Irineus. Qualis igitur diſpoſitio filij dei, talis & animalium forma. & qualis animalium forma talis eſt character Euangelij, quadriformia animalia & quadriformia Euangelia, & quadriformis diſpoſitio Dei. Deinde alterã rationem ſubdit vt quatuor animalia ſint. Quatuor, inquit, ſunt humano generi data teſtamenta. Vnum quidem ante cataclyſmum ſub Adam. Secũdum verò cataclyſmũ ſub Noe. Tertium verò legis latio ſub Moyſe. Quartum verò quod renouat hominem & recapitulat in ſe omnia. quod eſt per Euangelium, eleuans & pẽnigerans homines in cœleſte regnum. Hæc Irinæus. Secundum autem eius ſentẽtiam vt vides leo Ioãni tribuitur, aquila verò Marco, cum è contrario leo Marco, aquila Ioãni tribui ſolear. Communis expoſitio eſt quam primò retulimus, & quam tradit Hieronymus: & reliqui authores in locis citatis. Quamuis Auguſtinus in Mathæum & Marcum differt à cæteris, mauult enim Mathæum in leone ſignificari, Marcum in homine. quoniã Math. regiam Chriſti commendat dignitatem, quem ex regibus eſſe ortũ oſtendit. Qui & vicit leo de tribu Iuda. & in quo vt rex à rege timetur, à magis adoratur. Marcus nec de ſtirpe eius regia, nec de ſacerdotio quicquã ait, in eis tantum verſatur quæ homo Chriſtus operatus eſt. Hanc docet quorundam fuiſſe ſentẽtiã ante ſe. Eã què refert Ambroſ. Amplectitur Beda hîc: & in epiſtola ad Accam Epiſcopum, quę eſt ante comma. Lucæ. Ratio Auguſtini, & Bedæ eſt: in priori expoſitione coniecturam ſumi ab initio cuiuſcumquè Euangelij, aptius autem ſumi de toto Euangelio quàm de initio, quæ ſi de toto Euangelio ſumatur Matheum ſimiliorem eſſe leoni, quam Marcum: quando prius demonſtrat ſtirpẽ regiam Chriſti, mox adorationem Magorum. Deinde rex cum ſeruis rationem ponit, rex filio nuptias facit, & ad vltimum, rex ſegregat oues ab hædis.

Beda to. 2. fo. 52. co. 4.

¶Verum tamen præferẽda eſt expoſitio communis. Quonian initia Euangeliorum intuenda eſſe, vt intelligatur in quo quiſquè Euãgeliorum ſignificatus ſit, oſtendit Ezechiel cum dicit: ſimilitudo autem vultus eorum facies hominis, & facies leonis à dextris ipſorum quatuor, facies autem vobis à ſiniſtris ipſorum quatuor, & facies aquilę deſuper ipſorum quatuor. Quæ ita exponit Hieronymus. facies principia dicit Euangeliſtarum: à quibus homo & leo, ideſt, natiuitas Chriſti & Prophetæ vox tonantis in eremo dextras partes tenent, vituli autem, ideſt, victimarum & ſacerdo-

Ezech. 1.

Hiero.

dotij Iudæorum in ſinixtris eſt, quod abolitum tranſibit ad ſacerdotium ſpi
Pſal.109. rituale, de quo dictum eſt tu es ſacerdos in ætèrnum.aquila autem,quæ & ſuper natiuitatem & prophetiam eſt, quæ Domini expletur aduentu,& ſuper ſacerdotium quod præterijt,& extra hæc omnia eſt de natiuitate referens ſpirituali,quomodo pater in filio
Hiero. & filius in patre. Hæc Hieronymus.

Grego. ¶Gregorius in homi. 4. in Ezech. quod enim hæc quatuor pennata animalia ſanctos quatuor Euangeliſtas deſignant,ipſa vniuſcuiuſq; libri euangelij exordia teſtantur. Nam qui abhumano genere cœpit,per hominem Mathęus,qui àclamore in deſerto per leonem Marcus, qui à ſacrificio exorſus eſt benè per vitulum Lucas, qui à natiuitate verbi rectè per aquilam ſignificatur Ioannes.

¶Sed huic rationi & expoſitioni vehementer illud aduerſari videtur quod apud Ezech. ſingula animalia quatuor facies habere dicũtur, & quatuor facies vni & quatuor pennæ vni, quomodo facies poteſt ad vnũquodque euangelium referri,quum ſingula non quatuor initia, ſed vnum ha-
Grego. beant? Gregor.hom.3. in Ezech. docet cur ſingula animalia quaternas habeant facies. Traditque per faciem notitiam intelligi, ideſt, id per quod quiſque cognoſcitur. & hoc in loco fidẽ ſignificat per quam à Deo cognoſcimur. Quatuor ergo facies erant homini. quia quod de fide incarnationis Domini Mathæ.tradit. hoc ipſum eſt eſt quod cæteri Euangeliſtæ tradiderunt,atque ita de reliquis. Verum hac explanatione dubitatio noſtra nõ ſoluitur,quoniam facies hominis & leonis,& aliorum animalium ad initia librorum Euangelij retulimus. Videtur ergo ita eſſe reſpondendum. Quatuor facies erant cuiuſque animalis, ſed inter eas vna eminebat, àqua nomen habet illud animal,atque hæc initiũ Euangelij recipit vt diximus: quia maior erat cæteris & prior oculis prophetæ ocurrebat. Verum quoniã huic faciei & huic initio Euangelij ſimilia ſint quæ ſunt apud alios Euangeliſtas & ſimilitudo faciei non poteſt cerni niſi in facie altera, eleganter ſingulis Euangeliſtis facies quatuor tribuũtur, vt vnuſquiſque eorum ſimilis cæteris intelligatur. ideſt, id in progreſſu ſui Euangelij habere quod reliqui in ſuorum initio. Vnus Mathæus faciem habet hominis quia Chriſti humanitatẽ & eius generationem initio deſcribit, ſed etiã habet faciem leonis quia Ioannis Baptiſtæ clamorem.& quaſi rugi- Math 3.
tum leonis.ca.3. narrat. in quo Marco ſimilis eſt. Habet etiam faciem vituli qua ſimilis eſt Lucæ, nam Lucas ſacrificium deſcribens, quo Ioannis ortus promiſſus eſt,indicare voluit, (vt Irineus ſub indicat verbis citatis)ſacerdotiũ vetus in verſum fuiſſe per Chriſtum contribulatum. quia omnis lex & prophetæ vſque ad Ioannem. Et hoc idem Mathæus indicauit in iſtis verbis quæ nunc retulimus. habet faciem aquilæ, qua Ioanni ſimilis: cum diuina Chriſti natura qua æqualis eſt patri ſcribat,vnde.c.11.ait: omnia mihi Math.11.
tradita ſunt à patre meo,& nemo nouit filium niſi pater & patrem quis nouit niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.& cap.vltimo ait: Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti,quibus multa ſunt ſimilia. Idem de cæteris Euangeliſtis dici poteſt. Multa,enim de Ioannis voce ſcripſerunt,vt Luc.c.3.Ioan.ca.1. ſacrificia Luc. 3.
quoque veteris legis per Chriſti ſacri Ioan. 1.

ficium fuisse abroganda cum lege ipsa non tacuerunt. vt Ioan.c.1. Lex per Moysen data est gratia & veritas per Iesum Christum. in cruce, item scribit clamasse consumatum est.c.19. Eodem pertinet quod scribit Marcus.c.2 Nunquid possunt filij nuptiarum cũ sponsus est cum illis ieiunare? videlicet indicans Christum esse sponsum Ecclesiæ qui nouam legem nouumque sacerdotium allaturus erat:& quẽ Ioannes ostenderat amicum sponsi. cumque.c.1.docet ex Malachia Ioannem esse Christi præcursorem idem significauit: quia lex & prophetæ vsque ad Ioannem. Apertius enim c.9. cum præsentibus Moyse & Elia, vox auditur de cœlo hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Sed quæritur cur non eodem ordine ponuntur animalia,nã apud Ezechiel.Primum locum habet homo.Secundum leo,apud Ioannem autem nostrum primum leo, secundum vitulus & homo tertium. Respõdeo Ezechielem seruasse ordinem tẽporum quibus scripserunt Euangelistæ.Ioannes verò seruasse ordinem rerum ipsarum. prius enim cæpit Ioannes clamare in deserto. & ideo primo loco incipit Marcus quia clamor Ioãnis incipit.Post prędicationem autem Ioannis consecuta est abrogatio veteris sacerdotij, à quo incipit Lucas, & quam in initio sui Euangelij subindicat quia lex & prophetæ vsque ad Ioãnem. deinde subsecuta est integra fides humanitatis Christi: à qua incipit Mathæus, & diuinitatis aqua exorsus est Ioãnes.Altera ratio est quod Christus prædictus est manifestatusq; per prophetiam. Ideo Marcus prior est qui à prophetia aduentum Ioannis & Christi prudenter incipit. Deinde manifestatus est per sacrificia & ceremonias legis: cuius rei causa est Lucæ secundus locus datus: postea ipse apparuit ortus ex genere Dauid, & manifestata est humanitas & generatio. Vnde tertio loco rectè constituitur Mathæus.Postremo per eius humanitatem& miracula credita est diuinitas de qua maximè agit Ioannes.

Ioan.1. Ioan.19. Marc.2. Marc.9.

¶Sed vt ad verba Apostoli reddamus: quomodo quatuor animalia vidit in cœlo,cum ipse vnus ex his esset & adhuc viueret in terra. Respondetur: rationem esse propheticam, & pertinere, vt dictum est, ad tempus proximum iuditio quare non id quod erat,sed quod multo post futurum erat,videbat,quemadmodum diximus in viginti quatuor senioribus quorum numero quam plurimi dẽerant quando hæc Apostolus scribebat, postea successu temporis addendi. Sed hæc melius & plenius in.c.6. explicabuntur. At si quatuor animalia sunt quatuor Euangelistæ, quomodo secernũtur à numero viginti quatuor seniorum,cum ipsi ad hunc numerum pertinere videantur: vt qui inter beatos omnes multum excellant. Respondetur non secerni ab alijs, quia inferiores sint,aut ad numerum illum,aut ad dignitatem illam omnino non pertineant,sed quod dignitate quadam prę cedant.Cuius causa extra illum numerum constitui & denominari debeãt, sicut omnes Apostolos, certum est etiam prophetas fuisse, & tamen scripsit Paulus ad Ephes.4. & ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdã autem prophetas,addit etiam,alios verò Euangelistas. Quod si Euãgelistas vocat prædicatores Euangelij, omnes Apostoli fuerunt Euangelistæ. Si verò scriptores Euangelij, duo ex Apostolis

Ephes.4.

ſtolis ſcripſerunt, Mathæus ſcilicet & Ioannes.

¶ Hæc animalia Apoſtolus dicit eſſe in medio ſedis, & in circuitu ſedis. in quo notandum eſt, in nonnullis Græcis & Latinis codicibus tantum fuiſſe ſcriptum in circuitu ſedis: vt intelligamus ex Arera & Auguſtino homil. 3. fortaſſe quod hæc duo cohærere non videntur, in medio ſedis & in circuitu ſedis. Sed noſtri codices tam Græci quam Latini vtrumque habẽt: quos potius ſequi debemus. In eo tamen non eſt intelligendum omnia animalia fuiſſe in medio ſedis & in circuitu ſedis. Sed tria erant in circuitu, aquila verò deſuper eleuabatur. & erat intra ſedem, & intra ambitum ſedis, quaſi ante faciem & pedes ſedentis. hoc ex Ioannis verbis poteſt percipi. Quartum, inquit, animal ſimile aquilæ volanti quod non ita accipi debet ac ſi diceretur aquilæ volucri aut volatili, ſed propriè volanti, vt eſt in Græco & in altum ſe tollenti. etenim cæteri Euangeliſtæ quaſi ſedent aut ſtant circa Deum ad eius pedes, quia de Chriſti humanitate quę in pedibus Dei deſignari ſolet multa loquuti ſũt. Ioannes autem altius tollitur, & faciẽ, ideſt, diuinitatem aſpicit vt generoſa aquila immotis oculis ſolem intuetur.

¶ *Et quatuor animalia ſingula habebant alas ſenas incircuitu.* Alis abium corpora in altum tolluntur. Præterea ſenarius numerus vniuerſitatem quãdam ſignificat. Quia ſex diebus creata ſunt vniuerſa. & ideo hîc numerus eà de cauſa perfectus eſt. vnde Beda ſenarius numerus ideo perfectus dicitur quia primus ſuis partibus impletur. Vnum quippè quod eſt ſexta ſenarij pars, & duo quod eſt tertia, & tria, qđ eſt dimidium: eũdem ſenariũ faciũt. Senas ergo alas habent Euangeliſtæ, quoniam nequaquam humi reptant: ſed in omnibus quæ ſcribũt, quamuis minima & abiecta videantur, in altũ aſcendunt, & ſublimia myſteria contingunt ſpecie rerum humilium. Præterea habent alas non tantum in lateribus vt alia animalia, ſed etiam in circuitu, quoniam vndecumque expectentur, non reptant, ſed volant, & in ſublime feruntur. Præterea de Seraphinis quos vidit Eſai. ita ſcripſit: ſex alæ vni & ſex alæ alteri. Meritoque ſenas alas habent Euangeliſtæ, quoniam ſublimis eſt eorum doctrina, & ſupra omnem mundi ſapientiam extolluntur, atque ignè diuino omnes animos accendunt. Ad hunc Eſaiæ locum Ioannem alluſiſſe indicat quod ſequitur: & requiem non habebant die ac nocte dicentia ſanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus exercituum. Hoc autem ideo dicitur, vt digniores damnatione appareant, qui aut illis credere noluerunt: aut iuxta doctrinam ab his traditam non vitam inſtituerũt. pertinet enim hæc viſio (vt diximus) ad tempora proxima iudicio. In hoc variat hæc viſio, à viſione Ezechielis. ibi enim animalia quaternas tantum habent alas, hîc verò ſenas: in quo cõueniunt cum Seraphin viſionis Eſaiæ. 6. vbi dicitur ſex alæ vni.

Eſai. 6.

Eſai. 6.

¶ Sed oritur hîc quæſtio ab antiquis expoſitoribus & Hieronymo, & Gregorio in Ezech. prætermiſſa, quo modo animalia quaternas habent facies apud Ezechielem, apud Ioãnem verò ſenas. ad hoc vt ad rem præſentem attinet reſpõdetur. Videtur enim eadem eſſe animalia apud Ezechielẽ, & Ioannem, ſed cum eadem cauſa nõ ſit, nihil mirum, cum quaternis vni & cum

cum senis alteri apparuisse. Cur Ioannes senis alis viderit iam diximus: quaternæ verò apud Ezechiel significat, ad omnes partes venturos esse Euangelistas, quasi pennatos, ideſt, id de eorum libris dici posse, quod de prædicatione Apostolorum dictum est: Psalm. 18. Psalm.18. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. ideſt, in Orientem & Occidentem, Septentrionem & Meridiem, à quibus partibus congregandi Math. 24. sunt electi, vt Dominus docet Mathæi 24.

Quaternarius numerus vniuersitatem significat in sacra scriptura.

Hoc etiam dici potest, in quaternario numero eandem vniuersitatem significari, quam in senario significari diximus apud Ioannem: etenim vt in senario vniuersitas intelligitur, quia sex diebus facta sunt omnia: ita etiam aptissimè indicatur in quaternario, quoniam cœlum vniuersum, & vniuersa terra alijs quatuor partibus diuiduntur: & omnia quæ sex dielus facta sunt, his quatuor plagijs siue partibus cœli & terræ continentur, ita c.5. Math. 5. Luc. 6. Math.8. beatitudines posuit: Lucas verò c.6. quatuor. Sed diuersis numeris res eadem significata est: quoniam vt in eundem Lucæ locum ait Ambrosius in istis octo illæ quatuor, sunt & in quatuor istis illæ octo.

¶ Sed notandum quod nec in Esaia Esa. 6. vbi habentur sex alæ, nec in Ezech. vbi habentur quatuor, fit volatus nisi tantum duabus alis: sed in his animalibus nostri textus, omnes sex alæ expanduntur in volatu: vnde intelligemus insignem notari perfectionem in his animalibus. Sex enim alis maxima celeritas volatus significatur, & sic intelligemus summam obedientiam ad exequenda mãdata diuina his sanctis animalibus inesse. quod quadrat cum illo Psalm. 102. potentes virtute facientes verbum illius ad audiendam vocem sermonum eius. Psal. 102.

¶. *Et in circuitu & intus plena sunt oculis.* Etiam in oculis ab Ezechielis visione variat hæc visio. est autem huius rei mysterium, quod prædicatorum, & prælatorum, debet esse maxima circunspectio & cautio. Debent enim omnia prouidere intus, ne coram Deo sint hypocritæ: & foris coram hominibus. vt ait Paulus 2. Corinth. 8. 2. Cor. 8. ideo & in circuitu & intus sunt plena oculis. quæ cautio his temporibus potissimùm adhibenda est.

¶ Sed quantum ad literam attinet notandum. quod multi legunt quod in circuitu & intus plena sunt oculis, vt Beda, Ambro. & Aymo. verum in Græco non legitur in circuitu, sed intus, vt animalia intelligantur habere senas alas in circuitu & intus esse plena oculis. & quamuis posset etiam ad sequentia referri, hoc quod ait in circuitu. vt modo dicebamus, melius ad alas refertur, sicuti iam exposuimus. Quoniam de externis animalium oculis iam dictũ erat: plena oculis ante & retro: nunc autem de internis oculis loquitur quia videlicet sub alis erant. Beda. Ambro. Aymo.

Cæterum oculos intus habent Euangelistæ, quoniam in mysterijs quę litera contẽguntur, & in mysticis etiã sensibus, plena sunt luce diuina, & sciunt quo tendant, & quod in historia quam narrant lateat mysterij, nihilque habent quod non ad salutem hominum pertineat, aut quod à diuina veritate declinet. Quemadmodũ & de externis oculis diximus. Atque ita conciliari potest Ioann. cum Ezechiele, qui dixit totum corpus animalium plenum esse oculis. Nam si consi-

Hæc omnia quæ de 4. animalibus dicta sunt faciũt pro Euangelistis.

sideremus oculos intus & foris internosque & externos totum corpus plenum est oculis.

¶ *Et requiem non habebant die ac nocte dicentia sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat & qui est & qui venturus est.* Dicuntur non habere requiem die ac nocte, quia siue in aduersis, quæ per noctem significantur, siue in prosperis, quæ per

Psalm. 37. diem: semper laudant Deum. Psal. 37. Benedicam Dominum in omni tempore semper laus eius in ore meo. & in Esaia clamabant Seraphin alter ad alterum, sanctus, sanctus, sanctus, qui clamor spiritualis erat, sine vocis spiritu. sic. Psalm. 64. vbi nos habemus:

Psalm. 64 te decet hymnus Deus in Sion, alia versio habet: tibi silentium laus: sine labore ergo debemus intelligere qđ hæc animalia non habent requiem: tamen notantur illis verbis perpetuæ laudes. & hoc est quod Ecclesia in prefatione huius hymni sanctus, sanctus, sanctus, faciens commemorationem inquit: tibi Cherubin & Seraphin incessabili voce præclamant, dicentes: sanctus. hunc verò hymnum recepit concilium Chalcedonense. Quasi magni mysterij. & omnes patres ex hoc hymno confirmant Trinitatem personarum & vnitatem essentiæ. Trinitas ergo personarum insinuatur ista trina repetitione sanctus, & vnitas essentiæ numero singulari Dominus, eiusque æternitas. ita Alex. 1. in epist. 1. Augustinus in lib. de fide ad Petrũ. c. 1. Damacenus lib. de fide. cap. 10. & in epistola de ter sanctus, agios, cur autem dictum sit Dominus Deus omnipotens diximus. c. 1. Cæterum vt ad quatuor animalia, hoc est, quatuor Euangelistas sermonem nostrum conuertamus: quid obsecro aliud faciunt Euangelistæ, atque eorũ libri à tempore quo scripti sunt, quàm prædicare vniuersis hominibus Patris & Filij & Spiritus sancti vnam eandemque notitiam? sed circa finem seculi crescente iniquitate clamare dicuntur: sanctus. Quoniam tunc ante conspectum Dei sanctam Trinitatem adorantes, & ea commemorãtes quę in libris suis docuerant Euangelistæ, vindictam petent de his, qui credere noluerunt: aut credentes, in fidelium more vitam egerint. Eò enim spectat clamor iste de quo nunc sermo est. & die ac nocte positum est more scripturę pro semper. vt Psa. 1. in lege eius meditabitur die ac nocte.

¶ Per hæc tria tempora, qui erat, qui est, & qui venturus est, quadam circumloquutione notatur in humanitate filius venturus adiuditium. & licet filius solus sit iudex venturus, Ioannis. 5. tamen in vnitate essentiæ aderunt illic Pater & Spiritus sanctus. imo secundum glosam Esaiæ vltimo, vt hìc notat. D. Tho. tota Trinitas iudicabit autoritatiuè.

¶ Sed si locus iste de sanctis qui in cœlo sunt exponatur, & intelligatur, notandum quod erit exercitium nostrum in cœlo, requiem (inquit) non habebant dicẽtia: sanctus, sanctus, sanctus, in hac autem mortali vita omnium nostrarum actionum mater est necessitas (inquit Augustinus) tolle litigatores superfluum oratores & aduocati. Tolle morbos sublatus est medicus, tolle famem & sitim & sublatus est omnis labor pascendorum gregum & colendorum agrorum, tolle famem, cui frangis panem? tolle mortem, quem sepelis? vbi pax æterna quem concordas? adulterare autem & congregare per fas, & nephas, nec reputo

Ioan. 5.

Glos. D. Tho.

Exercitiũ beatorũ est semper laudare Deũ.

Trina repetitione sanctus, sanctus, sanctus Trinitas personarũ indicatur: vnitas essentiæ in verbo, Dominus.

reputo inter humanas actiones. quod igitur erit in cœlo exercitium nostrũ, vbi nulla humana necessitas, requiem inquit, non habebãt dicentia sanctus, sanctus, sanctus.

¶ *Et cum darent illa animalia gloriã, & honorem, & benedictionem, sedenti super thronum, viuenti in secula seculorũ: procedebãt viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secula seculorum.* Tribus nominibus exponit laudes quas Deo reddebant animalia sancta, dicens: qđ dabant gloriam, honorem, & benedictionem Deo. quibus nominibus vitur sæpè sacra scriptura in eodem sensu. Psalm. 28. Afferte Domino gloriã & honorem. & de benedictione Daniel. 3. In cantico puerorum & videntur hæ voces in eandem significationem cadere: licet gloria quid maius significet, quàm honor, aut benedictio. Hoc enim differt inter gloriam, & honorem, quod gloria frequens sit de aliquo fama cum laude vt author est Cicero in Rhetor. quem sequitur Augustinus lib. 10. & c. 5. in Ioan. & in lib. 83. quæstio. epistol. 1. & Ambrosius super epist. ad Roma. gloria est clara notitia cũ laude & Aristot. primo. ad Theodatum. Gloria est cum quis probus à cũctis existimatur. Honor autẽ vt docet D. Thom. 2.2. q. 103. art. 1. Est testificatio alicuius excellentiæ, id est, reuerẽtia quædam externa, & cultus ei adhibitus qui præstans & magnus existimatur: quod rebus fit, interdum etiam & verbis. Quod elegater explicauit Aristoteles, loco allato ad Theodatum. vbi partes multas honoris narrat quales sunt de cãtationes rerum egregiè gestarum: de tubra: vel primi concessus, sepulchra, imagines, publici victus: ad hęc etiam, inclinari, assurgere, loco cedere & alia id genus. Ex his intelligemus satis, cur animalia Deo gloriam & honorem dedisse dicãtur. Benedictio autem idem est quod laudatio, vt Daniel. 3. Benedicite omnia opera Domini Domino, quod est frequẽtissimum in sacra scriptura. Adducũtur ergo ad religionis latriæque cultum Deo exhibendum omnes viri perfecti vtriusque testamenti. quia euangelistarum, doctorumque prædicatione conuicti maiestatem diuinam cognoscunt, & adorant, cõfitentes videlicet diuinam maiestatem omni honore & reuerentia esse dignam: vt postea verbis explicant. Simul etiam omnes homines impios accusantes, qui Deo subijci nolũt: ostendentes Deum meritò illis irasci Abbas Ioachin refert hanc prophetiam ad finem mundi.

¶ Estque non alienus locus communis, quod exempla plurimum afficiunt & mouent. Nam segnius irritãt animũ demissa per aures, quàm quæ sunt oculis subiecta. vt ait Poeta. Sic Christus Dominus humilitatem & modestiam, quam nodum verbis persuaserat discipulis, exẽplo voluit persuadere, quando lauit eorum pedes Ioan. 13. & dixit exemplum dedi vobis & quemadmodum ego feci ita & vos faciatis. Sic malo exemplo, Hebræi sacrificauerunt filios suos dæmoniis & didicerunt opera Gentilium. Psalm. 105. Sic exemplo suo ista animalia mouent seniores ad adorãdum sedentem in throno, quasi regem vniuersorum: cui omnes adorare debẽt: & viuentem in secula seculorum: cuius regnum finiri non potest, & à quo, vt à perenni vita, omnia habent vt viuant, & quidquid boni consequitur vitam.

Psal. 28.

Danie. 3.

Cicero.

August. Ambro.

Aristo.

D. Tho.

Exẽpla plurimũ afficiũt & mouent.

Ioan. 13.

Psal. 105.

¶ Et

¶ *Et mittebant coronas suas ante thronum.* Non quidem coronas gloriæ amittebant: quæ semel adeptæ amitti non possunt. Sed vt notat Gregor. illę ceremoniæ significabant omnia bona sua, esse accepta à Deo: & illi adscribere quidquid in illis erat excellens. Sunt quidem iustis ex victoriæ merito coronæ debitæ. 2. Timoth. 4. reposita est mihi corona iustitiæ. sed quia meriti initium, gratia est & misericordia diuina, quæ dant velle ac perficere, ad Philipp. 2. ideo coronas sibi detrahunt viri sapientes, & ante thronum Dei illas mittunt. sic Ps. 102. qui coronat te in misericordia & miserationibus. & 1. Corint. 4. Quid habes quod non accepisti? Legite Gregorium. 22. moral. ca. 10. & quadrat cũ illo Lucæ. 17. de decem Leprosis mũdatis quorum vnus tantum egit gratias. Omnes igitur nos dicamus semper cum Paulo: Deo autem gratiam qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum. Sumus enim impares tyrãno illi de quo sanctus Iob. ca. 41. ait: non est potestas quæ comparetur ei super terram. Quare Domini virtute & non nostra est à nobis vincendus. Ideo dicebat Dauid non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. Nec idem sperauit in funda & lapide sed pręualuit contra hostem in nomine Domini. 1. Regũ. 17. Deo igitur referamus maximas gratias, qui dat nobis victoriam: & tandẽ dabit de morte per Iesum Christum. Eo enim manus lauante in cruce, nõ leues sed graues, hoc est operum plenas, vicit populus suus exercitũ Amalech. At Sansonis insolens secundarũ rerum animus, qui fœlicem aduentum pugnæ debebat Deo referre, sibi arrogando dixit: in maxilla asini deleui eos & percussi mille viros. nec aram erexit Deo, nec carmen cecinit, sed glorię assumptor vt triumphũ suum perpetuo consecraret nomine vocauit locum maxillæ. Mox eum sequuta est vltio diuina. siti enim perclitatus est ad mortem. vnde coactus est dicere cum Apostolo: Deo gratias qui dedit nobis victoriam. tu, inquit, dedisti salutem hãc maximam. Iud. 15. Ambrosius.

¶ *Dicentes dignus es Dominus Deus noster, accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia: & propter voluntatẽ tuã erant, & creata sunt.* Rationem laudis datæ à sanctis animalibus his verbis seniores explicãt: dignus es, ô Domine, quod has laudes audias, & ita laueris: tribuaturq; tibi gloria, & honor, tuaque virtus prædicetur: quia tu creator es rerum omnium, & antequam essent, tu pro arbitrio tuo esse voluisti. licet solus titulus creationis hîc videatur allegari: tamen intelligere etiam debemus, quod generaliter debetur ista laus Deo, quia omnia opera bona nostra operatus est in nobis Esaiæ. 26. & sic sumus creati in operibus bonis.

¶ Dignus est, inquit, accipere virtutem. metaphoricè dicitur accipere virtutem. quia cum prius sederet, & fortitudinem non ostenderet puniẽdo: tunc, iam iam appropinquante iudicio consurget, & vindictam de hostibus suis sumet: & fortitudinem ostendet repente: quasi tunc acceperit & ante non habuerit. Ita dictum est Esaiæ. 51. Consurge consurge induere fortitudinem brachium Domini: cõsurge & induere fortitudinem sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorum. Hunc esse genuinum sensum huius loci facilè ex verbis eiusdẽ

Deum accipere virtutẽ quid sit.

Apoſtoli intelligemus. nam cum.ca. A tiam explanatur illud. capi.5. dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere virtutem. Vocat potentiam vt ſæpè dixi mus ex vocabulo græco:dinamin.

¶ *Et quia tu creaſti omnia.* Ideſt, per te habent vt ſint omnia: quare omnia tibi ſubijci debent.

¶ *Et propter voluntatem tuam erãt,* Id quod habent liberalitatis tuæ eſt: non erant natura ſua: ſed quando tu voluiſti creata ſunt. In Græco nunc legimus,& propter volũtatem tuam ſunt. Sed nihil refert ad ſenſum. Propter voluntatem tuam erant,ideſt, manebãt & cõſeruabãtur ex quo ea creaſti,& cum non eſſent propter voluntatem tuam creata ſunt.

11.de ſupplicio locutus eſſet, quod Deus de ipſis ſumpſerit: ad extremũ air:& ſeptimus Angelus tuba cecinit, & factæ ſunt voces magnæ in cœlo dicentes:factum eſt:ideſt, iam ſubiecit ſibi omnes aduerſarios ſuos & deinceps in omnibus regnabit:nemo erit qui ei aduerſetur.continuo procederunt viginti quatuor ſeniores dicentes:gratias tibi agimus Domine Deus omnipotens,qui es,qui eras,& qui vẽ B turus es. Quia accepiſti virtutem tuã magnam, & regnaſti. Quia debellaſti & ſubieciſti omnes inimicos tuos. Vnde & ſtatim ſequitur.& iratæ ſunt gentes,& aduenit ira tua. & ex hus e-

Epilogus Capitis quarti Apocalypſis.

DEVS ergo in quantum Deus eſt qui ſedet & requieſcit ſuper ſedem,hoc eſt,iuſtos & angelos ipſe eſt ſtabilis & æternus ad ſe omnes iuſtos trahens ideo aſſimilatur lapidi iaſpidi. Eſt etiam iuſtus qui ſuperbos punit & ſalutaris humilibus dans gratiam, ideo aſſimilatur ſardo. Eſt etiam miſericors & ideo iride circũdatur.coram illo ſedent tám ſancti veteris teſtamenti duodenario numero Patriarcharum ſiue iudicum ſignificati,quam noui teſtamenti alio numero duodecim Apoſtolorum deſignati. Sedent ergo omnes iſti mduti veſtibus albis innocentiæ,atq3 corona non ſolum diuinæ ſapiẽtiæ ſed etiã gloriæ coronati. De hac ſede Dei procedunt fulgura miraculorum & voces prædicationum & tonitrua cominationum quibus ſancti ad Deum homines traxerunt Sancti,inquã,ſeptẽ lãpadibus.i.ſeptẽ donis ſpiritus ſancti accenſi. Ante hanc ſedẽ eſt mare vitreũ chriſtallo ſimile hoc eſt baptiſmus ſi mans animã nitore gratiæ. In medio ſedis & in circuitu eius quatuor animalia oculis plena ante & retro eſſe dicuntur:eo quod euangelici

pra-

prædicatores,& peculiariter quatuor Euangelistæ qui vitam sibi traditam alijs infunduunt ex ipso diuinitatis fonte doctrinam haurientes veteris & noui testamenti mysteria conferunt: ac præterita & futura respiciunt. Item ipse Christus Dominus quem hæc animalia designant, cum faciem hominis ostenderit in natiuitate. faciem vituli in sacrificio. faciem leonis in resurrectione. Faciem aquilæ in ascensione emedio ascendēs, idest, desinu patris egreditur & circuit totam sedem dum patris gloriam in vniuerso mundo quærit. Omniaque tam præterita, quam presentia & futura cognoscit. Quatuor verò Euangelistæ quorum Math. faciem habet hominis quod á Christi humana natura incipit: Marcus faciem leonis quod à rugitu leonisio Baptistæ: Lucas faciem vituli quod a sacrificio, Ioann. faciem aquilæ quod a diuinitate. Sennas habent alas quod prōptißimi ac paratißimi fuerunt ad exequenda mandata Dei: omnia præuidentes intus coram Deo,& foris coram hominibus. Hi siue in prosperis siue in aduersis hoc est nocte & die non cessarunt nec cessant mysterium trinitatis & bonitatis, & æternitatis & aduentus futuri adiudicandum prædicare. quos imitantur cæteri omnes iusti qui procidunt ante thronum: & Deum dignum omni laude proclamant. quod sit rerum Dominus omnium,& creator, agnoscentes ab illo omnia bona sua originem traxisse.

Intelligentia Capitis quarti Apocalypsis.

POst hæc vidi in visione spirituali ostium apertum in cælo, vt intus posita viderem. & vox prima quam audiui, tanquam tubæ loquentis mecum, dicens. Ascēde huc vt ea quæ supra te sunt, intelligas, mysteria. & ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc in futura Ecclesia militante. ostēdam, inquam, sub typis,& figuris,& schematibus. Et statim fui eleuatus in spiritu, spiritualique visione et imaginaria. Et ecce sedes quæ est cōgregatio sanctorū in Deo quiescentiū, in quibus sedere Deus dicitur, posita erat in cælo,& supra sedem sedēs erat Deus. & is qui videbatur in throno similis erat iaspidi & sardio, tum propter eorum preciositatem, tum propter eorum soliditatem. Dei enim patrisque

natura preciosissima & firmissima est: tum etiam propter eorum colorem. Iaspis namque viridis est, coloriſque aquei, ſardius verò ignei. ſedens autem in throno qui olim aquarum diluuio mundum iudicauit, tandem est iudicaturus per ignem. Sed quamquam ſit Deus zelotes non est quare de eius misericordia non ſperemus. Nam iris misericordiæ ſymbolum, erat in circuitu ſedis cunctis eam quærentibus præparata. Hæc autem iris misericordiæ ſimilis erat viſioni ſmaragdinæ, quia misericordia ſenium noſtrum in pulchritudinem reformabit viriditatis æternæ. nihil enim ſmaragdio viridius. Et in circuitu ſedis ſedilia vigintiquatuor, & ſuper thronos vigintiquatuor ſeniores ſedentes. tam veteris enim quam noui teſtamenti præſules & ſancti de hoc mundo iudicabūt ſedentes ſuper has ſedes. hique omnes erunt tunc circumamicti ſtolis albis, animi videlicet candore, & corporis claritate. Et inſignum victoriæ de hoſtibus ſpiritualibus, capita eorum coronis aureis erant decorata. Et accepta poteſtate iudiciaria tam Apoſtoli quam cæteri ſancti prædicatores & doctores fulgura miraculorum, voces prædicationum, & tonitrua comminationum de futuro iudicio & malorum pœnis edere non deſinebant. Et vidi ſeptem lampades ardentes ante thronum, quæ ſunt ſeptem ſpiritus Dei, hoc eſt, ſeptem ſeptiformis ſpiritus dona: ac angelica examina quæ perpetuò ardent in conſpectu Dei, ſiue ſeptem præcipui ſpiritus aliorum duces & ſanctorum cuſtodes & vindictæ diuinæ exequutores. Et vidi etiam in conſpectu ſedentis tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo vidi, inquam, immenſam angelorum multitudinem, ſtantem in conſpectu Dei ſedentis ad implenda Dei miniſteria paratam, per lucidam ſicut cryſtallum habentem naturā. vidi etiam mare illud profundiſſimum baptiſmi quo abluuntur peccata, quod ſimile vitro mihi viſum fuit, tum quod viſibili illo ſigno id ſignificatur extrinſecus, quod eſt, & fit intrinſecus: tum quod corda fidelium baptiſmate perlucida effici commoſtrat: tum denique quod ſicut cryſtallus aqua eſt temporis longa intercapedine in lapidis duritiem congelata: ita tales oportet euadere baptizatos, vt tandem ſint conſtantes in ſpe, fide & charitate. Vidi ſimiliter in medio ſedis & circuitu ſedis quatuor animalia: quatuor Euangeliſtas repreſentantia plena oculis, ante & retro: cognitione enim veteris & noui teſtamenti prædita. Animal primum ſimile leoni quod Reſurrectionem & Aſcenſionem in cælum Domini declaret vt declarauit Marcus. Secundum animal ſimile vitulo: quod Chriſti ſacerdotium aperuerit: vt fecit Lucas. Tertium animal habens faciem

velut

velut hominis quod ab humana Christi generatione exoriatur. vt exorsus est Matthæus. Et quartũ animal simile aquilæ volanti. volauit enim vsque ad diuinam verbi naturam D. Ioannes. Et hæc quatuor animalia siue hi quatuor Euangelistæ singuli senas alas habent, omnesquè viginti & quatuor alas. veritas namque & authoritas illorum fulcitur, & comprobatur viginti & quatuor veteris instrumenti libris. Et intus hæc animalia plena sunt oculis, Euangelistæ enim & qui eorum vices gerunt Doctores & pastores tam in exteriori actione quam in interiori contemplatione prouidi sunt. Et requiem non habebant die ac nocte dicentia, sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Et cum darent illa animalia gloriam & honorem & benedictionem sedenti super thronum, viuenti in secula seculorum, procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabãt viuentem in secula seculorum. Et vt ostenderent, quicquid habebãt virtutis, quicquid dignitatis, á Deo tanquam a primo autore atque fonte dimanasse mittebant coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem & virtutem siue potentiam: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & facta sunt.

CAPVT QVINTVM

Argumentum.

S. Flente Ioanne, librum ſeptem ſigillis obſignatum occiſus agnus aperit, quod viginti quatuor ſeniores cum innumera angelorum multitudine probant.

CAPVT V.

ET vidi in dextera ſedẽtis ſupra thronũ, librum ſcriptum intus & foris, ſignatum ſigillis ſeptẽ. Et vidi angelum fortem, & prædicantem voce magna, Quis eſt dignus aperire librum, & ſoluere ſignacula eius? Et nemo poterat neque in cœlo neque in terra, neque ſubtus terram aperire librum, neque reſpicere illũ. Et ego flebam multum quoniam nemo dignus inuẽtus eſt aperire librum, nec videre eum. Et vnus de ſenioribus dicit mihi, Ne fleueris: ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librũ & ſoluere ſeptem ſignacula eius. Et vidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio ſeniorum agnum ſtãtem tanquã occiſum, habentem cornua ſeptem & oculos ſeptem: qui ſunt ſeptem Spiritus Dei, miſſi in omnem terram. Et venit & accepit de dextera ſedentis in throno, librum. Et cum aperuiſſet librum, quatuor animalia & viginti quatuor ſeniores ceciderũt coram agno, habentes ſinguli citharas & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum: & cantabant canticum nouum, dicẽtes, Dignus es Domine accipere librum & aperire ſignacula eius: quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo

Deo in ſanguine tuo, ex omni tribu & lingua & populo & natione, & feciſti nos deo noſtro regnum & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram. Et vidi, & audiui vocem Angelorum multorum circuitu throni & animaliũ & ſeniorum: & erat numerus eorum millia milliũ, dicentium voce magna, Dignus eſt agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem, & diuinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionẽ. Et omnem creaturam quæ in cœlo eſt, & ſuper terram, & ſub terra, & quæ ſunt in mari, & quæ in eo: omnes audiui dicẽtes, Sedenti in throno, & agno, benedictio et honor et gloria et poteſtas in ſecula ſeculorum. Et quatuor animalia dicebant, Amen. Et vigintiquatuor ſeniores ceciderunt in facies ſuas: et adorauerunt viuentem in ſecula ſeculorum.

Dan.7.e

Titulus

VIdetur liber cum ſeptem ſigillis & agnus occiſus qui illum aperit: A quod vigintiquatuor ſeniores cum innumera Angelorũ multitudine probant.

Caput. V.

B

T vidi in dextera ſedentis ſuper thronum librum ſcriptum intus & foris. In hoc cap. ſatis exactè probare & oſtendere vult D. Ioã. Quod ſolus Chriſtus Dominus fuit, qui nobis aperire potuit, & de facto aperuit theſauros diuinæ ſapientiæ. Ipſe eſt enim ſolus qui ſanguine ſuo meruit aperire librum ſacræ ſcripturæ. & ſoluere ſeptem ſignacula eius, hoc eſt, exponere & adimplere omnia myſteria clauſa in hoc cœleſti libro. In cuius figura, vt Paul. ait ad Hebræ. 9. Moyſes ſanguine agni aſperſit non ſolum tabernaculum, & vaſa ſacra, atquè populũ, ſed etiam librum ipſum ſacræ ſcripturæ. Vt intelligeremus quod ſanguine Chriſti, qui verus eſt agnus, non ſolum Eccleſia catholica, & eius ſacramenta, atquè populus fidelis ſanctificantur, ſed quod propter illam cœlitus nobis donatur ſacræ ſcripturæ intelligentia. Iam ergo liber iſte apertus eſt. Sed non ſat eſt vt liber apertus ſit, ſi oculi noſtri aperti non ſint. Hæc enim duo neceſſaria ſunt ad librum aliquem legendum. Ante Chriſti aduentum liber iſte clauſus erat, atq; hominum ferè ômnium oculi clauſi. Poſtquam autem verbum caro factũ eſt, librũ iſtum aperire incepit, myſte-

C

D

Heb.9.f

ria atquè sacramẽta intus occultata ad implendo: & ideo ait noster Ioan. dignus es Domine aperire librum, & soluere signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos in sanguine tuo: sed quia necesse etiam erat vt oculi mentis nostræ aperirentur, idcirco affirmat D. Luc. cap. 24. Quod agnus iste aperuit discipulorum suorum sensum vt intelligerẽt scripturas. meruit ergo agnus iste morte sua aperire librum hunc: atquè oculos nostros: vt illius arcana mortalibus occulta nobis patefierent. Si voluerimus igitur hũc librum cœlestem intelligere, præcemur agnum, atquè instãter petamus, vt oculos animorum nostrorum aperiat. Dicamus ex animo cum regio Propheta: reuela oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua: Psalm. 108. Vnde D. Iacobus. cap. 1. admonet: siquis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo qui dat omnibus affluenter, & non improperat: postulet autem in fide nihil hæsitans. Quod expertus est ille qui dicebat, inuocaui & venit in me spiritus sapientiæ, & præposui illam regnis & sedibus & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Sap. 7. hoc cœleste donum postulabat instanter Diuus Paulus vt fidelibus qui erant Ephesi donaretur. Deus, inquit, Domini nostri Iesu Christi det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis, in agnitionẽ eius, illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quę sit spes vocationis eius, quę diuitiæ gloriæ hereditatis eius in sanctis, Ephes. 1. Quod si quæras quid facere debeas, vt hoc tàm admirabile donum ab agno, qui occisus est, impetrare possis, time Dominum, nam initium sapientiæ timor domini, dilige Dominum ex toto corde tuo, nam vt ecclesiasticus ait, præbet Deus sapientiam diligentibus se. & rursum: qui cõtinẽs est iustitię apprehendet illam & obiauit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier à virginitate suscipiet illum. Quibus verbis satis explicat ecclesiasticus quanto desiderio teneatur Deus vt hanc cœlestem sapientiam suscipiamus. Ipse enim nõ solum non fugit à quærentibus illum sed potius ouiat & occurrit illis qualiter occurrere solet mater filio sibi charissimo à longè venienti: qualiter etiam ouiare solet vxor viro suo à foris aduentanti cuius virginitate prim⁹ potitus est. Talis enim vxori amãtissimus esse solet. his ita in summa expositis nunc ad totum caput explicãdum accedamus.

Luc. 24.

Psa. 108.

Iacob. 1.

Sap. 7.

Eph. 1.

Ecclesi. 15.

¶ *Et vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus & foris.*

Expectacula ergo alia & imagines quæ Ioãni in eadem extasi diligenter apparuerunt referũtur toto hoc. c. de narrauerat apparatum magnum cuiusdam principis sedentis in throno, nunc addit librum ad mirabilem dexteræ eiusdem appositum. Quid verò mysterij liber hic contineat mira varietate tractant expositores. Nos verò eam in primis explicemus expositionẽ quæ aptior & cõmunior esse videtur. Hic ergo liber sacram scripturam significat, qua arcana diuina continentur pactaq; & cõuẽta inter Deũ & homines circa humani generis salutem.

¶ Sic Ezechiel. cap. 2. Similis visio habetur ibi in verbo. Ecce manus missa ad me in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus & foris. Vbi prophetiæ mysteria Ezechieli manifestata libri

Ezech. 2.

Liber scriptus intus & foris sacra scriptura.

bri nomine ſignificantur. Vnde diuus Hieronymus hæc verba Ezechielis explicans ait: hunc librum eſſe ſacrã ſcripturam ſcriptam foris in hiſtoria literę, intus verò in ſpirituali intelligẽtia quam expoſitionem ſequutus eſt, Grego. D. Gregor. in Homilijs in Ezechiel. has etiam duas intelligentias vult hîc D. Ioan. ſignificare per hunc librum ſcriptum intus & foris: in cuius figura Grego. Nazianzenus. vt author eſt Grego. Nazianzenus legis tabulæ ex vtraquè parte erant ſcriExo. 32. ptæ Exod. 32. Sic etiam. cap. 3. ibidem, iubetur Ezechiel, volumen commedere. & factum eſt in ipſius ore quaſi mel dulce, & Prophetæ viſcera eo volumine complentur. Vbi diuina reuelatio & veritas ſuper naturalis, voluminis nomine ſignificatur. Quò etiam Infra 10. ſpectare videtur Ioan. cap. 10. Apocalyp. vbi etiam librum deuorat. Qui primo guſtu dulcis eſt, & in vẽtre altè deſcendens amaricari facit. Nam veritas diuina libris ſacris conſignata primoribus hauſta labris dulciſſima eſt. Sed ſi poſtea alta conſideratione in mente deijcitur amaritudinem excitat. Hoc in Chriſto qui veritas eſt. Ioan. 14. Ioan. 14. Manifeſtè patuit, qui primo plauſibiliter acceptus à Hieroſolimis Math. 21. Math. 21. Poſtea in crucem ab eiſdem fuit actus. Quò pertinere videtur illud myſterium quod agnus Paſchalis cum lactucis agreſtibus comederetur & azimo cum pane. Exo. 12. Exo. 12. Figura. Quia agnus, hoc eſt, Chriſtus odio & amaritudine ex veritate orta erat deuorandus à feſtinanti populo. Azimus etiam panis & ſine fermento veritatem ſimplicem & ſinceram ſignificat, 1. Cor 5. 1. ad Cor. 5. Volumen itaquè ſeu liber hic diuina decreta literis manda Zach. 5. ta ſignificat. Nec aliud apud Zachar. cap. 5. volumen volans ſignificat, nam

A ibi peccatorum pœnæ à deo decretę, & publicatæ per totum orbem ſignificantur.

¶ Eſt hæc intelligentia à patribus traddita vt patet in Origine Homi. 4. ſuper Ezechiel. & Gregorius Homil. 9. ibidem. Tradditur hic à Richardo, & Anſelmo. Quem videtur ſequi D. Thomas, qui diuinas expoſitiones per hunc librum intelligit quæ continentur in ſacris literis. Eiuſdem ſentẽ B tiæ eſt Rupertus, & Ansbertus, qui ſic intelligit illud Eſaiæ. 29. de libro ſignato, qui datur legendus neſcienti literas.

Orig. to. 1. 218. Grego. fo. 69. Richar. Anſel. Rupert. Ansber. Eſa. 29.

¶ Eſt autem D. Bernardi in ſermone 1. de reſurrectione, & Vgonis Cardinalis alia expoſitio hîc quod hic liber Chriſtum ſignificet qui ratione diuinitatis eſt à patre ſcriptus intus, & ratione humanitatis eſt ſcriptus foris: quando apparuit adextra homo. & C eſt ad dexteram ſedentis quia ad dexteram ſedet Dei patris Marci vltimo. & eſt ſignatus ſigillis ſeptem propter recondita myſteria quæ in ipſo ſunt, ſcilicet, incarnationis, &c. De quibus hîc Vgo. & licet hæc expoſitio ſæpè inconcionibus ſacris vſurpetur, tamẽ non ràm apta eſt huic textui ſicut illa prior, qua ſignificatur ſacra ſcriptura per hunc librum. Quia hîc diſtinguitur inter ipſum librum, & agnum, qui D Chriſtus eſt, qui aperit librum. Mens ergo Ioannis in hoc loco nõ eſt quod idem ſit liber, & idem ſit Chriſtus & agnus. Erit ergo vtraquè intelligentia probabilis, ſed illa prouabilior. ſacra ergo ſcriptura per hunc librum ſignificata eſt in dextera ſedentis: ſicut etiã lex Moſaica. De qua Deut. 33. dicitur ignea lex in dextera Domini eſſe. Vocatur ergo ignea quia corruſcationibus ignitis & fulgure micante fuit da-

D ernardi. Libet ſcriptus intus & foris Chriſtus. Mar. vlti. Vgo. Deut. 33.

ra. Esse verò dicitur in dextera, vt intelligamus scriptam esse dexteræ Dei digito: & diuina protectione sustentari. Abbas Ioachin in dextera Dei legem esse ait, quia electis prospera nũciat, quibus omnia cooperantur in bonum ad Roma. 8. Dextera enim Dei prosperitatem significat æternam iuxta illud Cantic. Læua eius sub capite meo & dextera illius amplexabitur me. Per læuam significantur bona temporalia quibus Deus sustentat caput & vitam temporalem Ecclesiæ: dextera autem significat prosperitatẽ æternam, quæ in modum coronæ cingit caput Ecclesiæ.

Rom. 8.

Can.

¶ Sunt qui hæc magis allegoricè tractantes affirment cum Anselmo per dexteram sedentis, significari filiũ Dei patris, in quo est diuinæ scripturę omnis sapientia. Ad Collos. 1. In ipso sunt reconditi omnes thesauri sapientiæ. Filius enim secundum diuinitatẽ dextera Dei dicitur. Nam per filium omnia operatur pater sicut per dexteram. Ioan. 1. & sic intelligunt illud Psalmo. 117. dextera Domini fecit virtutem.

Collo. 2.

Ioa. 1.

Psa. 117.

¶ Dicitur autem hic liber scriptus intus & foris, quia in veteri testamento vt diximus superius potissimè præter sensum exterioris literæ, est etiam sensus absconditus spiritualis, qui later ad intra Ezechie. 2. & Amos. 5. Sic Hierony. exponit. & hoc est illud velamẽ quod cum legebatur olim Mosaicus liber imponebatur super corda legentium. 2. ad Cor. 3. Erat autem aliquid reconditum quod Iudęi velamine carnalium ceremoniarum & terrenarum promissionum impediti, nõ penetrabant. Nouum enim testamentum latebat in veteri, & sic scribebatur intus & foris lex Mosaica.

Ezech. 2. Amos. 5.

2. Cor. 3.

¶ Aduertenda autem est huius visionis & scriptionis ratio, nam libri olim altera tantum parte cartis scripti circumferebantur, vt modo diplomata scribuntur. Quod poëta satiricus notabat. Scriptus & intergo, neq; dum finitus Orestes. taxans prolixitatem fabulæ. Erit ergo quasi mirabile in hoc libro qui apparuit Ioãni qđ est & scriptus ex vtraquè parte prætermodum librorum illius temporis. Pro cuius maiori explicatione nota libros Hebræorum, & veterum non esse vt nostri: sed vnam tantum membranam habere oblongam, quæ circum voluebatur. Hinc Ezechiel. 2. dicitur: in qua erat inuolutus liber & expandit illum coram me: & cœlum recessit sicut liber inuolutus. Pro quo, Esa. cap. 34. dixit: complicabũtur sicut liber cœli. Lucæ. cap. 4. & vt reuoluit librum & inuenit locum, &c. & postea: & cum plicuisset librum reddidit ministro. & quoniam plicandi erant, & conuoluendi, non scribebantur foris, sed intus. Nisi forte tot essent aliquando scribenda, & ea interior mẽbranæ facies capere non posset. Atq; cum liber scriptus intus & foris dicitur, plurima in eo scripta esse significatur. Hos libros veteres vocabant opistographos. i. retroscriptos, siue atergo. Plinius. 3. epistolarum. epistola ad Marcum electorumq; commentarios. 160. Mihi reliquit opistographos quidem minutissimos scriptos. Quoniã ergo plurima circa impietatem postremi temporis continebat liber scriptus intus & foris dicitur.

Ezech. 2.

Esa. 34.

Luc. 4.

Plinius.

¶ *Et vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus & foris, &c.* Reliquũ est modò vt omitamus communem explicationem, Ansberti, Bedæ, Aymonis, Augu. Ho. 4. Prima-

Ansber. Beda. Aymo. Augu.

masij,Ruperti,& Hieronymi, & aliorũ quàm hactenus docuimus. Quod scilicet per hunc librum intelligatur sacra scriptura.nam non videtur hũc librum de quo Ioan.hìc loquitur esse sacram scripturam, quoniam erat signatus sigillis septem,& quod sigillis contineret ipse exponit.cap.6. quæ in sacra scriptura contineri non possunt. Deinde visio ista, vt dictum est,& ex sequentibus manifestissimè intelligitur,præsertim ex vltimis verbis.cap.6.ad tempora proxima iudicij & ad iudicium pertinent. Certè quæ in libro erant de vltimis temporibus sunt,vt videbimus.cap.10.& sequentibus. Quomodo autem dici potest sacram scripturam vsquè ad tempora iudicio proxima, nunquàm fuisse apertam?nam si ita est nec doctoribus Ecclesiæ aperta est, nec Apostolis ipsis quod impium est, cum optimè eam intellixerunt per aduentum Spiritus sancti:& reuerà eius intelligentiam Ecclesiæ tradiderunt. Imo & antequam veniret Spiritus sanctus in die pentecosthes Christus aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas.Lucæ vltimo. Respondent isti authores sicut & Hieronym.docet Ezechiel.44.scripturam clausam fuisse ante aduentum Christi, sed Deum in aduentu suo apperuisse. At videant non esse hanc visionem de tempore eo,quo Ioan.eam vidit, sed de extremis temporibus, vt sæpè dictum est. quod si vrgeas sigilla aperta fuisse Ioãni cum hæc vidit,eumquè librum apertũ accepisse. Idem sequitur quod prius colligebamus: saltem vsquè ad hãc reuelationem librum fuisse clausum,& signatum sigillis septem. At hoc tempore omnes Apostoli decesserant,idest,extremis annis Domicia-

Liber iste scriptus intus & foris non est sacra scriptura, sed liber in quo continẽtur quæ cuẽtura erũt extremis temporibus idquè probabiliter ostẽditur.

Luc.vlt.

ni.Semper ergo clausa fuit sacra scriptura Petro & Paulo & reliquis Apostolis.Sed ad hoc scio responderi posse Ioãni in hac visione ostensum fuisse sub his imaginibus librum sacrę scripturæ fuisse signatum,donec venit agnus Christus in mundum, qui illũ suis aperuit:& hoc mysterium in illa representatione tãtum voluit spiritus sanctus Ioãni representare: vt intelligeremus quod solus Christus potuit aperire librum sacræ scripturæ, & explicare mysteria,quæ intra illum obsignata & clausa erant. Sed quidquid de hoc sit probabilius quibusdam viris doctis videtur, esse hunc librum, in quo scripta erant quæ Ioannes de vltimis temporibus erat vaticinaturus. Quare non arbitrantur eundem esse librum cum illo Ezechielis sed illi similem. Liber quidem datus Ezechieli continebat earum gentium supplicia,quibus ipse prophetabat.Atquè idcirco ait:scriptæ què erant in eo lamentationes,& carmen,& væ.Ioannis liber etiam continebat pœnas hominum extremorum.

¶Sicut ergo Ezechiel.cap.3.mittitur ad filios Israel ad gentes apostatrices quæ recesserunt à Deo,& ideo liber ei ostenditur,quem.cap.3. comedere iubetur.Comede volumẽ istud, & vadens loquere ad filios Israel. & aperui os meum & cibauit me volumine illo.Ita Ioannes quoniam multis gentibus vaticinabatur hũc ipsum librum quem vidit in dextera sedentis iubetur iam apertum accipere, & comedere sicut.cap.10.scripsit: & audiui vocem de cœlo iterum loquentem mecum & dicentem:vade, & accipe librum apertum de manu Angeli stantis super mare,& super terram. & abij ad Angelum dicens ei,vt daret mi-

Ezech.3.

mihi librum,& dixit mihi: accipe librum,& deuora illum,& faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulcis sicut mel.ita etiã Ezechieli,fili hominis venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto,quod ego dabo tibi:& comedi illud,& factũ est in ore meo sicut mel dulce,& paulò post:& abi amarus indignatione spiritus mei.

¶Sed quorsum Ioannes illum acceperit non tacet.& accepi,inquit, librum de manu Angeli, & deuoraui illum : & erat in ore meo tanquàm mel dulce, & cum deuorassem eum amaricatus est venter meus. & dixit mihi: oportet te iterum prophetare gentibus,& populis,& linguis,& regibus multis. Quare qui hunc librum scripturam esse interpretantur,mistico sensum interpretari videntur,vt ait Sixtus Senens.libro.2.Bibli. verbo volumen. lib. Quod Gregorius quidem satis aperte indicauit, his verbis: sicut per Prophetam prædicatorum ordo,sic per librum quem accepit sacrę scripturæ paginæ designantur.Etenim sicut in hoc libro scripta erant, quæ Ezechiel ante Ioannem vaticinaturus erat contra populos & gentes: ita hic liber continet supplicia , quæ Deus impijs præparauit.

Sixtus Senensis. Grego.

¶Quod autem Ioãnes hunc librũ vidit in dextera patris sedentis super thronum,significat,patrem quasi dextera manu librum porrigere soluendum & legendum,vt ex sequentibus manifestum est.& vidi Angelum fortem prædicantem voce magna , quis est dignus accipere librum & soluere signacula eius.&c.

¶*Signatum sigillis septem.* Alienum autem esse sensum,quem præbẽt præ dicti qui per hunc librum sacrã scriptu-

A

ram intelligunt Ioan. ipse declarat. Qui.cap.6.&.7.docet non plura fuisse sigilla quàm septem,& singula ferè sigilla calamitatem aliquam magnã continere. Quare septem sigillis signatus erat liber,quæ nisi tollerentur, ille aperiri aut legi non poterat. Quoniam calamitates illæ,quæ sigillis cõtinebantur,prius venturæ erat, quam ea quæ in libro scripta erant aperirentur,aut cognoscerentur. Hoc ita esse

B

intelligitur quoniam septem calamitates sigillis contentæ prius prænunciantur & manifestantur,vt videmus cap.6.&.7.& deinde Ioãni datur liber apertus,diciturquè illi, oportet te iterum prophetare gentibus,& populis. Sigillum quasi signum paruum est, quo nimirum ad custodiam rei concluse homines vti cõsueuerunt.Hinc remansit consuetudo signandi literas anulo.Hinc illud.3.Regum.21.vbi Iezabel anulo regio signat literas aduersus Naboth. Hinc factũ est quod

C

sepulchrum Domini quod Iudæi magnopere custoditum curabant sigillo consignarent Math.27.illi autem munierunt sepulchrum signantes lapidẽ cum custodibus , addiderunt custodes contra vim. & præterea signarũt contra fraudem : ne qua via auferri corpus dominicum posset. Sic Dan. 14.dicitur regi:claude ostium & signa

D

anulo tuo.Quæcumquè ergo diligẽter sunt custodita,signata esse dicuntur vt Deute. 32. Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis.Cum ergo mysteria significantur esse abscondita,tunc dicitur esse signata.Vt Dan.8.signa visionem. &.c. 12.signa librum.Sic in nostro textu liber signatus dicitur vt arcanum quid & occultum præseferat . ¶Quod si priorum patrum sententiã sequamur

Apoc.c.6. &.7.

3.Reg.21.

Math.27.

Dan.14.

Deu.32.

Dan.8.

di

dicitur esse signatus septem sigillis, vt maximam esse difficultatem in eruēdis mysterijs intelligamus. Numero enim septenario plenitudo quædam & consumatio designatur, vt in initio Apocalypsis diximus. & ita accipitur numerus certus pro incerto. Ita notabat Aymo, & alij recentiores. ¶Sed alij magis volunt vt septem sigilla septem difficultates scripturę significēt. De quibus Vgo Cardinalis hīc, vel septem tempora Ecclesiæ vt Lyra, & scholia græca traddūt, vel septiformē gratiam spiritus sancti à quo sacra scriptura est condita de quo Beda & Anselmus.

Beda. Anſel.

¶*Et vidi angelum fortem & prædicātem voce magna, quis est dignus aperire librum, et soluere signacula eius.* & vidi inquit, Angelum fortem, ideſt, magnæ virtutis: qui tamen fatebatur se nō posse aperire librum: & quærebat qui posset. Gabrielem Angelum videtur Ioan. intelligere dum vocat fortem. Ita Lyra. nam Gabriel interpretatur fortitudo Dei, & fuit nuncius incarnationis. Lucæ 1. & ideo illi rectè conueniunt hæc verba, quis est dignus. &c. Quibus declarat necessitatem incarnationis Dñi., vt iam sit aliquis qui posſit & dignꝰ sit aperire librū ęternū.

Prima opinio. Quod Angelus fortis Gabriel vocatur.

Luc. 1.

¶Per hunc Angelū ita clamantē intelligunt alij. patrū antiquorū corcordem expectationē incarnationis. Ita Beda, Anſel. & Rupertus, iuxta illud Math. 13. Multi Prophetæ & iusti voluerunt videre quę vos videtis, &c. & 1. Petri. 1. & de illo scrutati sunt Prophetæ. & fuerunt fortes sperando. Sic Esai. 30. in silentio & spe erit fortitudo vestra .. & vna erat illorum vox propter vnitatem fidei. De quo ad Hebre. 11.

ꝓxe ūda opinio quod Angelus fortis ſit pater antiquorū concorꝫxpectatio incarnationis. Math 13 & 1. Pet. 1.

Eſa. 30.

Hebr. 11.

¶Potest & hęc allegoria ad omnes prædicatores legis diuinæ extendi, nā omnes id prædicant. ita Ansbertus intelligit citato Malach. 2. Vbi de sacerdote prædicante dicitur: quod Angelus Domini est.

3. opi. Angelus est omnis prædicator. Malā. 2.

¶Abbas Ioachin Ioānē Baptistā intelligit. qui dicebat se indignum esse soluere corrigiam eius. Lucæ. 3. Quā sententiam allegoricē tractat Abbas de solutione mysteriorum Christi.

4. opio. Angelus iſte erat Baptiſta. Luc. 3.

¶Vbi notādū est quod multi expositores dicunt ordinē esse præposterū in hoc loco. Quæ figura dicitur à grā matricis ὑsterō proterō. Prius enim est soluere signacula quàm aperire: & tamen hīc dicitur prius aperire quàm soluere signacula. & subesse hīc mysterium existimant. nam aperire librum dicunt quod significat adimplere ea quæ in libro scripta sunt. & quia prius redemptor noster in se implevit veterē legē quā declararet obscuritates sigillorum, ideo prius ponitur hīc aperire, quā soluere signacula libri. Ita sentit Ansbert. & habetur hīc in Collectaneis. Sed non est opus hīc admittere illam figuram præposteri ordinis sed cū Lyra ita exponere: vt aperire librū sit aperire arcana diuina in cōmuni: & soluere signacula, sit figillatim & exactius singula mysteria explicare. & hoc modo ordo est rectꝰ nō præposterus: prius enim est in cō muni quàm in speciali mysteria exponere.

Et nemo poterat nec in cœlo, nec in terra nec subtus terrā, aperire librū, nec respicere illum. His verbis significare vult Ioā. quod nulli puræ creaturæ pater integrè reuelauerat, quæ vltimis temporibus futura erant. Præterea, hinc etiam intelliges, creato intellectui esse negatam plenam intelligentiam sacræ scripturæ si viribus naturæ tan-

Esa.29. tum nitatur. Sic dixit Esai. c. 29. quod liber erat signatus quem nec literati intelligunt. Nam sicut habetur. 2. Petri. 1. 2.Pet.1. Prophetia scripturæ propria interpretatione non fit, sed eodem spiritu quo fuit condita explicanda venit. in huius rei typum daturus Dominus legem prius sex diebus nube & fusca caligine texit montes. Exod. 24. Exod.24. Sex enim ætatibus, quæ Christum & tempus gratiæ præcesserunt, in tenebris versabantur homines, & D. legis quadam ignoratione. Nam siquis tũc mysteria assequebatur id totum non nisi per Christum venturum donabatur. In septimo autem die iam se aperuit montis caligo: & vocauit Dominus Moysem. quia in tempore gratiæ & Christi erant hæc mysteria reuelanda apertius. Quia fuit septimæ & postremæ ætatis spatium. Inductiuè verò Ioãnes hic vniuersalem propositionem probat, scilicet, quod non est qui librum aperiat. Nam neq; in cœlo, vbi Angeli sunt: nec in terra, vbi mortales homines degunt: nec subtus terram, vbi & animæ & spiritus qui versantur in pœna quisquam est qui id possit.

¶Est autem notandum, quod quia responsa & oracula sæpe reddere existimabantur defunctorũ animæ magicis artibus euocatione: vt anima Samuelis. 1. Regum. 28. aut etiam dæmones inter idolatras: ideo dicitur hîc: nec subtus terram, quia nullus ab inferis euocatus spiritus hæc sacra mysteria explicare poterat. Sunt hæc plurimum notanda contra petulantia quædam ingenia aliquorum, qui solis humanis disciplinis instructi ad explicationem sacræ scripturæ accedunt: & ad hoc expectant interrogationes illæ Angelorum Esaiæ. 63. quis est iste Esa.63. qui venit de Edon? & Psalm. 23. quis est iste rex gloriæ? vbi Angeli admirati mysterium Christi ignorant per naturalem scientiam: ita vt nec respicere librum hîc dicantur. i. contemplari gratiam quæ in nouo testamento resplendet. Ita notat Beda. Psa.23.

¶Si igitur sacræ scripturæ mysteria intelligere velimus, pulsemus ad ianuã Christi: aliàs enim ea minimè intelligere poterimꝰ. vnde D. Ambro. Ambro. si. ser. 8. in Ps. 118. exponẽs illũ locũ: misericordia Dñi plena est terra: Multa, inquit, obscuritas in scripturis propheticis: sed si manu quadam mentis tuæ scripturarũ ianuam pulses, & ea quæ sunt occulta diligenter examines, paulatim incipies rationem colligere dictorum, & aperietur tibi non ab alio sed à Dei verbo, de quo legis quod agnus librũ signatũ aperuit, quem nullus ante aperire poterat. Quia solus Dominus Iesus in euangelio suo Prophetarum enigmata, & legis mysteria reuelauit, solus scientiæ clauem detulit, & dedit aperire nobis. Dicunt se Iudæi habere clauem scientiæ, sed nõ habent. Nam si haberent, ipsi ingrederentur, ipsi agnoscerẽt penetralia scripturarũ. Nunc autem væ vobis scribę & pharisæi, qui abstulistis clauẽ scientiæ, & ipsi non introistis, & introeuntes prohibuistis. Quomodo enim clauem potestis habere scientiæ, qui scientiæ negastis authorem?

¶Anselmus verò respicere librum declarat, idest, plenè intelligere. Germanior videtur sensus Bedæ. Hic verò notandum est quod multi expositores intelligunt aperire librum, non pro explicare, sed pro adimplere, redimendo & saluando homines: quod solus Deus potuit facere. Ita Ansbert. & Richard. & hoc dicunt esse illud Ansel. Ansbert. Richar.

quod

Esa 63. quod habetur Esai.63. secundum ver sionem.70.interpretum, non legatus nec Angelus,sed ipse saluauit eos. vbi Hebraica lectio habet Angelus faciei eius saluauit eos, quæ versio plausibiliter recipitur àpatribus:quia plurimũ habet nostrę fidei.& hoc est,quod nemo potest aperire librum.

Neque subtus terram. Ex hoc colligit Grego.4.Dialogo.c.42. Infernum esse sub terram.& verba hæc dici putat de animabus corpore exutis. Sed de dęmonibus hoc etiam intelligendum est.

Greg. to.2 fo.42.

¶ Ne respicere illum. In Cręco est nec videre illũ.i.nulla creatura est inuenta quam tãto honore dignatus sit Deus:vt posset aperire librum,& videre & legere illum.

¶ Et ego flebam multum quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum, ne videre eum. Difficultatẽ facit in hoc textu quod quando hæc visio apparuit Ioanni,iam liber per Christum erat apertus.Non ergo erat causa flendi.Minimè verò satisfacit id quod in Collectaneis legitur:nempe quod de sua hac Apocalypsi loquatur Ioãnes, cuius mysteria dolebat à nemine posse intelligi.Hoc,inquam, non satisfacit:quia ipse Ioãnes rectè intelligebat suam Apocalypsin:quã illi Deus dedit palàm facere. Ideo satius fuerit vt dicamus gessisse Ioan. personam aui quorum patrum,qui mundi cæcitatẽ & naturæ nostræ tenebras per peccatum inuectas dolebant:considerantes illud Ecclesiastici.41.Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus quæ vtilitas in vtrisquè?ita exponit Richardus.

Quare fleuerit Ioannes variè explicatur à doctoribus.

Eccle. 41.

Richar.

¶Sed alij vt Abbas Ioachin istud dici affirmant in persona primitiuæ Ecclesiæ.Non enim tunc plenè à popularibus cognoscebantur mysteria.

Abbas Ioachin.

A & ipse flectus etiam declarat desiderium,quo ardebat Ioãnes cognoscẽdi omnes euẽtus futuros in Ecclesia: ita notat Lyra. ¶Et etiã naturæ defectũ & ignorantiã deflet Ioãnes magno zelo adductus. Ita afferit Beda. D. Ber nar.sermo.12.in natali Domini hęc explicãs verba,meritò,inquit, flebat Ioãnes non inueniri qui aperiret librum: & solueret signacula eius.Dum enim clausus staret,nemo ex nobis diuinã B illam sapientiã attingere prævaleret. Aperi tu librum agne dei,vera mansuetudo fodiendas expone Iudęo manus tuas,& pedes tuos, vt qui in eis latet,procedat thesaurus salutis &copiosa redemptio.Frange deniq; esurientibus panem tuum.solus enim frangere potes,qui solus vt confracta,solides stare potes,& in ipsa confractione solus potestatem habes ponẽdi animã, & cum volueris resumendi,&c. hæc C ille.

Bernard.

¶ Et vnus de seuioribus dixit mihi ne fleueris:ecce vicit leo de tribu Iuda,&c. & vidi ecce agnum stantem.&c.& venit & accepit de dextera sedentis in throno librum.& cum aperuisset librum. &c. Animaduerte obsecro, quod leo aperit librum,& soluit septem signacula eius,sed factus agnus, ipse Deus qui est rerum omnium Dominus, qui est fortis &potens, imo perquam D fortissimus leo res heroicas gerit,miras operatur virtutes, innumera erigit trophęa, omniaquè sacrarum literarum mysteria aperit,& complet: at hoc intelligendum est factus humilis, & agnus mansuetus. Hinc erat vox illa Esaiæ capite.40. super montem excelsum ascende tu,qui euangelizas Syon: exalta in fortitudine tua, qui euangelizas Hierusalẽ dic ciuitatibus Iudę:ecce deus vester:ecce domi

Leo aperit librum sed factus agnus.

Esa.40.

nus Deus in fortitudine venit. Veniet leo ille sed factus agnus. Veniet infans iaciens in præsepio, sed Dominus est virtutum: veniet vagiens inter arcta positus præsepia, sed fulgēs in cœlo, ita vt tartara corā ipso cōtremiscāt.

Nam patitur Deus diu fuorū luctum. Luc.7.

¶ *Et vnus de senioribus dixit mihi nē fleueris.* Non patitur Deus diu suorum luctum: sic Christus solatus viduam dixit: noli flere. Lucæ.7. Sed quid est, quod non consolatur Angelus Ioānem flentem, sed vnus ex senioribus. Solent enim consolationes diuinæ ministerio fieri Angelorum: sunt namq; Angeli in ministeriū missi, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis Ad Heb.1. Ex ipsa consolationis ratione causam colligemus, cur non ab Angelo, sed ab vno ex senioribus sit data.

Heb.1.

¶ *Ecce vicit leo de tribu Iuda, aperire librū & soluere septē signacula eius.* Consolationis summa hæc est, quia iā adest in mundo Christus redēptor noster, qui sacræ scripturæ nodos dissoluat: & sigilla resignet. Vult Deus vt tractatores sacrarum literarum, non tàm ab Angelis & inspirationibus internis, quàm à sacris Prophetis, & à patrum traditione petant intelligentiā mysteriorum. quin potius confidenter. Paul. ad Gal. ait. Licet Angelus de cœlo euangelizet vobis, præter id qđ euangelizauimus vobis, anathema sit: facilè enim possumus falli in Angelo: nam spiritus mendax se transfigurat in angelum lucis aliquando: & inspirationes internæ sæpè creduntur esse à Deo, & non sunt. Ideo certior via exponendæ scripturæ est, vt à senioribus accipiatur. ¶ Vnus autē hic senior typus fuit vnius cuiusquè Prophetæ Christū prænuncians. Ita Ansel. & Richa. siue senior iste chorū significat Prophetarū, antiquos patres de futuro redemptore consolantium ita Anselmus. ¶ *Ecce vicit leo de tribu Iudæ* D. Hiero. c.29. in Esaiam exponens illum locum: & erit vobis vilio omniū sicut verba libri signati, erit (inquit) vobis omnis scriptura sancta signata & clausa, vt vos qui legitis literas & Prophetarum vaticinia nosse vos existimatis, & diebus ac noctibus volumina scripturarum indefesso ore meditamini: nō intelligatis quod legitis. Sicut hīc scribit: quis est dignus aperire librū, & soluere signacula eius? ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid vt aperiat librū & soluat signacula eius. Leo autē de tribu Iuda est Dominus Iesus Christus, qui soluit signacula libri, non propriè vnius, vt multi putant, Psalmorum Dauid, sed omnium scripturarum quæ vno scriptæ sunt Spiritu sancto, & propterea vnus liber appellatur, de quo Ezechiel mystico sermone testatur, quod scriptus fuerit intus & foris, in sensu & litera. De quo & saluator loquitur in Psalmis: in capite libri scriptum est de me, non Hieremiæ, non Esaiæ, sed in omni scriptura sancta quæ vnus liber appellatur. Magistris igitur Iudęorū vsq; in præsentē diē nequientibus legere & aperire signacula, & mysteria pandere scripturarū: Si dederis eū libri indocto populo, qui à suis præceptoribus deuoratur, fatebūtur se nescire literas: & idcirco legere nō posse. Atq; è duobus malis leuius est legis imperitiā cōfiteri, quā iactare prudentiā, & nō posse scire quod dicitur.

Hiero. Ezech.3. Psa.39.

Tractatores sacrarū literarū à sacris Prophetis & traditionibus debēt petere intelligentiā sacræ scripturæ. Gal.1.b

Senior iste chorum representat Prophetarum. Ansel. Richar.

¶ Sed notandæ sunt appellationes quas Christo tribuit. hīc vocat leonē, & mox vocaturus est agnū: nam pro diuersis Christi mysterijs & actionibus diuersa nomina sunt ei imposita

hinc

Christo diuersis nominibus appellatur nunc leo, nunc agnus, &c. Exech 1. Apoc. 5.

hinc est quod Ezechie. cap. 1. illum de signat sub vno animali habenti faciē hominis, & faciem vituli, & faciem aquilæ, & faciem leonis. Habet Christus faciem hominis quia verus est homo, vnde Dauid Psalm. 86. de terra Iudææ loquens, ait: homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Natus est in Iudæa filius Dei factus homo, vt homines filios Dei efficeret. Ideo è cœlo descendit in terram, vt homines à terra in cœlum perduceret. Id significabat scala illa quæ in somnis apparuit Iacob, cœlum & terram attingens, quia futurum erat vt per Christi incarnationem, per scalam significatam, terrena cum cœlestib⁹, cōiūgerētur. De hoc homine lo

Gen. 28. Figura.

Psal. 8.

quens Dauid aiebat: Psalm. 8. quid est homo quia memor es eius, aut filius hominis quia visitas eum? minuisti eum paulò minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum. Quem locum Paul. ad Hebr. 2. de Christo interpretatur. Habet faciem vituli, quia vituli pro peccato offerebantur. Leui. 1. vt quia vitulus ille Christum adumbrabat qui pro nobis sponte mortuus est vt Esa. ait. ca. 53. Habet faciem aquilæ altissimè volantis: quia virtute sua ad cœlos ascendit. habet faciem leonis, quia est verus rex & mūdi victor. Est enim leo animalium rex fortissimus & inuictus. Ideo in hoc loco vocatur à Ioāne leo. Vicit, inquit leo de tribu Iuda. Leo enim vocatus est in morte & resurrectione. vnde tacitè hīc citatur prophetia. Genes. 49. Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi ascēdisti: requiescens accubuisti vt leo, & quasi leena quis suscitabit eum? quam prophetiam tractat de Christo Augu. lib. 16. de ciuitate Dei. cap. 41. & Origen. Homil. 6. in Hieremiam. Ex-

Heb. 2.

Leui. 1.

Esa. 53.

Gen. 49.

Augu. Origenes

A presit ergo Christus in morte fortitudinem leonis patiendo, & dicitur leo apertis oculis somnum capere. De quo Pierius in Gieroglificis, & Richard. hīc. ideo Christus accubuit vt leo quia mortis somno, diuinitatis oculis apertis omnia videbat: & ad præ dam ascendit quando de morte & inferis triumphauit. & quia prædixerat hoc vaticinium de Christo Patriarcha Iacob, ideo per hunc seniorem

Pierrius Richar.

B quem hīc refert Ioānes aliqui significari existimant eundem Patriarcham Iacob. Cuius etiam leonis figurā gessit leo ille mortuus, è cuius ore fauus exiuit. de quo dicitur in libro Iudic. c. 14. Examen apum in ore leonis erat, ac fauus mellis. & Paulò post: de forti egressa est dulcedo. Leo fortis Christus est de quo in hoc loco Ioan. ait: vicit leo de tribu Iuda. Morte enim sua mortem superauit. De huius diui-

Fauus. Iud. 14.

C ni leonis ore verba cœlestia fauis dulciora prodierunt. Nulla est esca suauior illis, nulla dulcior ambrosia, sed de hoc loco aliàs dicemus.

¶ *Ecce vicit leo de tribu Iuda.* Communis expositorum sententia est, subaudiendum esse, *diabolum*, vt sit sensus: leo de tribu Iuda vicit diabolum. Quod mihi non satis probatur. Nec enim rectè dici videtur vicit diabolū, aperire librum, præsertim si liber sit

D sacra scriptura vt ipsi volunt: quoniā & si nō vicisset, poterat aperire: & vincere poterat quamuis non aperiret. nihil ergo subaudiendum arbitror. Etenim quod diximus. cap. 3. de verbo æmulor, id nunc de verbo vinco dicimus, poni sæpè cum casu & fine casu. Vt vidimus. cap. 2. & 3. qui vicerit: vincenti dabo edere. &c. & similia, cum fine casu ponitur est quasi intrā sitiuum, & idem valet quod præua-

leo, ſuperior ſum. Abſolutè poſitum, vt in verbis indicatis. ca. 2. & 3. & Pſal. 50. vt iuſtificeris in ſermonibus tuis & vincas cum iudicaris. Ita nunc ait: vicit leo, aperire librum, ideſt, ad ſoluendum ſignacula eius ſuperior fuit, ipſe potuit facere quod nemo potuit. Aut certè ſi aliquid ſubaudiri velimus: dicemus: vicit omnes creaturas, ſuperauit illas viribus & potentia, vel vicit omnia quæ obſtabant vt aperire poſſet librum.

Pſa. 50.

¶ *Leo de tribu Iuda dicitur.* Vt alludat Ioan. ad prophetiam Iacob. Gene. 49. vt ſupra dicebamus, catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi aſcendiſti requieſcens accubuiſti vt leo, &c. Quibus verbis & Chriſti reſurrectio myſticè prædicitur: & poteſtas qua dominaturus erat aduerſarijs ſuis. Iuxta illud ad Roma. 14. in hoc enim Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit, vt & viuorum & mortuorum dominetur. Quoniam ergo ipſe Dominus omnium à patre declaratus eſt & vt leo victurus eſt. Meritò ipſe ſolus dignus eſt aperire librum & ſoluere ſignacula eius, vt per eum nota fiant ſupplicia quæ Deus impijs, & filio ſuo non obedientibus parauit.

Gen. 49.

Ad Ro. 14.

Chriſtus dicitur radix Dauid & quare.

¶ Quia vero vocatur radix Dauid duobus modis exponitur, vnus eſt vt ſecũdum diuinitatem Chriſtus ſit radix Dauid, quia ſecundum diuinitatẽ genuit ſpiritualiter Dauid. Nam Dauid, ſicut antiqui patres fide Chriſti viuebant ſpiritualiter. In eo ſenſu quo dixit Paul. ad Hebræ. 10. ex Abachu. 2. iuſtus meus ex fide viuit. Ita Rupertus, Richar. ¶ Sed alter ſenſus videtur eſſe magis Germanus vt redemptor ſecundum humanitatem ſit radix Dauid ideſt, de extirpe & familia Dauid, hoc eſt de genere Dauidis. Vtrã-

Hebr. 10. Abachu. 2. Ruper. Richar.

A què expoſitionem, habetis in Anſelmo & Lyra hanc poſteriorem eſt ſequutus. & ante illum Ansber. & hæc eſt certior iuxta illud Eſaiæ. 11. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Ieſſe enim pater fuit Dauidis & ideò ex Ieſſe eſt orta virga, ideſt, virgo ſacra. & flos, ideſt, Chriſtus ſecundum humanitatem, de radice eiuſdem Ieſſe & Dauidis mediante virgine aſcendit.

Anſel. Lyra.

Eſai. 11.

B ¶ Pro maiori huius loci explicatione notandum, hanc eſſe conſuetudinem Hebræorum vt radicem appellent, etiam virgam ipſam quæ ſubcedit ex radice. Vt in prædicto loco Eſaiæ pater: egredietur, inquit, virga de radice Ieſſe, ideſt, de Dauid filio Ieſſe. & cap. 53. & aſcendit ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti. Oſeæ. 14. Germinabit ſicut lilium, & rumpet radix eius vt libani.

Eſa. 53.

Oſeæ. 14.

C 2. Macha. 1. & exijt ex eis radix peccati Antiochus illuſtris. Meritò ergo Chriſtus dicitur radix Dauid quia de ſtirpe eius germinauit. Sicut & infra. cap. 22. ego ſum radix & genus Dauid. Ita etiam locutus eſt Eſa. cap. 11. inde illa erit radix Ieſſe qui ſtat in ſignum populorum: ipſum gentes deprecabuntur. Quod Paul. ad Rom. 15. de Chriſto interpretatus eſt. Sed cur eum vocat radicem Dauid? vt oſtendat eum

2. Mach. 1.

Eſa. 11.

Rom. 15.

D eſſe qui miſſus eſt ad ſalutem hominum, atquè inde intelligetur maximum ſupplicium impendere ijs qui illum non obediunt: iureque ipſum librum aperire. Meritò igitur hic ſenior lacrimas prohibet, cum iam lætitiæ tempus aduenerit. Sic etiam dixerat Zacha. 9. exulta ſatis filia Syõ, &c. & magis ad rem noſtram dixit Ioel. cap. 2. filij Syon exultate & lætamini in domino Deo veſtro quia dedit vobis

Zach. 9. Ioelis. 2.

bis doctorem iustitię.& hoc est quod hic habetur:aperire librum,idest, vt aperiat librum & soluat septem signacula eius.

7 signacula mysticè explicata à Bernardo.

¶Septẽ signacula sunt inquit Bernard.temporalis natiuitas, legalis circumcisio, mœris purgatio,fuga in Aegyptũ,carnis necessitudo, baptismus, passio.Hæc si quidem sunt veræ quędam humanitatis insignia, quibus se teneri, ac ligari voluit incarnata Dei sapientia.& quod ipse erat hęc diuina sapientia,ocultauit per prædicta signacula.Verum tamen hæc abscondenda erat, & in humilitate perficienda, vt omnium implerentur oracula prophetarum. Passus est ergo in cruce impassibilis Deus, & in carne nostra mortali mortuus ac sepultus, immortalis Dei filius.Sed ecce.3.die resurrexit à mortuis,& qui agnus extiterat in passione,leo factus est in resurrectione.Surrexit & uicit leo de tribu Iuda, quia mortem quam exinfirmitate nostra pertulit,ex virtute sua surgendo ealcauit. Resurgens enim à mortuis iam non moritur,mors illi vltra non dominabitur.Resurgendo autem, & in cœlum ascendendo, librum aperuit,quia nimirum ex autoritate sacrę scripturæ quod Deus esset innotuit. Vnde scriptum est:exaltare super cœlos Deus & super omnem terrã gloria tua.Septem quoquè eiusdem libri signacula soluit,quando eloquia sacra fidelium mentibus reserauit, & quic quid de mysterijs suis lex & prophetæ sub allegorijs prædixerant, de his, scilicet,quæ per hominem temporaliter gessit,de se prædicta,& in se, ac per se completa luce clarius. indicauit.Hæc Bernard.sermo.14. inter sermones paruos.

Exech 5

Bernardꝰ.

Et vidi & ecce in medio throni & quatuor animalium & in medio seniorum agnum stãtem tanquam occisum. Christus Redemptor noster dicitur in medio residere omnium. De qua supra.ca.1. monuimus.Sic habetur Mathę.18.vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum. & consonat illud Psalm.124. montes in circuitu eius,& Dominus in circuitu populi sui.Idest,perfecti homines per montes significati,sunt in circuitu assistentes domino & ipse dominus qui nõ est acceptor personarum æquabilis est,& se omnibus fruendũ præbet.Est Christus velut cor in medio Ecclesiæ,& illi vitam & modum suggerit. Item in medio tenent omnes Christum honoris causa. Narrauerat ille senior aduenisse leonẽ, sed Ioannes non vidit leonem sed agnũ. Nam quando victoriæ fiebat mentio tunc Christus,appellabatur leo,cuius est vincere & fortiter agere. Sed quãdo dicitur tãquam occisum vocatur agnus,quia tanquam agnus immolatitius vltro mortem adijt.Hierem.11. & ego tanquam agnus mansuetus, qui portatur ad victimam.& Esai.59.& tãquam agnus coram tondente se obmutescit.De quo etiam Esaiæ.16.dicitur:emitte agnum,Domine dominatorem terræ.Est ergo notandũ quod vterquè Ioãnes Euangelista & Baptista hac agni appellatione videtur delectari. Nã Baptista dixit:ecce agnus Dei,ecce qui tollit peccata mũdi.Ioã. 1.Insinuans quod Redemptor abstulit peccata mundi,non tanquàm leo, scilicet,vnguibus lacerando peccatores, vt olim Hodoniã. Lacerauerat: sed sanguine fusso in columi peccatore,purgationem peccatorum fecerat, ad Hebræ.1.Ioan.etiam Euangelista, in suo Euangelio. c.19.citat illud Exo

Quare Christꝰ dicitur in medio teniorum residere.

Math.18.

Psa.124.

Christꝰ agnus occisus

Hiere.11.

Esa.59.

Esa.16.

Vterquè Ioãnes delectatur appellando Christũ agnum.

Hebr.1. Ioa.19.

Exo.12. di.12. Os non comminuetis ex eo, sa- A omnibus adoratum, tanquam occi-
tis indicans redemptorem nostrum sum, ideſt, tanquam eum qui pro salu
typicè significari per agnum imma- te omniũ verè mortuus est, & ideo
culatum, qui in veteri lege sacrifica- maximè ab eis debuit honorari. Ita e-
batur: cui ossa non erant frangenda, si tiam, vidi agnum stantem, ideſt, viuũ,
cut Christo cruci affixo fracta non non mortuum vt aliquando viderã.
fuere. stantem, inquam, tanquam occisum,

Orig. ¶Est etiam notatio Orig. Homil. ideſt, sicuti esse debebat is qui pro dei
24. super numerum, quod in præci- gloria & salute hominum occisus fue
puis sacrificijs veteris legis semper of rat. Decebat enim Dei bonitatem &
ferebatur Agnus. Vt sic intelligamus gloriam, vt qui mortuus fuerat pro
Christi oblationem esse præcipuam. B eo, resurgeret: & qui occisus erat, sta-

Quare agnus stare dicatur. Psal.109. Marc.vlti. ret. Rectè etiam vocat agnum stantẽ, ¶Hic autem agnus stat, non sedet quoniam in nomine agni mors & im aut iacet: sicut cum iudex dicitur sedu molatio indicatur, in eo quod stat, sig rus, & sedere adextris Dei patris. Psal. nificatur resurrectio. & per mortem 109. & Marc. vlt. ratio est quia in Ec- & resurrectionem suam potestatem clesia militanti adest tanquam auxi- in omnes homines accepit, vt omnes liator, qualem videbat Stephanus. A- sibi subijciat: vt Paul. docuit ad Rom.

Acto.7. ctorum.7. Ecce video cœlos apertos 14. in hoc enim Christus mortuus est, Rom.14. & Iesum stantem, quia auxiliantem & resurrexit, vt & mortuorum & vi-
in bello & in agone aspiciebat. Qui uorum dominetur.
enim auxilium fert nõ sedet, sed stat.

Grego. Ansel. Ansber. Quod considerabat Grego. lib.2. c.2. C ¶ *Habentem cornua septem.* Cornua Cornua reges & regna in sacra scriptura. Zacha.1. Apo.17. Augu. Ruper. Miche.4.
Mora. & Ansel. & Ansber. hîc. in scriptura significãt reges & regna,
vt habetur Zachar.1. & Apoca.17. pro
pter fortitudinem & eminentiam. &
de hoc legite Augu. Psal.117. & Gre-
gor. super.1. Regu.2. & Rupertũ hîc,
& Miche.4. Septem ergo cornua vni
uersorum regnorum regẽ esse Chri-
stum significant. Nam de septenario
numero dicebamus supra Apoca.c.1. Apo.1.
esse numerum cõsummationis. Hoc

Luc.vlt. ¶Possumus quoquè coniunctio- D ergo Christi regnum est spirituale,
nem, tanquam, ita accipere, vt non si- de quo Lucæ.1. dabit ei Dominus se- Luc.1.
militudinem indicet sed veritatem. dem Dauid patris eius, & Psal.71. do- Psa.71.

Tanquam in sacra scriptura variè vsurpatur. Vt Ioan.1. & vidimus gloriam eius minabitur à mari vsque ad mare, &c.
gloriã quasi vnigeniti à patre. 2. Cor. coram illo procident Aethiopes. Ista
3. in eandem imaginem transformamur tanquam à Domini spiritu. &. c. est expositio communis.

2. Cori.5. &.11. 5. pro Christo ergo legatione fungi- ¶Aliter hic locus potest interpre Cornua 7. sunt angeli septem quibus cura omnium gentiũ data est.
mur tanquam Deo exhortante per tari, ex eo quod addit post hæc ver-
nos. Vt sit sensus vidi agnum stantem ba: habentem cornua septem, & ocu-
in medio throni, & seniorum, & ab los septem, qui sunt, inquit, septem spi-
ritus Dei missi in omnem terram quę

ver-

verba ad vtrumquè referuntur. Vt ait Aymo.1.ad ſeptem cornua, & ad ſeptem oculos. Angeli enim ſeptem quibus cura omnium gentium data eſt,& qui à Deo miſſi dicuntur in omnem terram,ſunt ſeptem cornua agni,quia per illos agnus ventilat,& vincit aduerſarios hominum dæmones, & pugnat cum illis,& ab iniurijs & inſidijs eorum,humanum genus defendit. Ex hac enim ſimilitudine, animalium cornua in ſacra ſcriptura ſæpè ponuntur. Sunt etiam oculi Chriſti: quia per illos Chriſtus prouidet hominibus,& inſpicit eos, vt tueantur. Vnde Zachar.3.ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt.&.ca.4. de eiſdem, ſeptem iſti oculi ſunt domini qui diſcurrunt in vniuerſam terram. & hoc de ſeptem cornibus & de ſeptem oculis meritò hîc cõmemoratur, vt ſciãt homines impij & miniſtri diaboli, Chriſti curæ eſſe ſalutem ſuorum: & quãuis eos ad tempus affligi ſinat, aliquando punitarum eſſe eorum perſequutores,& inimicos.

7. Angeli ſunt.7.oculi Chriſti.

Zach.3. &.4.

¶ Et oculos ſeptem,qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei miſſi in omnem terram, Si ſequamur communem patrum expoſitionem dicendum eſt. Quod ſapientiæ illuminationem perfectã omnia penetrantem, atquè diuinam prouidentiam omnibus bona emolumenta procurantem ſeptem oculi ſignificant. Nam ſicut in Chriſto eſt regia poteſtas immenſa,ita & ſapientia. Debent enim commenſurari regia poteſtas & ſapientia.Sic Iob.12. Apud ipſum eſt fortitudo & ſciẽtia,& ipſe habet conſilium & intelligentiam. Quare cum oculi Dei in ſacra ſcriptura eius infinitam ſcientiam & prouidentiam præſeferant, qua cuncta gubernat,intuetur,& adminiſtrat: Oculi domini contemplantur vniuerſam terram,& præbent fortitudinem his,qui corde perfecto credunt in eum. 2.Paral.16.Iure optimo hos ſeptem Chriſti oculos,immenſam Chriſti ſcientiam,& prouidentiam deſignare dicemus,qua orbi terrarum prouidet, & omnibus ſperantibus in eo bona præſtat. Hi ſunt ſeptem oculi de quibus Zachar.ait.ca.3.ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt.&.cap.4.ſeptem iſti oculi ſunt Domini qui diſcurrunt in vniuerſam terram,omnia,ſcilicet,intuendo,& omnibus prouidendo. Ait ergo Ioan.vidi agnum ſtantem, tanq̃ occiſum,habentem oculos ſeptẽ qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei miſſi in omnem terram. hi ergo ſeptem oculi & ſeptẽ ſpiritus,vel ſunt multi Angeli, per quos Deus omnib⁹ mortalib⁹ prouidens,eorum ſalutem & cętera emolumenta procurat.numerus enim ſeptenarius(vt ſæpè diximus)pro infinito vſurpatur,vel ſunt ſeptẽ illi præcipui Angeli vt ſupra diximus.Hanc etiam prouidentiam Dauid ſic ſignificat,& explicat Pſal.32.ecce oculi Domini ſuper metuentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. Quod ſi per hos ſeptem ſpiritus intelligere vellimus ſeptem dona ſpiritus ſancti:tunc dices, quod hæc ſapientia ſeptem dona continet Spiritus ſancti Chriſto communicata Eſaiæ.11.& dicuntur miſſa in omnem terrã, quia per ſe & per ſuos Apoſtolos, quantũ eſt ex parte Chriſti,omnibus hominibus ſunt donata.nam in omnem terram exiuit ſonus eorum,& infines orbis terræ verba eorum.Pſalm.18. Sed his explicationibus omiſſis,mihi magis probatur quæ paulò antè adduximus.Vt hæc ſeptem cornua, & ſeptem oculi ſeptẽ ſpiritus Angelici ſint.

Pſal.32.

Eſa.11.

Pſa.18.

Diuina ſapientia per oculos ſignificatur.

Iob 12.

Et

¶ *Et venit & accepit de dextera sedentis in throno librum.* Christi redemptoris opus est mysteria diuinæ legis aperire, & in se ipso adimplere. Sic Lucæ 4. refertur librum Esaiæ qui erat inuolutum euoluisse Redemptorem, & ostendisse impletam esse illam prophetiam, quæ habetur Esaiæ 16. Spiritus Domini super me. & etiam dicitur Lucæ vltimo, Aperuisse discipulis sensum, vt intelligerent scripturas. & ita Ioan. 16. dixit: multa habeo vobis dicere quæ non potestis portare modo.

Luc. 4. Esa. 16. Luc. vlt. Ioa. 16.

¶ Cæterum iam hîc manifestissimè vides, quod initio capitis contra multos diximus, patrem esse eum qui sedebat in throno, nõ christum. In hoc autem quod Christus dicitur venire ad patrem, Minor illo ostenditur quatenus homo est, & æqualem cum illo honorem non habens. Librum accipit quasi sibi soli debitum, vt aperiat, qui iudex & Dominus est omnium hominum, vt ipse pœnas prænũciet & affligi iubeat.

Et cum aperuisset quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno. Agnouerunt manifesto indicio diuinitatem agni omnes qui aderant, & beneficium mirabile sibi conferri à Deo exponendo, & adimplendo mysteria libri. Quam ob rem veneratione maxima agnum inprimis prosequuntur, & coram illo se prostrant. Nam si dijs & magistris teste Aristote. nõ possumus reddere æquale, neque parentibus: illi qui simul est Deus, & magister, & parens, multo minus potest reddi æquale. Et ideo tota Ecclesia adorabũda Deum, agnoscens non posse se respondere tanto beneficio cadit coram agno. & Ioa. 9. vbi cæcus à natiuitate agnoscẽs Deũ cadit coram illo: & magi ab oriente venientes idem faciunt. Sic animalia sancta Ezechiel. 1. audientes vocem supernam stabant & submittebant alas suas: nimirum præ veneratione. Ceciderunt ergo isti coram agno agnoscentes eius potestatem, & iuste illi datam esse confitentes, & gaudentes. Cæterum hic per anticipationem dicitur, & cum apperuisset librum. c. enim sequenti enarratur apertio eius.

Aristo. Ioa. 9. Matth. 2. Matth. 2. Ezech. 1.

Habentes singuli cytharas, & phialas aureas, plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum, & cantabant canticum nouum. Musica potissimum inuenta fuit ad laudes diuinas, & magnorũ virorum gesta personanda. Ideo hi seniores Ecclesiam repræsentantes, cytharas, hoc est, instrumenta musica habere dicuntur: quod Deo laudes, & agno sunt mox cantaturi. Habent ergo singuli cytharas quibus dei laudes læti personent. Hoc autem & si omnium sanctorum sit, & nomine omnium vt diximus Deum isti seniores laudent. Maximè tamen hoc decet seniores, vt qui maiora à Deo beneficia acceperint, & meritis atque gloria reliquos præstent. Sicut scriptum est Psalm. 32. exultate iusti in Domino, rectos decet collaudatio. Atque iustiores magis exaltare debent, & magis eos decet collaudatio. ¶ Est autem egregia interpretatio huius mysterij, quod cytharę mortificationem & afflictionem corporis significent, quo sancti homines Christi passioni sese conformant. quę est optima ratio gratias agendi agno: nam Cytharæ lignũ habent, cui alligatæ cordæ de mortui animalis intestinis maceratis effectæ tenduntur. Quæ omnia ad mortificationem corporis attinent. Crux enim per lignum cytharæ significatur, &

Psal. 32.

Quod per cytharas mysticè significetur.

per

per cordas extenſas caro noſtra macerata & afflicta intelligitur. Cum ergo paſſione ſua Dominus vtriuſquè teſtamenti præconia in ſe comproba ret impleri, Eccleſia gratias referens, ipſa quoquè ſe paſſionibus offert, vt iuxta Apoſtolum impleat ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne ſua. Cytharis enim vbi ligno cordæ tenduntur, corpora ſignificãtur, mori parata. Sic intelligunt patres hunc locũ. Beda. ſ. Ansber. & Anſel.

Phiale an rem quod ſignificent.

¶ Habent etiã phialas quæ ſunt poculæ ſuperiori parte patentia, & lata. Solent hæc vaſa menſis conuiualibus adhiberi in lætitiæ ſignificationem, quæ ita adhibentur in hoc loco in ſignum gaudij, quod ex aperto libro per agnum Eccleſia tota cœpit, repreſentata in illis ſenioribus. & per hæc vaſa lata, generaliter intelliguntur corda latitudine charitatis patula, quæ extenduntur etiã erga inimicos. vt infra dicemus. ita Beda, & Richar.

¶ Quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram agno habentes ſinguli cytharas, et phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum. Docet hic locus ſanctos in cælis pro nobis preces fundere. Angeli enim in primis pro nobis precantur, & pro ſua virili res noſtras procurant. Zachar. 1. ait quidam Angelus: Domine exercituum vſquè quo tu non miſereberis Hieruſalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es: iſte iam ſeptuageſimus annus eſt. Cuius Deus preces audiuit: nam ſtatim ſubiungitur: & reſpondit Dominus Angelo qui loquebatur in me verba bona, verba conſolatoria. Tobię vltimo teſtatur Raphael obtuliſſe preces omnes Tobię. Hoc idem teſtatur noſter Ioã. inferius. cap. 7. vbi ait: ſe vidiſſe angelum ſtantem ante altare habentem thuribulum aureum: & data ſunt illi incẽſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum omnium, ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei: & aſcendit fumus incenſorum de manu Angeli coram Deo. Angeli ergo ſancti non ceſſant orationes fundere pro nobis. Hoc idem cęteri ſancti facere minimè dubitamus. Quod vel ex hoc loco & ex alijs conſtare poteſt. 2. ſiquidem Macha. cap. 15. legimus, Oniam ſummum ſacerdotem, & Hieremiam, vita vtrumquè orbatum, apparuiſſe Iudę Machabęo, & precibus pro populo Dei obſecrantem. Neq; hoc mirum nobis eſſe debet. Nam ſi auarus ille crudeliſſimus de quo mentio fit apud Lucam. c. 16. Fratrum ſuorum apud inferos recordabatur, à quibus pœnas, quibus ipſe afficiebatur, depellere cupiebat: cur ſancti benigniſſimi ſuorum in cœlo obliuiſcentur: maximè cum nobiſcum amore maximo & charitate ſint coniuncti? eſt enim amor ſolicitus & anxius natura ſua. Quare ſi pro nobis Deum non precarentur, ſi res noſtras non curarent, ſi charitatis munera nõ prę-ſtarent, illis obijcere poſſemus quod Ioã. ait in prima epiſtola. cap. 1. Qui viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? Implore-mus ergo ſanctos viros in cœlesti patria exiſtentes, precemur eos, vt noſtras curent, quando noſtrę participes ſunt naturæ, & in eiſdem, quibus nos, periculis verſati ſunt. Dicamus Domino cum Baruch. 3. c. Domine omnipotens Deus Iſrael, audi nunc oratio nem mortuorum Iſrael. Patriarcharum, ſcilicet, & Prophetarũ, qui mortui ſunt.

Sancti in cœlo charitate pleni pro nobis orationes fundunt & mul & angeli. Zach. 1.

Tob. vlt.

Infra. 7.

2. Mach. 15.

Luc. 16.

1. Ioa. 3.

Baruch. 3.

¶ *Plenas odoramentorum*, inquit Ioã. *quæ sunt orationes sanctorum.* Hi homines etiam pro inimicis orant. Quæ oratio Deo est gratissima. Psal.140. dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. & ideo dicuntur istæ phialæ esse aureæ, nam charitas quæ per aurum significatur mouet ad huiusmodi orationes: & sunt plenæ propter abundantiam, quia ad ipsos inimicos huiusmodi orationes sunt diffundendæ. Iuxta illud: orate pro persequentibus vos, Math.5. ¶ Quod verò canticum nouum dicitur, cantinelam significat quæ noui testamenti continet mysteria per agnum facta. Ita Beda. Richar, quia omnia sunt iam noua & ideo vocatur fœdus nouum Hierem.31. Esaias.c.42. monet, vt cantemus canticum nouum.

Oratio pro inimicis Deo est grat. Psal.140.

Math.5.

Beda. Richar.

Hiere.31. Esa.42.

¶ *Et phialas*, inquit, *aureas plenas odoramentorum.* Alludit ad modum veteris legis in qua ante altare ponebantur phialę plenæ odoramentorum, vt scribit Hieronym. in illud Ezechiel. 14. & erunt lebetes in domo Domini quasi phialæ. Idcirco multæ phialæ erant in templo, vt videmus. 2. Paral. 4. & Esdræ. 1. Hæc odoramenta Ioannes interpretatur orationes esse sanctorũ: videlicet, quas iusti ad seniores, quasi deo chariores dirigunt, vt ipsi deo offerant. Meritò ergo oratio odoramẽtis comparatur quoniam sursum it oratio sanctorum, & cœlestia quærit: & Deo suauissimi odoris est. Psal.144. dirigatur orõ mea sicut incensum in cõspectu tuo: eleuatio manuum mea rum sacrificium vespertinum, idest: Sicut sacrificium vespertinum. & quoniam orationes odoramenta sunt, in phialis aureis sunt, quales erant ante vetus altare. In quo significatur non solum gratas & suaues, sed etiam maximi pretij esse apud Deum.

Hiero.

2. Para. 4. Esdræ. 1.

Oratio cõparatur odoramento & quare. Psal.140.

Dicentes: dignus es Domine accipere librum, et aperire signacula eius quoniã occisus es. Attribuit hanc dignitatem passioni, & morti Christi. Quod sit dignus aperire librum & implere eius mysteria, & exaltari: & qui obedire noluerint seuerè ab illo puniri. Nam eo quod mors Christi fuit aliena à culpa, ideo propter illam meruit hãc dignitatem, licet per omnia opera sua meruerit Christus illam. & etiam quia mors fuit complementum omnium operum, & in ea apparuit magnitudo charitatis, vt Ioan. ait in sua Canonica. c.3. his verbis: in hoc cognouimus charitatem Dei quia ille animã suam posuit pro nobis. malebat Petrus occidere quàm occidi, sed quia nisi occiso Domino non poterat aperiri hic liber, & impleri, Reprehẽsus fuit à Christo Math.26. Conuerte, inquit, gladium tuum in locum suum. &c. Quomodo implebuntur scripturæ: quia sic oportet fieri, hoc est aperire librum. In quo secundum doctores citatos intelligitur adimpletio scripturæ.

1. Ioa. 3. c

Math.26.

Redemisti nos Dñe in sanguine tuo. Obserua hic, quod quamuis voluntate & arbitratu nostro, ex peccatorum vinculis & diaboli carcere fuerimus emissi, Deus tamen nos emisit, & eduxit, & libertate donauit: quod in hoc loco iusti omnes ac sancti confitentur, dicentes: tu redemisti nos Deus in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum. Sicut enim propriè & verè eduxit Dominus filios Israel ex Aegypto, & ab hostium potestate liberauit: licet ipsi pedibus suis exierint, & ad terram promissionis peruenerint, Ita electi, licet libero arbi-

Quamuis voluntate nostra educamur à via culpæ peccatorum tamen Deus nos educit & libertate donat.

arbitrio ſuo egrediantur ex Aegypto peccatorum, reuera Deo auxiliante, & ſanguine ſuo redimẽte dicitur eos exire. Hinc eſt quod ipſe Dominus
Zach.8. ait apud Zachar.c.8. Ecce ego ſaluabo populum meum de terra orientis, & de terra occaſus ſolis, & adducam eos, & habitabunt in medio Hieruſalem. Per Chriſtum enim ſalutem cõſequuta eſt innumerabilis multitudo electorum per vniuerſas mundi regiones diſperſſa. Quod Saluator
Math.8. noſter affirmauit apud Mathæum.c.8. dico autem vobis, quod multi ab oriente & occidente veniẽt, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlorũ. i. in Eccleſia. Id ipſum
Pſal 48. regius vates affirmat. Pſal. 49. dicens: Deus deorum dominus locutus eſt, & vocauit terram à ſolis ortu vſq; ad occaſum. Hic Deus deorũ, Chriſtus Dominus, & verus Deus eſt, qui omnes per euangeliũ ad ſe cõuocauit, neminẽq; à ſua Eccleſia excludi voluit: ſed vt omnibus eius portæ pateant. & vt intelligerem⁹ hoc tàm admirabile beneficiũ, illi potius, quã nobis ad ſcribẽ dũ eſſe, ait: apud Zach. adducã eos. Ipſe enim adducit nos ad Eccleſiam, & ad fidem: nemo enim poteſt ad illũ venire niſi pater traxerit illum. Ipſe redimit, ipſe peccata condonat. Quare meritò publicè omnes iſti ſancti cõfitentur: redemiſti nos Deo in ſanguine tuo ex omni tribu, & lingua.

Redemiſti nos Deo in ſanguine tuo ex omni tribu, et lingua, et populo et natione. Explicatur magis beneficiũ Chriſti erga nos in apertione libri. Nẽpè quod redẽpti ſimus, nã redimẽdo impleuit ſcripturã, & ſic aperuit librũ, vt iam diximus. Notandum eſt quod aliquando dicimur empti: vt. 1. ad Co
1.Cor.6. rint. 6. Empti enim eſtis prętio magno. Emit enim nos Chriſtus aliquo modo vt cõcedit Baſilius. Pſ. 48. & in huius emptionis figura Ioſeph emit in ſeruitutẽ regiã Aegyptios, & eorũ agros: Geneſ. 47. Magis autem propiè dicimur redempti in ſanguine agni. 1. Pet. 1. non corruptibili auro & argento redempti eſtis: ſed pretioſo ſanguine, quaſi agni. Redemit autem nos Chriſtus non in quantum Deus tantum, ſed etiam inquantum homo, ratione humanitatis aſſumptæ, qua diſtinguitur etiã à ſe deo. Ita D. Thom. hic. & quia hj ſeniores vniuerſalẽ Eccleſiã repreſentant eo modo quo patres in cõcilio cõgregari, ideo ſe ex omni tribu, & lingua, & natione aſſertos Deo affirmãt. Nã Eccleſia ex omni gẽte quę ſub cœlo eſt cõgregatur: iuxta illud Eſa. 60. Leua in circuitu oculos tuos & vide: omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi. & conueniunt cõmuniter patres in hac expoſitione, ſed in exponẽdis his omnibus variãt. Sed magis literalis intelligẽtia eſt, vt tribus, lingua, populus, & natio, idem ſignificent, nempè vniuerſum mundum vnde Eccleſia propagata eſt, ſine excluſione & exceptione vlla.

Chriſtus nos aliquã do modo emit. ſed magis propiè dicimur redẽpti in ſanguini Baſilius. Pſa. 48. Geo. 47. 1. Pet. 1.

D. Tho.

Eſa. 60.

Sed põderandũ eſt, quod Eccleſia propiè dicitur ex tribu omni redẽpta. Quia nõ omnes tribus, & omnes populi mũdi, ſunt quãtũ ad efficatiã redẽpti: ſed ex omni populo & tribu aliqui, licet quãtũ ad ſufficiẽtiã pro omnib⁹ Chriſtus redemptor quantũ ex ſe eſt ſatisfecerit, de quo Anſel. lib. 2. & ideo Chriſt⁹ Math. 26. dixit: hic eſt ſanguis meus, qui pro multis effundetur in remiſſionẽ peccatorũ. Hinc nũc intelligemus quid ſit in cauſa qđ hęc dictio Iamnat Seach, pro qua. 70. & nra ęditio habẽt, in finẽ, prępona multoties Pſalmis. Hęc enim vox etiã ſignificat

Anſel. Math. 26.

(vt author & interpres est Hieronymus) idem quod victori & vt interpretatur Felix, idem quod vincēti vel effundenti sanguinem, vel danti æternitatem. Quæ omnia Christo conueniunt. Ipse est finis, vt c. 1. dixit Ioā. Ipse est victor, de quo in hoc c. Ioan. ait: vicit leo de tribu Iuda. & idem in Ioan. 16. Euangelio c. 16. in persona Christi, inquit: ego vici mundum. Ipse est, qui pro nobis sanguinem fudit: vt in hoc loco dicitur, quoniam occisus es: & redemisti nos Deo in sanguine tuo. Hic sanguis pro nobis fusus fuerat in lege, in agni sanguine, aliorum què animalium figuratus. Nam authore Paulo, omnia penè in sanguine secundum legem mundantur, & sine sanguinis Heb. 9. effusione non fit remissio. Heb. 9. Denique Christus est qui nobis æternitatem tribuit. Ioan. 8. Vnde ipse ait Ioan. 8. Si quis sermonem meum seruauerit nō gustabit mortem in æternum.

¶Et fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram. Hic locus expositus est à nobis in simili supra c. 1. ibi: fecit nos regnum & sacerdotes Deo vbi contra hæreticos explicata est veritas catholica. Cæterum hoc mysterium multò antè præ Gen. 13 dixerat Dominus Abrahę. Gene. cap. 13. dicens: Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram. & benedicam ei & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum: & reges populorum orientur ex eo. Hoc primum impletū est in Isaac, ex quo Iacob, & Esau duæ gentes natæ sunt, quarum vtraquè reges propagauit plurimos. Maximè autem in Christo impletum est, cuius fidei innumeri gentium reges se subderunt: imo qui credentes omnes facit reges, & sacerdotes, vt in hoc loco vides.

¶Et vidi & audiui vocem Angelorum multorum, in circuitu throni, et animalium, et seniorum: et erat numerus eorum millia millium. Videri voces non poterant, si summatur videre vt distinguitur contra audire. Debemus ergo accipere spiritualem visionē pro intellectione Exod. 20. videbat populus voces, pro intelligebat. & Apoca. 1. conuersus sum, vt viderem vocem. Exo. 20. Apo. 1. Metaphoricè verò dicuntur Angeli habere voces sicut & linguas. 1. Cori. 13. Si linguis hominum loquar & Angelorum. 1. Cori. 13. Theologi autem assignant suam locutionem Angelis. De quo D. Tho. 1. p. q. 107. Cæterū nota, quod non solum homines, propter quos agnus occisus est, sed etiam angeli ei gratulantur videntes in libro aperto vltionem ab eo capiendam. D. Tho.

¶Hi Angeli dicuntur esse in circuitu seniorum: tum, vt eos honorēt, & magnitudinem gloriæ eorum declarent: tum etiam, vt ostenderent quod sunt custodes Ecclesiæ: & qui prælatorum & subditorum curam habent. Ita Ansber. & Richardus. & hoc est illud Esaiæ. 62. super muros tuos Hierusalem constitui custodes. & Ps. 90. Angelis suis mandauit de te. Ansber. Richar. Esa. 62. Psa. 90. ¶De Angelorum numero dicimus quod ponitur hîc numerus certus pro incerto. Tamē significatur magna multitudo, sicut Dan. 7. millia millium, &c. & Psal. 67. currus Dei decem millib⁹. Est enim nobis incognitus numerus angelorum, & ideô dicitur Iob. 25. Nū quid est numerus militum eius? Dan. 7. Psa. 67. Iob. 25.

¶Dicentium voce magna. Libet hîc annotare cum D. Gregorio lib. 2. Moral. cap. 4. Quod aliter loquitur Deus ad Angelos, aliter angeli ad Deum, aliter Deus ad sanctorum animas, aliter sanctorū animæ ad Deum. Deus enim Grego.

enim Angelis loquitur:quum eis voluntas eius intima videnda manifestatur.Angeli autē loquuntur Domino: quum per hoc quod super semetipsos respiciunt, in motum admirationis surgunt. sicut hoc in loco dicunt: dignus est agnus,qui occisus est,accipere virtutem & diuinitatem & sapiētiam. Vox namq; Angelorum est in laude conditoris,ipsa admiratio intimæ contemplationis.Virtutis diuinę miraculo obstupuisse,dixisse est:quia excitatus cum reuerentia motus cordis,magnus est ad aures incircunscri spiritus clamor vocis. Quæ vox se quasi per distincta verba explicat, dū sese per innumeros modos admirationis format. Hæc Gregorius.Quo modo autem loquatur Dominus ad sanctorum animas,& sanctorum animæ ad Deum,dicemus sequenti capite ex eodem Gregorio.

¶Magnum desiderium & magna gratulatio per magnam vocem significatur.Lętantur enim angeli ex redēptione nostra &ex gloria Christi.Nā Lucæ.15.gaudent de peccatore pœnitentiam agente:& nascenti redempto re,facta est magna multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum. Lucæ.2.

Luc. 15.b

Luc. 2

¶*Dignus est agnus qui occisus est,accipere virtutem,& diuinitatem, et sapientiam,et fortitudinem,et honorem,gloriā, & benedictionem.* Variè explicatur à doctoribus quomodo Deus ex meritis acceperit diuinitatem. Nam videtur difficultas,quia redemptor nō accepit ex meritis diuinitatem, sed ipse per essentiam est Deus. Nos tantum tres intelligentias communiores de hoc afferamus. Quarum vna est Cajetani,in ientaculo.7.dubio.3.vbi intelligit in hoc loco, accipere diuinitatē, pro accipere vsum diuinitatis. Tunc enim aliquis dicitur accipere dignitatē quando eius vsum accipit. Vius verò diuinitatis est eius manifestatio, quā Christus apertius exhibuit post resurrectionem. Tunc enim impletū est illud ad Philip. 2. propter quod.i. quia occisus est, Deus exaltauit illum & dedit illi nomen quod est super omne nomen.i.dedit illi vt ostenderetur sua diuinitas, & vocaretur Deus: quia est nomen super omne nomen.

Philip.2.

Ita Psa.74.dicit Deus:cū accepero tēpus.i. cum accepero vsum temporis pro arbitrio meo. &in transfiguratione dixit Petrus.1.Petri.2.quod accepit honorem à patre,idest,manifestationem honoris,

Psal 74.

1.Pet.2.

¶Erit ergo sententia Angelorū,qđ quia Christus sine culpa occisus est, meretur & dignus est, vt nō iā indigna patiatur,sed diuinitas suamanifestetur. Vnde notāda est regula sacrę scri pturæ.quod multoties id dicitur fieri,quādo incipit innotescere,vtMath. c.vlt.ait dns:data est mihi potestas in cœlo & in terra. Tūc dicitur illi data potestas,quia post resurrectionē eius incœpit innotescere.& apud Ioa.c.17. inquit: Clarifica me pater, claritate quam habui antè quam mundus fieret.i.& nunc mi pater, tu vicissim effice,vt mundus intelligat,me totum receptū in eā gloriam,quā habebā apud te priusq; hic orbis cōderetur. Sic hoc in loco dicitur,dignus est agnus accipere diuinitatem. i. dignus est vt iam post eius passionem innotescat mundo eius diuinitas. ¶Secūdo dices qđ est modus quidā laudandi per figurā locutionem,vt si regis filius primo genitus maxima virtute poleat,vulgo dicere solemus : bien merece este ser rey. Licet aliunde regnum habeat. s. iure hereditario.Ita Christus domin⁹

Regula.15

Math. vlti.

Ioa.17.

Secūda ex posito.

Referamus. Christū accipere diuinitatem quid sit. Prima expositio.

quamuis hereditario iure diuinitatem habeat ab æterno: tamen ob suas hæroicas virtutes, propter sua immensa, & inefabilia merita, denique propter suam passionem, dignus dicitur accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam.

Tertia expositio. ¶Est alia intelligentia communior vt accipere diuinitatẽtem sit credi & coli vt Deus, quod est accipere in fide aliorum. Cum quo benè quadrat

Philip.2. testimonium citatum ad Philip.2. Ex plicemus alia nomina quæ sunt in eodem textu. *Virtutem.* id est, potestatẽ. Vt patet in textu Græco. cęterũ hoc & cętera nomina optimè cõiungit Ru-

Esa.9. per. cũ illo Esa.9. vocabit admirabilis, deꝰ, fortis, cõsiliarius. Vbi eędẽ laudes dicuntur de Christo. Dicitur enim admirabilis, sicut hîc dicitur accipere virtutem: & dicitur Deus, quod hîc accipere diuinitatem: & quod hîc dicitur accipere sapientiam, dicitur ibi consiliarius: & quod hîc accipere fortitudinem, ibi vocatur fortis. Honorem verò accepit in resurrectione: quod in Esaia dicitur pater futuri seculi: gloriam autem accepit in ascensione, quod in Esaia dicitur princeps pacis: benedictionem accepit in eo quod sedet à dextris Dei: ipse enim est illud semen benedictum, de

Gen.22. quo est illud Genesis. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes.

Galat.3. Quod ad Galat.3. declarans Paul. ait: quod non dixit in seminibus quasi in multis, sed in semine tuo, quod est

Psal.20. Christus. & Psalm.20. quoniam dabis eum in benedictionem in seculũ seculi. Has ergo omnes victorias Christus tribus clauis & una lancea meruit, qđ est dicere: qui occisus est.

¶Notandum est, quod vbi nos legimus, dignus est agnus accipere diuinitatem, græci legunt accipere diuitias, πλοῦτον, planè legunt Aretas, & Primasius. Ita etiam apud Augu. Ho. 4. & in multis codicibus græcis, quos vidi. Sed tamen apud latinos expositores, & in latinis exemplaribus semper legitur: *Diuinitatem.* & quamuis bonũ sensum etiã habeat si legamus, diuitias: nempe dignus est vt ipse ostẽdat omnes thesauros Dei suos esse, & neminem esse posse diuitem; nisi quẽ ipse ditauerit. & quamuis fieri potuerit vt pro diuitias, festinans librarius scripserit, diuinitas, quod cum postea cerneret non aptè cohærere cum verbo accipere, mutatum fuerit in diuinitatem: tamen propter consensum codicũ latinorum, & quia tempori suppliciorum de quo est præsens visio, melius conuenit accipere diuinitatẽ, quàm accipere diuitias, legendum potius censeo diuinitatem, nostrumquè interpretem habuisse exemplaria emendatoria, quæ sequutus sit, cum ita vertit. Annotat autem Rupertus Angelos non dixisse, redemisti nos in sanguine tuo, sicut viginti quatuor seniores: quoniam ipsi non sunt à Christo redempti.

Aretas. Primasius. Augu. Rupert.

¶ *Et omnem creaturam quæ in cœlo est, & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eo: omnes audiui dicentes.* Dicitur hîc laudare Deum in cœlo astra, in terra verò animalia, & plantæ & insensibilia: & sub terra, quæcumquè latent fusilia. Vel sub terra laudant Deum illi, qui in ignis purgatorij loco sunt: imo suo etiam modo damnatis conuenit hæc laus, non quod illi propriè Deum laudent. Cum dicat Dauid Psalmo. 113. Non mortui ladabunt te Domine neq; omnes qui descendunt in infernum. & Esaiæ capite. 38. Quia non in-

Psal.113. Esa.38.

fer-

fernus confitebitur tibi: ſed quod inuiti cognoſcunt Deum, & agnum, dignos eſſe laude, & honore: iurequè vindictam de aduerſarijs ſuis ſumere. & quæ ſunt in mari, ideſt, natalitia, & quæcumquè marinis fluctibus verſantur.

¶ *Quæ ſunt in mari & quæ in eo.* Videtur redundare, & quæ in eo. Cum iam dictum ſit & quæ ſunt in mari. In Græcis verbis facilior eſt intelligentia, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα, ideſt, & quę in ipſis omnia. Quæ ita intelligenda ſunt. Non ſolum iſtæ creaturæ quas commemoraui, ſed omnia etiam quę in eis ſunt, ideſt, ſingulæ earum partes. Quo modo dictum eſt Pſalmo

Pſa. 102. 102. benedic anima mea Dominum & omnia, quæ intra me ſunt, nomini ſancto eius. Atquè ita omnino legit

Primaſius. Primaſius ſicut diximus eſſe in Græco. Hæc dubitatio ab omnibus quæ vi

Ambro. di prætermiſſa eſt, vnus Ambroſius curauit ſingula exponere. & mare putat eſſe locum ipſum aquarum: & quę in mari ſunt, eſſe aquas: & quæ in eo, eſſe piſces. Mihi magna ſuſpicio eſt cum alijs ita exiſtimantibus, non eſſe legendum. *Et quæ in eo. ſed & quæ in ea ſunt.* Atquè ita legitur apud Ruper

Ruper. tu. & eſt omnino ſenſus idem, quem ineſſe diximus in Græcis. Vt quoniã dixerat: & omnem creaturam, &c. Poſtea dicat: & quæ in ea ſunt. Ideſt, omnia quæ ſunt in hac creatura, cœli & terrę & maris. Sicut in Greco dicitur, & quæ in ipſis.

¶ Quod ſi quis pertinaciter contenderit legendum eſſe: *& quæ in eo.* Eundem eſſe ſenſum dicerem ſicut ſi legeremus: & quæ in ea, quoniam apud Græcos creatura, hoc eſt, κτίσμα, neutrius generis eſt, & relatiuum in noſtra tranſlatione, cum genere Græci nominis conuenit. Quod ſolet ſæpè facere noſter interpres. & reuera fecit (vt alia exempla omittamus) infra. cap. 10. Vbi habemus accipe librum & deuora illum & faciet amaricari ventrem tuum: ſed in ore tuo erit dulce tanquàm mel: pro erit dulcis, ſine dubio dixit. Quoniam liber in neutro genere inuenitur in greco. Quia in græco eſt biblion. ita hic feciſſe putandus eſt interpres, & inueniſſe in greco, in eo. Omnis ergo creatura & omnes partes creaturarum laudant Deum. Simile quid ſit in illo cantico puerorum: benedicite omnia opera Domini Domino, & Pſalm. 148. laudate dominum de cœlis, &c. Soli dãnati abhorrent à laude diuina, quia perpetuò maledicũt domino. & etiã ſolum peccatum reticetur inter laudatores Dei, quia non eſt opus Chriſti. Vnde proſopopœia eſt, ideſt, fictio perſonæ, qua omnem creaturam lętatam eſſe dicit de Chriſti victoria, & quod ſumma poteſtate inimicos plectat. Etenim cum creaturæ omnes à Deo ita ſint inſtitutæ, vt homini ſeruire debeãt, & auxiliari, quo beatum illũ finem conſequatur ad quem creatus eſt, Sicut ait Paul. 1. Cor. 1. Omnia enim veſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Cephas, ſiue mũdus, ſiue vita, ſiue mors. Omnia enim veſtra ſunt: vos autem Chriſti: Cũ homo deo ſeruire, & ad cœleſtẽ beatitudinẽ aſpirare deſinit: creaturę quaſi grauãtur illi vſui eſſe, & cupiũt vt à Deo puniatur. Vnde Sapien. 5. ſcriptũ eſt de eiſdẽ tẽporibꝰ de quibus nũc ſermo eſt: & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. & poſtea: ſcandeſcet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. Cõtra illos Stabit ſpiritus virtutis, tanquàm turbo venti diuidet illos. & de creatu-

Pſa 148.

1. Cor. 1.

Sapien. 5.

rarum lætitia in ſupplicijs impiorum
Abacuch 3 ait Abacuch.cap.3.dedit abyſſus vocẽ ſuam,altitudo manus ſuas leuauit, ſol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo. Lætabuntur igitur ſuo modo, & gratias Deo agent omnes creaturæ cum viderint paratam vindictam.

- *Sedenti in throno et agno benedictio, et honor,et gloria,et poteſtas in ſecula ſeculorum.* Quod Deum creatorem laudent etiam inanimatæ creaturæ pro modulo ſuo ratio eſt manifeſta, quia naturaliter inclinantur in cauſam primam,à qua dependẽt:ſed quod Chriſto Redemptori & agno gratias agãt, & laudes dicant,hoc nouum videtur. Poteſt hoc duob⁹ modis intelligi. Vnus eſt,vt omnis creatura in quantũ poſt diem iudicij eſt perficienda, aliquo modo dicitur dependere à Chriſto,qui renouaturus eſt mũdum poſt diem iudicij. & hoc eſt quod dixit
Rom.3. Paul.ad Roma.8.Creatura omnis in gemiſcit & parturit vſquè adhùc, expectans reuelationem filiorum Dei, vanitati enim creatura ſubiecta eſt. Quod eſt dicere,quod poſt diem iudicij liberabitur creatura corruptibilis à ſua corruptione. Non erit enim motus cœli,nec generatio,nec corruptio. Suo ergo modo hæ creaturæ creatorem laudant,nec quidem rationali voce ſed naturali ſtatus ſui repręſentatione. Ita exponunt omnia
D.Tho. ſcholia Græca.ſed D.Thomas conditionaliter explicat noſtrum textum, ideſt,ſi fieri poſſet vt creaturæ irrationales in laudes Chriſti irrumperent, dicerent,dignus eſt agnus propter opus redemptionis laudari. Sic enim
Pſa.68. Pſalmus.68.dicitur:laudent eum cœli & terra.Sed hæc intelligentia non videtur mihi multum probabilis: & ita huic præferenda eſt prior ſententia.

A Cui vos addite,quod omnes creaturæ etiam corporeę, accipiunt perfectionẽ ex incarnatione Chriſti, quia nobilitantur ex vnione ad verbũ: De qua vnione differit D. Thom.3.p.q.1. D.Tho.
articu.1.

¶Obſeruandũ verò eſt,quod hæc laus creaturarum irrationalium non continet mentionem mortis Chriſti, ſicut nec laudationes Angelorum cõtinebant aliquid de redemptione.Nã
B hę creaturę nihil de morte Chriſti accepiſſe videntur directè &per ſe,imo potius in morte Domini petræ ſciſſæ ſunt,& terra mota:& ſol infuetis tenebris terruit orbem.

¶*Et quatuor animalia dicebãt amẽ, et viginti quatuor ſeniores ceciderunt in facies ſuas,et adorauerunt viuentem in ſecula ſeculorum.* Amen, vox eſt affirmatis.de qua Apo.c.1.dixim⁹. & quia animalia ſacra perſonas prædicatorũ
C & Euãgeliſtarum repræſentant: ideo verbo ſolo confirmant, quod eſt prædicatorum.Seniores autem quia omnium prelatorum & inſignium iuſtorum referunt imaginem, non verbo ſed opere ipſo,proſtrati adorant. Sic
Dan.9. Dan.9.conſternatus cecidi infaciem meam. In prelatis enim magnopere exigitur externa ſignificatio modeſtiæ & humilitatis atquè diuini cultus.

D ¶Eſt verò conſideratio Anſelmi, Anſel.
quod cadere infaciem eſt bonorum, qui vident quò cadant.& habent facilius quò ſurgant: manibus enim nixi ſe leuare poſſunt.Econtra accidit illis, qui cadunt ſupini,& in caput vertuntur. Sic ceciderunt comprehenſores Domini qui abierunt retrorſum &cẽciderunt in terram Ioan.18. Seniores
Ioa.18.b ergo iſti viri perfecti,in facies cadunt adorantes & ſimul confitentes omnia

nia bona sua à Deo esse accepta. *Viuentem in secula seculorum.* Hæc verba quidam codices Græci non habent, nec Ambrosius. Alij tamen habent apud Græcos: & expositores latini ita legunt. & meritò. Si enim non legatur, aut hoc, aut aliquid tale sub audiẽdum est. & c. 4. dixit: & adorabant viuentem in secula seculorum.

Intelligentia Capitis quinti Apocalypsis.

Et vidi visione illa imaginaria in dextera sedentis super thronum, in dexteram inquam, Dei librum veteris testamenti scriptum intus & foris, externum, scilicet, sensum literalem & internum, hoc est, spiritualem de Christo habentem. Signatus sigillatusq; erat sigillis septem, hoc est, septiformis spiritus intelligentia, sine quorum sigillorum apertione veterem de Christo scripturam intelligere non possumus. Et vidi Angelum, et in eo omnem cœtum ministrorum Dei: fortem, ac magna voce prædicantem difficultatem maximam apertionis huius libri: magnoq; desiderio efflagitantem quis est dignus aperire mysteria libri veteris testamenti, intelligentiasq; eius explicare, & sigilla eius soluere spiritualem intelligentiam tradendo? Et nemo poterat neq; in cœlo, neq; in terra, neque subtus terram, nulla, inquam, pura creatura poterat explicare huius libri mysteria: imo non solum nemo id poterat, Sed nullus erat tantæ audaciæ vt auderet respicere librum sibi eius apertionem arrogando: ne dũ aperire & explanare. Et ego meo & omnium fidelium nomine lachrymas fundebam plurimas: quod nulla pura creatura inueniretur digna ac potens aperiendi ac exponendi librum: aut saltem digna in librum oculos figendi. Et vnus de senioribus, omnes Prophetas, qui seniores sapientiores què dicuntur, adumbrans, dicit mihi: ne fleueris quasi impossibile putans nullum inueniri posse qui librum interpretetur. Ecce Christus Deus noster leo de tribu Iuda, qui vicit tertia die resurgendo, & in cœlum ascendendo: ecce radix Dauid, Dauid enim ab illo tanquàm à Domino suo et vero deo origem traxit & ipse ab illo secundum humanam naturã. Ne ergo fleueris nam leo iste spirituales omnes intelligẽtias veteris legis, quæ nos antea latebant, potest aperire. Item omnes calamitates impijs ventu

ras in nouissimis temporibus in hoc libro contentas. Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium & in medio seniorum agnum illu Dei tollentem peccata mundi, stantem tanquam occisum, aliquando scilicet, occisum ac præseferentem figuram eius qui aliquando occisus fuit, sed nunc viuum. Habentem cornua septem perfectamq3 potentiam: & habentem oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei, siue septem septiformis spiritus dona, siue. 7. angelicæ potestates, per omnem terram in ministerium hominum missæ. Hic agnus venit, & accepit de dextera sedentis in throno librum, & aperuit. Tum omnia veteris legis sacramenta in se cõpleta ostendendo, & dicendo in passione sua, consumatum est. Tum, omnia quæ ventura sunt vsq3 ad finem mundi prædicendo. Et cum aperuisset modo explicato librum, quatuor animalia, & vigintiquatuor seniores, hoc est, omnes euangelistæ & prophetæ atquè ministri Dei nomine omnium electorum ceciderunt prom coram agno isto Dei, habentes singuli cytharas laudis, & phialas aureas, hoc est, corda charitate succensa plena odoramentis quæ sunt orationes sanctorum. Sanctorum enim corda semper orant ad Dominum: dum nedum sibi, sed & alijs semper exoptant misericordiam, quæ meritò odoramenta vocantur cum deo sint grata, & iustis odorantia. Et cantabant canticum nouum, quod eo nouum dicendum est quod ad nouum hominem Christum, qui noua fecit omnia pertineat: dicebant igitur, dignus es domine accipere atq3 explicare mysteria libri. Quoniam tu domine morte tua promeruisti dignusq3 effectus es, vt librum aperires, & eius solueres signacula. Nam moriendo pro nobis, & nos redimendo in sanguine tuo, quæ prius subobscurè dicta erant a Prophetis in illo libro contenta & figurata, manifesta sunt. Inter cætera verò maxime liquent: quæ de gentium vocatione pronũtiata sunt. Quo modo in sanguine tuo, id est, merito tuæ passionis vocandæ erant gentes. Ex omni tribu, populo, & lingua & natione. Dignus es etiam accipere librum, quoniã fecisti nos deo nostro reges per afflictionum tolerantiam, victoriæ corona insignitos fecisti nos Deo nostro regnum cælorum: et sacerdotes, offerentes nos ipsos hostiam viuam, sanctam deo placentem: & regnabimus super terram vitijs superiores effecti. Et vidi, & audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium & seniorum: existentium & custodientium, scilicet, electos in omnibus vijs suis, & erat numerus illorum millia millium, erat, inquam, numerus illorum innumerus. Dicebant què vt mihi videbatur voce magna ingentis affectus

sum-

ſummæque charitatis typo: Dignus agnus qui occiſus eſt accipere virtutem, diuinitatem, ſapientiam, fortitudinem, ideſt, vt poſt hac dicatur & credatur quod ſit Dei virtus, Deus verus, Dei æterna ſapientia, Dei fortitudo & omnipotentia. Dignus eſt vt ei tribuatur honor qui ſupremus eſt, ſolique Deo debitus: ſimiliter & eadem gloria, eadem laus & gratiarum actio. Audiui etiam non modo ſanctos, ac cæleſtia illa numina, Chriſtum fateri regem, verùm cunctas etiam irrationales creaturas, ipſum ſuo pro modulo decantantes, dum ad illius imperium præſto ſunt, dū etiam ad illius nominis inuocationem pijs ſuppeditant: demum dum aduerſus impios pro eius gloria decertant. Decantabant ergo ſiue ita ſe habebant ac ſi decātaſſent omnes creaturæ quæ in cælo ſunt, & ſuper terram, & ſub terra, & quæ ſunt in mari, & quæ in eis ſunt: ſedenti in throno, & agno, benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſecula ſeculorum. Et quatuor animalia, hoc eſt, Euangeliſtæ, approbabant has laudes dicentes, Amen, fiat, ita ſit. Et vigintiquatuor ſeniores nomine omnium electorum ceciderunt in facies ſuas & adorauerunt viuentem in ſecula ſeculorum.

CAPVT SEXTVM

Argumentum.

S. Apertis quinque ſigillis varij ſequuntur affectus: aperto autem ſexto extremum deſignatur iudicium.

CAPVT VI.

ET vidi quòd aperuiſſet agnus vnũ de ſeptem ſigillis, & audiui vnum de quatuor animalibus, dicens, tanquam voce tonitrui, Veni, & vide. Et vidi, & ecce equus albus: & qui ſedebat ſuper illum habebat arcum, & data eſt ei corona, & exiuit vincẽs vt vinceret. Et cum aperuiſſet ſigillum ſecundum, audiui ſecundum animal, dicens, Veni, & vide. Et exiuit alius equus rufus: & qui ſedebat ſuper illum, datum eſt ei vt ſumeret pacem de terra: & vt inuicem ſe interficiãt: & datus eſt ei gladius magnus. Et cum aperuiſſet ſigillum tertium, audiui tertium animal, dicens, Veni & vide. Et ecce equus niger: & qui ſedebat ſuper illum, habebat ſtateram in manu ſua. Et audiui tanquam vocem in medio quatuor animalium dicentem. Bilibris tritici denario vno, & tres bilibres hordei denario vno, & vinum & oleum ne deſeris. Et cum aperuiſſet ſigillum quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis, Veni, & vide. Et ecce equus pallidus et qui ſedebat ſuper eum, nomen illi Mors, & infernus ſequebatur eum. & data eſt illi poteſtas ſuper quatuor partes terræ interficere gladio, fame, et morte, et beſtijs terræ. Et cum aperuiſſet ſigillum quintum: vidi ſubtus altare

re animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium quod habebãt: & clamabant voce magna, dicentes, Vsquequo Domine, sanctus, & verus, non iudicas et non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? Et datæ B sunt illis singulæ stolæ albæ: & dictum est illis vt requiescerent adhuc tempus modicum donec compleantur conserui eorum, & fratres eorũ qui interficiendi sunt sicut & illi. Et vidi, cum aperuisset sigillum sextum: & ecce C terræmotus magnus factus est, & sol factus est niger tãquam saccus cilicinus: et luna tota facta est sicut sanguis: et stellæ de cœlo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos cum a vento magno mouetur: et D cœlum recessit sicut liber involutus: et omnis mons, et insulæ de locis suis motæ sunt: et reges terræ, et principes, et tribuni, et diuites, et fortes, et omnis seruus, et liber absconderunt se in spe- A lũcis et in petris montium, et dicunt montibus et petris, Cadite super nos, et abscondite nos à facie sedentis super thronum, et ab ira Agni. quoniam venit dies magnus iræ ipsorum. et quis poterit stare? Esa. 1 d. Oseæ 10 b. Luc. 23. d.

Titulus.

APertio sex sigillorum describitur, & cum illis equorũ quatuor. & mortis atque inferni, & interfectarum animarum querimonia. deinde terræmotus & solis obscuratio subiungitur.

Caput. VI.

ET vidi quod aperuisset agnus vnũ de septem sigillis, & audiui vnum de quatuor animalibus dicens: tanquã vocem tonitrui, veni, & vide, & vidi.

¶Septem sigilla aperiuntur, quia non potest liber aperiri, idest, non possunt quæ in eo sunt scripta cognosci, donec impleantur quæ septem sigillis signata sunt. Tũc illa agnoscentur quãdo euenerint. quare quod dixit. c. 5. & cum aperuisset librum quatuor animalia ceciderunt coram agno: per anticipationem dictum est vt solet sacra scriptura. Non enim est apertus liber donec sigilla aperta sunt. Cæterum sæ- Cap. 5.

pe in

pe in apertione libri & ſigillorum me minit agni. quoniam vt. cap. 5. diximus agnus dictus eſt Chriſtus, eo quod immolatus ſit pro nobis in morem agni qui quotidie immolabatur, & Chriſti immolandi figura fuit. & quoniã propter hãc immolationem meruit Chriſtus exaltari & dominari omnibus, & aduerſarios poteſtati ſuę ſubijcere: meritò cũ ſigilla aperiuntur, quibus pœnæ de impijs ſumendæ continentur, agnus vocatur.

¶Sed quæritur quomodo quatuor animalia poſſunt eſſe Euangeliſtæ, cũ Ioãnes fuerit iuxta interpretationem, vnũ ex animalib⁹, & ita prorſus loqui videntur Ioanni hîc ac ſi iam in cœlo eſſent. Nec poſſumus dicere quod. c. 4 reſponſum eſt: viſionẽ. ſ. pertinere ad extrema tẽpora cũ iam oẽs Euangeliſtæ futuri erũt in cœlo: quoniam nũc de ſuo tẽpore Ioãnes manifeſtè loquitur qui vidit viſionẽ. audiuit ſiquidem vnũ ex. 4. animalibus, dicens illi: veni & vide. quęſtioni facilè putabit quis ita ſatisfacere, tempore etiã quo Ioannes hæc ſcribebat tres Euangeliſtas in cœlo fuiſſe, qui iam mortui fuerant. atq; ita rectè vnum ex illis Ioanni tãquam ſotio & fratri dixiſſe: veni & vide. Imò erat hoc rationi valdè cõſentaneũ vt Euangeliſta iam beatus, eum qui in terris adhuc verſabatur Euãgeliſtam cõmoneret, vt diſceret myſteria quæ reuelabantur. Verũm hæc reſponſio verbis quarti animalis obſtat vt ſtatim dicemus.

¶Dicendũ ergo eſt viſionem, quia prophetica, de eo eſſe qđ futurũ erat: itaq; nõ erant in cœlo quatuor animalia, ſed in viſione vidit Ioannes. 4. animalia, quatuor Euangeliſtas deſignantia: quæ etiam videre potuit nõ mortuis ipſis Euãgeliſtis. Sicut cũ vidit. 24. A ſeniores nõ vidit innumerabilem ſanctorũ multitudinem. ſed enim. 24. effigies ſeniorũ, in quib⁹ tamen iſta innumerabilis multitudo ſanctorũ ſignificatur in cœlo futura. Vnũ igitur ex animalibus locutũ eſt Ioanni, vt tũc indicaret quæ poſt futura erant. ſed vrget vehementius qđ in hoc ipſo cap. non ſolũ primũ, & ſecundũ, & tertiũ Ioanni loquũtur ſed etiam quartũ: & cũ aperuiſſet ſigillũ quartũ, audiui vo B cem quarti animalis dicentis veni, & vide. non eſt ergo Ioannes vnũ ex his animalibus, nec enim cõpellari à ſe ipſo poterat. Hæc dubitatio cũ quidem ſit maxima, ab ijs qui quatuor animalia Euangeliſtas eſſe interpretati ſunt nec explicata eſt, nec propoſita quidẽ: ſed coacti difficultate aliter nunc quatuor animalia accipiunt. Et aut oẽs Eccleſiæ doctores per quodlibet animal ſignificare dicũt vt Ambroſius & An Ambro. Anſelmus, aut quatuor inſigniora Chriſti C myſteria. i. natiuitatem in homine, paſſionem in vitulo, reſurrectionem in leone, Aſcenſionem in aquila intelligunt vt Rupertus. Alij in animalibus Ruper. deſignari putant primitiuam Eccleſiã tempore Apoſtolorũ ortam: in Ioanne verò Eccleſiam ſubſequentem vt Ansbertus & Haymo. & eadem eſt ferè ſententia Abbatis Ioachin. Vnus Ansbertus Haymo. Petrus Serranus doctor theologus Serranus. & epiſcopus, hic quoque ad Euangeliſtas retulit, ſed ordinem peruertit. Primum animal affirmat eſſe aquilam. i. ipſum Ioannem: cũ ſit & apud Ioannẽ & apud Ezechielem. 4. Secundũ dicit eſſe Matheum: Tertiũ, Marcũ: Quartũ, Lucã. nec docet quo modo animal, quod Ioannem ſignificabat, Ioanni loquatur. ¶Eſt etiam in hoc loco altera dubitatio, quæ ſimul cũ priori diſſoluẽda eſt. cur animalia

Ioan-

Ioanni loquuta fuerint: non autem aliquis ex senioribus vt antea.ca.4.& cur non vnũ ex animalibus sed omnia,& cur denique in primi sigilli apertione hoc animal eũ vocet ad videndũ,potius quã alterũ animal:& ita in cæteris sigillis.Harum dubitationũ explicatio põt ex verbis ipsius Ioãnis quodãmodo desumi.Videmus enim in.4.sigillorũ apertione.4.animalia vocare Ioannẽ vt videat,nõ autẽ in apertione reliquorũ.Ex quo videt intelligi in.4.sigillorũ apertione aliquid significatũ esse, qđ vel tẽpore cuiuscũq; Euãgelistæ factũ,vel ad cuiusq; Euangeliũ pertinẽs, vt postea explanabim⁹.atq; ita meritò loquũt oia animalia, & suo loco qđq;.quoniã ad tep⁹ videlicet euangelistæ ipsius id pertinet,ad qđ vidẽdũ vocat. & quoniã qđ Ioannes videbat nõ erat vox vera, sed ad futurorũ significationẽ menti eius obijciebat,dicentib⁹ quatuor animalib⁹ veni & vide,hoc significabat,Deũ velle vt ei innotesceret,quæ in Ecclesia futura erãt: & pri⁹ ea,quæ ad tẽpora vel ad Euangelia aliorũ Euãgelistarũ expectarẽt,& mox quæ vẽtura erant,post quã ipse reuocatus ab exilio scriberet Euãgeliũ:vt omnia quasi vno intuitu videret. Qđ igit quartũ animal Ioanni dixit: veni & vide,perinde est ac si ei aliquando diceretur: cũ tu quartũ animal fueris.i. Euangeliũ scripseris,id fiet, qđ in huius sigilli apertione significat. Quod suis locis dicem⁹.Cæterũ in hoc qđ ait, vocẽ huius primi animalis fuisse tanq̃ vocẽ tonitrui,significat vocẽ fuisse magnã,& terribilẽ,qualis fuit vox Euãgelistarũ,& Apostolorũ de quibus dictũ est,Ps.18.In omnem terrã exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorũ.& Ioannes & Iacobus vocati sunt à Dño filij tonitrui.Marc.3.atq; ideô eleganter dixit, tãquam vocem tonitrui, quoniam visio sequẽs pertinet ad prædicationem Apostolorum.

A

¶Cæpit ergo agn⁹ Dei resignare sigilla,& exorsus est à primo.Vocant autẽ Hebræi vnũ, qđ nos dicimus primũ. Et sic vna Sabathi Ioan.20. pro primá die hebdomadę ponitur.Vna(inquit) Sabathi Maria Magdalena venit ad monumẽtũ. ¶Inclamauit autẽ vnũ.i. primũ animal,qđ supra.ca.4. diximus esse simile leoni & clamore simili tonitrui Ioannẽ vocat:& monet vt penitus introspiciat qđ nũc patefit arcanũ. His omnibus circũstantijs declaratur, qđ iam diximus.Item declaratur rem esse magni momenti quæ ostenditur. ¶Animal illud simile leoni mystice gerit personam sapientum prædicatorum, qui forti & leonino pectore intonant: dum nos excitant vt proprius accedamus ad cognoscẽdum Deum. ita Anselmus,& Beda,& alij.

B

Vnũ.i. primum. Ioan.20. Sup.c.4. Ansel. Beda.

¶*Et ecce equus albus.* De coloribus equorũ aliqui non existimant curiosè esse agendũ: cũ tamen id cognoscere ac scire maximè cõducat ad perfectã sanctarũ scripturarũ intelligentiã. Nota ergo quod albus color lætitiæ,& pacis, & traquillitatis atq; puritatis signũ est.Eccle.9. Vade ergo & comede in lætitia panem tuũ, & bibe cũ gaudio vinũ tuũ,quia Deo placent opera tua. Omni tẽpore sint vestimenta tua candida. Hinc est,quod vt Zacharias. c.1. significaret tranquilla regna & læta, per equos albos significauit: sanguinolenta verò per equos rufos.Sunt enim equi rufi duri ad laborem.Per equos autẽ variorũ colorũ,varios aliarũ prouinciarũ status,variaq; ingenia: quod nunc alios bello inuaderent, nunc in pace quiescerẽt,neutrũ tamẽ firmũ haberẽt sicut rufi & albi. hoc idẽ videre licebit in his equis diuersorum colorum. Ait ergo Ioan.

C

Eccle.9.

D

Zach.1.

Equus albus ecclesia primitiua, Ansel. Richard.

¶ *Et ecce equus albus.* Aperto primo sigillo visus est equus alb⁹, quo patres intelligunt significari Ecclesiã primitiuã dealbatã aqua baptismi. Ita Ansel. & Richar. Tũc enim dealbati fideles vitæ innocentiã præferebant. Ecclesiæ enim dicitur Cãt. 4. veni de libano spõsa mea. Libanus enim est mons albedine plenus. Sicut ergo liban⁹ dicitur cãdidus à candore, ita Ecclesia est cãdida à lauacro Chri. Quo[illegible]t plenius intelligamus notandũ est, equũ bellicosum esse animal & prælijs aptũ: vt elegãter ostẽditur Iob. c. 39. Exultat audacter in occursum pergit armatis. contẽnit pauorẽ, nec cedit gladio. Hinc crebra equorũ mentio fit in sacra scriptura cum de prælio sermo est. vt Ps. 19. hi incurrib⁹, & hi in equis, nos autẽ in nomine Dei nostri inuocabimus. & Ps. 146. non in fortitudine equi voluntatem habebit. Pro. 21. equus paratur ad diẽ belli, Dñs autẽ salutẽ tribuit. In equo igitur instructio ad prælium & prælium significat. quare qđ in hoc c. 6. & 19. Homines videm⁹ equis insidẽtes, semper hoc significat, eos esse ad præliandũ instructos & paratos. Equi ingeniũ (vt modo patrũ expositionẽ cõmunem sequamur & explicemus) Ecclesiæ primitiuæ multũ cõuenit: quando erãt fideles in maiori perfectione. nã si Iob. 39. dicitur: exultat audacter, in occursum pergit armatis, sic fideles gloriabantur in Ecclesiæ primordijs, positi in vitę discrimine & vltrò tyrannis potentibus, & armatis humana sapientia, virili magnoq; animo occurrebãt. qđ Paulus. ad Rom. 12 ait: Solicitudine non pigri, spiritu feruentes, in tribulatione patientes &c. qđ optimè cõfirmatur verbis Zacha. c. 10. quę in hoc ipsum protulit Augu. ho. 5. Visitauit Dñs exercituũ gregẽ suũ domũ Iuda, & posuit eos quasi equũ gloriosum in bellũ. Albi autẽ sunt nõ solũ propter innocentiã vt dixim⁹, sed etiã, quia nõ portabãt Apostoli, & Apostolici viri Ecclesiæ primitiuæ tristia hominibus, sed læta & prospera. de quib⁹ scribit Esai. c. 52. quàm pulchri sunt pedes euãgelizantis pacẽ, annũciantis bonũ predicantis salutẽ. His adiungamus qđ Origẽ. scribit ho. 2. super Cant. in illud: equitatui meo incurribus Pharaonis, assimilaui te amica mea. Sũt ergo equi Dñi quibus ascẽdit equitatus eius, quos ego non alios esse puto quàm illas animas, quæ frenũ disciplinæ eius accipiũt: & iugũ portant suauitatis eius, & quę in spiritu Dei agũtur: & in hoc est eis salus: & aliquantò post ait: Beatæ sunt ergo illæ animæ, quæ dorsum suũ curuauerũt vt suscipiãt sessorẽ verbũ Dei superse: & frena eius patiuntur: vt quocũq; ipse voluerit flectat eas, & agat habenis præceptorũ suorũ: quia iã nõ propria voluntate incedunt, sed ad omnia ducũtur, & reducũtur volũtate sessoris. Quæ omnia melius Apostolis Apostolicisq; viris primitiuæ Ecclesię conueniunt quàm cæteris.

Esai. 52. Origẽ.

Iob. 39. Pro. 21. Ps. 19. Ps. 146. Iob. 39. Rom. 12. Zach. 10.

Equus albus Christi humanitas Rupert.

¶ Est etiã multorũ apta intelligẽtia vt per equũ albũ intelligamus humanitatẽ Dñi. ita Rupert⁹. De humanitate enim redẽptoris procedũt illæ rationes supra positæ. quæ explicatio cõfirmari põt ex Apocalyp. c. 19. & vidi cœlum apertũ, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis & verax, &c. & Paulò post: & vocatur nomen eius verbũ Dei. quem locũ referens Ambrosius in illud Ps. 40. magnificauit (siue vt ille legit) amplificauit super me supplantationẽ, in equo albo corpus Christi significari docet. Albus erat (inquit) quia erat immaculatus: quia nulla peccati inquinamenta cognouerat. Nam si libido tenebrosa est, rectè

Apoca. 19.

rectè ſanctimonia relucet & ſplẽdet. Huius equi figura fuiſſe dicit equus ille terribilis qui apparuit Heliodoro.

2 Macha 3 Origenes

2.Mach.3.eũdẽ ſenſum inter alios refert neq; improbat Origen. Homi.2. in cãtica,in illud:equitatui meo in curribꝰ Pharaonis,&c.Et Hiero. in illud

Hiero.

Eſa.66.& annũciabãt gloriã meã. Citat eadem verba Apo.c.19.& ait:equo autẽ ſedebat albo quoniã poſt reſurrectionẽ immortale & incorruptũ corpus aſſumpſit.Poſſumus & hìc eodẽ modo equum interprætari,ſed prima expoſitio probabilior videtur,& à nobis proſequenda eſt.

Et qui ſedebat ſuper illũ habebat arcũ,& data eſt ei corona,& exiuit vincẽs vt vinceret. Omnes cõuẽniũt filiũ dei ſignificari per hũc ſeſſorẽ.Sedet enim ſupra totã Eccleſiã Chriſtꝰ, & multo propius ſupra humanitatẽ ſuã, quã ſuſtinet &moderatur. Quadrat illud.1. Cor.6.glorificate & portate Deum in corpore vro.& Sap.7.anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ.Et dicit,quod illi qui ſedebat,erat arcus in manu.Vbi notã dũ,quod arcus aliquãdo ſumit in bonã,aliquãdo in malam partẽ.Pſa.36.ſumitur in malã partẽ.Gladiũ (inquit) euaginauerũt peccatores, intenderũt arcũ ſuũ,vt decipiant pauperẽ & inopẽ:vt trucident rectos corde.De quo Orig.Hom.1.ſuper.1.Regu.capitur enim in hoc verſu pro inſidijs & fallacijs.Accipit etiã in bonã partẽ pro cõminationibus,& diuino iuditio,cuius timore nos Deus ad pœnitẽtiã horta tur,& ideò gerit illũ hìc in manu. Sic etiã in Pſa.7.dicitur.Niſi cõuerſi fueritis arcũ ſuũ vibrabit:arcũ ſuũ tetendit & parauit illũ,& in eo parauit vaſa mortis,ſagittas ſuas ardẽtibꝰ effecit. ¶ Et ſolet notari in arcu,quod quãtò lõgiꝰ corda trahit,incitatior fert ſagitta: ſic iudicij dies quantò lõgius differtur,tanto cũ venerit, ſeuerior erit ſententia. Habet enim Deus arcũ,& ſagittas vt patet Pſa.44.Sagittæ(inquit)tuæ acutæ (populi ſubte cadent) in corda inimicorum regis,ſub.infigentur.

Chriſtus ſedet ſuper eccleſiam.

Pſa.36. Arcus in bonã & in malã partẽ

Orig. to.1. pa.260.a.

Pſa.7.

Pſa.44

¶ Quod verò data ei corona dicitur, regalis dignitas Chri conceſſa à ſacra trinitate intelligẽda eſt. Pſ.2.Ego autẽ conſtitutus ſum rex ab eo, ſuper Sion montẽ ſanctũ eius.& ad Hebr.1.quem conſtituit heredem vniuerſorũ.1.Dominũ & regem vniuerſorum. de hac corona Pſ.20.poſuiſti in capite eius coronã de lapide prętioſo. ¶ Dicitur etiã qđ eſt ei data,quia Chriſtus fuit coronatꝰ in ſuis mẽbris.& ideo ſecũdũ Anſel.& Bedã,dicitur coronã accipere.& citant illud Pſa.67.aſcendiſti in altum, accepiſti dona in hominibus.

Pſal. 2. Hebr.1. Pſal. 20. Pſal.67.

¶ Exiuit autem vincens vt vinceret. Quod explicat iſto modo : exiuit ex paſſione,vincẽs in reſurrectione, mortẽ & Iudæos: vt poſtea vinceret gẽtes. nã prædicatio euangelica prius euaſit victrix in Iudæis,&poſtea victoriã obtinuit in gentibus:& ita fuit vincens vt vinceret. ita Anſel.& Richar. & Abb. Ioachin referẽs illã huius rei figurã qđ Iſrael prius olim vicit Egyptios,& poſtea Chananæos ſuperauit. ¶ Eſt alia expoſitio,qđ Chriſus reſurgens vicit in ſuo corpore aduerſarios,vt poſtea vinceret in ſuis mẽbris.ita Ansber.& meminit huiꝰ expoſitionis D.Tho.& quadrat cũ illo Io.16. cõfidite ego vici mũdũ,quaſi dicat:vt vos vincatis.¶ Eſt autẽ cõſideratione dignũ,qđ Deꝰ vincit, vt vincat: quia in illo victoria victoriã parit.Nullã ille cladẽ,nullã belli offenſionem patitur: quantumuis humanis oculis aliquando videatur vexari, & opprimi,aut in martyribus , aut in ſua ipſius morte. Quod igitur hac viſio-

Primus ſenſus.

Anſelmus, Richar. Abbas.

Secundus ſenſus.

Ansber: D.Tho. Ioan.16.

ne oſtenſum eſt Ioanni illud eſt, ſemper Chrum victore eſſe in Apoſtolis & Apoſtolicis viris, nec vim tyrannorũ & hæreticorũ, aut perſecutorũ euãgelij impediri poſſe, quin oẽs gẽtes ad ſe cõuertat vt tẽpore Apoſtolorũ cæperat. qđ nris etiã tẽporibus videmus, quibus euãgelium barbaris & remotis nationibus prædicatur nõ ſine magno fructu. Notãdũ qđ primũ animal, hoc eſt, leo, hanc viſionẽ oſtendit Ioãni, quoniam regia Chri poteſtas quæ in leone ſignificatur, vt dictum eſt c.5. vicit leo de tribu Iuda, hîc oſtenditur, cum omnia ei obediunt.

A reus collegiũ Apoſtolicum.

¶ Et qui ſedebat ſuper illũ habebat arcũ. Hic eſt arcus de quo ait Abacuc.c.3. ſuſcitans ſuſcitabis arcũ tuũ. Vel per arcũ de quo loquitur hîc Abacuc & D. Ioã. in hoc loco intelligi põt collegiũ Chri

Zach. 9. de quo ipſe ait apud Zacha.c.9. extẽdi mihi Iudã, quaſi arcũ. quorũ verborũ hic eſt ſenſus: ad expugnandũ mũdũ vſus ſum Iudæa tanq̃ arcu, hoc eſt Apoſtolis in Iudæa natis & nutritis, qui ſuis cõcionib⁹ mũdũ cõuerterũt. Erãt eorũ verba admirabiles ſagittæ in animos hominũ penetrãtes, & ipſi arcus ad gentes vincendas: quæ antea erant idolorũ cultrices. Hic ergo arcus eſt in manu Chri, qui Apoſtolis velut arcu vtebatur. quẽ arcũ Abacuc prædixit, eſſe ſuſcitandũ & apertè oſtendendũ. Vnde verba illa ſuſcitãs ſuſcitabis arcum tuũ, poſſunt etiam ita verti: oſtenſione oſtẽdes arcum tuum. idem enim ſignificat verbum, hur.

Primũ ſigillũ ſignificat tempus eccleſiæ primitiuę. Secundum ſigillũ continet tẽpus martyrum ſub Nerone vſque ad Titum.

¶ Et cũ aperuiſſet ſigillũ ſecundũ audiui ſecundũ animal dicens: veni & vide. Inquolibet ſigillo cõtinẽt arcana, quę certo tẽpore De⁹ futura cognoſcit. & in primo ſigillo ea cõtinebant quæ poſtiſſimũ in Eccleſia primitiua facta ſũt per Apoſtolos, & primos diſcipulos Dñi. in 2. ſigillo ea habentur quæ mox poſt Apoſtolos ſubceſſerũt in Eccleſia, quãdo omnia madebant ſanguine, & perſecutione. Hæc perſecutio cępit ſub Nerone, & hoc eſt quod ſecundum animal ad rei contemplationem apparuit vt vitulus immolatitius, in quo nimirum deſignantur immolationes & ſacrificia martyrũ. nunc autem aperitur ſigillum ſecundum.

Primus ſenſus.

¶ Et exiuit alius equus rufus & qui ſedebat ſuper illũ datũ eſt ei, vt ſumeret pacẽ de terra: & vt inuicem ſe interficiant. Omnes cõueniunt qđ color hic rufus ſanguinolẽtũ Eccleſiæ ſtatũ ſignificat, nempe, martyrũ. Sed eſt varietas an equus & ſeſſor ſumantur in bonã vel in malã partẽ. nam Græca ſcholia per hunc equũ intelligere videntur ipſos ſanctos martyres rubeos & rufos propriio ſanguine, ſedetq; ſuper illos ipſe Dñs eoſq; moderatur. & fauere videt huic expoſitioni, illud Zãchar.1. videlicet, Dñs aſcendit ſuper equũ rufum, & poſt eũ equi rufi. & in eo loco equi rufi in bonã partẽ pro ſanctis Apoſtolis accipiuntur. Nec verô obſtat qđ ſequitur, qđ qui ſedebat ſuper hunc equum tollebat pacẽ de terra. nam ipſe Chrus de ſe ipſo id affirmat Math.10. Nolite arbitrari, qđ pacẽ venerim mittere in terrã: nõ veni pacẽ mittere ſed gladiũ. Separabat enim amor Chri ſæpè teneras virgines à parentũ amplexu, & ad martyriũ rapiebat. Impia itaq; pax improborũ ſublata eſt per Chrm: & pax ſancta inducta. de qua illud Ioã.14. pacem meam do vobis, nõ quomodo mundus dat ego do vobis. &c.

Equus rufus ſanguinolẽtũ ita tũ eccleſiæ ſignificat.

Seſſor Chriſtus qui ſuper martyres ſedet.

Math. 10.

Ioan. 14.

¶ Richardus verò, Beda, & Anſelmus, nomine equi rufi tyrannos ipſos & ipſorũ ſatellites cæde martyrũ reſperſos interpretãtur. Habet enim dæmõ ſuos equos: & inter alios ſedet ſu-

Secundus ſenſus.

per

Equus Rufus cæcũ significat tyrannoꝝ. Sessor est diabolus. Act. 9.

per istũ rufum spirantem minarũ & cædis in discipulos Dñi: qualem representabat Paul' antè cõuersionẽ Act.9. Paulus autem spirans minarũ & cædis in discipulos Dñi accessit ad principem sacerdotũ, cui spiritus nequam

Math.23. insidebat. cõgruit cũ illo Mat.23. Ecce ego mitto ad vos prophetas, & ex illis occidetis &c. & veniet super vos sanguis qui effusus est à sanguine iusti Abel, ad sanguinem Zacharię. Qua propter meritò dicuntur Rufi, quia super illos cecidit sanguis martyrũ. Quãobrem

Esai.1. Esai.1. Dominus non accipit sacrificia de manu istorũ, quia (inquit) manus vestræ sanguine plenæ sunt. &

Psa.25.54.50. hi vocantur viri sanguinũ Psa.25. & 54. & 50. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ.

¶ *Datum est ei sumere pacem de terra & vt inuicem se interficiant.* Discordiæ author est iste sessor, de quo Iob.41. di

Diabolus est autor discordiæ. Iob. 41. Phil. 4. citur quod est rex super oẽs filios superbiæ. non quidem illã pacem quę exsuperat omnem sensum ad Phil.4. Diabolus euellere ex fidelium animis potest: sed pacem terrestrem, quę inconuictu externo sita est. & sublata pace terrestri homines in multas cædes ruunt. & tradit frater fratrem in mortem. Mat.10. Nam de diabolo est illud

Math.10. Abac.1. Abacuc.1. semper interficere gẽtes, nõ cessat. nam bonis & malis ille nocere studet. hinc tot bella principũ & irreconciliabilia odia. Bella enim excitat diabolus ciuitatũ, & regnorũ infideliũ aduersus ciuitates & regna fidelium: quos causa religionis persequitur. atq; ita inuicẽ se interficiũt homines: vt videmus oriri passim inter hæreticos & Catholicos, inter Sarracenos & Christianos: qua ratione meritò dicitur, & datus est ei gladius magnus.

¶ *Et datus est ei gladius magnus.* i. per missa est illi à Deo potestas magna nocendi ita Anselmus, Beda & alij. Est enim potestas bona, & à Deo data diabolo, sed abusus potestatis malꝰ est. & tamẽ permittitur à Deo, propter bonũ inde proueniẽs. colligit enim Deꝰ vbi nõ seminat. Mat.25. metis vbi nõ seminasti, & sępè elicit mel de petra & oleũ de saxo durissimo. Deut.32. nã de peccato duro alterius, elicit mel pœnitẽtię. Est verò magna potestas, hæc diaboli, nã licet nequeat eis, qui nõ cõsentiunt de trimẽra spiritualia inferre, tamẽ multis modis & in omne genus hominũ põt: nũc dulcia, nũc amara suggerẽdo prout illi cõmodius videt, & nũc sanctos & viros doctos pſequẽdo. Abacuc.c.1. de hoc Grego.5.mora.c.16. diabulꝰ leo est cõsentiẽtibꝰ, sed formica resistẽtibꝰ. & ideo vbi Iob.4. vocat tigris alia trãslatio habet mirmicoleõ. i. formica leo.

Anselmus, & Beda. Mat.25. Deu.32. Abacuc.1. Iob.4.

¶ Sed est notãdũ qđ hæc potestas est à Deo illi data, alioquin ille nihil posset. sic Iob.1. nihil attẽtauit dęmon nisi prius à Deo impetrata facultate. & hoc est illud Lu.22. ecce sathanas expetiuit vos, vt cribaret sicut triticũ. & Io.19. dixit Chrꝰ Pilato nõ haberes potestatẽ in me vllã nisi tibi data esset desuper. Est apt' locus iudicũ.7. vbi dicitur qđ immisit Dñs gladiũ in omnibꝰ castris, nępe infideliũ, & mutua se cæde trucabãt. Fuit potestas tũc data à Deo, vt eas cædes patraret. Significat ergo hac Ioãnis visione semper quidẽ euãgelij prædicationẽ superaturã aduersus diabolũ eiusq; satellites. nec vllam posse in terris tantam vim poni quæ eam extingat. Sed tamen non sine sanguine superaturam. diabolo verò de eius subcessu vehementer dolente, omnes artes nocẽdi & omnes machinas suas admouente aduersus Christianos, vt in omnibus seculis factum videmus.

Lu.22. Io.19. Iud.7.

quæ viſio ad ſecundum animal pertinet, ideſt, ad vitulum, multum planè. Quoniam exeũte hoc equo rufo, plurimi quaſi vituli, ante aras propter Chriſti fidẽ à perſequutoribꝰ ſunt immolati. Tepus etiã conuenit. Nã poſt Neronẽ principẽ tyranũ chriſtianos perſequentẽ (quæ prima Eccleſiæ perſequutio fuit) rabies Iudæorum & Cẽtilium, ideſt, imperatorum Romanorum maximè Chriſtianos premebat: accedente ad odium timore pœnarũ, ne ſi tacerent, fauere Chriſtianis viderentur. & eodem tẽpore Lucas Euangeliũ ſuum videtur ſcripſiſſe, qui Romam cum Paulo venit ſecũdo anno imperij Neronis vt docet Hieron. in catalogo cum de Paulo & de Luca agit. Sed de ſignificatione huius equi iterum dicemus cum de inferno ſequenti equum pallidum dixerimus.

Hiero.

¶ *Et cum aperuiſſet ſigillum tertium, audiui tertiũ animal dicẽs: veni & vide.* Tertium hoc animal humanam faciẽ præſe ferebat vt patet. c. 4. & repreſentat homines doctos, qui hæreſes confutarunt, & inuitant ad contemplationem contenti myſterij ſub tertio ſigillo: quod tale eſt, ſcilicet ſtatus Eccleſiæ in quo crebreſcere hæreſes, & hærerici homines graſſari cæperunt. Nam cum Eccleſia ſanguine martyrũ propagari cæpiſſet, eſſetquè iam magna ex parte in pace, & tranquillitate, ſub principibus Chriſtianis Conſtantino imperatore, & Sylueſtro Papa: tũc ſacras literas euoluere, & ſtudia ſancta licebat colere. Ex hac pace, occaſione accepta, ortæ ſunt ambitiones, & ſuperbiæ, & hinc ſectæ & hæreſes. tunc Arrius & Sabellius & reliquorum hæreticorum hæreſes pullularunt.

¶ *Et vidi & ecce equus niger.* Hoc enigmate impoſtores omnes & hæreticos A ſignificari affirmãt Anſelmus, Richardus, & Beda. nam poſtquàm diabolus aperto marte Eccleſiã vexauit in martyribus, nunc occultis inſidijs, eã fraudulenter affligit per hæreticos, qui tenebras aliorũ oculis effundũt, & aliud fronte & verbis ſimulãt quàm re ipſa concipiant: qui ſunt alieni à candore Eccleſiæ. Et ideo vocantur nigri. de quibus Math. 7. dicitur: quod veniunt in veſtimentis ouiũ. &c. de his dicitur threnorum. 4. denigrata eſt ſuper carbones facies eius.

Anſel. Richar. Beda.

Math. 7.

¶ *Et qui ſedebat ſuper eũ, habebat ſtateram in manu ſua.* Sicut in equo albo Apoſtoli, & cæteri Euangelici prædicatores ſignificari diximus, quod læta & proſpera hominibus annunciabat. ita ècontrario in equo nigro prædicatores diaboli, & peruerſæ doctrinę doctores, intelligere conuenit. qui triſtia hominibus portant. i. per quæ in triſtiam perpetuam inducũt, & tenebras hominibus effundũt. Seſſor ille eſt pater mendacij diabolus Io. 8. qui hæreticos ſtimulat & moderat quaſi equos ſuos. Expreſſum eſt autẽ hæreticorũ ingeniũ hac ſtatera, quã dæmon inæquitans manu gerit. Nihil enim aliud crepant hæretici quàm iudiciũ ſacræ ſcripturę ſequendũ eſſe, & hoc ſtaterę prætextu imponũt incautis. deprauãt verò ſcripturas ſacras ad ſuam ipſorũ perditionẽ. i. Petri vlt. ¶ Et hanc ſtateram diabolus geſtabat manu, tentans Dominũ. Mat. 4. Mitte te (inquit) deorſum. ſcriptum eſt enim quoniã angelis ſuis mãdauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. ex contrario & quaſi manu torquet ſtateram, & ex ſiniſtra ſacræ ſcripturæ intelligẽtia colligit licitum eſſe ſe precipitem facere. Pſalmus autem de ſpiritualib' auxilijs quibus Deus ſuos fouet, loquebatur.

Equus niger hæreticos impoſtores. Seſſor diabolus.

Ioan. 8.

Statera ſacræ ſcript.

1. Pet. vlt.

Math. 4.

Cæte-

Quare diabolus manu gestat stateram sacræ scripturæ.

Cæterum statera à manu pendere nõ debet cum aliquid ponderare volumus, nam facilè illam in hanc vel illã partem altera manu inclinare possumus. & hoc est quod diabolus manu gestat stateram, vt in hanc & illam partem dolosè inclinet illam. Sic Hieron. Hieronymus super Oseam. cap. 12. Exponens illa verba Chanaam in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit. Verum tamen diues effectus sum. De hoc enim gloriantur hæretici, habemus plurimam multitudinem discipulorum, turba nos sequitur.

¶ *Et audiui tanquàm vocem in medio animalium dicentium bilibris tritici denario vno.* Crebrò his vocib⁹, tanquã, & quasi, & similibus vtitur. Vt cum de animalibus loquebatur. c. 4. Quoniam non erant verè res, sed rerum similitudines. Sed his omissis, remediũ tanti mali his verbis exprimitur. Est autem hæc vox è medio omnium animalium profecta, vt intelligamus esse omnium Euangelistarũ, qui per hæc animalia significantur supra. c. 4. & ne illorum tantum, sed etiã totius Ecclesiæ, quæ est columna veritatis. 1. Timo. 3. Hæc est expositio cõmunis Richardi, & Anselmi. Sed Ansbertus dicit esse vocem Ecclesiæ. Ita habetur in collectaneis. Nam contra hæreses, hoc est validum remedium, scilicet, vox cõmunis concilij de medio omnium Euangelistarum resonans. Contra hos omnes hæreticos hoc remedio semper vsa est Ecclesia, ab Apostolis vsquè ad nos. Quod Actorũ cap. 15. patet. Siue ergo hæc vox sit animalium ipsorum, siue sit è medio sonans sine certo authore: sensus idem erit. Nam hìc est varia lectio, alijs legẽtibus: dicentium, scilicet animalium: & alijs, dicentem. Sed quid sonat ea vox. *Bilibris tritici denario vno*, Pro bilibris in Græco est, χοῖνιξ, chœnix, in vtroquè loco, quod est nomen mẽsuræ aridorum. capitquè cotylas. 4. siue sextarios duos iuxta Budæum, lib. 5. de asse. Quam frumento plenã vnus quotidiè assumere posset homo, vt idem author probat eodem libro ex verbis Herodoti lib. 7. & ex Suida, & Athæneo. Ideoquè ab authoribus vocari solet cibus diurnus. Declarat hoc vulgatum Pithagoræ symbolũ: chœnici ne insideas. i. cum vnius diei victum paraueris, ne quiescas, sed labora & plus quære. De quo etiam Erasmus differit in chyliadibus. Hæc mensura ad hispanicas redacta, capit quartellum tritici cum dimidio: quã in singulos dies veteres seruis dimetiebantur. Noster interpres duas libras tritici continere hanc mensuram putauit. id est, viginti quatuor vncias. Ideoquè ne græco nomine vteretur, vertendum putauit bilibris, & subaudiuit mensura. At Budæus quatuor libras habere testatur chœnicem. Quoniã vt supra diximus chœnix capit duos sextarios: & sextarius capit vncias viginti quatuor. i. libras duas. Sed Pollux in suo anomastico, lib. 4. cap. 22. Chænici tres cotylas tribuit. Habet autem cotyla vncias nouem. & Alteus in libello de ponderibus & mensuris chœnicem communem apud Græcos habere testatur quatuor sextarios. Athicam verò chœnicem tres cotylas. Quod confirmat expolluce & alijs. & consentit cum nostra translatione. Gregorius etiam Agricola duabus libris & quadrante constare dicit. & hoc cõsonat nostro textui, bilibris enim duæ sunt libræ. & denarius subducta ratione valet hispanicè, vn real poco mas o menos. & tres bilibres or

1 Timo. 3. Richar. Anscl. Ansber.

Nam contra hæreses est validum remedium vox communis Ecclesiæ, aut concilij, resonãs de medio Euangelistarum. Ad. 15.

Budæus.

Hero. Suida. Athen.

Pitha.

Eraſmus.

Pollux.

Alteus.

Grego.

dei sunt sex libræ. Hactenus de grammaticali sensu. Sed quantum ad sensum literalem sacræ scripturæ attinet, multis modis exponitur hic locus.

¶ Prima expositio, quod remedium contra hæreses hoc sit, retinere fidem ad rectè intelligẽdum scripturam noui testamenti, & etiam veteris, & sic liberabimur ab hæreticis. Bilibris tritici dicitur significare nouum testamẽtum. Triticũ enim suauius est quàm ordeum: & est cibus hominum, & talis est gratia noui testamenti, qua velut homines spirituales donis intellectualibus inbuimur. & in duas libras diuiditur nempe in fidem, & opera: aut in sensum spiritualem & literalẽ. Si ergo gratiam noui testamenti & rectam intelligentiam vis comparare: denario vno. i. fide perfecta, debes emere. Quia initium rectè intelligendi, à fide est Esaiæ. 7. ex versione. 70. Nisi credideritis non intelligetis. & quia denarius omnem perfectionem numeri simplicis continet, ideò illi comparatur fides, quæ debet esse integra.

¶ Tres autem bilibres vetus testamentum significant, quod in legales, propheticos, & historicos libros diuiditur: & quilibet librorũ istorum est bilibris, propter fidem & opera quæ ibi docetur: & propter geminum sensum spiritualem, & literalem. Est expositio hæc antiquorum, quam ex libro sine titulo attulit Gagneius hic: quam etiam Richardus tractat, & Abbas Ioachin eam sequitur, & doctè de ea disserit author Collectaneorum. Solet enim sæpè doctrina euangelica tritici nomine significari, sic Hieronymus super Esaiam. cap. 30. ibi: dabit tibi dominus panem arctum & aquam vberem. Dicit Hieronimus esse promissionem legis euangelicæ. In quâ vno verbo diliges proximum tuum, sicut te ipsum Mathæ. 22. Continetur prolixitas veteris testamenti. Quod dicebat Paul. ad Gal. 5. omnis (inquit) lex in vno sermone continetur: Diliges Dominum Deum tuum. Quod verò ordeum legem mosayçam significet tractat Orige. Homi. 12. super Genesin: tum, propter insuauitatem & inuolucra palearum. Sic enim lex vetus sub figuris continet ipsam gratiã. Tũ etiã quia est iumentorũ cibus, sicut & illa lex erat Hebræorũ, quos Deus tractabat iumentorum in morem. & sicut ordei messis præcedit triticeam, vt patet Exod. 9. Vbi serotinũ vocatur triticum, ita & lex illa tempore præcedit legem euangelicam. Vtrumquè verò suo tempore aluit, & alit. & ideo Dominus duobus miraculis pauit turbas: vno, panibus ordeaceis significantibus statum veteris testamenti, Ioã. 6. & Math. 14. & ideo moliter cõfederunt super fœnum. Quia lex illa promittebat & conferebat bona terræ. & libris quinquè constabat. Sicut quinquè erant panes ordeacei. Sed & septem panibus, quos verosimile est fuisse triticeos, quia absolutè vocantur panes: iterum pauit turbas Dominus, Math. 15. vbi status perfectionis euangelicæ continetur. & ideò super nudam terram sedent turbæ, hoc est, duriter, quia vitæ asperitas & pœnitentia inducitur in nouo testamento: quod septem sacramẽtis quasi septem panibus constat. & meritò vno denario vtrumquè emitur: quia eadem est fides quæ in vtroquè testamẽto est præcepta. Id quod late ostendit Paul. ad Hebr. 11. in cuius rei mysterium turbæ quæ præcedebant & quæ sequebantur acclamabãt

Bilibris tritici nouũ testamentũ & quare?

Esa. 7.

Tres bilibres veteris testamẽti.

Gagneius. Richar. Abbas Ioachim.

Esa. 30.

Ordeũ lex mosayca & quare. Origen.

Exo. 9.

Ioa. 6. Math. 14.

Math. 15. Marc. 8.

Hebr. 11.

De

Domino intranti in Hieruſalem, oſãna filio Dauid. i. fideles omnes veteres & ſeniores, Chriſti fide fuerũt imbuti. ¶ Secunda expoſitio huius loci eſt, vt his verbis ſignificetur fames futura. Quod Aretę, & Victorino placuit. Sed vulgaris hæc fames eſt, & quæ ſæpè contingit. Nam nec triticum defuturum dicit nec ordeum. Addit etiam vinum & oleum nõ eſſe lædenda. ¶ Fortaſſe ita explicabitur locus iſte. Sicut chœnix aut bilibris erat cibus diurnus homini idoneus. Ita denarius merces eſt laboris diurni, vt conſtat ex parabola vineæ Math. 20. ait ergo totã diei mercedem panem eiuſdem diei emendo neceſſariam fore. Triticum cibus hominis eſt: ordeo non vtuntur niſi cum tritici magna penuria eſt. Ideo in tritico doctrina elegans & myſteriorum ſacræ ſcripturæ explicatio deſignatur. Quæ hæreticis omnia turbantibus rara erit: & quaſi ad menſuram dabitur ijs, qui in vinea Domini, ideſt, in cultura virtutum laborauerit, pro mercede ſui laboris. Nõ quidem quaſi ex iuſtitia debita, ſed quaſi ex Dei miſericordia, & benignitate cõceſſa. Acſi dicatur: quid quid laborauerit, neceſſarium erit vt Deus laborem illum inſpiciens, miſericorditer eum à fame illa liberet. De hoc tritico & de hac menſura dictum eſt Lucæ. 12. quis putas eſt fidelis diſpenſator, & prudens: quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram. In ordeo, quod magis iumentorum cibus eſt, indicatur rudis & operta intelligentia huius doctrinæ, quæ ad ſalutem neceſſaria eſt: & eius multò maior copia eſſe ſolet, quàm altioris, & reconditoris eruditionis. Hæc quoq; dabitur eo modo quo diximus, quaſi merces, laborãtib⁹ in opere virtutis: & ab hæreticorum turpitudine recedentibus. Sed tanta eius erit penuria, vt tres chœnices denario vẽdãtur, ideſt, eodem precio quo chœnix tritici: & quo prius plures chœnices vendebãtur. Tres autem dixit potius quã plures, vt ratio ordei ad triticum ſeruaretur. Duplum enim aut triplum ſolet eſſe pretium tritici, ad pretium ordei. Significat autem hæreticos tàm vehementer aduerſus ſanam doctrinam eſſe pugnaturos, vt rari ſint inter Chriſtianos veritatis magiſtri: non ſolum altiorum myſteriorum, ſed etiam humilium, & ad ſalutem neceſſariorum. Vt in hæreſi Arriana contigit, cum rariſſimi erant, qui non eſſent veneno illius infecti. & qui veram doctrinam accepturi & conſeruaturi ſunt, illi erunt qui vitæ puritatem, & euangelij formam tenebunt: & hæreticorum ſcelera execrabuntur. Chœnix tritici vni dabitur. Vnius enim cibus eſt chœnix, ideſt, rara erit: & pauciſſimis dabitur huiuſmodi exacta veritatis cognitio: qualis in magiſtris Eccleſiæ eſſe ſolet. Tres chœnices non vni dãtur, ſed vni & eius familiæ, vt ſingulis diuidat prout licebit. Hordei enim maior copia erit, quàm tritici, & pluribus dabitur. Sed non niſi denario dabitur i. laboranti vt dictum eſt in opere virtutum: & eius cauſa dabitur alijs, quibus ipſe diuider. Hieronym. in illud Amos. 8. Immittam famem in terrã. mittit, inquit, Dominus famem in terram ſuper eos qui terrena ſapiũt, quãdo propter peccata populi doctrina deficit euangelica.

¶ *Et vinum & oleum ne leſeris.* Prima expoſitio eſt vt ipſa ſacra ſcriptura vinum & oleum nominetur: quia ſpiritum exhilarat, & hominis cor ve-

Secunda expoſitio. Aretas. Victorinus. Tertia expoſitio. Math. 20. Luc. 12. Hiero. Amos. 8. Vinum & oleũ ſacra ſcriptura vocatur, & quare.

ra lætitia profundit vt vinum: & lenit,& consolidat velut oleum,quo vtebantur olim palestritæ incertamini bus,perfuso toto corpore. Eo quod corpus consolidaret ante initum certamen.His ergo verbis dæmon monetur,ne per falsos suos doctores sacram scripturam aut malè vertendo, aut textum vitiando, aut falsò exponendo,corrumpat.Ita habetur in Col lectaneis.Richardus intelligit per vinum ecclesiasticos doctores.Qui vino comparantur, dum palàm iniquè viuentibus mordaciter increpant: oleo verò,dum pusillanimes consolantur,& spiritu lenitatis corripiunt:& vtrosquè diuinitus seruari à potestate dæmonis his verbis iubetur. Sunt enim hæc duo remedia salutis aduersus vulnera peccatorum,vinum & oleum.Vt patet Lucæ.10.vbi Samaritanus oleo & vino curat semiuiuũ hominem. Prohibeturquè dæmon ne remedia nostræ saluris auferat: & ne authoritatem prælatorum infringat. Atquè hoc quidem consonat cum illo Math.16.portæ inferi non præuale bunt aduersus eam. ¶Aut vinum fideles dicuntur omnes,vino dominici sanguinis in baptismo potati,&de prę lo dominicæ crucis expressi, tãquam mustum.Dicente Paulo ad.Roma.6. An ignoratis fratres quia quicumquè baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus.Oleum quoq; dicũtur, tãquam in baptismo Spiritus sancti gratia & oleo delibuti. In medio igitur quatuor animalium, ideſt, communi consensu quatuor Euangelistarum,Ecclesiæ auditur vox consolatoria dicẽs:bilibris tritici,&c. Quasi dicat ne timeatis fideles, quãuis persequtioni tyranorũ,impietates succedere videatis hæreticorum, non enim lædere vos poterunt: nec annonam scripturarum vobis imminuere,siquidem denarium perfectæ fidei, quo illæ comparantur,retinueritis.

Vinum doctores Ecclesiæ vocãtur.

Luc.10.

Math.16.

Vinum significat fideles & etiá oleum.

Rom.6.

¶Augus.Homi.5.& Primas.4. aiũt in vino sanguinem Christi, in oleo vnctionem chrismatis intelligi. Sed quibusdam potius videtur Ioanem alludere ad parabolæ Domini vinum & oleum:quam retulit Lucas.cap.10. & quæ iam in ore omnium versabatur.Et appropinquans,inquit, alligauit vulnera eius,infundens oleum & vinũ.In quo omnia remedia à Christo relicta,& maximè sacramenta designantur. Quoniam ergo & si hæretici pacem Ecclesiæ turbaturi essent, & conaturi sacramenta tollere,& cœlestia ista medicamenta animorum: rectè vox Dei auditur,diabolo, qui equo nigro vehebatur, interdicentis: ne vinum & oleum læderet. Ita nostris temporibus Lutherus, & postea alij hæretici vinum & oleum lædere voluerunt: & sacramentis Ecclesiæ bellum atrocissimum in dixerũt, sed non est illis datum vt læderent, neq; vnquam alijs dabitur. Ex quo cernimus furentem rabiem hæreticorum, & eorum principis diaboli non amplius lædere posse Ecclesiam, quàm concesserit Deus. ¶Si quærimus cur ad huius sigilli apertionem tertiũ animal Ioanem vocet, causa ea est, quod hæretici cum sint verè lupi rapaces,vt Dominus ait, veniũt ad nos in vestimentis ouium,ideſt, mansuetu dinem & humilitatem simulant,& homines videri volunt,cum sint immanissimæ feræ.Eo tempore videntur hæretici potissimùm furere cœpisse,cum Mathæus euangelium suũ scripsit,anno videlicet.41.Domini, vt author est Eusebius in chronicis, cũ

Augu. Primas. Vinũ sanguinẽ christi, & oleũ vnctionẽ chrismatis significãt. Luc.10. Vinũ & oleũ sacramenta significant.

Eusebius.

Apo-

Apoſtoli per varias regiones diſpergebantur. Significatur ergo Ioãni, nũquàm defuturos hæreticos diabolo inſtigante, & quærente candorem euangelicæ doctrinæ, tenebris errorũ ſuorum obſcurare. Sed nequè in Eccleſia defuturos eſſe vnquam veritatis impugnatores: imo niger equus, poſt Rufum contra album erit: & ideo vox de medio animalium auditur.

Sapientes per aquilã ſignificantur.

¶ *Et cum aperuiſſet ſigillum quartũ audiui vocem quarti animalis dicentis: veni & vide.* Aquila erat quartum animal de quo. cap. 4. quo repreſentantur ſapientes, acutiori mentis acie præſtantes. Quorum acutis monitionibus fideles excitantur, ad myſterij conſiderationem, ſicut aquilæ filij ad contemplandam ſpheram ſolis. Quãtum verò ad literam attinet, in huius ſigilli aperrione aliquid Ioãni indicatum eſt, quod ad eum, & ad eius euãgelium pertineat: vt in reliquis vidimus.

Equus pallidus ſtatũ hypocritarum ſignificat.

¶ *Et ecce equus pallidus.* Hoc enigmate quartus Eccleſiæ ſtatus ſignificatur, quo ficta, & ſimulata ſanctitas Eccleſiam peruagata eſt. Hypocritarum eſt hic ſtatus, qui exterminant facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes. Math. 5. extra terminos naturalis habitudinis vultum alienant: & ideo pallidi ſunt. Iſti hypocritæ ſimplicitatem Eccleſiæ vexauerunt. Ita Richardus, & Beda. Et latiſſimè patet hypocritarum vitium, nam ad hæreticos, & omnes qui decipiunt prætextu ſanctimoniæ extenditur. & his pallidis equis omni tempore paſſa eſt Eccleſia bellum. & de his equis multa dixit & doctè, author Flauiacenſis ſuper Leuit. lib. 10. c. 3.

Math. 5.

Richar. Beda.

Flauiacenſis.

¶ *Et qui ſedebat ſuper eum nomen illi mors.* Pallori iungitur mors quæ pallida dicit. Inequitabat ergo diabolus re & opere mortem afferens. Delectatur diabolus cum inſidet hypocritis. Iob. 41. ſub vmbra dormit in ſecreto calami. Gaudet enim fraudibus & inſidijs: nam hac via, velut citato equo, feſtinat inferre mortem corporis & animæ. Nam hypocritæ & intemperati, vt in plurimum, morboſi ſunt & ad mortem corporis properant improba ſui maceratione: & mortem etiam animæ incurrunt propter morum falſitatem. Atquè ita diabolus in illis, mortis cognomentum accepit. Quæ appellatio illi congruit. Sapien. 2. inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum.

Iob. 41.

Sapien. 2.

¶ *Et infernus ſequebatur eum.* Conuenit hìc quod notat Ansbertus, qđ infernus benè coniungitur cum hypocrita. Nam ſicut hypocrita numq̃ ſatiatur, ſed ſemper eſt in ambitionis ſitim ita & infernus computatur inter inſaturabilia. Prouerb. 30. & Eſa. 5. idẽ legimus. Propterea (inquit) infernus dilatauit animam ſuam, & aperuit os ſuum abſquè vllo termino. Amplificat enim capacitatem vt plures deuoret. ¶Inferni etiam nomine, hìc poteſt intelligi magna copia damnatorum ſequẽtium diabolum. Sequũtur enim & diabolum imitantur, qui ſunt ex patre diabolo.

Pro. 30. d Eſa. 5. d

Cœtus impiorum infernus vocatur.

¶Ex hoc loco intelliges, quod non omnes vitam conſequantur, ſed eſſe multos qui mortem ſequantur. Liberum enim Deus hominem condidit, & poſuit ante illũ vitam & mortem, vt eligeret ſibi quod velet. Vnde Dominus ait: ecce ego do ante vos viam vitæ & mortis. & rurſum: conſidera, inquit, quod hodiè propoſuerim in conſpectu tuo vitam & bonum, & è

Hier. 21. c Deut. 30. d

cõ-

contrario mortem & malum, & dicitur eligite tibi vitam, vt diligas Dominum. Iusti quidem & electi probant quæ sunt meliora, & ea eligunt, & sequuntur vt Paulus admonet ad Philipens. 1. Imitantes apes, quæ optima legunt de pulchris floribus. Vnde non solum ceram, sed & mella conficiunt. Contra verbò impij de malis pessima, & de iniquis semper deteriora præeligunt: more cancrorum semper retrocedentes. Quibus Salomon ait: vsquè quò paruuli diligitis infantiam: & stulti ea, quæ sunt noxia cupiunt, & imprudentes odibunt scientiam? Hæc sunt de quibus in hoc loco loquitur noster Ioan. dicens: & ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum nomẽ illi mors, & infernus sequebatur eum. Cætus enim impiorum sequitur mortem.

Phili. 1.

Pro. 1.

¶Et data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & bestijs terræ. Diximus supra potestatem diaboli diuinitus dispensari. Hypocritarum potestas in hoc loco, dicimus esse in vniuersum mundum: qui in quatuor partes diuiditur. Et hæc omnia secundum aliquos in Mahometaneis hypocritis verificantur, nam omni genere seuitiæ per quatuor mundi partes Christianos vexãt. Sed de hoc statim dicem⁹.

¶Hæc verò quatuor cruciatus generà, quæ hìc referuntur: vocantur Ezechiel. 14. iuditia Dei. (Hispanicè los verdugos de la justicia de Dios.) & semper minatur Deus hæc flagella. Psalm. 62. traddentur in manus gladij, partes vulpium erunt. ideſt, vulpibus & bestijs erunt prædæ. & Psal. 33. ne traddas bestijs animas confitentiũ tibi. Et Deut. 32. dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentiũ super terram, atquè serpẽtium. De fame verò dicitur Psal. 104. vocauit famem super terrã, & omne firmamẽtũ panis contriuit. Et Hiere. 14. fame, gladio, & peste consumam eos. Vnde mortem vocat hic pestẽ qua multi pereunt. Vel aliud quodlibet nocẽdi & perimendi genus.

Fames, gladius, mors & bestiæ terræ vocantur iudicia Dei. Ezech. 14. & psa. 62. & psal. 33. Deu. 32.

Psa. 104.

Hiere. 14.

¶Et hæc mala aliquando Deus in nos mittit spiritualiter ait Anselmus, nam Amos. 4. dicitur famem audiendi verbum Dei immittrà Deo. Quia nimirum populus carebit doctore, & qui erunt doctores non audientur. In huius rei figura præcessit fames Aegypti, quam sustulit Ioseph. vt refertur Gene. 41. Christus enim dominus cuius figuram gerebat Ioseph, pauit doctrina mundum esurientem.

Fames, gladius, mors, & bestiæ terræ, quid significent si spiritualiter sumãtur.

Gen 41.

¶Gladio etiam spirituali multi perierunt, ideſt, gladio peruersæ doctrinæ. Mors verò spiritualis qua interiere, peccatum est. Peccatum enim vocatur mors ab effectu, quia priuat gratia spirituali: & infert mortem perpetuam & damnationem sempiternam. Vnde Paul. ad Ro. 2. ait: stipendia peccati mors. Dauid Psa. 48. inquit: mors depascet eos, quasi dicat: mors illa perpetua nõ euellet radicitus impios. sed depascet eos: vt ad cruciatũ viuãt. Huius mortis causa est peccatũ, & ideo dicitur mors. Vel dicẽdũ quod mors siue pestis peruersũ sit dogma, quod cum penetrat dicitur gladius: cum autem intoxicat & inficit dicitur mors siue pestis. Hinc qui ipsum docent peruersum dogma, in cathreda pestilentiæ sedere dicuntur Psa. 1.

Pena. 2.

Psal 48.

Psa. 1.

¶Bestiæ verò in malã partẽ sumũtur & nũc dæmones, nũc hæreticos: nũc quoscũq;, qui nos ad mortem trahunt significat. Hiero. Esa. 13. Fœminæ ericiæ libidinosæ hoc nomine notantur

Hiero. Esa. 13.

hic

hîc in Collectaneis. Nostri etiam affectus & desideria sine ratione hoc nomine significantur. Ad Ro.1. propter quod (inquit) traddidit illos Deus in reprobum sensum & desideria cordis, i. propter suos malos affectus traddidit illos Deus, &c. Impij quidem bestiæ sunt Psal.73. ne tradas bestijs animas confitentes tibi. Cõparantur præterea iumentis insipientibus, quibus simili effecti sunt, bonum æternum missum facientes, & transitorio adhęrentes. Vę huiusmodi bestijs. Animalia.n. sunt suis voluptatibus inseruientia, quæ vt suo consulant cõmodo, vẽtremq; expleant, rapiunt, mactant, fallunt, perdũt, eosq; potissimùm qui carnalia sapiunt, eisq; addicti sunt.

Rom.1.

Psa.73.

Potest etiã hoc ad tẽpus antichristi referri. Tunc enim homines truculenti insaniẽt in christianos, qui bestiæ meritò dicũtur. Homo enim pra uus teterrima bestia est secũdum Aristotele.1. Politico. Quia habent iustitiã armatã ingenio & arte. & Paul. ad Titũ.1. scribit: cretẽses semper mẽdaces, malę bestiæ.

Aristo.1. Politi.

Ad Titũ.1.

Et ecce equus pallidus, & qui sebebat super eũ uomen illi mors, & infernus sequebatur eũ. Iam huius loci primã expositionẽ audiuimus, nũc autẽ referã quid alij sentiãt. Abbas Ioachin & eũ sequutus Cælius Pãnonius existimãt in equo pallido Agarenos significari, & quãuis nõ satis explicãt quid sit qđ mors in equo pallido sedet, & eam sequitur infernus: quomodo etiã illi interfecerint gladio, & fame, & morte, & bestijs terrę: pulchrè tamẽ hæc expositio hærebat cũ præcedentibus: vt post christianorũ persequutores, per quos diabolus profectũ euangelij impedire intẽdebat: post hæreticos, quorũ opera ad idem vsus est: agareni iũgerentur, qui multas orbis prouincias occupauerunt, & christiani nominis capitales hostes semper fuerunt. Itaq; facile mihi eorũ sententia probata esset, haberemq; quo modo illa explicarem, quæ ipsi ferè inexplicata reliquerunt. Sed hoc vnum me maximè mouet, quod si ita exponamus, nihil ad quartũ animal hæc visio pertinet: sicut reliquas tres, ad tria præcedẽtia animalia pertinere demonstrauimus. Nec erat cur quartũ animal potius ad hæc vidẽda Ioãnẽ vocaret, quã ad sequentẽ sigillorũ apertionẽ. Ad quam tamen à nullo iam animali vocatur. Quare omnino hoc videtur esse intelligendũ de calamitate aliqua insigni, quę ante mortẽ Ioãnis aut paulò post Ecclesiæ aduenerit: nã cũ prius ea nominauerit, quæ aduersus euãgelicam prædicationem exorta sunt mala: nũc æquum est, vt ea scribat, quæ ad gloriam Ecclesiæ & consolationem fidelium expectant. Videntur ergo hæc omnia referenda esse ad tertiam persequutionem christianorum, quam commouit Trajanus, quæ fuit immanis: & in qua innumerabilis christianorũ multitudo occisa est, vt ex Plinio, & ex Eusebio ostẽdimus. c.3. Vt equus pallidus sit Trajanus & ei⁹ crudelitatis ministri, qui ferro & fame, & bestijs christianos occiderũt. Mortui siquidẽ pallent, & valdè vulgare mortis epictetum est pallida, qđ pallidos reddat. Illi etiã pallẽt, qui diuturnã famẽ pertulerũt. Vnde illud: & pallida semper ora fame. Pallidus ergo equus est, qđ pallorẽ ex morte & fame indicat. Super eũ sedet mors, quę per hos ministros plurima christianorũ millia occidit. Cui verè & ꝓpriè potestas data est, super quatuor partes terrę. i. super chr̃ianos vbiq; gẽtiũ

Abbas Ioachim. Cælius Pannonius

Aliter explicatur locus ifte quã superius explicatus est

de gentes,& per totum orbem diffu-
sos vt diximus.ca.3. & ego seruabo te
ab hora tentationis quæ ventura est
in orbem vniuersum tentare habitan
tes in terra.

Infernus autem sequitur equũ pal
lidũ,nõ deuoraturus quos ipse occide
ret: sed eos qui occidebant.s.christia-
norum persequutores,qui Imperato-
ris potentia fræti impunè se putabant
seuire in christianos. Quasi nemo es-
set qui eorũ cædes curaret, quare re-
ctè infernus equũ insequitur: vt hinc
intelligam⁹ nõ deseri à Deo nec cõtẽ
ni christianos, vt gentiles putabãt,sed
æterna supplicia manere ac sequi eo-
rũ violatores,& interfectores,quę nul
lo modo effugere valeant:quãuis for
tes & potentes. Quod similiter de re-
liquis tyrannis & persequutoribus fu
turis vsq; ad finem seculi intelligẽdũ
est. Atq; hoc illud ipsum est qđ pau-
lò aliter dictũ est ab Esai.c.5. Propte-
rea dilatauit infernus animã suam, &
aperuit os suum absq; vllo termino:
& descendent fortes eius & populus e-
ius, & sublimes, glorioſiq; eius ad eũ.
Ponitur ergo infernus post equũ pal-
lidũ,potius quã post rufum,& nigrũ,
propter superbiã,& potentiã,& forti-
tudinem tyrannorũ, & regũ, qui ne-
minem in terra timebãt, nec putabãt
sibi quicquã mali imminere: & quia
tũc christiani maximè videbantur, &
Deo & hominibus inuisi,cum talia
pati sinebantur.

Esai.5.

¶ Sed dicet quis, quorsum nunc
hanc persequutionem prædictam,cũ
iam in equo rufo oẽs persequutiones
Ecclesiæ fuerint indicatæ? Respõdet,
in equo rufo nõ tyrannos significari,
sed cognatos & amicos christianorũ:
& amicos populos:qui cũ antea fæde
re essent & amicitia copulati cũ illis,si
mulatè què facti sunt christiani:in eos
hostiliter sæuire cœperunt. Quod po
test ex ipsis verbis intelligi,dicitur e-
nim ibi. *Datum est ei, vt sumeret pacem
de terra,vt inuicem se interficiant.* Pa-
cem tollit qui inimicitias in eis efficit,
qui amicè & pacificè viuebant. In e-
quo autem pallido dicimus,& tyran-
nos cũ suis ministris,& cæteros Eccle
siæ persequutores futuros designari.
Qui vbiquè persecuturi erant Chri-
stianos,& consumpturi gladio. idest,
morte gladij,& fame,& morte,idest,
alijs quibus libet,alijs què mortis ge-
neribus:& bestijs terre, quibus sæpè
obiecti sunt martyres, & in hac tyra-
nica persequutione Romæ beatus
martyr Ignacius Leonibus tradditus
est laniandus. Conueniunt autem o-
mnia optimè nam prima persequu-
tio quam Nero induxit iam transie-
rat, siquidem tempore Domitiani
scribebat hæc Apostolus.Secunda au
tem,aut potius tertia, paulò post in
cæptura erat tempore ipsius Apostо-
li. Deinde in ordine persequutionis e-
quis conueniunt. Nam primi Chri-
stianorum persequutores, & qui pri-
mum euangelij cursum inhibere co-
nati sunt, consanguinei christianо-
rum, & populares, & vicini populi
fuerunt. Deinde pseudo Apostoli,
idest,hæretici & omnes qui à christia
na religione receserunt, quos equus
niger significauit:deinde tyranni,qui
varijs tormẽtorum generibus nomẽ
christianum delere conati sunt,qui in
equo pallido intelliguntur.Cum hoc
sensu conuenit optimè qđ sequitur.

¶ *Et cum aperuisset sigillum,vidi sub-
tus altare animas interfectorum propter
verbum Dei,& propter testimoniũ quod
habebant.* Iam hîc à nullo.4. animaliũ
vocatur Ioan. quoniam hoc & quæ

de

deinceps narraturus est, nec ad tempora Euangelistarum, nec ad animalia quibus ipsi significati sunt pertinent. Ab alio autem vocari non erat necesse, quia erat per se satis alacer ad audiendum & videndum. Occasio huius visionis fuit, vt ante diximus, innumerabilis martyrum multitudo, quam sub Trajano occidendam esse significauit. Quorum voces audiuit: Vt forti atq; inuicto animo tàm illis, quàm futuris temporibus certarent Christiani: & magnitudinem prę miorum contemplantes, nullis tyrannorũ tormentis cederent.

Est hic dubium, an istæ animę propriè fuerint eorum qui martyriũ susceperunt, an omnium qui quouis modo fuerant propter Christum vexati: ita vt confessorum & virginum animæ comprehendantur. Et quod sit sensus de martyribus tãtum, videtur: quia dicuntur animæ interfectorum, & sui sanguinis vindictam poscunt à Deo. Sed contra videtur: nam 2. ad Timot. 3. dicitur, quod omnes qui piè viuere volunt in Christo, persequutionem patiuntur: & omnes stimantur oues occisionis. Vt habetur Psal. 43. & ad Roma. 8. & ad Corinth. 1. c. 15. Paul. ait: quotidie morior, propter vestram gloriam. Præterea calicem domini bibisse dicitur Ioan. Euangelista Math. 20. Licet non fuderit sanguinẽ in martyrio propriè dicto. Persequutiones etiam equorum supra dictę nõ solum in martyrio sed extra martyrium sunt factæ. Sic Ansel. & Ansber. & alij hunc locum intelligunt. D. verò Thomas de solis martyribus videtur intellexisse hunc locum. Piè autẽ potest intelligi de omnibus sanctis, magis autem propiè de solis martyribus. & similis locus habetur Apoc. 20.

2. Timo. 3. Psa. 43. Rom. 8. 1. Cor. 15. Math. 20. Ansel. Ansber. D. Tho. Apo. 20.

A & vidi sedes & sederunt super eas, & iudicium datum est illis: & animas decollatorum propter verbum Christi. De martyribus igitur loquitur: & peculiariter loquitur Ioan. de tempore Trajani Imperatoris vt iam diximus, quo innumera martyrum millia ceciderunt in omnibus prouincijs terræ, quos Ioan. vidit subtus altare vindictã à Deo petentes.

¶ Sed quid sibi vult, propter verbũ B Dei, & propter testimoniũ quod habebãt: iam supra c. 1. Similia verba exposuimus. Potest etiam distingui duplex ordo martyrum, nam aliqui prędicatores fuerũt, & hi sunt interfectĩ propter verbũ Dei: alij verò idiotæ & simplices homines, & hi propter testimonium Christi interficiebantur. Aliter exponi potest hic locꝰ, interfecti sunt, quia verbum Dei in se implebant custodiendo mandata: vel quia C testimonium Christi dicebant. Ita Richar. & Ansel. & D. Thomas hic. Vel aliter: vidi animas interfectorum propter verbum Dei, idest, quia publicè & intrepidè Christum qui est verbũ Dei confitebantur, & prædicabãt. Habet enim, verbum, articulum apud Græcos, vt cum dixit. c. 1. qui testimonium præhibuit verbo Dei. Item addit: & propter testimonium quod habebant. Aliud est testimonium red- D dere, quod est confitentium hominum, aliud testimoniũ habere, quod est eorum de quibus alij testimoniũ traddunt. 1. ad Timo. 3. oportet autem, & illum testimoniũ habere bonũ ab his qui foris sunt. &. c. 5. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis testimonium habens. Sensus ergo est: interfecti sunt propterea qđ oẽs testabantur eos esse christia-

Richar. Ansel. D. Tho.

1. Timo. 3.

ib. c. 5.

Apo.12. nos. Apocalyp.12. Iratus est draco in mulierem, & abijt facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi. Dicūtur etiā habere testimonium Iesu Christi ij, qui habent in se aliquid quo palàm testātur Iesum esse filium Dei, ac Redēptorem & dominum omnium. Vt qui fidem habet & baptismum suscepit: vt qui spiritum habet prophetiæ. &c. Apo.19. conseruus tuus sum & fratrem tuorum habentiū testimonium Iesu, Deum adora. Vbi testimoniū Iesu, est spiritus prophetiæ. i. quicumq; habent spiritum prophetiæ habent in se testimonium Iesu, quoniā prophetia non datur nisi credentibus in Iesum, vt de eo testimonium reddant. Quare cum dixit, fratrum tuorū habentium testimonium Iesu, perinde est ac si diceret: & fratrum tuorum. Qui simile testimonium habēt. i. qui prophetæ sunt, vt tu. Ideo. c. 22. dixit: conseruus enim tuus sum, & fratrū tuorū Prophetarū. Ideo etiā addidit. c. 19. testimonium enim Iesu est spiritus prophetiæ. Denique omnes qui iuxta præscriptū legis Dei viuunt habent testimoniū Iesu. & ideo ait continuo. c. 22. & omniū qui seruant verba libri huius, & quod citauimus ex. c. 12. Qui custodiūt mādata Dei & habet testimoniū Iesu Chri. Atq; hic posterior sensus aliquāto mihi aptior videt.

Apo.19.

Apo.22.

Apo.12.

Altare christus.

Per altare autem multi intelligunt Christum. Per Christū enim Deo offerimus sacrificia accepta velut in altari. Quia ille mediator est. 1. Timo. 2. & ad Hebr. 8. Ita Ansel. Richar. & D. Bernar. in serm. 4. omnium sanctorū. ¶ Ex hoc autē loco aliqui affirmant animas sanctorum non statim post mortem adire cœlum, sed esse sub altari humanitatis Christi. Hūc locum celebriorē reddit B. Bernardi disputatio qui sermone. 2. 3. & 4. in festo omniū sanctorum multa de illo dixit: existimauitq; Ioānē docere animas sanctorum futuras quidem in cœlo, & aspectu humanitatis Christi fruituras, sed non tamen aperte Dei essentiam visuras donec corpora recipiant: & simul cū omnibus electis felicitate cōsumata potiantur. Hoc itaq; ex verbis Apostoli colligit, maximè in sermone. 4. in quo plenius & explicatius loquitur: Ioānes vidit subtus altare Dei animas sanctorū martyrū: non vidit super altare, sed subtus altare. Altare est corpus Dñi saluatoris. Credo autē inquit, quod & ego super hoc sensum eius habeam: præsertim cū audirem eum in euangelio promittentem vbi cumq; fuerit corpus, illuc congregabantur & aquilæ. Aquilæ congregarē ad corpus Dñi sunt animę quæ sub altari. i. sub Christi humanitate nūc fœliciter requiescunt: quæ postea supra altare exaltabuntur visione & cōtemplatione diuinitatis, quę dignitate præstat humanitate. Sermone. 5. hoc probat ex eo quod sequitur: vsq; quo dñe sanctus & verus, nō iudicas, & nō vindicas sanguinē nostrū de his qui habitant in terra? Quod nō ex cupiditate vindictę dicūt, sed ex desiderio resurrectionis, & glorificationis corporū suorū. Quæ sententia est manifestè falsa: & est locus apertus pro hac veritate. 2. Corinth. 5. Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manu factam, æternam in cœlis. & Lucæ. 23. Vbi latroni dicitur à Christo: hodiè mecum eris in paradiso. Sed si aliquis obijciat illud ad Hebræos. 11.

Bernar.

1. Timo. 2. Heb 8. Ansel. Richar. Bernar.

Error est dicere animas sanctorū nō frui Dei visione vsq; ad generale corporum resurrectionem. 2. Cor. 5. Luc. 23.

Heb. 11. Obiectio

Vbi

Vbi de ſanctis dicitur quod non acceperunt promiſſionem . Iuxta fidem, inquit, defuncti ſunt iſti non acceptis repromiſſionibus, ſed à longè eas aſpicientes. Et rurſum: & hi omnes teſtimonio fidei probati, non acceperunt repromiſionem. Reſpõdetur, omnes ſanctos vſq; in diem iudicij non accepiſſe plenam gloriã, quia non acceperunt gloriam corporis: tamen beatitudo iam eſt illis data: non dum tamen extenſa ad participationem corporis. & in hoc textu dicuntur eſſe ſub altari. i. ſub Chriſto. Quia ſe Chriſto ſubmittunt, vt ait Richar. vel quia ſub Chriſti protectione ſunt vt ait Anſelmus. Vel quia Chriſto ſunt inferiores vt ait Ansbe. ¶Poteſt tamen hoc altare cum Beda exponi de ara aurea in qua aromata incendebantur. Quæ erat prope velum tabernaculi, longè diuerſa ab altari holocauſtorum, Exod. 27. & 30. Sub altari ergo ſunt animę, nẽpe, ſub altari aureo. Quod ante Chriſti mortem velo interiecto ab arca diſtabat: ſed iam nunc ſublato velo cum ipſa arca propitiatorij coniungitur, ideſt, in ipſa beatitudine cœleſti eſt. Et hęc ara ſub qua ſunt ſancti, eſt ara laudis ſicut olim erat incenſorum aromatum, & ibi ſunt animæ martyrum & ſanctorum omnium laudantium Deum. Ara ergo aurea ait Beda, & interius poſita, & propè dominici corporis arcam: non vt exterior carnem & ſanguinem, ſed ſola offert domino thymiamata laudis. Et qui nunc exhibẽt corpora ſua hoſtiam viuentem, tunc diruptis carnis vinculis, illi ſacrificant hoſtiam laudis.

¶*Vidi*, inquit *ſub altari animas interfectorum*. Quidam non ita explicant hunc locum, vt prædictos patres exponere diximus, ſed longè aliter. Vt ergo hoc explicemus, ſciamus primùm, rectè & probabiliter hoc dici poſſe, animas non propriè hìc accipi pro altera hominis parte, ſed pro toto homine vt ſæpè fit in ſacra ſcriptura. Vt Geneſ. 14. Da mihi animas, cætera tolle tibi. & cap. 46. omnes animę domus Iacob, quæ ingreſſæ ſunt in Aegyptum fuerunt. 70. & in eodem cap. ſæpè idem intelliges. Itaquè animę interfectorum, interfecti ipſi ſunt. Sicut cum dicitur Exod. 1. erant igitur omnes animæ quæ egreſſæ ſunt ex fęmore Iacob. 70. ideſt, omnes qui egreſſi ſunt ex Iacob. Hoc autẽ quod dicimus Apoſt. Ipſe ſatis oſtẽdit cum ait: & clamabant voce magna dicentes, etcetera. Vbi participium dicentes, maſculini generis eſt in Græco. Ita vt non ad animas referatur, ſed ad martyres. Sciendum etiam eſt in hac viſione, Ioannem non vidiſſe martyres, quaſi iam diu interfectos. Ait enim: & datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ: in quibus, vt poſtea dicemus, animarum beatitudo ſignata eſt, quæ martyribus ſimul atquè interfecti ſunt, ſine mora datur. ¶Poſtremò & hoc adnotandum: antiquiſſimam eſſe fidelium conſuetudinem, vt corpora martyrum in Eccleſijs, quas illis dicabant, aut in alijs, ſub altari ſepelirent: vt hodiè videmus in reliquijs Apoſtolorum Petri, & Pauli, Philippi, & Iacobi, Simonis & Iudæ, Mathiæ, & Sebaſtiani, & aliorum martyrum, atquè ſanctorum tàm Romæ, quàm in alijs vrbibus. Quod ſi tunc fortè nulla erat Eccleſia, certè cum primum licebat ſub altari reliquias collocabant. Vnde factũ eſt vt ad altariũ conſecrationem ſemper reliquiæ ſanctorum adhibeantur. Vt videre li-

Quid ſit animas eſſe ſub altari Chriſto. Richar. Anſel. Ansber. Beda.

Secundus ſenſus altaris.

Exo. 27. & 30.

Tertius ſenſus.

Anima pro toto homine in ſacra ſcriptura. Gen. 14. & 46.

Exod. 1.

cet in hiſtoria Pontificali Romana. Parantur enim prius reliquiæ,& deferuntur ad altare in quo factum eſt ſepulchrum ad reliquias cuſtodiendas: & Pontifex chriſmate police intincto , cruce ſignat quatuor angulos ſepulchri dicens : conſecretur & ſanctificetur hoc ſepulchrum in nomine patris & filij & Spiritus ſancti, pax huic domui. Deinde accedentes ad altare,ex veteris Eccleſiæ conſuetudine dicimus: oramus te Domine per merita ſanctorum tuorum quorum reliquiæ hîc ſunt. Huius conſuetudinis memor fuit Hieronymus ad uerſus Vigilãtium ironicê in eum loquens. Malè facit ergo epiſcopus qui ſuper mortuorum hominum Petri, & Pauli,ſecundum nos oſſa veneranda,ſecundum te vilem puluiſculum, offert Domino ſacrificia : & tumulos eorum, Chriſti arbitratur altaria &cetera. Sub altari igitur vidit Ioannes animas martyrum : quoniam ibi erant corpora clamantia , & vindictam Deo petentia. Ita intellexit Auguſtinus ſermo.11.de ſanctis. Vbi hæc ipſa verba Apocalypſis exponens, ait:rectè ſub altari , iuſtorum animæ requieſcunt,quia ſuper altare corpus Domini offertur. Nec illic immerito iuſti vindictam ſanguinis poſtulant,vbi etiam pro peccatoribus ſanguis Chriſti effunditur. Conueniêter igitur , & quaſi pro quodam conſortio ibi martyribus ſepultura decreta eſt,vbi mors Domini quotidiè celebratur.&c.Non immerito , inquam, conſortio quodam illic occiſis tumulus cõſtituit vbi occiſionis dominicæ membra ponuntur : vt quos cum Chriſto vnius paſſionis cauſa deuinxerat,vnius etiam loci religio copularet.

Hiero.

Hiero. to. 2.pag.123.

Auguſt. to. 10.

A ¶Pontifex etiam vbi reliquias in ſepulchro altaris collocauit,cum clericis canit:vt eſt in hiſtoria Pontificali,ſub altare Dei ſedes accepiſtis intercedite pro nobis ad Dominum Ieſum Chriſtum.

¶Poſſumus etiam(vt opinor) probabilius ita exponere vt non de hoc altari Ioãnes loquatur, ſed ab eo metaphoram ducat. Vt quoniam in terra martyrum corpora ſub altari re- B quieſcunt,inde locus in cœlis deſignatus martyrum animabus in quo quieſcunt, eodem nomine appelletur:etiã ſi ſub nullo altari ſint. Quemadmodum cubile ſolet appellari ſedes beatorum: à cubili corporum ducta ſimilitudine. Vt Pſalm.149. exultabunt ſancti in gloria,lætabuntur in cubilibus ſuis. Et ſinus Abrahæ aliquando à ſanctis patribus dicitur locus , in quo nunc ſancti quieſcunt in cœlo. C Quoniam ante mortem Chriſti ita dicebatur limbus,in quo purgatæ animæ manebant. Et fortaſſe ad hoc potius reſpicit quod Pontificem canere diximus collocatis reliquijs in altari. Ait enim ſtatim:exultabunt ſancti in gloria,&c. Ita etiam intelligere videtur Hieronymus,qui in illud Eſaiæ.6. & volauit vnus ad me de Seraphin, & in manu eius calculus, quem forpice tulerat de altari,ait:quod autem al D tare ſub quo animæ martyrum ſunt, videatur in cœlo: & Ioãnes in Apoc. loquitur. Vterquè ſenſus valde mihi germanus videt , poſterior verò germanior eſt.quoniã etiã in eo animas ꝓpriè accipim⁹,ideſt,nõ pro toto homine , ſed pro meliore eius parte. & tunc dicimus,in illis verbis : & clamabant voce magna dicentes,participiũ illud, dicentes,non referri ad animas: ſed ad interfectos. Dixit enim vidi ſub

Quartus ſenſus.

Pſal 149.

Hiero. Eſa.6.

alta

altare animas interfectorum. Aliena ergo est Bernardi interpretatio, altare esse corpus Christi, & sub altare esse animas, quia non nisi humanitatem vident. Quod si quid cogeret altare ita interpretari: in promptu erat dicere, animas esse sub altari, quia sub Christi pedibus sunt. & beatitudinem habent longè illius beatitudinis inferiorem. Illud etiam non est prętermitendum, quosdam codices olim habuisse: vidi subtus altare Dei. Ita enim legit Primasius, & August. sermone. 11. de sanctis citat: vidi sub ara Dei animas occisorum. & Gregor. in 4. Ps. pœnitentialem: vidi sub altari Dei. Ita etiam citant passim authores. & ita etiam habent verba historiæ Pontificalis, quæ supra retulimus. Sed nec in codicibus Græcis legitur, Dei, nec in Areta, nec in codicibus Latinis, nec apud Gregoriũ. 2. mora. c. 4. Quare nõ est cur addendum censeatur: præsertim cum nihil faciat ad sensum.

Primasius August.

¶ *Et clamabant voce magna dicentes:* Desiderium magnum per vocem magnam representatur. & notandum qđ res vocem non habentes dicuntur clamare: vt sanguis Abel Gene. 4. sanguis Christi ad Hebræ. 12. & peccatum Sodomorum clamat Gene. 19. quia prouocabant diuinam iustitiam. sic Ps. 78. vltio sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est, introeat in conspectu tuo. &c. Vnde Gregor. 2. mor. c. 6. explicat quomodo animæ loquantur ad Deũ, & Deus ad animas inter exponendũ hunc locum Ioannis. Magnus, inquit, istarum animarum clamor, magnum est desiderium. Tantò enim quisque minus clamat, quantò minus desiderat, & tantò maiorẽ vocem in aures in circũscripti spiritus exprimit, quãtò se in eius desiderium plenius funA dit animarum. Igitur verba ipsa sunt desideria. Nam si desiderium sermo non esset, propheta non diceret: desiderium cordis eorum audiuit auris tua. Hæc Gregorius.

Clamare quid in sacra scriptura. Gen. 4. Heb. 12. Gen. 19. Psal. 78.

¶ Quomodo autem Deus illis loquatur & respondeat, docebimus statim ex eodem Gregorio inter explicandum illa verba: & dictum est illis vt requiescerent modicum. Causa verò quare desiderium sermo dicatur ea est, quia vt homines clamore magno solent excitari ad concedendum quod petitur, vt Mathæ. 15. Videre est, Vbi Apostoli aiunt Domino: dimitte eam, quia clamat post nos. ita Deus magno desiderio excitatur ad concedendum quicquid ab eo postulamus. Hinc Exod. 14. cum nullum verbum Moysis audiretur, scriptum est: dixitque Dominus ad Moysen, quid clamas ad me?

Math. 15.

Exod. 14.

¶ *Vsquequo Domine sanctus, & verus, non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra.* Noster interpres casus ita relinquit vt erant in Græco, vt solet ipse. In Græco autem vocatiui sunt more Atycorũ, qui eos similes nominatiuis faciunt, quale est illud quod Græcis verbis Ecclesia canit in parasceue paschæ, agios o theos, &c. idest, sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis miserere nobis. Pót etiam Græcũ textũ ita verti: vsque quo tu qui Dominus es, & sanctus, & verus. Vel, vt vertit Erasmus, vsque quo Domine, qui sanctus es & verus. Quid sit sanctus & verus diximus. ca. 3. sunt autem aptissima ad id quod nunc agunt, epicteta. Quasi dicant: tu qui auctor es & amator sanctitatis, & impietatem execraris: tu qui constans es, & verax, in promissis tuis, & multa sanctis tuis promisisti,

Supra. c. 3.

quomodo pateris exultare tyrannos & Christianorum persequutores: cur non iustitiæ tuæ pœnas debitas dant.

¶ Iustitiam sanctitatemquè diuinam implorant, poscunt què vindictam de tyrannis. Sed dubitabit aliquis, quia istæ animæ sanctæ potius debuissent precari Deum pro suis persequutoribus, quàm vindictam quærere: vt Mathæ. 5. Orate pro persequentibus vos. Ecclesiastici. 28. qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam. & Leuit. 19. non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Quæstio facilè soluitur, si in animabus martyrum clamātium, martyres ipsos intelligamus: vt supra dicebamus. Clamare enim martyres dicūtur occisi, quia ipsa eorum corpora cruore conspersa & grauissimis cruciatibus affecta vltionem à Deo petunt de impijs interfectoribus, sicut dictum est Gene. 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. & cap. 18. Clamor Sodomorum & Gomorreorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis, descendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint. vnde Augustinus. Hom. 6. & licet animæ sanctorum in paradiso sint, tamen quia sanguis sanctorum super terram funditur, sub ara clamare dicuntur: sicut illud, & sanguis fratris tui clamat ad me de terra.

Math. 5. Eccle. 28. Leuit. 19. Gene. 4. & cap. 18. Auguſt.

¶ Si autem animas propriè accipiamus iuxta posteriorem interpretationem, & clamare martyres dicamus, quia ipsorum animæ clamant: Augustinus eadem quæstione proposita: sic respōdit sermo. 59. de tempore & lib. 1. de sermone Domini in monte. cap. 45. martyres nequaquam contra homines petere, sed contra regnum peccati: quo regnante tanta perpessi sunt: optareque vt euertatur hoc regnum peccati. ad cuius euersionem nititur Apostolus dicens, non igitur regnet peccatum in vestro mortali corpore. Destruitur autem, inquit, & euertitur peccati regnum, partim correctione hominum vt caro spiritui subijciatur, partim deprauatione perseuerantium in peccato: vt ita ordinentur vt iustis cum Christo regnantibus, molesti esse non possint. In quo loco vitiosè legitur: de prauatione, & etiam in nouis codicibus plantini: & legendum est, damnatione vt legitur apud eundem Augustinum. libr. 1. de sermone Domini in monte. capit. 45. Sermone verò. 11. de sanctis, inquit. Sciendum quod sancti iam in conspectu creatoris sui consistentes vident voluntatem illius, & ideo ab ipso acciunt quod eum velle facere nouerunt. Deinde addit: petunt autem vindictam de inimicis duobus modis, & hoc causa charitatis: vt siqui ad vitam æternam prædestinati sunt, conuertantur à malo ad bonum: qui verò præsciente Deo damnandi sunt, moriantur: & peccare desistant: vt per hoc minorem pœnam in inferno habeant. Vbi vnusquisque secundum qualitatem operum sustinebit magnitudinem pœnarum. Petunt autem de reprobis vindictam, quia optant venire diem extremum iudicij, & resurrectionem suorum corporū præstolantur. Hoc autem illud est quod sermone. 59. de tempore dixit petere eos vt auertatur regnum peccati: quod extremi iudicij tempore fiet, cum planè illud Psalmi. 109. implebitur: Donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Similiter respon-

Rom. 6. Aug. to. 4. pag 807. Psa. 109.

Augu. to. 10. pa. 501.

respondet Gregor. ad eam quæstionem 2. moral. c. 4. Quid est enim, inquit, animas vindictæ petitionem dicere, nisi diem extremum iudicij & resurrectionem extinctorum corporum desiderare? & paulò post: quomodo dicuntur vindictam desiderare, quas & voluntatem Dei certum est, & ea quæ futura sunt non ignorare? sed in ipso positæ ab eo aliquid petere dicuntur. Non quod quidquã desiderent, quod ab eius voluntate quem cernũt, discordet: sed quò Deo mente ardentius inhærent, eò etiam de ipso accipiunt, vt ab ipso petant, quod eum facere velle nouerunt. Discordarent ergo à voluntate conditoris, si quæ vident eum velle, non peterent. Eadem est responsio Primasij, Bedæ, & Ambrosij, petere sanctos diem iudicij vt veniat, quo sciunt, & malos esse puniendos, & se immortalia corpora esse accepturos. Docentque hanc vindictæ petitionem minime aduersari charitati. Quandoquidem & si iubemur orare pro persequentibus & calumniantibus nos in eodem Domini sermone: iubemur etiam dicere: adueniat regnum tuũ. Ansbertus & Haymo auctore non indicato, verba Augustini retulerunt ex sermone. 11. de sanctis. & verum esse quod isti patres dicunt, ex verbis sequentibus intelligitur: & dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec impleantur cõserui eorum. ac si diceret: & tunc faciendum esse quod petunt, vt euertatur regnum peccati, & mali puniantur.

Primasius. Beda. Ambro.

Math. 5.

Math. 6. Ansber. Haymo.

¶ Sed si quæratur an affligantur ex huiusmodi dilatione petitionis animæ sanctæ nam Prouerb. 13. dicitur spes quæ differtur affligit animam. ad hoc respondetur cum Gregorio & D. Thoma, quod petere & desiderare aliquid quod statim fiat, nisi mox fiat, afflictio est: sed desiderare vt fiat tempore opportuno, hoc non affligit animam: & ita se habet animarũ beatarum desiderium, quod metiuntur ad diuinam voluntatem, moderantes naturalem appetitum suum. Vnde Gregorius non quicquam desiderant, quod ab eius quem cernunt voluntate discordet.

Pro. 13.

¶ *Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ.* Stola talaris est vestis, & significat visionem diuinæ essentiæ, quæ protenditur in æternum: & est alba, propterea quod hic color est dicatus Deo, propter magnam participationem lucis qua eminet: de quo supra dicebamus. Hinc est quod Lucæ. 9. transfigurati Domini vestes sunt factæ albæ sicut nix. Hoc est primum solamen animarum. Accipiunt ergo Dei fruitionem quasi primam stolam, acceptura post resurrectionem futuram, secundam stolam gloriæ corporalis: quando implebitur illud Esaiæ. 61. In terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis. In plenam ergo & perfectam beatitudinem, nec sine nobis intrabunt sancti cum corporibus suis, nec sancti sine plebe, nec spiritus sine carne. Et meritò quidem, nec enim præstari decet integram beatitudinem, donec sit homo integer cui detur. Acceperunt tamen sancti iam singulas stolas: sed non vestientur duplicib⁹, donec vestiamur & nos, Deo melius prouidente pro nobis: vt non sine nobis consumentur. Stola ergo prima ipsa est fœlicitas & requies animarum, secunda verò immortalitas & gloria corporum. Datæ verò dicũtur stolæ albæ licet ex meritis collatæ

Prima stola talaris alba, est visio æterna diuinæ essentiæ.

Luc. 9.

Esai. 61.

tæ fuerint, quia meritum ex gratia ortum habuit. Non enim sunt cõdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. ad Roma. 8. ita debet intelligi. D. Thom. hîc.

Roma. 8.

¶ Hinc colliges quod cætera quæ hactenus exposuimus, satis cõstat nullo modo fauere sententiæ Bernardi. Hæc autem quæ in hoc loco ait Ioannes vel maximè aduersantur: quoniam omnium ferè cõsensu stola alba, quæ nunc singulis datur, est gloria animæ. vnde Augustinus sermone. 11. de sanctis ait: per stolas albas debemus intelligere mercedem Baptismi, præmium martyrij, mercedem æternorum, & gaudium cœlestis patriæ. Habent ergo ante resurrectionem sancti singulas stolas, quia in sola anima adhuc æternis beatitudinibus perficiũtur postea autem accepturi sunt binas: quãdo receptis corporibus immortales erunt in anima, & incorruptibiles in corpore. De hoc Esaiæ. c. 61. vt modo dicebamus, in terra sua duplicia possidebunt. D. Grego. in expositione. 4. Psalmi pœnitentiæ, in illud verbum: Auditui meo dabis gaudiũ & lætitiam: Eadem verba Esaiæ refert, & ait: quid namque est illis singulas stolas albas tribuere, nisi animabus eorum beatitudinis æternæ immortalitatem conferre? quid verò est, donec electorum numerus compleatur requiescere, nisi futurę resurrectionis gloriam expectare? Inquam nimirum iterum singulas stolas albas accipient, quia immortalia & incorruptibilia corporum suorum vestimenta resument. Horum patrum non solum sensum sed etiam verba ferè vsurpãt Beda, Ambro. Haymo. & Ansbertus. ita & Anselmus exponit. Porrò stola apud Latinos propriè matronarum vestis est ad talos vsque demissa. Apud Græcos verò etiam virorum est. Fatemur igitur libenter Bernardo, sanctos non esse induendos duplicibus, donec veniat resurrectio generalis, ante quam, corpora non recipient. & non esse dandam integram beatitudinem, ideſt, animæ simul & corporis, nisi integro homini, & perfectę Ecclesiæ. Verùm hinc nullo modo colligi potest, non accipere eos beatitudinem animarum ante resurrectionem.

D. Augu.

Esai. 61.

D. Grego.

Beda. Ambro. Haymo. Ansber. Anſel.

¶ Et dictum est illis vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec impleantur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt sicut & illi. Hæc verba exponens Augustinus sermone. 11. de sanctis sic ait: dictio ista, inspiratio est diuina: qua mentibus eorum desiderantibus diem iuditij immittitur virtus patientiæ: vt patienter ferant omnia, expectantes numerum illorũ qui similiter interficiendi sunt pro Christo, cum eis postmodum regnaturi: vt qui desiderant recipere sua corpora, gaudeant ex numero fratrũ colligendorum. Tali modo loquitur Deus omnipotens sanctis, veluti quilibet pater familias multos habens filios, singulisque de agro reuertentibus, & rogantibus, vt cibum sibi tribuat: respondet refectio quidem vestra parata est, sed expectate fratres vestros, vt cum in vnum positi fueritis, omnes in commune comedatis & epulemini gaudentes: quia interficiẽdi sunt & illi. l. aperto, scilicet martyrio. l. occulto. Quibus verbis innuit Augustinus quod virtus patientiæ infunditur, qua patiẽter expectent. Nam si optabant malos puniri, cõtinuò Deo iubente acquiescunt.

Augustin.

¶ Sed

¶ Sed quæritur quid ad petitionẽ A martyrum faciat hæc reſponſio? ſiquidem illi nihil de die iudicij quidquam dixerant, nec diem illum expectare opus erat, quia vltionem petũt de his à quibus occiſi ſunt: non de illis, à quibus alij poſtea erant occidendi, qui ſatis puniri poterant fame, & ferro, & incendio, ac denique damnatione perpetua animarum. Reſpondetur, his pœnis nõ ſatis ſanguinem martyrum vindicari. Oportet enim vt B eorum tortores maxima, eademque publica, & perpetua infamia & ignominia notentur: & vt membra ipſa, quæ martyres excarnificarunt, ſempiternis ignibus excrucianda traddantur. Vindictæ etiam pars eſt vt martyrum corpora, in quæ illi crudeliter & ignominioſè ſæuierunt, immortalia videant: & ipſo ſole fulgentiora, quò magis crucientur. Hæc autem, antequam compleatur numerus ele- C ctorum, fieri non poſſunt. Itaque temporalibus calamitatibus, & damnatione animarum, paulatim puniri incipiunt. Sed integrum & perfectũ ſupplicium in vltimum iudicij diem coram vniuerſa hominum & angelorum multitudine ſumenda reſeruatur.

¶ Verùm adijciet quiſpiam, adhuc ſaltim non rectè & propriè reſponſum eſt martyribus. Videtur enim D reſpondendum: fiet quidem quod petitis, ſed ante iudicij diem nõ fiet: quo, tam vos, quàm occiſſores veſtri reſurgetis: & vos glorioſa veſtra corpora accipietis: illi ſuis receptis, flammis ęternis traddentur. Reſpondeo, martyres & ſi de ſuis perſecutoribus tãtum loqui videantur, de omnibus etiam ſanctorum perſecutoribus loqui. Nec enim vindictæ ſuę cupiditate incenſi, hoc petunt: ſed optantes euerti regnũ peccati, vt ex Auguſtino diximus: & Deum in omnibus coli, ac neminem relinqui, qui pietati aduerſetur, & religioſam vitam impediat. Quare eleganter illis reſponſum eſt: vt requieſcerent tempus adhuc modicum, id-eſt paululum expectarent. Semper in ſacra ſcriptura dicitur, parum, quod vſque ad diem iuditij ſupereſt: quoniam poſt illum ſupereſt ęternitas, vt ſupra dictum eſt. cap. 1. & Eſai. 10. Noli timere populus meus &c. adhuc paululum, modicumque, & conſumabitur indignatio.

Parũ in ſacra ſcriptura dicitur tẽpus quod ſupereſt vſque ad diẽ iudicij. Eſai. 10.

¶ Ne dictum quidem eſt vt requieſcerent vſque ad diem iudicij: ſed magis propriè, donec expleatur numerus ſanctorum martyrũ. Qui certè, ſi regnum peccati euerteretur, & impij pœnitus extinguerentur, nulli eſſent. Quis enim martyres cruciaret & occideret? Verùm mali nõ ſolum propter martyres tollerantur, ſed etiam propter cæteros electos. Sicut ait Auguſt. in Pſalm. 54. ad initium. ne puteris gratis malos eſſe in hoc mundo, & nihil boni de illis agere Deum. Omnis malus aut ideo viuit, vt corrigatur: aut ideo viuit vt per illum bonus exerceatur. Quare ſatis apertè intelligere poſſumus cum dicitur: donec compleantur conſerui eorum, reliquos electos ſignificari, qui martyres futuri non ſunt. Cum autem dicitur & fratres eorum, propriè martyres intelligit.

Auguſt.

¶ Dono ergo ſtolæ adduntur verba cõſolatoria. Hæc verba exponens etiam D. Gregor. 2. mora. cap. 6. ſic ait: deſiderantibus animabus, requieſcite tempus adhuc modicum, dicere eſt: inter ardorem deſiderij ex ipſa præſentia ſolatium cõſolationis aſpirare.

Grego.

vt

vt animarum vox ſit, hoc quod amãtes deſiderant: & reſpondentis Dei ſermo ſit, hoc quod eas retributionis certitudine inter deſideria cõfirmat. Reſpondere ergo eis eſt vt collectionem fratrum expectare debeant: eorum mentibus libenter expectandi moras infundere: vt cum carnis reſurrectionem appetũt, & ex fratrum augmento gratulentur.

¶ Donec conſerui ipſorum, inquit, compleantur. Vnde aduertendũ eſt, quod iuſti dicuntur interſe conſerui, propter eundem Dominum, cuius ipſi ſimul ſunt ſerui. & dicuntur fratres propter communem patrem, eũdem Deum. Ioan. 20. Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrũ, Deũ meum & Deum veſtrum. Ex hoc loco colligitur determinatum eſſe numerum beatorum, quem Deus taxauit. Ioan. 20.

¶ *Et dictum eſt illis, vt requieſcerent: donec compleantur conſerui eorum, & fratres eorum.* Hinc colliges quid ſancti faciant immundo: & quæ vtilitas & prouentus ex eis ad cæteros ſequatur. Niſi enim iuſti eſſent aliqui in hac vita, minimè ferret ac toleraret Dominus homines ſceleſtos, nec ad horam quidem. Tolerat autem eos propter electos, quorum numero cõpleto, tunc vindicta & ira Dei veniet ſuper impios.

Propter pios tolerat Deus impios.

¶ *Et vidi cum aperuiſſet ſigillum ſextum: & ecce terræmotus magnus factus eſt, &c.* Rupertus hoc de vaſtatione Hieroſolymitana intelligit. Fuitquè veterum opinio, interquos eſt Ambroſius, & Aretas. Nec defuere qui opinarentur in hoc ſigillo tractari de terræmotu & eclypſi Solis, & de his quæ acciderunt in paſſione Chriſti. Sed communis expoſitio Antichriſti tempora, & ſigna præcedentia iuditium vniuerſale prædici hîc traddit. Ita Anſelmus, Richardus, Ansbertus, D. Thoma, Auguſtinus homi. 6. Beda, & Haymo. Aretas etiam ait hoc idem ſenſiſſe plurimos Græcorum expoſitores. Quæ expoſitio plana & perſpicua fit, tum ex alijs locis ſcripturæ ad quæ alludit Ioannes in toto hoc ſigillo: tum ex toto capite ſeptimo.

Rupertus. Ambro. Aretas. Anſelm. Richar. Ansber. D Tho. Auguſt. Beda. Haymo.

¶ Non tamen eſt difficile opinionem Ruperti cum opinione patrum conciliari. vt Ioannes Euangeliſta ſimul deſtructionem Hieroſolymitanam, & mundi finem tractet. Fuit enim typus & figura deſtructionis mũdi, illa particularis deſtructio Hieroſolymæ: & hoc eſt quod Chriſtus vtramque ſimul deſtructionem coniungit. Lucæ. 21. prius enim dixit: cum videritis circundari ab exercitu Hieruſalem &c. quæ fuit deſtructio illius vrbis: mox addit: & erunt ſigna in Sole & Luna, & cætera: areſcentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi. Eſt hîc mos prophetarum, tranſire de figura ad rem figuratam. Conuenientia vtriuſque vaſtationis talis eſt. Nam ſicut, poſtquàm agricolæ meſſes collexerunt, & fructus agrorum: ſolent paleas igne comburi, tanquàm nullius vtilitatis: ſic poſtquam Deus ex vrbe Hieruſalem, & ex illo templo, lege, & ceremonijs fructum collexerat, qui Chriſtus eſt: vrbem & templum dedit igni. Idem etiam mundo vniuerſo facturus eſt, poſtquam numerus electorum fuerit completus: quos fructuoſè hic mundus producit. Omnia enim ſuſtinet Deus propter electos. vt de ſe dixit Paul. 2. Timo. 2. Ergo de mundi calamitate vniuerſali potiſſimùm in hoc ſigillo agitur. Luc. 21. 2. Timo. 2.

Et

& potiſſimùm de perſecutione nouiſſima, quæ continget tempore Antichriſti.

¶ Sed cur nunc à perſequutione Traiani ſubito ad nouiſſima tempora & eorum ſigna tranſijt? Reſpondetur, in illa Traiani perſequutione, futurorum etiam tyrannorum perſequutiones Ioanni fuiſſe indicatas: à quibus non ſine cauſa tranſijt ad vltima tempora. vt ſicut gloria quæ martyres manebat, oſtenſa eſt in quinto ſigillo: ita tunc in ſexto, ſupplicia tyrannorum & perſequutorum, quæ in futurum tempus dilata fuerant, ex parte oſtenderentur.

¶ *Et ecce*, inquit, *terræmotus factus eſt magnus.* ¶ Terræmotum in hoc loco quidam metaphoricè accipere videntur: pro commotione magna, & perſequutione, quæ tunc futura eſt ſecũdum illud quod Dominus ait: talis erit tunc tribulatio, qualis non fuit, neque fiet ex quò homines eſſe cæperunt. Ita Victorinus, Beda, Haymo & alij. ſed intelligi mallem propriè, ſemper enim proprietas verborum tenenda eſt, cum aliud aperta ratio non ſuadet. Nouiſſimorum temporum ſigna, Dominus docuit Mathæ. 24. & erunt peſtilentiæ, & fames, & terræmotus per loca, hæc autem initia ſunt dolorum. & quoniam eadem verba ſunt apud Marcũ. c.13. & apud Lucam. c.21. Nec vnquam de vniuerſæ terræ motu Dominus locutus eſt, magnum terræmotum ab Apoſtolo dici arbitror: ex quo multę regiones commouebuntur, quod fortaſſis ſimul fiet, & diuturnior ſolito erit. Præſertim cum ſit apud Lucam & terræmotus magni erunt per loca. De quo terræmotu Theologi locũtur in 4. & Sotus diſt. 49. q. 2. art. 2.

Mat. 24. a.

Marc. 13. b
Luc. 21. b.

Soto.

¶ Inter ſigna ergo præcedentia iudicium, terræmotus præfertur. Nam ſicut appropinquantem vitæ interitum, ſolent præcedere turbationes & incitationes, quas Græci paroxiſmos vocant, prænunciantes mortis aduentum: & quantò robuſtius eſt animal quod perit, tãtò maiores ſunt paroxiſmi: ſic mundi in gentis finem aduentantem ſuæ præcedent paroxiſmi, & terribiles commotiones in inferis & ſuperis regionibus.

¶ Cæterum illud annotandum eſt, quod annotauit Aretas in commentarijs Apocalypſi. cap. 18. Loquens de terræmotu illo, qui tempore Chriſti paſſionis accidit: ex conſuetudine, ſcilicet, ſcripturę terræmotum ſignificare mutationem rerum. Quemadmodum vbi dicitur Agge. 2. Adhuc ſemel ego mouebo cęlum & terram. Vbi ſignificat translationem eorum quæ commouentur, vt declarat Paulus ad Hebræos. capitu. 12. & in veteri teſtamento egreſſus Iſraelitarum ex AEgypto: dictus eſt terræmotus. vt cum Dauid ait Pſa. 67. Terra mota eſt etenim cœli diſtillauerũt à facie Dei Sinai. Et in hoc loco cum aperuiſſet, inquit, ſigillum ſextum terræmotus factus eſt magnus. Siquidem tantas afflictiones Antichriſti tempore fore dicunt, quantas nũquam antea fuiſſe cognouimus. Sed nos per terræmotum planius intelligimus terræ commotionem modo expoſito.

Aretas.

Agg. 2.

Heb. 12.

Pſa. 67.

¶ *Et Sol factus eſt niger ſicut ſaccus cilicinus.* In magnis calamitatibus lugentes vtebantur cilicio, ſiue ſacco cilicino. Ioelis. 1. Plange quaſi virgo accincta ſacco. 4. Reg. 6. viditque omnis populus cilicium quo veſtitus erat ad carnem intrinſecus. Satis ex his intelligetur, cur dictum ſit Pſalm. 29.

Primuslen ſius.

4. Reg. 6.

Concidisti saccum meum, & circundedisti me lętitia. Fiebant autem sacci ex cilicio, vt hoc loco docet Ioannes. Ideo pro eodem sumitur saccus & cilicium. Ait ergo Ioan. & Sol factus est niger, sicut saccus cilicinus. qua periphrasi, designat defectum maximū Solis. Mathæ.c.24. & Lucas.21. Huius defectus Solis meminere: qui futurus est ante finem mundi. Itaque Ioel.apertè dixit.c.3. Sol & Luna obtenebrati sunt. & Ezech. c.32. operiam cœlos & nigrescere faciam stellas eius. Ecce saccum cilicinum, quo operitur cœlū. & Esai.50. Inducam cœlos tenebris: & saccum ponam operimentum eorum.

Math. 24. Luc. 21. Ioel. 3. Ezech. 32. Esai. 50.

¶Eritque hæc Solis obscuratio, signū obscuritatis, quæ tunc erit fidei in mētibus hominū regnante Antichristo. Sic enim Malachiæ.4. dicitur: Vobis timentibus Deum orietur sol iustitię. quasi dicat: & alijs idem sol iusticiæ occidet. Vnde Richard. Sol factus est niger tanquàm saccus cilicinus, quia Christus verus sol iustitiæ nigrescet eo qđ, nec miraculis, nec prędicatione clarescet. Non enim apparebit tūc illa magnificētia miraculorū in Ecclesia, & ideò dicitur Sol indutus sacco cilicino, quæ est vestis vilis. De quo multa notat D. Thomas. Cilicinus verò dicitur saccus à cilicib⁹ populis, apud quos fuit inuentū hoc genus indumēti, quod texebatur pillis caprinis.

Malach. 4. Richar. D. Tho.

¶Secundus sensus huius loci sit, quē traddit Grego. lib. 9. mor. c. 5. Aliquando namque in sacro eloquio Solis nomine prædicatorum claritas designatur. Sicut hic Ioannes ait, in extremo quippe tempore Sol quasi cilicinus saccus ostenditur: quia fulgens vita prædicantium ante reproborum oculos aspera & despecta mōstratur. Qui A stellarum quoque claritate designantur, quia dum recta prædicatores prædicant, tenebras nostræ noctis illustrant. Vnde & subtractis prædicatoribus per prophetam dicitur: prohibitæ sunt stellæ pluuiarum. Quia verò Sol per diem fulget, stellæ obscuritatem noctis irradiant. Et plerumque in sacro eloquio diei appellatione æterna patria: noctis autem nomine, præsens vita signatur. Prædicatores sancti vt Sol nostris oculis fiunt, B cum contemplationem nobis veræ lucis aperiunt: & velut stellæ in tenebris lucent, cum per actiuam vitam pro futuris necessitatibus nostris terrena disponunt: quasi in die vt Sol corruscant, cum ad contemplandam internæ claritatis patriam, mentis nostræ aciem sublebant, & quasi stellæ in nocte resplendent: quia & cum terrena agunt, offensurum iam iam- C que nostri operis pedem exemplo suæ rectitudinis dirigunt. Sed quia in illo futuro tempore prædicatores Euangelici auferentur ab impijs, propter sua obdurata corda: idcirco hic dicitur, quod Sol factus est niger sicut saccus cilicinus. Vnde tunc implebitur quod sanctus Iob ait capit. 9. Iob. 9. Qui præcipit Soli & non oritur, & stellas claudit quasi sub signaculo. Oriri quippe eis Solem nolet à qui- D bus prædicantium animum diuertet: & quasi sub signaculo stellas claudet, qui dum prædicatores suos per silentium intra semetipsos retinebit, cæcis iniquorum mentibus cœleste lumen abscondet.

2. sensus Grego. Sol niger dicitur. Prædicator cuius vita ab impijs despicitur.

¶*Et Luna tota facta est velut sanguis* Luna etiam illo in tempore sanguinolenta apparebit. Ira enim esse solet cum defectu luminis Solis obscuratur. Marc. quoque. ca. 13. & Mathę. 24. Marc. 13. Mat. 24.

obſ-

obſcuritatem in Luna notare videntur: & Luna non dabit lumen ſuum. Quod autem hîc ſanguine reſperſſa dicitur, ad martyrum ſanguinem expectare videtur. ita Richar. & Beda. ¶ Item ad bella frequentia refertur, illis temporibus ſucceſſura. Surget enim gens contra gentem, ſecundum Lucam. Indicabit ergo hic color ſanguinis mortem & ſupplicia mortuorum. ¶ Spiritualiter etiam Eccleſia quæ dicitur pulchra vt Luna Cant. 6. Illo tempore ſanctitate amiſſa, magna ex parte carni ſubſeruiet, ideſt, Antichriſti vitæ. Capitur enim ſanguis & caro in malam partem. 1. Corinth. 15. caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt. Ita habetur in collectaneis. Præcipuè verò de poteſtate ſeculari, quæ per Lunam ſignificatur, ſicut Eccleſiaſtica per Solem, hunc locum intelligere debetis.

Richar. Beda. Cant. 6. 1. Cor. 15.

¶ *Et ſtellæ de cœlo ceciderunt ſuper terram, ſicut ficus emittit groſſos ſuos, cum à vento magno mouetur.* In Græco eſt, & ſtellæ cœli ceciderunt. Certè Auguſtinus. hom. 5. & 6. & Primaſius legunt ſtellæ de cœlo ceciderunt, quæ mutatio neſcio an manarit ex illo Apocal. 9. vidi ſtellam de cœlo cecidiſſe Ticho. & Beda nec hoc, nec illud ponunt. quamuis ad ſenſum parum refert, an hoc, vel illo modo legamus. ¶ Hunc ſtellarum caſum etiam Mat. 24. cap. retulit. Et ſtellæ cadent de cœlo. Eſa. etiam. 34. apertè prędictum eſt: & ad vtrumq; locum ſine dubio Apoſtolus alludit. Et complicabuntur, inquit, ſicut liber cœli, & omnis militia cœlorum defluet, ideſt, omnes ſtellæ, ſicut defluit folium de vinea, & de fico. Non quod ſtellæ caſuræ ſint, quod fieri non poteſt: ſed quod nubibus obſcurato cœlo abſconden-

Auguſt. Primaſius. Apoc. 9. Ticho. Beda. Math. 24. Eſai. 34.

tur ſtellæ: & exalationes ignitæ ſtellis ſimiles emittentur in terram, ita vt hominibus decidere videantur. Stellæ ergo ceciderunt de cœlo, ideſt, igneæ impreſſiones, ſiue cometæ ceciderunt de cœlo, ideſt, de aere qui vocatur cœlum. Pſalm. 8. Volucres cœli, inquit, & piſces maris, &c. Pſal. 8.

¶ Cæterum expoſitores tractantes hunc locum de ſapientibus & prædicatoribus interprætantur. Qui Danielis. 12. Vocantur ſtellæ, & Antichriſti tempore cadent à fide & religione, vento perſequutionis concuſſi, velut groſſi qui vento iactantur. Groſſi autem ficus ſunt immaturi. Cantic. 2. Ficus protulit groſſos ſuos. Ita expo nit Beda, Anſelmus, & Haymo. ¶ Sed pro maiori huius loci explicatione, notandum eſt cum Driedone lib. 3. de dogmatibus. Quod mos ſcripturæ ſacræ eſt, ruinas virorum illuſtrium qui in hoc mundo æſtimantur tanquam luminaria ſplendidiſſima, nũcupare caſum ſtellarum: quod apertè videre poteris apud Eſai. cap. 14. vbi ſecundum ſenſum hiſtoricum per Luciferi caſum de cœlo, Babylonis principem intellexit: quomodo, inquit, cecidiſti de cœlo Lucifer, qui manè oriebaris, Corruiſti in terra qui vulnerabas gentes, ac ſi diceret: qui in hoc mundo eras poteſtate illuſtris honore & gloria ſplendidus, ſimilis Lucifero in cœlo, ideſt, de ſublimitate & altitudine tua deiectus in terræ puluerem? & hic quidem literalis eſt ſenſus hyperbolicè deſignatus, ſub quo & myſticam voluit deſignare ruinã Luciferi angeli. Sic in hoc loco & apud Math. ſtellas de cœlo cadere in terram legimus. Quod accipiendũ eſt, nõ qđ cœleſtia ſydera ſunt lapſura de cœlo: quippe cui⁹ mag

Prædicatores ſtellæ dicũtur qui Antichriſti tẽpore cadent à fide. Danie. 12. Cant. 2. Beda. Anſel. Haymo. Driedo. Eſai. 14.

nitudini vnius ex eis non ſufficiat terra tota: ſed intelligendum eſt vt modo dicebamus, quod aut videbuntur igneæ impreſſiones tanquàm ſtellæ cadentes, aut ipſe ſtellæ non dabunt lumen ſuum Deo impediente. Bifariam ergo poſſumus accipere Solẽ & Lunam & ſtellas obtenebrari aut cadere: vel vt per hæc luminaria, intelligantur homines illuſtres, qui cadere & obſcurari dicantur, dum tribulationibus, anguſtijs, & morte, peribit gloria eorum in hoc mundo, Antichriſtum & eius ſatellitibus ſupra modum in Eccleſiam ſæuientibus. Quorum etiam multi deficient à priſtina ſua charitate. Vel vt per hæc luminaria intelligantur corpora cœleſtia, quæ obſcurabuntur non in ſe, ſed quia mortalibus non ſplendebunt ad eorum ſolatium, vel quod nubibus obſcurato cœlo abſcondentur ſtellę, & exalationes ignitæ, ſimiles ſtellis emittentur in terram, ita vt hominibus ſtellæ ipſæ decidere videantur: tale eſt illud Ouidij:

Ouidij.

Vt interdum de cœlo ſtella ſereno,
Et ſi nõ cecidit, potuit cecidiſſe videri.

Sapien. 5. Tale etiã eſt qđ de eo tempore dicitur Sap. 5. ibunt directæ emiſſiones fulgurũ & tanquàm à bene curuato arcu nubium exterminabũtur, & ad certũ locũ inſilient. Groſſum verò vocant Latini, ficũ vt diximus, nõ maturam: quæ cum teneræ ſunt facilimè venti vi quatiuntur in terram. Eadem ferè

Eſai. 34. ſimilitudine vſus eſt Eſaias cap. 34. Sicut defluit folium de vinea, & de ficu. Et vtraque ſimilitudine magna multitudo ſignificatur. quemadmodum apud Virgilium.

Virgil.

Quàm multa in ſylvis Autumni frigore primo,
Lapſa cadunt folia,

A ¶ *Et cœlum receſsit ſicut liber involutus.* Nullus ſplendor è toto corpore cœli emicabit. ſed occultũ erit & abſconditum ſicut liber plicatus & inuolutus. Nunc enim extendit Deus cœlum ſicut pellem. Pſalm. 103. Tunc autem inuoluet quaſi implicans pellem. Alludit ad verba Eſaiæ. capit. 34. Idem ſignificantia. & complicabuntur ſicut liber cœli. vtrumque rectè intelligitur ex his quæ de libris vete-

B rum diximus. cap. 5. ¶ Per receſſum autem cœli Anſelmus intelligit ſilentium prædicatorum tempore Antichriſti, qui ſunt cœlum enarrantes gloriam Dei Pſalm. 18. ¶ Richardus verò inſignes viros Eccleſiæ intelligit, qui illis temporibus latebunt, nec ſe manifeſtabunt niſi paucis, ſicut liber inuolutus, quem vulgus non legit. Ad quem ſenſum adduci poteſt ille locus. Eſaiæ. cap. 34. & complica-

C buntur ſicut liber cœli. quod de extremo iuditio intelligit Hieronymus.

¶ Eſtque apta intelligentia, vt hæc cœlorum plicatione intelligatur ſacra ſcriptura, quæ nunc viſibilis exponitur legenda. Modo igitur hoc cœlum eſt extenſum ſicut pellis. Pſalmus. 103. Sed illo tempore myſteria ſacrę ſcripturæ non explicabuntur. Ideo cœlum erit liber inuolutus, quem pauci

D euoluent. Hic liber inuolutus abijt ab hæreticis huius temporis, quoad veram intelligentiam. Vident enim librum foris, at verò myſteria intus recluſa non vident. Legite quæ annotauimus ſuperius. cap. 3. in illa verba: dabo clauem Dauid ſuper humerum eius.

Primus ſenſus literalis.

Pſa 103.

Eſa. 34. 2.

Secundus ſenſus myſticus. Anſel.

Pſal. 18. 3. ſenſus. Richar.

Eſa 34.

Hiero.

4. ſenſus.

Pſa. 103.

Apoc. 3.

¶ *Et omnis mons & inſula de locis ſuis moti ſunt.* Si de montibus & inſulis propriè hoc intelligatur, dicendum eſt

est: quod vtitur repetitione per speciem. Iam enim in genere de terræmotu dictũ est. Nam tunc (sicut olim cũ dabatur lex.) mõtes exultabũt sicuõ arietes, & colles sicut agni ouium à facie Domini: quia venit iudicare terram. Psalm.113. & Psalm.97. Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt à cõspectu Domini, quoniam venit iudicare terram. Quod si velis dicere alterum terræmotum nunc, eumque maximum enunciari in insulis & montibus non erit absre. Maritima enim & loca eminẽtiora, multò crebrius terræmotibus quatiuntur: ita insulæ tunc maximè mouebuntur & montes. vnde Plinius. libro.2. cap.82. ait: Maritima autem maximè quatiuntur, nec monuosa tali malo carent. Exploratum est mihi Alpes apenninas sępius tremuisse. & ne quis autem putet fieri non posse vt insulæ & montes è locis suis moueantur, atque ideò hæc metaphoricè accipiat (vt multi faciunt) idem Plinius eodem libro cap.85. inquit, factum est & hoc semel quod quidem in hætrusæ disciplinæ voluminibus inueni ingẽs terrarum portentum. L. Marcio, Sexto Iulio Coss. in agro mutiens. Namque montes duo interse cõcurrerũt. crepito maximo assultantes recedentesque: inter eos flamma fumoque in cœlum exeunte interdiù, spectante è via æmilia magna equitum Romanorum, familiarumque & viatorum multitudine. Eo concursu villæ omnes Ellisæ, animalia permulta quę intra fuerant, exanimata sunt: anno ante sociale bellum: quod haud scio an Funestius ipsi terræ Italiæ fuerit quàm ciuile. Eandem rem eisdem verbis narrauit Iulius obsequens in libro de prodigijs. cap.116. Addit mox Plinius: non minus mirum portentum nostra cognouit ætas anno Neronis principis supremo: sicut in rebus eius expõsuimus, praris, oleisque, intercedente via publica, in contrarias sedes transgressis in agro marrucino prædijs, vectij marcelli equitis Romani res Neronis procurantis. Idẽ cap.97. docet multas insulas sæpè fluctuare, & in varia loca agi. Et Ouid. ait:

Tempusque fuit quod nauit in vndis.
Nunc sedet Ortygiè timuit concursibus argo.
Vndarum sparsas simplegadas elisarum,
Quæ nunc immota perstant, ventisque resistunt.

Nihil igitur mirum, si cum multò maiora prodigia videri tunc oporteat, montes quoque & insulæ moueantur.

¶Et quamuis hoc ita sit. Patres tamen malunt hæc per metaphoram interprætari, vt montes dicantur viri altitudini contemplationis dediti: de quibus Psalmo.71. Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. Insulæ verò dicantur fideles negotijs occupati, qui fluctibus vndisque quatiuntur. Nam insulæ pro insulanis habitatoribus capiuntur. Esai.42. Insulæ legem eius expectabunt. Hæc ergo diuersa hominum genera mutabunt sedes, & insolitudinibus errantes, vt dicitur ad Hebræ. vndecimo, Fugient consortium eorum qui seducti sunt per Antichristum. Ita Beda; Richardus, Anselmus, & D. Thomas. hanc fugam consulit Dominus Mathei.24. Tunc qui in Iudęa sunt fugiant ad montes.

Psal.113. Psal.97. Plinius. Plinius. Plinius. Ouid. 2. expositio. Psal.71. Esa.42.2. Hebr.11. Beda. Richar. Anselm. D.Tho. Mat.24.

¶ *Et reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, et omnis seruus et liber abscondérunt se in speluncis, et in petris montium.* Qui per reges, principes, diuites & fortes intelligantur explicatione non eget. Tribunos autem vocat eos, qui Græcè chiliarchi, ideſt, qui mille præ ſunt militibus. Tales erant apud Romanos tribuni, qui militum dicebantur. Nam legio Romana, ſena milia militum habebat. Interdū etiam plures vt auctor eſt Vegetius lib. 2. de re militari. cap. 2. in vna autem legione decem erant cohortes, ſed prima cohors reliquas numero militum & dignitate præcedebat. Habebat autem pedites mille centum quinque, equites loricatos centum triginta duos, & apellabatur cohors miliaria. ex eodem auctore & lib. cap. 6. Huic tribunus præerat, reliquæ verò multò erant minores, prout principi placuiſſet: à tribunis vel à præpoſitis regebantur vt idem ait. c. 12.

Tribuni militū qui dicebātur.

Vegetius

Vegetius

¶ Per omnes ergo hominum conditiones procedit Ioannes, vt oſtendat turbationem eſſe generalem, & timorem ita vehementem, vt in rupium cauernis ſeſe abdere curent etiam reges & principes &c. & tribuni, & diuites, & fortes, &c. Id quod in huius calamitatis figura contigit in deſtructione Hieroſolymitana ſub Tito. Sic Lucæ vigeſimo primo dicitur, areſcentibus hominibus præ timore. & Mathæi. 24. erit tunc tribulatio magna: qualis non fuit ab initio mundi, nec modo, nec fiet. Congruit cum hoc illud Eſaiæ. 2. ingredere in petram & abſcondere in foſſam. Sed de hoc inferius.

Luc. 21.

Math. 24.

Eſai. 2.

¶ Alij autem interpretantur hunc locum hoc modo quod homines tūc ſanctorum patrocinia inuocabunt, & conſilia exquirent aliorum qui ſunt velut montes, & petræ in republica, & ideò dicuntur ſe abſcondere ſub petra. Ita Beda & Richardus. Sed Anſelmus exponit, quod angelorum, vel etiam dæmonum auxilia tunc quærenda erunt ab hominibus.

Viri perfecti montes & petræ vocantur. Beda. Richar. Anſel.

¶ Poteſt & paſſionis Domini memoria ſignificari, petra enim erat Chriſtus. 1. Corint. 10. & Pſalm. 31. Tu es refugiū meum à tribulatione quæ circundedit me. Nam hæc petra eſt refugium herinatijs, ideſt, peccatoribus. Pſalm. 103. & hoc eſt quod Cant. 2. vocat ſponſus: Veni columba mea in foraminibus petræ, in cauernis maceriæ. Sponſus ergo Deus pater oſtendit ſibi gratiſſimum fore ſponſam in petra Chriſto, qui perforatus eſt in cruce. Sunt enim vulnera Domini refugium miſerorum. Prouer. 30. Lepuſculus plebs inualida, quę collocat in petra cubile ſuum: & ideò ibi de ſapientia laudatur. Sic plebs miſera peccatorum, quæ confugerit tunc ad petram Chriſtum: & abſconderit ſe in ſpeluncis & cauernis vulnerum eius ſapiens erit. Hæ tamen expoſitiones non tam literales, quàm myſticæ dicendæ ſunt. Quare literalem explicationem proſequamur.

Chriſtus petra. 1. Cor. 10. Pſal. 31.

Pſal. 103. Cant. 2.

Pro. 30.

¶ *Et dicunt montibus et petris: cadite ſupernos, et abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum: et ab ira agni, quoniam venit dies magnus iræ ipſorum: et quis poterit ſtare.* Apertè alludit ad loca ſacra ſcripturę, quorum alter eſt apud Oſeam. c. 10. & dicent mōtibus opperite nos, & collibus cadite ſuper nos. Alter apud Lucam. cap. 23. Tunc incipient dicere mōtibus cadite ſuper nos, & collibus opperite nos. Et quidē Dominus apud Lucā, de tēpore proximo

Oſee. 10.

Luc. 23.

ximo exilio Hierusalem loquitur: quod sine dubio figura erat consumationis mundi. Apud Oseam autem de captiuitate Israel: quæ & exilij Israel figura fuit, & consumationis seculi vt Hieronymus in eundem locũ indicat. Significat ergo ita impios malis præsentibus afficiendos esse: vt grauiora atquè terribiliora pertimescãt. & quiduis potius pati velint, & mortem quamuis appetere, quàm ea videre quæ formidant. Esa.2. & introibunt in spelũcas petrarum & in voragines terræ à facie formidinis Domini: & gloria magestatis eius, cum surrexerit percutere terram.

¶ Simile est illud Iob.14. quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me donec transeat furor tuus? Quibus verbis explicatur vehemens quedam animi afflictio, & anxietas. Nec temerarius est tantus horror, & ideo subiungitur: quoniam venit dies magnus, nempe, iræ magnæ: & quo magnarum rerũ ratio reddenda est. Paruuarum enim in hac vita tantum reddimus rationem, vbi tantum temporis vertitur momentum. & ideo vocari possunt parui huiusmodi dies. & hoc est qđ Ioel.cap.2. Diem magnum & horribilem & terribilem vocat. Est verò mirũ, quod ira agni ita timeatur. Sic etiam Hierem.25. Facta est, inquit, terra eorum in desolatione, à facie iræ columbæ. Columba & agnus alioqui imbecilles: timentur modo. Dicitur hîc: *ira ipsorum.* Quia simul pater aderit cum illo vt supra.cap.1. ex Daniele collegimus. ¶ *Iram* verò tribuimus Deo, non inquantum est passio & turbatio, sed inquantum est zelus puniendi & ostendẽdi seueritatẽ iustitiæ. De quo hîc multa notat Diuus Thomas, ex Diuo Gregorio.

¶ *Abscondite, inquiunt, nos à facie sedentis.* Quomodo hoc infideles dicere poterunt, qui nec sedẽtem in throno, nec agnum nouerunt? quomodo intelligere ex his signis poterunt aduentare diem iudicij quem non crediderunt, cum nec multi ex christianis id intellecturi esse videãtur? Quæstio facile soluitur si aduertamus, & de malis christianis hæc verba fieri, & de persecutoribus bonorum. Etenim iusti cum ante reges & prẽsides stabunt, & à malis affligentur, sæpè dicent imminere illis iram maximam Dei patris & agni pro hominibus occisi: & eorum virtutem & potentiam atquè fiduciam suam in eorum præsidio collocatam, itidem prædicabũt. & quamuis impij tunc risuri sint & minime credituri, cum tãtam rerum omnium perturbationem, & signa insolita, & inusitata vbiquè videbunt: timore incredibi correpti, credent verum esse quod sancti dixerant: & illã esse iram sedentis in throno, & agni, quam iusti toties prænunciarũt. Quẽadmodum Pharao primum respondit quis est Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Israel? Nescio Dominum, & Israel non dimittam. Deinde calamitatibus admonitus fateri cogebatur Deum Hebræorum illarum esse auctorem: & Deum esse orandum: orate, inquit, Dominum vt auferat ranas à me, & à populo meo, & dimittam populum, vt sacrificet Deo. Deniquè populus cum videret in mari rubro subuerti rotas curruũ, & se ferri in profundum dixerunt: fugiamus Israel, Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Exod.14.

Et quis poterit stare. Idest, quis sustinere poterit aduenientem? quis nõ

timore magno deficiet, & concidet? A hominis. Psal. 17. confringam illos nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos. & Psal. 35. ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec poterunt stare. Psa. 17. Psal. 35.

metaphora ducitur ab his qui magno periculo ingruente expectare nequeunt, sed aut fugiunt continuò, aut deficientibus viribus concidunt. Lucæ. 21. vigilate itaque omni tempore, orantes vt digni habeamini fugere omnia ista quæ futura sunt, & stare ante filiũ Luc. 21.

¶ Finis. Cap. VI.

Intelligentia Capitis Sexti Apocalypsis.

ET vidi eadem imaginaria visione quod aperuisset, & explanasset agnus dei primum mysterium quod in libro veteris legis erat obsignatum. Et audiui vnum de quatuor animalibus (hoc est, Marcum Euangelistarum,) dicens tanquam voce tonitrui, voce, scilicet, prædicationẽ Apostolorum fortissimam, ac miraculis plenam, representante. Veni (inquit) & vide mysterium primũ. Et vidi visione imaginaria, & ecce equus albus ecce, inquam, electorũ in primitiua Ecclesia cœtus à peccatis vnda baptismatis ablutus, equus factus in quo Christus sedet & habitat. Et hic sessor arcum iudiciariæ potestatis habebat in manu sua, vnde impios de longinquo feriat. & sicut habebat arcum ad feriendos impios, sic data est ei corona vnde præmiet bonos. Et exiuit victor de Iudæis ex parte conuersis, vt vinceret gẽtiles, eos ad fidem vocando. Et cum aperuisset sigillum secũdum: siue cum crescente gratia amplius capisset exhiberi, & compleri visio diuina, audiui secundum animal (hoc est Lucam in vitulo Christi passionem designantem) dicens, veni & vide. Et exiuit alius equus rufus, hoc est, tyrannorum chorus, martyrum sanguine cruentatus, & rube factus. Et diabolo qui sedebat super illum, datum permissumq; est, vt tolleret pacem de terra, quia dissensionis dux est. Et data est ei potestas, vt sublata de mundo pace, mutuò se odijs & homicidijs mortales interficiant. Et datus est ei gladius magnus, magnaq; nocendi potestas permissa. Et cum aperuisset sigillum tertium, tertium animal, hoc est, Matthæum hominis formã habentem, audiui, dicens: veni & vide. Et ecce equus niger, hoc est hæreticorũ

cœtus vmbris & tenebris errorum obfuſcatus, & paliatus: & diabolus qui ſedet ſuper hunc equum, habebat ſtateram ſcripturæ ſanctæ in manu ſua, vt pro arbitratu ſuo illa aduerſus catholicos vtatur. Et audiui tanquam vocem in medio quatuor animalium. vox enim euangeliſtarum & prædicatorum aduerſus hæreticos ea eſt: bilibris tritici denario vno comparatur. menſura enim euangelij, quod tritico meritò vocatur, in quo granum frumenti Chriſtus pro nobis mortuus eſt, denario perfectaq3 fide emitur. Bilibris verò hæc menſura dicitur, quia fide & dilectione cõſtat euangelium. Tres etiam bilibres hordei denario vno. Menſura namquè veteris legis quæ iurè ordeum dicitur, eò quòd: quemadmodum ſub palea latet granum: ſic in lege latet ſub figura figuratum: & ſicut ordeum aſperum eſt, ita & lex vetus eſt aſpera & importabilis: menſura ergo huius hordei, quæ per tres bilibres ſignificatur, quod legalibus, hiſtoricis, & propheticis libris conſtet, comparatur etiam perfecta fide. Niſi enim crediderimus non intelligemus ſcripturas vtriuſq3 teſtamenti. Audiui etiam hanc vocem: vinum & oleum ne læſeris, ne, inquam, tu ò prædicator & Eccleſiæ doctor læſeris aut peruertas vinum & oleum verbi Dei. Quod vinum voco, eò quod lætificet cor hominis & oleum, quia lenit & dulceſcere facit in aduerſis, & in omnibus infirmitatibus leniter conſolatur. Non ergo Dei verbum peruertas, miſcens falſa veris. Vinam præterea & oleum ne læſeris, non inquã peruertas tua falſa doctrina fideles vino ſanguinis Domini baptiſmo potatos, & de prælo dominicæ crucis tanquã muſtum expreſſos, & ſpirituali gratia & oleo delibutos. Vinum deniq3 & oleum ne læſeris, hoc eſt, ſacramenta Eccleſiæ per vinum & oleum ſignificata ne contamines. & cum aperuiſſet ſigillum quartum, cũ, inquã, procedente tempore, & augeſcente fide magis magiſq; occulta aperirentur myſteria, audiui vocem quarti animalis, mei figuram gerentis & dicentis quæ poſt egreſſum meum ab hoc exilo euentura ſunt. Dicebat ergo hoc animal mihi. Veni & vide. & ecce equus pallidus, hoc eſt cœtus hypocritarum extreminantium facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes. Et qui ſedebat ſuper hunc equum fallacium fratrũ nomen illi mors, mors enim diabolus vocatur quod inuidia eius mors introiuit in orbem terrarum. Et infernus damnatorumq3 multitudo ſequebatur eum: ſequuntur enim & diabolum imitantur, qui ſunt ex patre diabolo. Et data ſiue permiſſa eſt illi á Deo poteſtas, ſuper omnem terram, mundũq3 vniuerſum. vt interficeret omni genere mortis fideles homines. Item vt interficeret

gla

gladio detractionis, fame audiendi verbi Dei, bestijs terræ siue brutis & ratione carentibus concupiscentijs. et morte. i. alio quolibet perimendi genere spirituali. Et dū apperuisset quintū sigillum, amplius ue manifestari sacramenta diuina cæpisset: vidi subtus altare Christi, submissas, & subiectas animas eorū, qui ob prædicatū euangelij verbū, & annunciatum liberè de Christo testimoniū morti sunt ab impijs tyrannis traditi, á quibus desiderio resurrectionis, & zelo extremi iudicij, et iustitiæ vindicari desiderantes, clamabant voce magna, dicentes: vsq; quo Dñe sanctus & verus, nō iudicas & non vindicas sanguinē nostrū de his qui habitant in terrā. Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, hoc est, singulis animabus singulæ stolæ beatitudinis. Et dictū est illis vt requiescerent adhuc tēpus modicū, hoc est, vsq; ad resurrectionis tēpus quod respectu æternitatis modicū est: quo cōplebitur numerus electorū & peculiariter eorū qui interficiendi sunt sicut & illi. Et cū apperuisset sigillū sextū, processisset q; ictus, & apertius se proderēt diuina mysteria: ecce terræ motus magnus factus est, instante iudicio, magnaq; hominū in terra degētiū cōmotio, qualis nō fuit abinitio. tūc sol & luna maximū defectū patiētur, & cōmetæ & impressiones ignitæ cadent de cælo, ita vt stellæ cadere videantur super terrā. Item sol iustitiæ Christus erit cilicianus non clarescens miraculis tēpore antichristi. Et luna, hoc est, ecclesia quæ à Christo lumen recipiebat. fiet tunc tēporis tota in suis martyribus sanguinolēta. Et stellæ, hoc est, sancti qui fulgebant sicut stellæ, de cælo cadent: quando timore ducti de cōstantia fidei decidēt. Cadēt autē nō secus atq; grossi immaturæq; ficus dum a vento valido agitātur: vtq; tunc magno numero grossi defluunt, ita ea ætate persecutionū vētis agitati christiani de cælo siue de fidei cōstātia cadent. Et cælū, hoc est. Ecclesia tunc ab impiorū cōsortio se abscondet sicut abscōditū est quod scriptū est in libro inuoluto. & omnis mons & insulæ reuera de locis suis mouebuntur. Præterea, omnis mōs perfectorū hominum, et omnes insulæ minus perfectorum, qui á fluctibus tentationum agitantur, tunc a societate impiorum inter quos habitabant, discedent. Imo tunc omnis mons superborum, & omnes insulæ carnalium mouebuntur de loco fidei suæ. & omnes impij reges terræ, & principes. & tribuni, & diuites et fortes & omnis seruus & liber abscondent se in speluncis instante ira Dei, & in petris montuum: et dicent desperati montibus et petris, cadite super nos, et abscondite nos a facie sedentis super thronum et ab ira agni, quoniam venit dies magnus iræ ipsorum, et quis poterit stare?

CAP.

CAPVT SEPTIMVM

Argumentum.

S. Per sex aperta sigilla signantur electi Dei quos reget agnus, & omnem ab eis fletum absterget, ne cum impijs pereant.

CAPVT VII.

POst hæc vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ ne flarent super terram, neque super mare, neq; in vllam arborem. Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui: & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicēs, Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quo adusque signemus seruos Dei nostri in frontibus suis. Et audiui numerum signatorum centū quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Et tribu Gad, duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Nephthali, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. Ex tribu Simeō, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Issachar, duodecim millia signati. Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim millia signati. Ex tribu Beniamin, duodecim millia signati. Post hæc vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus & tribubus, et populis & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum: et clamabant

bant voce magna, dicentes, Salus Deo nostro qui sedet super thronum, & agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni & seniorum, & quatuor animalium: & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerũt Deum, dicentes, Amen. Benedictio, & claritas, et sapiẽtia, & gratiarum actio, honor et virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum. Amen. Et respondit vnus de senioribus, et dixit mihi, Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? & vnde venerunt? et dixi illi, Domine mi, tu scis. Et dixit mihi, Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, et lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. ideo sunt ante thronum Dei et seruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui sedet in throno, habitabit super illos: non esurient neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neq; vllus æstus: quoniam agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

A

B

C

D

E Isa. 49. c

Isa. 25. c

Titulus.

DEscriptio quatuor angelorum super quatuor terræ angulos, & potestatis eorum, signatorumquè electorum præseruatio ab illis, deinde turbę innumeræ & angelorum seniorum què Deum collaudantium, laus & gratiarum actio, & omnium eorum per vnum ex senioribus descriptio, & numeratio, hoc capite continetur.

Caput. VII.

POst hæc vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, nec super mare, nec in vllam arborem. Totũ hoc caput variè explicatur à doctoribus. Quare opere pretium est, omnes intelligentias referre, quæ tàm ad sensum mysticum quàm ad literalem conducunt. Primùm igitur patrum sententiam afferam huius loci. In hoc ergo capite argumentum sexti sigilli continuatur. Et sicut mundus in partes quatuor regionesq; diuiditur, nempè in orientem, meridiem, occidentem & septentrionem: ita quatuor angelos malos eisdem regionibus, quasi stationarios refert Ioãnes, qui infesti et pro sua quisquè parte mundum vniuersum. Quibus significantur diaboli,

li, Antichristi ministri & prædicatores, qui vbique terrarum sunt futuri. Ita nonnulli patres, & his præcipua cura erit impedire prædicationem Euangelicam, & detinere quatuor ventos, hoc est, Spiritum sanctum quantum est ipsis prohibere, ne ex quatuor Euangelistis mundum perflet per prædicatores. Sic venti sumuntur pro afflatu Spiritus sancti. Cant.4. Cant. quarto. Veni Auster perfla in hortum meum, & fluent aromata illius. Comparatur enim vehementi vento Spiritus sanctus. Actorum secundo, & Ambrosius lib.3. de spiritu intelligit illud Ezechiel.37. à quatuor ventis veni spiritus & infla super interfectos istos. Quia sicut ventus est inuisibilis, efficit tamen magna: nam sæpè turres euertit: sic Spiritus sanctus magna concutit: & vbi vult spirat. Ioānis.3. Et cum hac intelligentia conuenit illud Danie.7. de quatuor ventis pugnantibus, & de quatuor bestijs, quæ hîc vocantur quatuor Angeli. Videbā in visione mea, & ecce quatuor venti cœli pugnabāt in mari magno, & quatuor bestiæ grā des ascendebant de mari diuersæ. Immittit enim Deus angelos malos: vt percutiant. Vt Dauid ait Psalm.77. de quo 3.Reg.22.

Spiritus sanctus vento cōparatur. Act.2. Ambro. Bucch. 37. Ioa.3. D.7. Psa.77. 3.Reg.22.

¶Prohibere verò conantur ne super terram, id est, super homines terrena amantes (vt exponit Richard.) aut super homines, qui habitatores sunt terræ (vt exponit Ansber.) prædicatio fiat, vt conuertantur.

Terra nō ne preceßore terre si vocātur. Richar. Ansber.

¶Nec mare perflent, id est, ne homines malos fluctuantes fluctibus mundi, doceant. Sic Esai.27. dicitur: impij quasi mare feruens. Aut etiam homines insulanos, secundum Anselmum. ¶Arbores verò vocat (secundum Richardum) homines fructum afferentes virtutis. Sed Anselbertus) promiscuam multitudinem intelligit, quæ per mundum peruenit. Vnde nota, quod solet sacra scriptura homines arbores vocare: vt in Euangelio Math.3. Omnis arbor quæ non facit bonum fructum excidetur, & in ignem mittetur. Et in alio loco: fit arbor, ita vt volucres cœli veniāt, & habitent in ramis eius. Aristote. in libro de anima ait, hominem esse arborem inuersam, nam capillos capitis insuper tanquàm radices in superiorèm partem protendens, per eos accipit nutrimentum. Id quod non multò antè dixerat Plato. Porrò arbor radices habet in terra fixas, homo autem in cœlo: nam arbores è terra, homo verò ex cœlo nutritur. Vnde de Ecclesia dictum est. Cant. septimo. Comæ capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus. Hoc est, capilli capitis tui pulchri velut purpura regis, tanquàm radices accipiunt nutrimentum à cœlestibus riuis. At vir pius arbori fecundæ simi lis est, insitæ iuxta dulcia flumina, quorum vberrimis aquis irrigatur. Lætissimorum fructuum copia exornata. Admirabiles enim fert virtutum fructus, & illos quidem tempestiuos: semper viresA cens, nullos vnquam æstus reformidans. Id significare volens Dauid, erit, inquit, tanquàm lignum, quod plantatum est secùs decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Quam similitudinem Hieremias capite decimo septimo, etiam refert. Per arborem verò intellige palmam iuxta illud Psalmi. 91. Iustus vt palma florebit. Vt illa tenuis incipiens

Arbores dicuntur homines fructum virtutis afferentes. Math.3. Homines arbori. nomine vocantur Math. 13 & Aristo. Plato. Cant.7. Iustus arbor fructuosa. Psal.1. Hier.17. Psal.91.

ab imo contrà aliarum plantarum naturam crescendo superius vastior efficitur, & quantò sublimior, tantò in altum redditur latior, & robustior: sic iusti in terrenis studijs debiles sunt: in cœlestibus fortes semper in virtute proficiunt. Ac vt arbor non solum ad sui ornamentum, & perpetuitatem fructus fert, sed etiam vt illis afferat alijs vtilitatem: sic illi fructuosi sunt non solum sibi, sed alijs. Sed multi sunt velut arbores steriles, similes tuxo venenatæ, qui excisi, in ignem æternum proficiunt. Iam enim (vt Baptista ait) securis ad radicem arboris posita est, Mathæ. 3. De his ergo hominibus, qui per arborem significantur ait Ioānes, vidi quatuor Angelos tenentes ventos terræ, ne flarent in vllam arborem. Matth. 3.

¶ *Post hæc vidi quatuor Angelos.* Sed expositores prædicti qui præcedentia mysticè interpretantur, vt vidimus, & qui quatuor istos Angelos, quatuor malos spiritus esse existimant, continentes quatuor ventos, ideſt, prædicatores Euangelij ne flarent super terram: Non exponunt nequè declarant, Cur isti quatuor Angeli sint super quatuor angulos terræ, vnde videlicet flant venti: cum diabolus non in angulis terræ, sed in medio magnarum prouinciarum, & vrbium, impedire soleat prædicatores. Deinde si super terram flare prohibent, ideſt, hominibus in terra viuentibus prædicare, quod nam erit mare? quæ arbores? Denique reliqua quæ in hoc cap. dicuntur, de angelo ascendente ab ortu solis, & de numero signatorum ex duodecim tribub⁹, & ex cæteris nationibus: non video quomodo possint cum hoc sensu cō-

A uenire. Quare aliorū sententiam modo sequentes, ventos propriè accipiamus, & cętera similiter. Quandoquidem: vt dictum est, non est à proprietate verborum recedendū, nisi aperta ratio cogat. Cœpit ergo Ioan. dicere, quæ calamitates imminerent persequutoribus sanctorum: quod nūc etiam prosequitur. Sed ne huiusmodi præsuris electos etiam putemus esse afficiendos, ideò docet exceptos esse B à Deo & electos, & prędestinatos, qui tunc erunt in terra tàm ex Iudæis, quàm ex gentibus. Et hoc est, quod nunc ait: vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ tenentes quatuor ventos terrę, ne flarent super terram. Quatuor venti principales à quatuor partibus terræ aduersus spirant. Subsolanus ab ortu, Cœphirus ab occasu, Auster à meridie, Aquiló à Septentrione, in his cæteri qui inter- C medij sunt intelliguntur. Ideò quatuor anguli terrę dicuntur esse partes à quibus illi spirant. Super hos Angeli non sedentes videntur, sed stantes: quasi ad opus parati, ideſt, ad impediendum flatum ventorum. Tenere autem ventos, ne flarent in terram, & mare, nihil aliud est, quā velle perdere ōmnia, quæ sunt in terra, & in mari. quę si ventus penitus teneatur, citò interire necesse est. Nam omnia ter- D ræ animantia vento fouentur, & conseruantur, eoquè subtracto perfocarentur.

Secunda expositio.

¶ Plātæ autem vento nutriuntur & vegetantur, & per eum imbribus irrigantur: atquè ita sine vento calore cœli consumerentur, & nihil terra produceret. Pisces similiter interirent: & omnes homines qui essent in mari: quoniam nauigare non possent. Quod autem

ait:

ait: neque in vllam arborem, propter fructum qui ex arboribus capitur additum est. Quare hoc quod dixerat: tenentes quatuor ventos terræ neflarent super terram, nec super mare, nec in vllam arborem: recte alijs verbis paulò post explicauit, dicens: & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ, & mari, &c. Notandum tamen est angelos dici tenere ventos, non quod iam tenerent neflarent, sed quod tenere tentabant, & volebat. Sicut indicat verba sequentia, nolite nocere terræ & mari, &c. Sæpè enim fieri dicitur, quod tentatur & intenditur. Amos. 9. Vt Amos. c. 9. & si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mãdabo serpenti, & mordebit eos. Ita etiam dicitur Psalmo. 33. magnificate Dominum mecum: & Lucæ primo, magnificat anima mea Dominum. Psal. 33. Luc. 1.

¶Sed queritur an verum sit, quod multi ex cõmentatoribus tradiderũt, hos quatuor angelos malos fuisse. Et quidem verum esse id, in eo videtur indicari, quod terræ, & mari, & arboribus nocent. Nam malorum angelorum ministerio vti Deum ad puniendum apertissimè indicat, Psal. 77. misit in eos iram indignationis suæ, indignationem & iram & tribulationem immissiones per angelos malos. Idem docet Clemens, lib. 4. recognitionum versus finem. Augu. lib. 5. contra Iulianum. c. 3. in eius rei confirmationẽ idẽ Augu. profert verba citata in Psalm. 77. Verùm hac ratione nequaquam conuinci potest malos esse angelos de quibus nunc loquimur. Quoniam & si sæpè Deus pœnas de hominibus sumat per angelos malos, sæpè etiam sumit per bonos. Docet Psal. 77. Clemens. Augu. Psal. 77.

A hoc plane Augustinus, lib. 9. de Ciui. cap. 5. cum ait: sancti verò angeli, cum & sine ira puniant; quos accipiunt æterna Dei lege puniendos, &c. Sed sanctos patres citare non est necesse, vbi aperta suppetunt sacræ scripturæ testimonia, Genes. 19. Angeli qui veniunt vt perdant Sodomam, sancti sunt. & 2. Regum. 24. Cumque extendisset manum suam angelus Domini super Hierusalem, vt disperderet eã, B misertus est Dominus super afflictionem, & angelo percutienti populum ait: sufficit. Et 4. Regum. capite. 19. Factum est igitur in nocte illa: Venit angelus Domini & percussit in castris Assyriorum. 185. milia hominum. Eadem verba legimus in Esai. cap. 32. Quod si quis forte dicat, in his locis angelos malos absolutè vocari angelos Domini: quoniam à Domino mittebantur ad nocendum, quàm C plurimis alijs redargui poterit, in quibus angeli Domini non nisi sancti angeli vocantur. Imò verò cum sæpissimè id legamus in sacra scriptura. Nusquam angelos malos in veniemus absolutè vocari angelos Domini. Sed cum addito, vnde mali esse intelligantur. Vt primo Regum. cap. 18. Post diem autem alteram inuasit spiritus Dei malus Saul, &. cap. 19. factus est spiritus Domini malus in Saul. D Præterea angelos missos ad perdendum Sodomitas, Loth planè loquitur vt angelos sanctos: quæso Domine mi, quia inuenit seruus tuus gratiam apud te: magnificasti misericordiam tuam quam fecisti mecum. Idéq; ex alijs locis citatis facilè intelligi potest. Verùm vt ad quatuor angelos reuertamur, expositores qui crediderunt prædicatores euangelij ab eis impediri, rectè malos esse dixe- Aug. to. 4 Gen. 19. 2. Reg. 24 4. Reg. 19. Esa. 32. 1. Reg. 18. & 19. Gene. 18.

runt,sed nos qui hanc interpretationem non sequimur, non cogimur id dicere bonos potius esse credimus, Primùm, quoniam nomen angeli aut rarò admodum, forsasse nunquã, in sacra scriptura dæmonibus tribuitur, quin continuò aut certè in proximo aliquid addatur, vnde verba de malis angelis fieri intelligatur, vt Mathæ.25. qui paratus est diabolo & angelis eius. & Prouerbiorum.17. Angelus autem crudelis mittetur contra eum. Quando ergo Apostolus ait.1. ad Corinth.6. nescitis quoniam angelos iudicabimus? facilè intelligitur de malis loqui, quoniã aliquid dicit qd̃ sanctis angelis conuenire non potest, nempe, iudicari ab hominibus. Ioannes autem angelos appellauit, & nihil dicit quod sanctis conuenire non possit, quando quidem ipsi etiam mittuntur ad puniendum, vt demonstratum est. Nec hoc patres citati negauerunt. Non enim dixerunt semper angelos malos esse qui mittuntur ad puniẽdum. Verba etiam ipsa angeli eos alloquentis non obscurè hoc ipsum indicant: nolite nocere terræ, & mari, nequè arboribus, quoad vsq; signemus seruos Dei nostri in frõtibus eorum, etenim ipsi simul cum angelo loquente signaturi erant seruos Dei. Et dicit: Dei nostri. Vt etiam Deus eorum esse intelligatur. Iuxta sacræ scripturæ autem consuetudinem, Deus dicitur esse eorum Deus à quibus amatur, & colitur. Vt cũ dicitur Exod. 3. ego sum Deus Abrahã, Deus Isaac, & Deus Iacob. Vt eleganter docet Origen. in illud ad Roma. 1. Primum quidem gratias ago Deo meo. Hoc (inquit) quod dixit Deo meo, nõ est ociosè accipiendum. Non enim vox ista potest esse nisi sanctorum: quorũ Deus dicitur, sicut Deus Abraham, vel Isaac, vel Iacob. Nõ enim potest dñm Deum suum dicere is cui Deus venter est, aut auaritia Deus est, aut cui gloria seculi, & pompa mundi Deus est. Quicquid enim vnusquisquè supra cætera colit, hoc illi Deus est, hæc ille.

Math. 25. Pro. 17. b 1. Cor. 6. a Exod. 3. Origen.

¶ *Et vidi alterum angelum, ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui.* Communior intelligentia Christum sub hoc enigmate interpretatur refrenatem dæmoniacam impressionem, nam Christus officio angelus est, quia est missus à Deo: & vocatur magni consilij angelus, Esa. 9. Est etia altera differentia qua differt ab angelis malis, quia hic congregat, illi disgregant. Hic seruat, illi dispergunt, & occidunt. Nulla inter eos conuentio est. Quę conuentio Christi ad belial? ait Paul. 2. Corinth. 6. Ita Richard. Beda, Ansbert. & Ansel. Etiam Christus ascendit ab ortu solis, natus enim visitauit nos oriens exalto. Vt Lucas ait. Vnde in natiuitate temporali dicitur oriens quasi sol iustitiæ: vt testatur Malach. cap. vlt. & orietur vobis (inquit) sol iustitiæ & sanitas in pœnis eius. Præterea etiam ascendit quia proficiebat sapientia, vt Lucas refert. cap. 2. Scilicet, proficiebat, quantum ad ostensionẽ: vt dixit Damas. Et Diuus Thomas hic.

Primus sensus. Christus angelus dicitur ascendens ab ortu solis. Esa 9. 2. Cor. 6. Richar. Beda. Ansbert. Ansel. Mala vlt. Luca. Damas. D. Tho. Phil. 2.

¶ Alia lectio habet descendentem ab ortu solis, & tunc erit sensus quod descendit: quia secundum humanitatem, exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens: vt Paul. scribit ad Philip. 2. Etiam & in incarnatione descendit de cœlis, sed in natiuitate in vtero virginis iam cæpit ascendere: vt sol oriens qui mox ascendit.

¶ Ascẽdit etiam ab ortu solis, ideſt,

à tempore resurrectionis, quãdo qua si sol nouus ortus est mundo, per ipsius Christi glorificationem, ex tunc autẽ fides cæpit multiplicari de quo multa D. Tho. hîc & ideo Christus dicitur Dan. 2. Lapis qui impleuit totum mũdum, percussa statua. Quod asserit Ansbert. hîc. Et dicitur habere signum Dei viui, quia habet crucem, quam Angelus in illa visione ostendebat. Crux enim appellatur signum Math. cap. 24. Et tunc (inquit) apparebit signum, filij hominis in cœlo. Per quam crucem Christus signat suos spiritualiter per fidem, & amorem. Hinc Paul. 2. Corint. 1. inquit: signauit nos Deus & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ita Anselmus.

Dan. 2.

Signũ vocatur crux.

Math. 24.

2. Cor. 1.

¶Alij per hunc signum immunitatem à peccato intelligunt, inter quos est Ansel. Quæ immunitas in Christo erat signum, quod erat Deus viuus, & quod non erat ex priuilegio. Etiam dicitur Deus viuus, ad differẽtiam idolorum de quibus dicitur, qđ sunt sine mente & sensu, Psalmo. 113. Quod notabat Hieron. super Math. cap. 16. in illa verba: tu es Christus filius Dei viui. Hic ergo angelus est ille vir indutus lineis, ideſt, cãdore carnis, cui atramentarium erat nimirùm adsignãdum seruos Dei. Ezechiel. 9.

Signũ Dei viui immunitas à peccato.

Psa. 113.

D. Hiero.

Ezech. 9.

¶Ex istorum patrum sententia constat, hũc angelum esse Christum. Sed planior sensus mihi videtur: vt non per Christum, sed per angelum verum, hæc sigillatio electorũ fiat. Hoc enim ministerium huius angeli non erat à Christo præstandum, sed à ministratorijs spiritibus, qui in ministerium missi sunt propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Eorum est signare seruos Dei nostri in frontibus, ne cum cæteris perirent, qui non signabantur. Quemadmodum apud Ezechielem cap. 9. Angelus est, cui dicitur à Domino transi per mediam ciuitatem, in medio Hierusalem: & signa thau super frontes virorum gemẽtium. Quod ex Luca afferunt, contra ipsos facit. Christus enim descẽdit ad nos ex alto: hic autem angelus ascendit. Deinde oriens eo in loco nequaquam ortum solis significat, sed solẽ orientem vt plurimi arbitrantur: & nos apud Lucam diximus. Et si ad ortum solis pertineret, potius intelligendum esset angelũ istum missum fuisse à Christo, quoniam ascendit ab ortu solis: quàm ipsum esse Christum. Angelus ergo est. Nec enim Christus angelus sine addito dici solet. Et vt mihi videtur vnus ex illis. 7. quibus sæpè diximus commissam esse curam salutis hominum: vt eius verba indicant: nolite nocere terræ, & mari, &c. Sed cur ascendit, qui descensurus potius videbatur ê cœlo, ad quatuor angelos qui erant super quatuor angulos terræ? deinde cur ab ortu solis ascendit? Ascendere videtur in visione, quoniam in terra erat, cum hominibus, quorum curam gerebat: & in altum tollitur vt tàm à quatuor angelis, quàm ab hominibus videatur, & audiatur. Quod nihil aliud esse videtur, quàm tunc omnibus electis notum futurum, Dei prouidentia seruari se, ne pereãt, cum reliquis qui damnandi sunt. Ab ortu autẽ solis ascẽdit, quia lucem & prosperitatem hominibus nunciat, & affert, si quidem per eius aduentum, seruẽtur in vitam æternam: ad quam tunc certissimè vocantur, atq; signãtur.

Ezech. 9.

Secũda intelligentia Vt iste angelus sit verus angelꝰ

Heb. 1. b

¶*Habentem*, inquit, *signum Dei viui*. Vbi nos habemus signum, in græco est sphragida, ideſt, sigillum, quo sig-

na imprimuntur. Viuus nunc dicitur Deus quod eius potestas nunc ostendatur, & verus Deus demonstretur, non quales sunt dij gentium, qui nihil facere possunt. Præterea, viuus dicitur ab effectu, quia plurimis tunc vitam gratiæ donabit.

¶ *Et clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ, & mari, dicens: nolite nocere terræ, & mari, nec arboribus, quoad vsquè signemus seruos Dei nostri in frontibus suis.* Magna vox magnitudinem potentiæ & efficatiæ explicat. Clamauit magno affectu salutis hominum, & ita vt quod clamabat notum fieret electis, Deo intus inspirante, *Nolite nocere terræ*, i. ne inducatis morbos & pestem ventos tenendo, quoad vsquè signemus seruos Dei nostri in frontibus suis. Iubentur ergo mali illi angeli nocituri hominibus, vt à nocumentis se abstineãt, donec signentur diuino signo electi Dei. Nam horum salutem nec Antichristus, nec dæmonum turba poterit impedire. Et ideò dicitur Actorum.13. crediderunt quotquot erãt præordinati ad vitam æternam. Et ad Ephe.1. dicitur: qui elegit nos ante mũdi cõstitutionem, vt essemus sancti. Et hoc erat quod dicebat Christus Ioã.10. Ego cognosco oues meas & nõ rapiet eas quisquã de manu mea. Habetur autem Ezech.9. quod isti signati, sunt lugentes super abominationibus ciuitatis. Et signatur signo thau, quam literam thau, in patibuli formã Hebræi scribũt. Et secũdum Hiero. ibi Ezechiel. 9. Samaritani in crucis formam figurabant. Vnde Hiero. ait: antiquis Hebræorum literis quibus vsquè hodie vtuntur Samaritani, extrema thau litera, crucis habet similitudinem, quæ in christianorum frontibus pingitur. Per thau ergo crucis figura significatur. Iusti enim & electi merito crucis seruãt cõsignati gratia: vt supra dicebamus.

¶ Alia etiam mysteria solent notari in signo thau. Nam Hebræi legem vocãt thoram, quæ vox per thau scribitur, & ita significatur quod illi qui legem implent sunt signati. In huius rei figuram angelus ille, qui primogenitos Aegyptiorum interfecit, visus est ab Hebræorum ædibus abstineri, quorum limina sanguine agni erãt signata, Exodi.12. Et ibi notatur à multis doctoribus quòd postes ædium liniebãtur, ideſt, signabãtur illo sanguine: vt significaretur electos seruandos esse sanguine Christi & signo crucis signatos. Dicũtur ergo signati in frontibus, propter externam fidei confessionem, quæ simul cum interna fide requiritur. Ita Ansel. Exod.12. Ansel.

¶ Quare hîc quæri potest an sensibilis etiam futura sit hæc signatio. profectò non aliena aut inepta erit expositio si sensibilem futuram esse dicamus, vt sit sensus: oportet vt antequã homines pereant, baptizentur. Prædestinati ad vitam æternã, & signo crucis muniantur: quod fieri solet in baptismo. Intelligit autem seruos Dei, qui secundum Dei propositum electi erant, & non dum signum crucis acceperant in baptismo. Quomodo filij Dei vocati sunt apud Ioa.11. Cayphas prophetauit quod Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi congregaret in vnũ. Filios Dei dixit eos qui electi erant ex gentilitate. Et, *signemus*, dictum est, pro signari faciamus, quod facturi sunt angeli, doctores euangelij idoneos monẽdo ad docendum: & ipsos homines ad fidem, Ioa.11.

in-

intus exhortandò. Et quoniam hoc A facturus est angelus, qui ascendit ab ortu solis, vt homines cruce signētur, dicitur habere signum, siuè sigillum Dei viui, quod signum crucis est. Potest etiam inuisibilis esse hæc signatio vt angeli in mente sua eos separent, qui signo Dei viui signati sunt, ne pereant cum alijs, sed liberentur. Hi autem sunt, qui habituri sunt signum Dei in frontibus suis, idest, qui interminas & cædes Antichristi & ministrorum eius nō erubescent crucem, & Christum confitari: palàmque detestari audebunt scelera impiorum. Rectè ergo hęc duo in vnum sensum copulabimus.

¶ *Et audiui numerum signatorum.* Omnia in numero, & pondere, & mensura Deus facit. Sapien. 11. Sap. 11.

¶ *Centum quadraginta quatuor millia signati, ex omni tribu Israel:* Videntur in primis hic numerari electi, qui ex Hebræa gente sunt seruati. Et ideò dicitur, *ex omni tribu Israel*: & posteà referentur, qui ex gentibus sunt signati, tanquàm saluandi. Nam Ecclesia ex vtroque populo congregata est. Ita Græca scholia & collectanea. multi enim ex Iudæis crediderunt, Act. 2. vnde Paul. ad Rom. 11. ait loquens de Iudæis: nunquid sic offenderunt, vt caderent? absit. Sed illorum delicto salus est gentibus, vt illos æmulentur. & Hiere. cap. 8. Quare auersus est populus meus auersione cōtentiosa? aut nunquid qui auersus est non reuertetur? Audi ergo populè stulte qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis: & aures, & non auditis: nunquid si offendistis, non resurgetis? nō (inquit Paul. & Hiere.) sic offenderunt, vt nulla sit reliqua spes resurgendi: quamuis scriptū sit in eodem Iere. cap. 30. plaga inimici percussi te, castigatione crudeli. Desperabilis facta est plaga tua. Et illud Amos. 5. domus Israel cecidit: & non adijciet vt resurgat. Virgo Israel proiecta est in terrā suam, sed sermo diuinus exponit statim, quod dixerat, subiungitur enim statim: vrbs de qua egrediebātur mille: relinquentur in ea centum: Ecce electos, & prescitos, & vocandos & iustificandos. Et de qua egrediebantur cētum relinquentur in ea decem. Quibus verbis docet Dominus non omnes ex Iudęis esse damnandos, sed nonnullos esse seruandos. Hoc idem significare voluit in hoc loco Ioannes dicens: *ex omni tribu Israel. 144. milia signati.* Absit ergo vt casus eorum irreparabilis existimetur. Cæterum illorum casus tàm vtilis fuit, vt illorum delicto tot tamq; innumerabiles gentes salutem fuerunt assecutæ, vt dicat noster Ioannes, *vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, &c.* Primò igitur dicuntur Israelitæ signati & posteà Gentiles, nam salus prius Iudæis: deinde Græco & Gentili. vnde Paul. ad Rom. 1. Non enim erubesco Euangelium, virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæo, primùm, & Græco. 1. deinde Græco. Act. 2. Rom. 11. Hiere. 8. Hiere. 3. Rom. 1.

Prima intelligētia.

¶ Est verò Richardi intelligentia, quòd isti signati ex omni tribu Israel sunt, qui antè passionem Domini sunt saluati. Qui pauciores sunt quàm qui posteà saluantur. & ideò dicitur posteà, vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat. 2. intellig. Richardi.

¶ Alij autem, quod mihi magis probatur, hunc locum de Iudæis qui tempore Antichristi conuertentur intelligunt. Pro cuius intelligentia notandum est, sæpè à prophetis prædictum esse duodecim trib⁹ Israel, qui à Chri- 3. intellig.

ſti aduentu in ſua incredulitate manent, in fine ſeculi ad Chriſtum eſſe cõuertendos, vt ſcribit Paulus ad Roma.11. Nolo enim vos ignorare fratres myſterium hoc, vt non ſitis vobis ipſis ſapientes: quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret: ſicut ſcriptum eſt: veniet ex Syon, qui eripiat & auertat impietatem à Iacob: & hoc illis ante teſtamentum, cum abſtulero peccata eorum. Quod deſumptũ eſt ex Eſai. cap. 59. Et vt alia multa omittamus, Oſæe.3. dicitur, & poſt hæc reuertentur filij Iſrael: & quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum: & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouiſſimo, dierum.

Rom.11. Eſa.59. Oſee.3.

¶ Quod ergo nullus propherarũ dixerat, hoc Ioannes differtè prædicit, numerum eorum qui tunc conuertentur ad fidem, futurum.144.millia, ex vniuerſis tribubus: ex ſingulis, duodecim millia vt quoniam omnes ſunt ex genere Iacob: eaſque tribus non propter ſe, ſed propter parẽtes ſuos diliget Deus, ſicut ait Paul. ad Rom.11. Secundũ electionem autem chariſſimi propter patres. æquè ex omnib⁹ eligit, nec plures ex hac, quàm ex illa. Quoniam non magis ad ſanctos Patriarchas attinet hæc, quàm illa.

Rom.11.

¶ Nec paruus videri debet hic numerus. Si enim recordemur Iſraelitas Antichriſtum ſectaturos & adoraturos vt Meſiam: potius mirabimur tot poſſe conuerti. Illis enim dixit Dominus Ioan.5. Ego veni in nomine patris mei & non accepiſtis me: ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis. Et Paul.2. ad Theſſalo.2. Ideo mittetur illis Deus operationem erroris,

Ioan.5. 2. Theſ.2.

A vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati.

¶ *Ex tribu Iuda duodecim millia ſignati.* Obſerua, quod in lib. Exod. c.12. Scriptum eſt. Traſiſſe Dominum & omnes primogenitos percuſſiſſe, præter eos qui erant ſanguine agni ſignati. Et in Ezech. cap.9. ait Dominus: Signa thau ſuper frontes virorum. & D. Luc. cap.10. ſcribit, deſignaſſe Dominus alios.70. duos, eoſque binos ante faciem ſuam cõcionatum miſiſſe. Et hoc loco ſcribit Ioannes angelum ſeruis Dei in frontibus ſignum ſiue ſigillum impreſſiſſe: & eos qui fuerũt vitam æternam adepti, fuiſſe ſigno notatos. D. Paul. ſimiliter Epheſios illos qui erant veram religionem amplexati, hortari volens, ne animi præſtantiam peccato macularent, ait. c.4. Nolite contriſtare Spiritũ ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis, in die redemptionis. Ac ſi diceret: ne admittatis ſcelera, quibus Spiritus ſanctus inſtar hominis moleſtia affecti, vos relinquat: reuocate ad memoriam eſſe vos in illo ſignatos in die Baptiſmi. Omnia hæc vnam eandemque rem meo quidem iudicio, ſignificant. Agnus ille cuius ſanguine Iſraelitæ ſignabantur, vt vitam conſequerentur, abſque macula, & aſſus igne, cuius oſſa non erat D confringenda: vt in lib. Exod. cap. 12: Scribitur: quid niſi Chriſtum adumbrabat? Hoc voluit ſignificare noſter Ioannes quando narrans in Euangelio non fuiſſe Chriſti crura fracta in cruce, ſubdidit: hoc factum fuiſſe vt ad impleretur ſcriptura, dicens: os nõ comminuetis ex eo. Hic eſt agnus ille inmaculatus, de quo dixerat Eſai. ca.53. Quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet. Qui ait per Hiere. ca.11.

Exod.12. Exod.12. Figura. Exod.12. Exod 12. & 10.19.f. Eſai.53. Hiere.11.

Ego

Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam, de quo aiebat baptista apud Euangelistam: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ioan. 1. Qui ergo non fuerint huius agni sanguine signati, vitam æternam nequaquam adipiscentur. Demus igitur operam vt sanguine huius agni simus consignati, si voluerimus esse Deo grati. Hoc signum habebant in anima impressum, omnes ij, quos vidit in gloria D. Ioannes. Hoc signo signati sunt, quos Saluator noster misit concionaturos Luc. 10. Lucæ. ca. 10. Qui ideo erant septuaginta duo, quia erant veluti Sol mundum illustraturi: cum autem Sol vigintiquatuor horis orbem suum perficiat, illi autem fidem trinitatis prædicarent, debebāt esse ter vigintiquatuor, numera ter. 24. & inuenies. 72. hi erant, qui litera thau in frontibus fuerunt insigniti.

¶ *Ex tribu Iuda duodecim milia signati.* Vbi notandum, quod generationis naturalis ordine non fuit primus è patriarchis Iudas, sed Ruben. Iudas autem quarto loco fuit natus, Gen. 19. Genes. 19. Primus fuit Ruben, Secundus Symeon, tertius Leui, quartus Iudas: quos omnes peperit Lia. Quintus Dan ex Balla ancilla Rachelis: sextus Neptali ex eadem: septimus Gad ex Zelpha, ancilla Liæ: octauus Asser ex eadem: nonus Isachar ex Liæ: decimus ex eadem Zabulon: vndecimus Ioseph: Duodecimus Benjamin, ambo ex Rachel. Cæterum in hac regenerationis consignatione, quæ per gratiam est, omnium primo genitus fuit Iudas, ratio est secundum patres, quia ex hac tribu, quia regalis Gen. 49. erat, (vt Genes. 49. non auferetur sceptrum de Iuda, &c.) Redemptor noster, qui author est gratiæ, vt Paulus ait ad Roma. 8. originem duxit. Ita Beda, Richardus, & alij. Rom. 8. Beda. Richar. Præterea Iudas interpretatur confessio siue laudatio. Quia ergo Ecclesiæ prima virtus à fidei confessione orditur, meritò primum locum in hoc spirituali catalogo Iudas sortitur.

¶ Duodenario autem numero significatur vniuersitas saluandorum, vt patet Apocalyp. cap. 21. Vbi duodecim portæ ciuitatis referuntur. De qua re Augustinus est videndus Psalmo. 49. & 89. Et D. Hieronymus Ezech. 31. vbi ait: Duodenarius numerus plenæ consummatæque virtutis est. Vnde duodecim sunt filij Iacob. Qui bus postea duodecim nomina prophetarum vno volumine continentur. Et Apostoli duodecim quorum quia vnus proditor fuit, in locū eius Mathias eligitur: & archisinagogi filia, annorum duodecim à Domino suscitatur. Emorrhousa quoque annorum duodecim à Dño recipit sanitatem. Vnde cap. 32. & factum est (inquit) in duodecimo anno in mense duodecimo &c. Lege Gregor. lib. 10. mora. cap. 30. & originem, hom. 13. super Leuiticum, exponens illud: & sumeris similaginem, & facietis de ea, duodecim panes. duodecim, inquit, panes ex illa simila fieri mandantur secundum numerum tribuum, quæ tunc erat carnalis Israel, inquo mihi videtur formatotius creaturæ rationalis contineri: duodecim namque putantur esse generales ordines rationalis creaturæ, quorum figura erat in illis duodecim tribubus: in quibus erat vnus quidam ordo regalis, qui Iudas nominatur. Alius erat ordo sacerdotalis, & Leui appellatur: erat & alius ordo Iudæ vicinus, qui Benjamin dicitur, in quo ordine templum Dei & altare

Apoca. 21. Ezech 31. Duodenario numero significatur vniuersitas saluandorum secundū patres. Psal. 49. & 89. Ezech. 32. D. Grego. Origen. Orig. 13. ho. 2. in.

altare collocatum est. Alius ordo Isachar, Zabulon, & Efren, alijque quos nominatim designat scriptura diuina, quorum rationem non est nunc temporis explicare. Hæc ille.

¶ Sed ratio quare duodenarius numerus cómendatur à sanctis est, quia ex quatuor per tria ductis conficitur. Vbi & sacræ Trinitatis fides per quatuor mundi plagas insinuatur. Capitur ergo numerus hic pro infinitâ multitudine de more scripturæ: vbi numerus certus pro incerto sumitur, vt currus Dei decem millibus multiplex. Psal. 67. Memor fuit Dominus testamenti sui & verbi quod mandauit in mille generationes. Psalm. 104. & diabolus ligatur mille annis. Apocalyp. 20. De hoc vide regulam, quinta, Ticonij quam refert Pagninus fol. 24. Non ergo omnes Israelitæ, aut Iudæi saluantur: sed illi qui perfectionè seruant, cũ fide viua: quæ hoc numero significatur, ad Roma. 9. Non omnes qui ex circuncisione sunt Israel, ij sunt Israelitæ, nec qui semen Abrahæ sunt, omnes filij. Sed qui filij sunt promissionis, hoc est, fidei & charitatis, saluantur. Ita Rupertus & alij.

Psal. 67. Psal. 104. Apoc. 20. Rom. 9.

¶ *Ex tribu*, inquit, *Iuda duodecim millia signati.* Aliqui ordines spirituales & status electorum Ecclesiæ sic ex his duodecim tribubus summa quàdam deducunt. Vt per Iudam eminentes in diuinis laudibus significentur. Iudas enim sonat confitens siue laudans: Eminentes in contemplatione per Ruben, qui visionis filium sonat: Eminentes in bello contra dæmones per Gad qui accinctum sonat: Eminentes insentiendo diuinæ beatitudinis dulcedinem, per Asser, qui beatus dicitur: Eminentes autem in operibus pietatis per Nepthalin qui latitudine sonat vt aiunt: Eminentes in obliuione mundanæ conuersationis, per Manassen, qui obliuionem significat: Eminentes in obedientia diuini sermonis per Simeonem, Qui audientem siue obedientem sonat. Eminentes in ambulando de virtute in virtutem per Leui, quem additum sonare dicitur: Eminentes in contemplatione mercedis retributionis æternæ per Isachar qui mercedem sonat. Eminentes in preparando suæ mentis habitaculum Domino, qui dicunt: paratum cor meum Deus, paratum cor meum per Zabulon, qui habitaculum significat. Et eminentes in charitate siue in profectu charitatis, quorum charitas magis ac magis abundat per Ioseph, qui addentem sonat. Demum eminentes in imitatione Dei tanquàm filij chariſſimi, & huius rei gratia adoptione filij Dei, per Benjamin, qui filium dexteræ sonat. His in summa expositis, nos sigillatim per singulas tribus discurramus, aliter aliquas earum explicando.

A B C D

¶ *Ex tribu Ruben duodecim milia signati.* Ordine generationis Ruben fuit primogenitus, sed hic ordo gratiæ attenditur. Ideò ponitur post Iudam, quia post confessionem quę per Iudam significatur, sequitur fructus bonorum operum, qui per Ruben intelliguntur. Ita Richardus, Beda, & alij. Quia Ruben videns filium interpretatur. & per filios bona opera. vt Psalm. 127. Filij tui sicut nouellæ oliuarum. Et videas filios filiorum tuorum pacem super Israel. Filios filiorum nostrorum videmus cum virtutes ex virtutibus natas conspicimus. Sicut enim ex vitijs vicia, sic ex virtutibus virtutes oriuntur.

Richar. Beda. Psal. 127.

¶ Ex

¶ *Ex tribu Gad duodecim milia signati.* In ordine generationis septimo loco ponitur Gad. Et fuit primogenitus Zelphæ ancillæ Liæ. Hic verò in tertio ponitur loco. Nam interpretatur tentatio, accinctus ad bellum. Post virtutum enim opera solet in perfectis viris sequi tentatio. Eccleſiaſtici. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem. Et ideò debet esse homo præcinctus ad bellum. Præcinxisti me virtute ad bellum. Psal. 17. Qua propter mox à baptismo ductus est Dominus in desertum, vt tentaretur à diabolo. Mathæ. 4. Quia Christiani hominis vita tentationi est obnoxia. ¶ Etiam habetur in Ansberto, & collectaneis, quod hîc vocatur latrunculus, & meritô: nam abscondere debet homo opera bona sua, ne à superbia & vanitate humanæ gloriæ tentatus vincatur. Non igitur vituperij, sed laudis hic latrunculus est. Talis erat Dauid qui dicebat: in corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Psalm. 118. Quod totum omnino ad animi intentionem refertur. Siquidem multi opera abscondunt, tamen per intentionem foris pandunt: & nonnulli opera sua foris detegunt, & tamen intus per intentionem abscondunt.

Eccle. 2. Psal. 17. Mat. 4. Psal. 118.

¶ *Ex tribu Asser duodecim milia signati.* Post Gad, Asser ponitur, qui beatus interpretatur: illos sanè exprimens, qui Euangelicarum beatitudinum possessores sunt: Futuramque beatitudinem certa expectatione deguſtant. congruo satis ordine. Beatus namque qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.

Iacob. 1.

¶ *Ex tribu Neptalim duodecim milia signati.* Hic ordine generationis sextus est, ponitur autem quintus. Nam interprætatur dilatatus, cordis enim dilatatione afficitur, qui tentationem superauit spe beatitudinis. Sic enim ibant Apostoli gaudentes passi contumeliam pro nomine Iesu. Actorum. 5. & habetur. 1. Regum. 2. Dilatatum est cor meum super inimicos meos. & Psal. 4. In tribulatione dilatasti mihi. Ita Beda & Ansbert.

Act. 5. 1. Reg. 2. Psal. 4. Beda. Ansber.

¶ *Ex tribu Manasses duodecim milia signati.* Manasses non est verè ex duodecim tribubus. fuit Manasses primogenitus Ioseph in Aegypto natus. Genes. 41. Sed numeratur aliquando inter eos: & tunc tollitur aliquis ex duodecim. Et sic quia hîc annumeratur inter eos tollitur tribus Dan. Qui fuit quintus filius de numero tribuum. Et huius rationem reddit Beda, Rupertus, & D. Thomas, quia Antichristus ex illa tribu futurus est. Dan enim prædixerat Iacob Genesi 49. Quod futurus esset coluber in via, & cerastes in semita. Quibus verbis odiosa doctrina, & insidiosi mores Antichristi significantur. Et vocatur cerastes Græca voce, quia cornutus serpens significatur. Gestat enim cornicula quadragemina, teste Plinio, & ita potentiam simul cum caliditate, & veneno coniunctam in Antichristo notat glosa interlinealis. Eãdem sententiam habet Ambrosius in illud Psa. 40. Magnificauit super me supplãtationẽ. Et lib. de benedictionibus patriarcharum. ca. 7. & Eutherius lib. 3. in. Genes. cap. 38. Nonnulli (inquit) de tribu Dan venire Antichristum arbitrantur, eo quod Genes. cap. 49. dicitur: Fiat Dan coluber in via, &c. Vbi Dan & coluber & mordens asseritur. Vnde dum Israeliticus populus

Beda. Rupert. D. Tho. Gene. 49. Plinius Glosa interlinealis. Ambro. Eutherius. Gene. 38. Gene. 49.

culum fortitudinis, vocatur enim vir iuſtus fortis ab huiuſmodi virtute. ad Hebr. 11. Heb. 11. Conualuerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello. Ita exponũt multi.

¶ *Ex tribu Ioſeph duodecim milia ſignati.* Congruè poſt fortitudinem adeptam, ſequitur Ioſeph. i. augmentũ. Creſcũt enim dona, & gratiarũ actio reddita Deo, poſt dictas virtutes.

¶ Quæritur in hoc loco, quare præterita fuerit tribus Ephraim. Reſpõdetur. nõ fuiſſe præteritam, ſed nomine tribꝰ Ioſeph fuiſſe deſignatã. Etenim duo filij Ioſeph Ephraim, & Manaſſes adoptati ſunt à Iacob, atq; ideò & capita tribuum cenſentur, ſicut reliqui filij Iacob: & æquales ſortes cum illis in partitione terræ acceperunt. Iuxta id quod dictũ eſt à Iacob. Gen. 48. Duo ergo filij tui qui nati ſunt tibi in terra Aegypti, ante quam hùc venirent ad te, mei erant, Ephraim & Manaſſes: ſicut Rubem & Simeon reputabuntur mihi. Gene. 48.

¶ Si autem quæras, cur potius tribus Ephraim dicta ſit tribus Ioſeph, quàm tribus Manaſſes, quum fuerit primogenitus. Reſponſio eſt in prõptu, ex eodem loco: quoniam Iacob in benedictionibus prętulit Ephraim fratri ſuo, & dexteram ſuper illũ poſuit, etiam repugnante Ioſeph. & dixit: Frater eius minor maior erit illo: & ſemen eius creſcet in gentes. Hinc eſt vt reges nõnulli Iſrael, & Ieroboã & eiꝰ poſteri fuerint ex tribu Ephraim. Et quia hæc tribus Ephraim nobilior erat, & maior tribu Manaſſe, vocatur tribus Ioſeph. Solet enim ab eo qđ dignius eſt fieri denominatio. Inde in prophetis ſæpè hęc tribus dicitur domus Ioſeph, & Ioſeph. vt pſa. 77. Et reliquit tabernaculum Ioſeph; pſal. 77. & tribum Ephraim nõ elegi. Ezech. 37. Ecce ego aſſũmam lignum Ioſeph, quod eſt in manu Ephraim, & tribus Iſrael quæ ſunt ei adiunctæ, & dabo eas pariter cum ligno Iuda. Amos. 5. ne forte comburatur vt ignis domus Ioſeph. Vſus eſt ergo Ioannes appellatione alijs prophetis vſitata: atque eo libentius fecit, ne in deſignatione electorum tanti patriarchæ nomen præteriri videretur. Ego etiã aliã cauſam hîc ſubeſſe ſuſpicor, tribum Ephraim, quæ idolatriam inuexit in cæteras tribus Iſrael, & magis à Deo ſuſceperat, nunc appellari tribum Ioſeph. vt meritis Ioſeph miſericordiã à Deo conſequuram intelligatur. Ezech. 37. Amos. 5.

¶ *Ex tribu Beniamin duodecim milia ſignati.* Benjamin, ideſt, filius dextræ. Prædictæ enim virtutes inchoantur in Iuda, ideſt, in fidei confeſſione: & terminantur in præmio dextræ Dei. Vbi iuſti locandi ſunt. Math. 25. Math. 25.

¶ Verùm explicatio, quam hactenus tenuimus, aduerſari fortaſſe videbitur Paulo, qui ad Rom. 11. ait: donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Si enim tunc nullus ſaluus fiet ex tribu Dan: & ex reliquis tribubus tantum ſignantur centum quadraginta milia, quomodo fiet ſaluus omnis Iſrael, cum procertò habendum videatur multos tunc futuros in omnibus tribubus? Reſpondetur non aduerſari. Non enim vult Paul. Omnes ex omnibus tribubus ſaluos futuros eſſe, ſed multos ex filijs Iſrael. Scimus enim multoties in ſcriptura propoſitionem vniuerſalem non intelligi vniuerſaliter & abſolutè Gene. 3. Vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Eua, eo quòd eſſet mater cunctorum viuentium. Quod nõ extenditur ad irrationalia. Rom. 11. Gene. 3.

Gen.

Gen.41. Gen.41. Omnis terra venit in Aegyptum, ideſt, bona eius pars. ad Rom.1 Fides veſtra annuntiatur in vniuerſo mundo. i. in multis locis. Sic in propoſito loco: & omnis Iſrael ſaluandus dicitur. i. bona pars filiorum Iſrael. Poſſet etiam dici, tunc bellis & cladibus multos ex filijs Iſrael aſſumendos fore, ita vt iſti centum quadraginta quatuor milia ſoli, aut penè ſoli ſemper futuri ſint. Erit hoc verum fortaſſe: ſed quoniam non habemus vndè hoc poſſimus comprobare, probabilior cæteris & verior reſponſio eſt, intelligi omnem Iſraelem, omnes, qui ex Iſraele prædeſtinati ſunt. vt ex eodem Paulo, atq; ex eiuſdem epiſtolæ. cap.9. manifeſtè cognoſcitur. Non enim omnes (inquit) qui ex Iſraele, ſunt Iſraelitæ: neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij: ſed in Iſach vocabitur tibi ſemen, ideſt, per Iſaac, non qui filij carnis hi filij Dei, ſed qui filij ſunt promiſſionis æſtimantur in ſemine.

¶Cæterum iam hîc vides nomina hæc tribuum quàm appoſitè conueniant in myſterio his qui ſalui fiũt, ideſt, electis à Deo.

¶Præterea quàm admirabili ratione profectus omnis & omne ornamentum vniuerſalis Eccleſiæ, in eiſdem nominibus comprehendatur: vel hinc palàm fiet: Eccleſia namq; ſancta ipſa confeſſione fidei laudabilis eſt in Iuda, in Ruben pijs operibus fecunda, in Gad tentationibus probata, in Aſſer poſt cunctas tentationes beata, in Nepthalin charitatis amore dilatata, in Manaſſe ea quę retrò ſunt obliuiſcens, ad ea quæ antè ſunt ſe extendens, in Symeone quaſi triſtis ad hùc in valle plorationis, ſed ſpe gaudens de ſupernorum ciuium habitaculis, in Leui virginitate decora & cę libatu continentium illuſtrata, in Iſacar futuræ mercedis expectatione ſuſpenſa: in Zabulon martyrio coronata: in Ioſeph virtute Dei aumentata: in Benjamin dexteram fœlicitatis æternæ ſortita.

Omnis ornatus eccleſiæ in his 12. nominibus cõprehẽdi admirabilitatione oſtendi tur.

¶Hactenus de Iſraelitis, dicamus iam apertè de gentilibus & ſine figura, & hoc eſt quod ſequitur. *Poſthæc, vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus & tribubus, & populis, et linguis ſtantes ante thronum et in conſpectu agni.* Nulli hominũ eſt cognit⁹ in hac vita numerus ſaluãdorũ. vt Iob.5. ait: nũquid eſt numerus militũ eius? quaſi dicat qđ nõ eſt numerus cognitus mortalibus (beatis autem nõ vetat eſſe cognitus, vt plenior ſit materia gaudij) & patet hoc Pſ.138. Nimis honorati ſunt amici tui Deus, nimis cõfortatus eſt principatus eorum: dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur. Iob. 25. Pſal.138.

¶Sed quid eſt qđ ſacra ſcriptura ſępè affirmat paucos eſſe qui virtutem colũt, & qui ſaluantur vt Mat. 7. Anguſta eſt porta, & arcta eſt via, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniũt eam, & Mat.20. Multi ſunt vocati, pauci verò electi. & in parabola de decem virginibus Mat.25. In qua per decem virgines illi tantũ ſignificantur, qui luce bonorũ operũ exteriori in Eccleſia ſpõſum Chriſtum expectãt, & tamen ex illis qui ſunt boni ſecundum apparentiam media pars perit: & in ſeminatione diuini verbi, ſolum quarta pars fructificat: Mat.13. Nõ ergo eſt magna turba illorum qui ſalui ſunt. Ad hoc reſpondetur quod ſi loquamur abſolutè & ſine reſpectu, maximus eſt numerus beatorum: ſed ſi loquamur comparatiuè reſpec Mat. 7. Mat. 20. Mat. 25. Mat. 13.

tu illorum qui condemnantur, pauci sunt beati. Nam condemnatur infidelium nō numerabilis turba, & etiam improborum Christianorum. Et est exemplum, nam sicut pugillus arenę maximam multitudinem habet, sed si comparetur cum arena, quæ est in littore maris, pauciſſima est: sic sancti
Psl 138. comparantur cum arena, Psalm. 138. & sicut arena multiplicabuntur.

¶ Hæc vocabula, lingua, tribus, explicata sunt supra. ca. 5. ibi, redemisti nos Deo, in sanguine tuo, ex omni tribu, lingua, & populo, & natione. Vide etiam quæ hic auctor collectaneorū circa hæc nomina annotauit.

¶ Cæterum an fidelium plures sint qui saluentur, quàm qui damnentur quæstio esse solet. de qua re legite quę diximus in commētarijs nostris super Mathæum. c. 20.

Amicti stolis albis & palmæ in manibus eorum. Honorem quo Deus prosequitur suos amicos multis modis declarat, nam in conspectu suo astantes habet: & in ornatu pulchro apparere facit. De his vestibus supra dictum est. c. 3. & 4. Huiusmodi siquidē vestes ijs competunt, qui infirmitatis, culpę, & mortis expertes sunt. Nostra vestimenta quandiu hic sumus hisce maculis contaminari solent, sed erit quando & nos Christum in vestibus albis sequamur: imo in stolis albis & candidis ante thronum Dei astabimus. Interim tamen continuò lauanda sunt vestimenta nostra aqua pœnitentię & lachrymarum. Palmæ verò fortitudinis & victoriæ Symbolum habent. Palma enim ponderi nō cædit, sed teste Plutarcho surgit aduersus pondera: & folium palmæ nūquam deficit, ideo comparatur illis, qui perpetuò seruant sanctitatem. Iustus (inquit Dauid) vt palma florebit. Psal. 91. Psalmo. 91. & Cant. 7. dicitur: Statura tua assimilata est palmæ. Assimilatur namq; statura fortissimi militis Christiani palmæ, si non cædat aduersis, sed continuo robore ipse persistat: nitatur autē cōtra aduersa donec superet, donec pleno triumpho potiatur. Obserua, soli palmati candidatique ante thronum & agnum stant: quia soli illi Deo & Christo cordi sunt qui vincunt: cæteris, hoc est, qui nolunt vincere, vix in memoria existētibus, quibus dicturus est Christus: nunquam noui vos. Mathæ. 7. Gregorius hom. 17. in Ezechielem propè finem, quid per palmas nisi præmia victoriæ designantur? Ipsæ quippe dari vincentibus solent. Et postea, palmas quippè in manibus tenere est, victorias in operatione tenuisse, & operationis palma ibi retribuetur vbi iam sine fine gaudebit, &c. Deinde exponens illud Ezech. 40. & ante frontes Ezech. 40. pictura palmarum, quia nondum, ipsam victoriam habent: sed imaginem victoriæ. Augustin. serm. 11. de sanctis, stolis fulgent albis & palmas in manibus habent, quia prę̄miū in operibus habent. August. to. 10.

Et clamabant voce magna dicentes: salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & agno. Victores exultat clamore ingeminantes. Hæc est vox illa de qua Esai. 24. Leuabunt vocem suam atq; laudabūt. Quo significatur magna illorū deuotio secūdum Bedam. ¶ Agnoscūt enim salutem solius Dei esse, qui solus est essentialiter immortalis. Psa. 3. Dñi est salus. Agnoscūt etiā Psal. 3. ab illo suam ipsorum salutem dimanari, vnde Dauid ait Psa. 67. Deus noster Deus saluos faciendi: & quia Psal. 67. ipse benignè communicat hanc salutem

tem factus homo, ideò additur, & agno. Qui Saluator est, quia saluat populum suum, vt Math. ait. cap. 10. de quo Richardus. August. in eodem sermo. 11. Magna voce salutem Deo decantant: quia magna gratiarum actione recolunt, nõ sua se virtute, sed ipso auxiliante tribulationum impugnantium superasse certamina, &c. cum dicũt: salus Deo nostro: more nostro locũtur, acsi homini dicerent, semper salus sit, viuat rex: quod non tam optantium est, quàm lætantium de beata Dei immortalitate & æternitate.

Mat. 10. Richar. August.

¶ *Et omnes angeli stabant in circuitu throni, & seniorũ, & quatuor animaliũ, & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deũ dicentes: Amen.* Similem applausum & gratulationem angelorũ exposuimus in fine cap. 5. adorant angeli agnũ, à quo creati, ad Hebr. 1. citat Paul. illud Psal. 96. & adorent eũ omnes angeli eius, dicentes Amen. Quoniam turba beatorũ hominum clamabat salus Deo nostro: Angeli gaudentes de laudibus Dei, & de eorũ societate dicentes amen: Id cõfirmant & optant semper ratum esse quod illi dicunt.

Hebr. 1. Psal. 96.

¶ *Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarũ actio, honor & virtus, & fortitudo, Deo nostro in secula seculorum amen.* His septem nominibus explicãtur septem attributa Dei, quæ à creatura de Deo prædicantur. Ista verò nomina & attributa explicauimus supra in fine ca. 5. claritas tamen hîc ponitur: quæ ibi non fuerat expressa. Et significat qđ in Deo est puritas, absq; vlla macula, i. actus purus. vnde 1. Io. 1. dicitur Deus lux est, & tenebræ in eo nõ sunt. super solem enim species decoris eius: qui lucem habitat inaccessibilem. Inhæctãtur. Id animo persmum ponitur ob in epistola ad Roprimùm benedixit nouit) in tribula- Rom. 5.
scite & multiplicamini Gratiarum actio pro
dixit autem multipliciter incom
& anima, qua eius benedictione fru
uamur. Si enim benedictio, beneficij collactio est, profecto innumera sunt Dei erga nos beneficia pro quibus vicissim à nobis benedictionem promeretur, hoc est, laudem pro beneficijs collatis. Sapientia quoque propria est Deo, à quo est omnis sapientia sicut scriptum est. Omnis sapientia à Do- Eccle. 1.
mino Deo est. Item virtus, & fortitudo, sempiternus eiusdem cantus sunt: non est fortis sicut Deus noster: qui est Dominus virtutum, & rex gloriæ: vt testantur Psalmi Dauidici.

Apoc. 5. 1. Ioan. 1.

Et respondit vnus de senioribus & dixit mihi. Verba sunt Ioannis historiam visionis enarrantis. supra verò c. 4. de his senioribus dixerat. Sed quare hic senior nemine interrogante dicitur respondere? Ad hoc notandum quod frequenter in sacra scriptura, non præcedente interrogatione dicuntur aliqui respondere. vt Mathæ. vndecimo. Respondens Iesus dixit: Confiteor tibi Pater &c. & Mathæ. 28. Respondens Angelus dixit mulieribus. Ratio autem huius rei facilis est ijs, qui sciũt linguam Hebraicam. Nam apud Hebræos idem significat verbum dicere & respõdere. & ideo Lucas. c. 10. vbi. Math. c. 11. dixerat, qđ Christus respondit: dicit simpliciter. quod Iesus dixit. Ait enim Mathæus: in illo tempore respondens Iesus dixit: confiteor tibi pater. Lucas verò: in ipsa hora exultauit in spiritu sancto, & dixit cõfiteor tibi pater. Quod etiam annotauit Ansbertus & ex eo Haymo.

Regula sacræ scripturæ respondere pro dicere. Math. 11. Math. 28. Luc. 10. Ansber. Haymo.

ad cœleſtem patriam impedire: imo ipſæ aquæ, hoc eſt, afflictiones præbẽt iter ad veram terram promiſsionis.

Et lauerunt ſtolas ſuas. Caueto pro ἐπλυναν τὰς στολὰς αὐτῶν, legas, ἐπλάτυναν τὰς στολὰς. Dilatauerũt ſtolas: quando quidem hanc lectionem, apud nullum reperires huius operis interpretem præter Eraſmum, mecum facit & Cyprianus lib. 3. cõtra Iudęos. cap. 16. Nomen ſtola, iam eſt expoſitum. Eſt enim veſtimentum lõgum, nec de ſolis martyribus: vt dicebam⁹, ſed generaliter de omnibus ſanctis intelligẽdus eſt hic locus. Omnes enim mundantur ſanguine Chriſti. Ita Beda, & Richard. qui de baptiſmo hunc locum intelligunt. Per ſtolas autem intelliguntur cõſcientiæ ſanctorum, iuxta illud ad Hebræ. 9, ſi enim ſanguis hircorum, &c. inquinatos ſanctificat, quanto magis ſanguis Chriſti emundabit conſcientiam noſtram?

Eraſmus. Cyprian. Beda. Richar. Heb. 9.

Et dealbauerũt eas in ſanguine agni. Præter lotionem qua à maculis mundãtur veſtes, additur dealbatio: quæ eſt additio pulchritudinis ſupra mundiriã: quod fit per imitationem Chriſti: præſtat verò & ablutionem peccati & collationem candoris gratiæ ipſe ſanguis Chriſti. ¶Sed quomodo fieri poteſt: vt aliquid dealbetur ſanguine, ac nõ potius rubefiat? Cõcedimus quidem quod ſanguis Chriſti, ſi rem ipſam attẽdamus, animas noſtras reddit puras & pulchras, & rubeas per amorem charitatis. Sed quomodo cõſtet metaphora inquirimus. Similis lotio eſt Geneſ. 49. lauauit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuę pallium ſuum. Sanguis ſi quidem potius inquinat. Sicut patet Eſaiæ. 63. Aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea, & omnia indumẽta mea inquinaui. Igitur elegans videtur illa ratio, quod ſanguis nimio calore cõcoctus albeſit, & in lac vertitur. Vt quando per vbera fœminæ tranſmittitur: ſic ſanguis Chriſti nimia ſua charitate decoctus, qua dilexit nos & lauit nos à peccatis noſtris, ad Ephe. 2. lacteus fit: & facit nos albos ſicut columbas, quę lacte ſunt lotæ Cant. 5. & congruit illud Cant. 1. Meliora ſunt vbera tua vino. Vbi propter amorem ipſius ſpõſi commẽ dantur vbera, vbi alij vertũt: meliores ſunt amores tui vino, quoniam verbum Hebraicum ad vtrum què eſt anceps. Quamquàm & ipſa vbera pro amoribus in ſacris literis tranſlatè ponũtur.

Ephe. 2. Cant. 5. Gen. 49. Iſa. 63.

¶Præterea, candidas eas fecerunt in ſanguine agni, quia exiuit cum eo, & in eo, aqua dealbans. Aut certè candidas in ſanguine agni nouelli, ſanguine (inquam) lacteo, candido, & rubicũdo, ſicut ait ſpõſa in cãti. dilectus meus candidus & rubicũdus. Inde eſt etiam quod in ſtola candida & fulgureo vultu teſtis quoquè reſurrectionis appareret.

¶In ſanguine iſto labia ſponſæ fiũt ſicut vita coccinea, & genæ eius velut fragmen mali punici. In ſanguine iſto mũdat ſponſus faciem ſponſæ, & ſibi ipſi exhibet eam, nõ habentem maculam, nec rugam, aut aliquid huiuſmodi. In ſanguine iſto accenditur generoſus elephas, & animatur ad bellum, & quid vltra dicam? In ſanguine iſto ſuper niuem dealbãtur omnes animæ iuſtæ, & ſtolæ earum. Vnde & rex Dauid ait: ſuper niuem dealbabũtur. Deniquê in hoc loco vides in hoc ſãguine de albari martyrum mẽtes. Vt hinc colligas nihil prodeſſe certamẽ, nihil mors martyribus propria ſine ſanguinis Chriſti merito. Nõ ergo

Pſa. 50.

go glorientur martyres, alter in cruce, alter in gladio, alter in sagittis, alter in lapidibus, nisi quia sanguis huius agni innocētissimi eorum martyrium præcipuè decorauit. En mirabiles effectus sanguinis agni huius.

Beda. *Ideo sunt ante thronum Dei.* Beda illi enim digni habentur illic in Dei cō sistere ministerio: qui hic inter aduersa, fideles nominis eius cōfessores existunt.

Augu. *Et seruiunt ei die ac nocte in templo eius.* Augustin. sermo. 11. de sanctis ait: nō est laboriosa sed amabilis, & optāda seruitus, in dei laudibus perpetuò assistere. Dies quippè, & nox, nō vicissitudinem temporis propriè, sed perpetuitatē tropicè, significat. Nox enim nō erit illic: sed dies vna melior in atrijs Christi super milia. Hoc quod ait Augustinus de die ac nocte verū est: & semper in sacra scriptura inuenitur. Vt Psalm. 1. & in lege eius meditabitur die ac nocte. i. semper. Apoca. 4. & requiem nō habebant die ac nocte, dicentia sanctus. &c. Esaiæ. 62. Super muros tuos Hierusalem cōstitui custodes, tota die, ac tota nocte in perpetuum nō tacebūt. Quare rectè Beda dixit: more nostro loquens, æternitatem significat.

Augu.

Psa. 1. Die ac nocte pro semper in sacra scriptura.

Apoc. 4. Esa. 62.

¶ Perpetuitas ergo beatitudinis his verbis significatur, qua beati securi viuunt. Ita Beda, & Richard. & templum hic sumitur pro illa cœlesti patria, vbi incessanter assistunt Deo beati. Ad Ephes. 1. elegit nos, &c. Vt essemus sancti & immaculati in cōspectu eius, quod plenè fit in gloria. 2. ad Corinth. 5. Habemus bonam volūtatem magis peregrinari, à corpore, & præsentes esse ad Deum. Isti ergo sancti sunt coram Deo in gloria, quia sunt loti & albi. Et hæc est cōsentanea exA positio. Igitur cum ait: *seruientes ei in templo eius.* Metaphora sumpta est à sacerdotibus in templo ministrantibus, qui victimas offerunt, & laudes Dei canunt. Ita beati quasi veri Dei sacerdotes victimas deo offerūt: & semper laudes dei canunt sicut scriptum est in Psalm. 83. Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Ex quo facilè cernitur, nequaquàm his verbis aduersari quod infra. cap. 21. legemus de cœlesti Hierusalem: & templum nō vidi in ea, videlicet, quale apud nos est: vt animo in Deum erigamur: sed hoc, ipse Deus apertè visus per se effi cit. & ideo ait: Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, & agnus. Tota enim ciuitas beatorum templum Dei dicitur: quia in eo semper amore magno, & dignis laudibus Deus celebratur. Vt Psalm. 10. Dominus in templo sancto suo, Dominus in cœlo sedes eius.

Psa. 83.

Apo. 12.

Psa. 10.

Et qui sedet in throno habitabit super illos. Specialis cura Dei erga nos, hac sententia exprimitur. Ipse enim Dominus qui sedet in throno maiestatis in gloria cum illis est. 1. Cori 3. Templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis. ¶ Qui ergo sedet in throno habitabit super illos, videlicet protegens eos semper & guuernās. Nec dixit erit super illos: sed habitabit, ideſt, perpetuam in eis māsionem habebit: quasi in suo domicilio. Ambrosius: habitat verò super sanctos suos Deus cum eos suo lumine illuminat, circundat, & tuetur.

1. Cor. 3.

Ambro.

Non esurient, nec sitient amplius, nec cadet super illos sol, nec vllus æstus. Hic locus habetur Esai. 49. Non esurient, nec sitient amplius, & nō percutiet eos æstus, & sol, quia miserator

Esa. 49.

eo

eorum reget eos. Et ea verba de primo Christi aduentu declarantur. & tunc est intelligendus locus de nõ esuriendo verbo Dei, quia libera erit prædicatio. Quare erit hic locus intelligendus, & quæ sequuntur, de spirituali Christianorum cõsolatione, quã Christus in hac vita illis tribuit. Vnde Ecclesia totum hoc fatetur: quam Dauid in Psalm. 26. In hunc modum introducit dicentem: Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit, super aquã refectionis educauit me: animam meam conuertit. Deduxit me super semitas iustitiæ propter nomẽ suũ. Ita Ansel. Beda, & alij. Vnde Psal. 120. dr: per diem sol nõ vret te, nec luna per noctem. Sol igitur persequutionis ardorem designat, quæ tunc cessabit pereunte Antichristo. Esuries panis verbi Dei est, quo alitur anima nostra, & sitis extinguitur: dum enim ardenter desideramus refici hoc verbo spirit⁹, dicimur esurire, & sitire. Quo in loco simul agnosce quàm fœlix illa ætas futura sit, quando in summa libertate annunciabitur euangelium Christi in vniuerso orbe in vero sensu: & quẽ spiritus ille diuin⁹ in primis flagitat. & administrat omnibus: ideò dictum est in Esaia: quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit. Hi enim sunt fontes aquarũ, qui sensus veri scripturarũ. ¶ Sũt qui multò magis velint hunc locum in sensu anagogico ad patriæ fœlicitatẽ referre. Vbi nemo esuriet, sitiet nemo amplius. Vnde Ambrosius: animæ sanctorum non esurient, nec sitient amplius. Quia esurierunt, iamq; percipere vitam ęternam meruerunt. Al ludit Ambro. ad illud Mathæ. 5. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Ioan. verò alludit vt superius dicebamus, ad Esai. cap. 49. Vnde hoc, & quędam ex sequentibus desumpsit. Qui ita ait: non esurient, nec sitient, nec percutiẽt eos æstus, & sol, quia miserebitur eorum, & reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. Quibus verbis significat, beatis nihil quod ad eorum beatitudinem pertineat de futurum.

Nec cadet super illos sol, nec vllus æstus.

Ambrosius, per solem tentationes, quas sancti abhominibus perferunt possumus intelligere: per æstum, tentationes dæmonum, siue voluptates carnales, &c. Idem dicit quod Esaias, & nõ percutient eos æstus & sol, quibus, videlicet, solent homines grauiter laborare. ¶ Fœlices illi quos nec sol tribulationis, nec æstus aduersitatis exurit. Hi sunt quibus regius vates dicebat Psalm. 120. Per diem sol non vret te, nequè luna per noctem: & in hoc loco Ioãnes, nequè cadet super illos sol, nequè vllus æstus. Sole igitur persecutio designatur: vt annotauit Grego. 34. Mora. cap. 7. vnde in Euangelio veritas dicit, quod nata sine radicibus germina orto sole aruerũt: Math. 23. quia videlicet, verba vitæ in corde terrenorum hominum temporali momento virentia superueniente persecutionis ardore siccãtur. Hoc significare volens Dominus Ionæ. c. 2. parauit vermem ascensu diluculi in crastinum: & percussit hederam & exaruit. Et cum ortus fuisset sol præcepit Dominus vento calido, & vrenti: & percussit sol super caput Ionæ, & æstuabat: & petiuit animæ suæ vt moreretur. Considera obsecro huius mũdi conditionem. Imprimis nihil habere homo potest ita gratum, ita virẽs, & quod ita permansurum videatur:

Psal. 26. Ansel. Beda. Psa. 120. Ambro. Psa. 120. Grego. Math. 23. Ionæ. 2. Ambro. Math. 5.

vt

vt vermem ſuum non habeat à Deo paratum,quo aſcẽdente diluculo nõ percutiatur,& areſcat. Si principibus es carus,adeſt ſtatim vermes,hoc eſt, inuidia quæ te perſequitur: ſi diues, adeſt caſus & fortuna,ſi voluptatibus afficeris,adeſt morbus qui voluptates aufert. Quod ſi hedera Ionæ vnum vermem habuit,noſtræ plurimos:atquè,vt alij deeſſent,certè metus, & perturbatæ mentis cogitationes deeſſe non poſſunt, quæ meritò vermes dicuntur:vt egregiè docet Grego. lib. 16.Moral.cap.vltim. Sed cur vermis paratur aſcenſu diluculi,niſi quia cito concidit huius mundi,quæ exiſtimatur,proſperitas,& beatitudo,& multoties eo tempore,quo magis florere videbatur, & poſſeſſores ſuos multa longaquè tempora pollicebatur. Die præcedenti creuit hedera, ſequentis diluculo accedit vermis, & ſubito areſcit. Quis obſecro exiſtimaret fore,vt hèdera,quæ illius diei ardorem virens tulerat,diluculo areſceret, cuius & frigore & rore viridior,& vegetior etiam futura videbatur? Quis putaret tunc omnino fuiſſe caſuras omnes opes,honores,& fortunas Amã, Ipſumquè patibulo ſuſpendendum, cum vnus ex tot regnorum primoribus,& optimatibus ad potentiſſimi illuſtriſſimiquè regis menſam à regina inuitatus eſt? Quis crederet Iob,cum prole,diuitijs,corporis valitudine,gratia,autoritate vigebat maximè,repente omnia amiſſurum,&percuſſum vlcere peſſimo, in ſterquilinio ſeſſurũ? Sed ea eſt mortalium inſania, vt ne ijs,quidem amiſſis, quæ poſſidebant, adhuc ad ſe redeant. Quos ideo ſolet Dominus grauius affligere,& aliquid addere iacturæ bonorum:vt peſtem, gladium,famem,periculum,aut deni

A

B Grego.

C

D

que graue aliquod malum,quo maxima moleſtia afficiantur. Quod ſignificare volens Dominus, cum verme hederam conſumpturo ortus eſt ſol grauis,quo moleſtior eſſet hederæ à refactio.acceſſit etiam vẽtus calidus, & vrens,quo ſolis vis & ardor iuuare tur.Sol qui alio tempore luce ſua gratus,calore vtilis,nunc ardore ingratiſſimus,& infeſtiſſimus eſt, quid aliud preſefert,quàm nouam aliquam,eam què grauiſſimam ſuperadditam per ſecutionem? Ab hoc igitur ſole, ab hoc æſtu liberi ſunt beati qui in cœleſti illa beatitudine commorantur. & ideo meritò ait Ioannes: non eſurient nequè ſitient,nequè cadet ſuper illos ſol,nequè vllus æſtus.

Quoniam agnus qui in medio throni eſt,reget illos. Eſaias.quia miſerator eorum reget illos,in Græco eſt, paſcet eos,ideſt,ipſe paſtor eorum erit: & ſemper ab eis arcebit quidquid moleſtum eſſe poſſit. Quomodo autem agnus dicatur eſſe in medio throni intelligitur ex eo quod.ca.5.dictum eſt. Et vidi & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio ſeniorum agnum ſtantem. Poteſt etiã dici quod eſt in medio throni,quia ipſe in patre & pater in ipſo eſt. Eſaias. Apo.5.

¶ *Et deducet eos ad vitæ fontes aquarum.* Nam Ioan.7.aiebat agnus,qui eſt Chriſtus,ſiquis ſitit veniat ad me. & Ioan.4.Samaritanæ promittit aquam viuam,quæ eſt gratia per fontem ſignificata, quæ æſtus carnis temperat. De quo Eſaiæ.4.& tabernaculum erit in vmbra diei ab æſtu.& Canticorum.2.Sub vmbra illius quem deſiderabam ſedi,& fructus eius dulcis gutturi meo.Eſaiæ.12.Haurietis aquas in gaudio,de fontibus ſaluatoris,nempe gratiam ex Sacramentis Chriſti. De Ioa.7. Ioa.4. Eſai 4. Cant.2. Eſai.12.

hoc

hoc agitur Psalmo.22. Dominus regit A me, & nihil mihi deerit in loco pascuæ ibi me collocauit. & rursum: super aquam refectionis educauit me, animam meam cõuertit, deduxit me super semitas iustitiæ propter nomẽ suum. *Et deducet*, inquit, *eos ad vitæ fontes aquarum*. In græco est ad viuos fõtes aquarũ. perstat in metaphora pastoris, qui oues suas pastas, ad fontes deducit: vt sitim & lassitudinem abiiciant, & recreentur. i. efficiet Christus B vt semper maximis, & immortalibus voluptatibus affluant. Ideò enim dixit ad vitæ fontes, siue ad viuos fontes, qui semper videlicet scaturiunt, nec deficit in eis aqua. Hinc vocari solent fontes vitæ, siue fontes viui. Hos fontes in dei visione sciebat esse Dauid cum aiebat: quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te Deus. Psal.41.

¶ *Absterget Deus omnem lacrimã ab oculis eorum*. Sic Esa.25. auferet deus lachymam ab omni facie. Quod etiã in hac vita existimant multi adimpleri: quando post tempora Antichristi succedat in Ecclesia trãquillitas. & sumitur metaphora à parentibus blãdis, qui flentibus filijs lachrymas tergunt. Esa.25. Esa.65. Sic Deus se cõparat Esa.63. Tu enim pater noster Dñe, & Redemptor noster. Tamen & magis ad rem in beata vita hæc omnia adimplenda sunt. Ita D Richar. & D. Tho. Cæterũ fœlices lachrymæ (inquit Bernadus) quas benigna manus conditoris absterget, & beati oculi qui talibus liquari flectib⁹ elegerunt, quã eleuari in superbiam, quàm omne sublime videre, quã auaritiæ, & petulãtiæ famulari. Vnde beatitudinis proprietas his verbis ostẽditur. Per famem enim & sitim omnis defectus cõprehenditur. Et quia ibi erit plenitudo omnis boni, dicitur qđ nõ erit fames, nec sitis. Sic Psa.16. Satiabor cũ apparuerit gloria tua, & Lucę 22. Ego dispono vobis regnum vt edatis & bibatis. ¶ Itẽ cũ dicitur, quod nec cadet super illos sol, excluditur à gloria malum quod graue est. Nam sol grauiter adurit: vt Iacobi. 1. habetur: exortus est sol cum ardore, & arefecit fœnum. & quia minora etiam mala nõ aderunt, dicitur: nec vllus ęstus, quæ est minor tribulatio. Sic Esaiæ.35. & lætitia sempiterna super caput eorum. Gaudiũ & lætitiam obtinuerũt & fugiet dolor & gemitus. ¶ Item Esai.c.25. legimus: præcipitabit mortem in sempiternum: & auferet Dominus Deus lachrymam ab omni facie: quod latius etiam repetit Ioã.c.21. hoc est, quidquid in hac vita habuerunt doloris, ac luctus, in perpetuum auferetur. Ambrosius. quia tempus flendi fuit, tempus ridendi in illa beatitudine erit, sicut Dominus dicit: beati qui lugent, quoniam ipsi consolabũtur. &c. Beda. immortalium adepta plenitudine gaudiorum, omnis mæror pœnitus obliuioni mandabitur. Beati enim qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Richar. D. Thom. D. Bernar. Esa.25. Iacob.1. Esa.35. Esa.25. Ioa.21. Ambro. Math.5.

¶ Siquis verò obijciat quod beati in patria desiderant, & sitiunt videre Deũ. 1. Petri. 1. inquem desiderant Angeli prospicere. Et Ecclesiast.24. Qui edunt me adhùc esurient. Respondet multa D. Tho. sed satius est dicere qđ quia est sacietas sine fastidio, & beati desiderant semper cõtinuationẽ boni adepti, ideo dicũtur esurire, aut desiderare. In his autẽ bonis implicite continetur liberatio ab omni culpa, & ab omni causa flendi. & hęc de hoc cap. 1. Petri. 1. Eccle.24. D. Tho.

¶ *Finis. Cap. VII.*

IN

Intelligentia Capitis Septimi Apocalypsis.

POst hæc vidi quatuor veros sanctosq3 angelos stantes super quatuor angulos terræ, á quatuorq3 orbis partibus: ortu, occasu, septentrione & meridie obseruãtes electos, & re uera continere volentes quatuor vẽtos, ne flarent super terram, neque super mare, nec super arbores: vt ventis ablatis omnia perirẽt, in vindictam impiorum persequentium electos. Et vidi alterum angelũ sanctum, vnum ex præcipuis & primoribus, quibus cõmissa est cura electorum, ascendentem ab ortu solis, á Christo, inquam, missum,, qui verus est sol iustitiæ: habentem sigillum Dei viui, hoc est, symbolum & signũ crucis. Qui magno affectu salutis hominum cõmotus, clamare videbatur, voce magna & dicere: Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus: nolite, inquam, inducere morbos, nec pestem, ventos tenẽdo, quo ad vsq3 signemus seruos Dei nostri in frontibus suis: donec, inquam, electi nõ dum conuersi, & prædestinati ad vitam æternam baptizentur, signoq3 crucis signentur in frontibus. Donec etiam iam baptizatos, & electos, in fide confirmauerimus per prædicationem: ne una cum reprobis & prauis à vobis malè afficiantur boni & pij. Et audiui numerum signatorum, tã ex Iudæis, quàm ex gentibus ad fidem tunc venientibus, ex Iudæis quidem centum quadraginta quatuor milia sunt signo crucis signati. Hoc est, quam plurimi ex Iudæis conuertentur Euangelij prædicatione hoc numero significati. Ex tribu, scilicet, Iuda. 12. milia signati, &c. Et quidem non ex Iudæis tantum multi tunc conuertentur, sed multò plures ex gentibus: nam post prædictam sigillationem, vidi turbam magnam & innumeram, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis: ex quibus cum Iudæis fiet vnum ouile. Quos omnes vidi stantes ante thronum gloriæ Dei, in conspectu agni Christi, & amicti erant stolis albis animæ, scilicet, beatificatione & claritate. Et palmæ erant etiam in manibus eorum, tanquam victores & ihriũphatores: ac dicentes: salus nostra accepta sit Deo nostro, qui nos sua gratuita liberalitate saluauit: sit etiam accepta agno qui nos suo sanguine redemit

Salus etiam ſit Deo noſtro, & agno: viuat (inquam) Deus noſter, viuat etiam in æternum agnus. Et omnes angeli ſtabant in circuitu throni ſaluti hominum congratulantes, & ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt Deum dicentes, Amen, ita ſit. Benedictio & claritas & ſapientia, & gratiarum actio, honor & virtus & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorum Amen. Et reſpondit vnus de ſenioribus viriſq3 ſapientibus nomine omnium aliorum. Et dixit mihi ignoranti qui eſſent illi obſignati: hi, qui ſunt amicti ſtolis albis, qui ſunt, & vnde venerunt? Ego verò nomine omnium fidelium hoc ignorantium dixi illi: Domine mi tu ſcis, me enim latet, & hac in re à te volo erudiri. Et dixit mihi, ſi ſcire deſideras, qui ſint iſti, & quare amicti ſint ſtolis albis, audi. Hi ſunt, qui venerunt ad hoc regnum cœleſte ex magna tribulatione. Sciebant enim quod per multas tribulationes comparaturi erant hoc regnum Dei. Sed quia propria paſſio nihil eſt niſi paſſioni Chriſti adiuncta: ſcito quod iſti lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine agni. Lauerunt, inquam animas ſuas, & corpora ſua in merito paſſionis Chriſti per baptiſmum. Ideo ſunt ante thronum Dei, illi placentes: ſicut qui regi placent, in conſpectu eius ſunt, proximiq3 throno & gloriæ eius. Et ideo ſeruiunt ei die ac nocte: nã ſine aliqua animi intermiſſione crebris votis Deo ſunt ſemper intenti, prorſusq3 dediti. Et Deus qui in throno ſedet habitabit ſuper illos, in medio enim illorum obambulabit, eorumq3 res ei curæ erunt, vt eis nihil, nec minimum quid deſit. Non enim eſurient, neq3 ſitient amplius: neq3 cadet ſuper illos ſol, neq3 vllus æſtus: Non enim aliquo indigebunt, neq3 triſte quidpiam, aut graue ſuſtinebunt. Tum, quod ſint ante thronum Dei inambulantis, & inhabitantis in illis: tum, quia agnus qui in medio throni eſt, reget illos. Ei enim cura eſt horum electorum, & deducet eos ad fontes aquarum viuarum: ad Deum ſummum bonum, & fontem vitæ. Et abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorũ: abundeq3 & copioſè eos conſolando.

CAPVT OCTAVVM

Argumentum.

Angelum ſanctorum orationes Deo offerẽtem deſcribit: & quatuor Angelorum tuba canentium viſionẽ aperit.

ET cũ aperuiſſet ſigillũ ſeptimũ, factũ eſt ſilẽtiũ in cœlo, quaſi media hora. Et vidi ſeptem angelos ſtãtes in conſpectu Dei: et datæ ſunt illis ſeptẽ tubæ. Et alius angelus venit & ſtetit ante altare, habens thuribulũ aureum, & data ſunt illi incẽſa multa, vt daret de orationibus ſanctorũ omniũ ſuper altare aureum, quod eſt ante thronũ. Et aſcẽdit fumus incẽſorũ de orationibus ſanctorũ de manu angeli corã Deo. Et accepit angelus thuribulũ aureũ, & impleuit illud de igne altaris. & miſit in terrã, et factæ ſunt tonitruæ & voces & fulgura & terræmotus magnus. Et ſeptẽ angeli qui habebãt ſeptẽ tubas, præparauerũt ſe vt tuba canerẽt. Et primus angelus tuba cecinit, & facta eſt grãdo et ignis, miſta in ſanguine: et miſſum eſt in terrã, et tertia pars terræ cõbuſta eſt, & tertia pars arborũ cõcremata eſt, et omne fœnũ viride cõbuſtũ eſt. Et ſecũdus angelus tuba cecinit, & tanquã mons magnus igne ardẽs, miſſus eſt in mare: & facta eſt tertia pars maris ſanguis: et mortua eſt tertia pars creaturæ eorũ quæ habebant animas in mari, et tertia pars nauium interiit. Et tertius angelus tuba cecinit & cecidit de cœlo ſtella magna ardens tanquam facula, & cecidit in tertiã partẽ fluminũ, et in fontes aquarũ: et nomen ſtellæ, dicitur Absinthium, & facta eſt tertia pars aquarum in abſinthiũ, & multi hominum mortui

ſunt de aquis, quia amarę facta ſunt. Et quartus angelus tuba cecinit: et percuſſa eſt tertia pars ſolis, et tertia pars lunæ, & tertia pars ſtellarũ, ita vt obſcuraretur tertia pars eorum, et diei nõ lucet pars tertia: et noctis ſimiliter. Et vidi, & audiui vocẽ vnius aquilæ volantis per mediũ cœli dicẽtis voce magna, Væ, væ, væ, habitãtibus in terra. de cæteris vocibus trium angelorum qui erant tuba canituri.

Caput. VIII.

T cum aperuiſſet ſigillũ ſeptimũ, factũ eſt ſilentium in cœlo quaſi media hora. In hoc capite ſtatuus Eccleſiæ prænunciatur, qui futurus eſt poſt mortẽ Antichriſti. Tũc enim erit ſeptima ętas eccleſię, & Sabbathũ requieſcionis. De quo Dan.10. Beatus qui expectat & peruenit ad dies. 1335. vbi legendus eſt Hiero. Prædixerat prophęta Daniel de tempore quo duraturus erat Antichriſtus dicens: & à tẽpore cũ ablatũ fuerit iuge ſacrificiũ, & poſita fuerit abominatio in deſolationem dies mille ducẽti nonaginta. Antichriſtus ergo tribus & ſemis annis, hoc eſt, mille ducentis nonaginta diebus, ſanctos perſequuturus eſt: & poſtea corruiturus in monte inclito & ſancto. Et addit propheta ſtatim: beatus qui expectat, & peruenit vſq; ad dies mille trecentos triginta & quinquè, ideſt, beatus qui interfecto Antichriſto, dies ſuper numerum prefinitum quadraginta quinq; præſtolatur. Quibus eſt Dominus in mageſtate ſua venturus. Quare autem poſt interfectionẽ Antichriſti quadraginta quinquè dierũ ſilentium fiet, diuinæ ſcientiæ eſt, inquit Hieronymus. Nos autẽ dicamus numerum certum ibi pro incerto poni. Breue tamen tempus ſignificari quemadmodum in hoc loco per dimidiam horam. & congruit illud Pſal.75. De cœlo auditum feciſti iudicium: terra tremuit & quieuit, cũ reſurgeret in iudicium Deus. Hæc tranquillitas vocatur hîc ſilentium, & cœlum vocatur Eccleſia militans. Factum ergo eſt ſilẽtium in cœlo. ideſt, tranquillitas in Eccleſia. Sed quia in hac vita nihil integrum & perfectum eſt, ideò dicitur eſſe ſilentium mediæ horæ. De quo Gregorius 30. Moral. c. 12. ſic ait: cœlum Eccleſia vocatur electorum, quæ ad cętera ſublimia dum per ſubleuationem contemplationis intendit, ſurgentes ab infimis cogitationum tumultus præmit, atquè intrà ſe Deo quodam ſilẽtium facit. Quod quidem ſilentium contemplationis, quia in hac vita non poteſt eſſe pẽfectum, factum dimidia hora dicitur. Nolenti quippè animo dum cogitationum tumultuoſi ſe ſtrepitus ingerunt, etiam ſublimibus intendentem, rurſum ad reſpicienda terrena cordis oculum violenter trahunt. Vnde ſcriptum eſt: corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terre-

Pſal.75.

Grego.

Sap.9.

na in habitatio ſenſum multa cogitan A
tem. Benè ergo factum hoc ſilentium
non integra ſed dimidia hora deſcri-
bitur: quia hîc contemplatio nequa-
quam perficitur, quamuis ardenter in
choetur. Quod etiam per Ezechie-
lem Prophetam congruenter expri-
mitur, qui pro menſura ciuitatis in
monte condito in manu viri calamũ,
ſex cubitorum, & palmi ſe vidiſſe te-
ſtatur. In monte quippè electorum
Eccleſia ſita eſt; quia fundata in infi- B
mis deſiderijs non eſt. Quid autem
per cubitum niſi operatio, quid per ſe
narium numerum niſi perfectio ope
rationis oſtenditur: quia & ſexto die
cuncta opera Dominus expleſſe me
moratur? Quid ergo ſuper ſex cubi-
tos palmus inſinuat, niſi contempla-
tionis vim, quæ iam initia æternæ &
ſeptimæ quietis demonſtrat? Quia
æternorum contemplatio hîc mini-
mè perficitur, menſura ſeptimi cubiti C
non expletur. Electorum itaquè Ec-
cleſia, quia cuncta quæ operanda ſunt
perficit: in ſex cubitis ſeſe in monte
poſita ciuitas oſtendit. Quia verò hîc
adhùc, ſola initia cõtemplationis inſ-
picit, de ſeptimo cubito non niſi pal-
Gen.2. mum tangit. Atquè hoc ſilentium fa-
ctum in cœlo benè etiam Adam dor
miens figurauit, de cuius mòx latere
mulier proceſſit: quia quiſquis ad in-
teriora intelligenda rapitur, à rebus vi D
ſibilibus oculos claudit: & tunc in ſe-
metipſo, vel quæ præeſſe viriliter
debeant, vel quæ ſub eſſe poſsit, infir-
ma diſtinguit: vt aliud in illo ſit quod
regere valeat tanquàm vir, aliud tan-
quàm fœmina quod regatur. In hoc
itaquè ſilentio cordis, dum per cõtẽ
plationem interius vigilamus, exte-
rius quaſi obdormiſcimus. Vnde Do
minus hoc contemplationis ſilentiũ

datum Eccleſiæ atquè viris perfectis,
ſignificare myſticè volens ait ſancto
Iob: quis dimiſit onagrum liberum Iob.39.
inſolitudinem, & vincula eius quis
ſoluit? Sub audi niſi ego? Onager
(inquit Grego.) qui in ſolitudine com Grego.
morrtur, non in congruè vitam eorũ
ſignificat, qui remoti à turbis ſeculari
bus conuerſantur. Quia ergo remoti
viri, ideſt, à deſiderijs carnalibus alie-
ni, hoc ſilentium mentis in habitant,
hinc onagro Dominus inſolitudine
domum dedit: vt turba deſideriorũ
temporalium non præmatur.

¶Item totũ tempus à Chriſti ad-
uentu, vſq; ad iudicium vniuerſale vo
catur ab aliquibus hora nouiſſima. 1. 1.Ioa.2.
Ioã.2. & idcirco illa pars quæ futura
eſt, cõgruè poteſt vocari dimidia ho-
ra, nec aliquis aliquam certã duratio-
nem vſq; ad iudicium præſcribit, cũ
Deus voluerit eſſe occultã. Ideo infrà
c.20. dicitur mille annis duraturã eſſe Apo.20.
illam quietem. Ponitur numerus cer
tus pro incerto. Nõ enim eſt noſtrũ
noſſe tẽpora vel momẽta, quæ pater
poſuit in ſua poteſtate Acto.c.1. Qua Acto.1.
drat cũ hoc ille ſibilus auræ tenuis, in
quo eſt Dñs qui non erat in cõmotio
ne. 3. Reg. 19. Erit enim ſerenitas apud 3.Reg.19.
electos inqua Dominus eſt venturus
ad iudicium vniuerſale.

¶Hæc autem expoſitio qua dici-
tur hoc ſilentio dimidiæ horæ ſigni-
ficari tempus illud à morte Antichri-
ſti vſquè ad iudicium, non mihi pla-
cet. Quoniam tempus illud inter
mortem Antichriſti, & diem iudi-
cij, ita tranquillum futurum eſt,
& ab omni tremore liberum: vt im-
pij omnium malorum, quæ paulò
antè imminere videbantur, timore
ſublato, iterum ad voluptates, &
conuiuia, & ad ſcelera priſtina redi-

turi sunt,atquè eos inspectatos atquè inopinantes dies iudicij opprimet.
Math. 24. Quod apertè intelligitur ex Mathæi verbis.cap.24. Sicut autem in diebus Noe,ita erit aduentus filij hominis:sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes,& bibentes,nubẽtes,& nuptui traddentes , vsque ad eum diem quo intrauit Noe in arcam,& non cognouerunt donec venit diluuium,& tulit eos:ita erit & aduentus filij hominis . Nunc autem Ioannes multa signa eaque valdè terribilia , facienda esse prædicit,quæ si eo tempore fierent, nequaquam ea pax,& tranquillitas contingeret,de qua Dominus loquitur.Multò etiam minus ad ipsum iudicij diem hæc expectant:quoniam hæc signa & alia multa oportet fieri ante tempus iudicij:vt ex hoc capite & ex sequentibus intelligitur.Quãdo ergo in sexto sigillo beatitudo illorum demonstrata est,quos Angeli in frontibus signarunt:rectè nunc in septimo sigillo referuntur supplicia& calamitates eorum,qui non sunt ab Angelis signati:
Apo.9. vt manifestum est ex verbis.cap.9.& præceptum est illis ne læderent fœnum terræ,neque omne viride , neque omnem arborem , nisi tantum homines qui nõ habent signum Dei in frontibus suis.Incipiunt autem hęc supplicia cõtinuo:& vidi(inquit)septem Angelos stantes antè cõspectum
Beda. Ruper. Dei.Quare male Beda,& Rupertus, & quidam ex iunioribus, librum & visionem finiũt in hoc silentio, quod factum est in cœlo : quasi iterum ab initio verborum sequentium: Et vidi septem Angelos,&c.repetat quæ hactenus dicta sunt.Multò melius fecerunt,qui caput octauum ab apertione septimi sigilli incipi voluerunt: vt in omnibus codicibus latinis habemus. Quomodo qđ de.7.Angelis,& de.7. tubis subijcitur in.7.sigillo continetur, & eo aperto visum est. & diuersum est omnino ab his quæ hactenus dicta sunt. Videtur autem mihi factum esse silentium in cœlo,tàm Angelis q̃ senioribus,& cæteris cœlicolis admirantibus magnitudinem suppliciorũ, quam sigillo aperto viderunt:&quasi obstupescentibus, præ magna in terris perturbatione & cõmotione futura. Quem admodum Math.24.scriptum est.& virtutes cœlorum cõmouebuntur. Quod nonnulli patres sic exponunt:exercitus Angelorum obstupescent videntes tàm insignes orbis mutationes. Dicit autem quasi dimidia hora: vt tempus breuissimum significet.Nam per horam breue tempus solet indicari.Vt.c.3. ego seruabo te ab hora tentationis. Math.24.

Et vidi.7.angelos stantes ante thronũ Dei,& datæ sunt illis septem tubæ. Secundum multorum patrum sentẽtiã, quam modo explicaturi sumus, Hęc est tertia principalis huius libri visio, in qua septem Angeli vniuersitatem prædicatorum Euangelij significant: ita enim Angelos supra.cap. 1. & alibi interpretati sumus. Tuba verò prædicatio est ipsa.Vt Esaiæ.cap.58. Quasi tuba exalta vocem tuam. Et Oseæ cap.octauo.In gutture tuo sit tuba.In huius figura Iosue.6. Sacerdotes canebant tubis iubilæi. De quibus Leuiti. 25.& muri Hierico ceciderunt, & sola Raab seruata est, ideſt, sola iustorũ congregatio,quæ seruatur per prædicationem:qua remissio peccatorũ per iubilęũ significata annũciatur:& muri Ierico.i.peccata concidunt.Dantur verò Angelis tubæ, quia vocari debent ad hoc munus,& debet dari illis Prima expositio. Cõmunis. Esai.58. Oseæ.8. Iosue.6. Leuit.25. Figura.

po-

Rom.10. Hiere.24. poteſtas.ad Rom.10.quomodo prædicabunt niſi mittantur. & Hiere.24. Conquæritur Deus: non miſi eos, & ipſi currebant, & cap.27. &.29. idem repetit. Legendus eſt Diuus Thomas hîc, qui ex hoc loco colligit eaque inconcionatore requiruntur, ſcilicet, vita, & doctrina angelica: & ideô ſtant in conſpectu Dei, & propterea data eſt illis poteſtas.

a.27.29. D.Tho.

Secũda expoſitio literalis.

Secunda expoſitio huius loci literalis eſt, vt per hos ſeptem angelos intelligantur angeli quibus cura hominum potiſſimùm commiſſa eſt. Et nunc exitum & pœnas ferunt impijs, qui nec Deum audire, nec eorum cõ ſilijs acquieſcere voluerunt. Ante cõ ſpectum Dei ſunt: ſicut de eiſdem cap.1.dixit, & à ſeptem ſpiritibus qui in conſpectu throni eius ſunt. In quorum verborum expoſitione diximus de his ſeptem angelis: & quid eſſet ante conſpectum Dei eſſe, explicauimus.

¶ *Et datæ ſunt illis ſeptem tubæ.* Scilicet vt ſinguli ſuam tubam haberent. In ſeptem tubis cõſummatio ſeculi proxima indicatur. Quemadmodum enim Hierico ſeptem tubis ſacerdotum ſonantibus, Septimo die corruit, Ioſue.6. Ita mundus qui in ea vrbe ſignificatus eſt, ad ſonitum ſeptimæ tubæ corruet: vt multi ex expoſitoribus annotauerũt. Qđ vberius explicat Abb. Ioachin. Tubis ergo canentibus angelis, ſignificatur, magnũ aliquod periculum terris inminere: vt ſibi homines conſulant, & per pœnitentiam illud euitent. Nam ſolere in huiuſmodi rebus tubas admoueri, diximus.cap.1. Arbitror autem per tubas, prædicatores veritatis ſignificari. Quibus dicitur Eſaiæ.58. Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam.

Ioſuæ.6. Abbas Ioachim. Eſa. 58.

A Qui cum hæc mala cœperint, clamabunt: & iram Dei prænunciabunt: & ab angelis inſpirati, homines ad pœnitentiam hortabũtur. quod optimè conuenit cum figura.

¶ *Et alius angelus venit, & ſtetit ante altare habens thuribulũ aureum.* Hic angel⁹ alius à ſeptem prædictis, Chriſtum ſignificat, ſecũdum Anſelmum, Richardũ, & alios, qui præceſſit ante omnes prædicatores quos ipſe miſit.

Primus ſenſus. Angelus Chriſtus. Anſel. Richar.

B & vocatur angelus teſtamenti. Malach.3. & vocatur magni conſilij angelus. Eſai.9. Secũdum ſeptuaginta. Habebat autem, thuribulũ in manu, id eſt, humanitatem: nam Chriſtus in manu vitam humanam habebat Ioã. 10. Poteſtatem habeo ponendi animam meam & iterum ſumẽdi eam. & oblatus eſt quia ipſe voluit. Eſai.58. Ita exponit Ioachim, Beda, & Anſelmus.

Malac.3. Eſai.9. Ioan.10. Thuribulũ humanitas Chriſti. Eſa.53 Beda. Anſel.

C Inquo thuribulo Deus ſuauitatem odoris accepit. Nihil enim vnquam fuit gratum Deo, nec patientia Iob, nec tolerantia Dauidis niſi ex hoc thuribulo iſti odores aſcenderent. Odor filij mei ſicut odor agri pleni. Quæ in typum huius odoris dixerat Iſaac filio ſuo Iacob. Gene.27. vt ſenſit fragrantiam veſtimentorum: quæ veſtes alioquin erant reprobi filij Eſau: ſed quia erant indutæ à Iacob ſua

Gene.27. Figura.

D uiter ſpirabant. Sic humanitas Chriſti licet eſſet ex Adam ſumpta tamen propter vnionem ad verbum thuribulum erat odoriferum. Mathæi.3. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi benè complacui. Eſt enim verus Iſaac.1. riſus patris & lætitia, & per illũ merita noſtra valent apud Deum. de quo Origen. Leuit.24. Et eſt thuribulum aureum propter excellentem virtutem charitatis. Hæc intelligen-

Math.3: Origen.

Richar. D. Thom. Thuribulũ Apoſtoli.

tia videntur apta licet Richardus & D. Thomas etiam Apoſtolos ipſos intelligant per thuribulum qui ad electorum preces Deo offeredas in ſancta Eccleſia ſunt principaliter conſtituti, & qui notitiæ diuinę odorem manifeſtant. 2. Corinth. 2. Chriſti bonus odor ſummus Deo: & ſunt aurei, propter ſapientiam & charitatem: & ſunt in manu Dei illos regentis.

2. Corin. 2.

Thuribulũ tota eccleſia.

¶Alij vetò per thuribulum totam Eccleſiam intelligunt. de quo Anſbertus hic. Altare verò ante quod ſtetit, ſiue ara ſupra quam ſtetit (vt alia lectio habet) teſte Beda, crucem ſignificat inqua, quaſi in altare oblatũ fuit ſacrificium, humanitatis Chriſti, & ipſe Chriſtus fuit ſacerdos offerẽs illud. Ita Beda. Super aram ergo ſiue ſuper altare crucis thuribulum ſuum aureum, ideſt, corpus ſuum immaculatum, & Spiritu ſancto conceptum obtulit patri pro nobis. Nec eſt aliena intelligentia abhac, illa Eſaiæ. 19. In die illa erit altare Domini in medio terræ Aegypti: & titulus Domini iuxta terminum eius. Quod de cruce in medio Iudaicæ obſcuritatis poſita poteſt exponi, & de crucis ritu Io. ¶Alij Eccleſiam intelligunt per hoc altare. de quo Ansbert.

Altare crux. Beda.

Eſai. 19.

Ansber.

Altare Eccleſia.

Altare ergo iſtud Eccleſia eſt ex Iudæis & gentibus cõflata, antequam ſtetit Chriſtus vt Beda prodidit: nam & inter candelabra aurea ſupra diſcurrere viſus eſt: quia nimirum ipſi cura eſt de nobis. Hoc eſt altare illud aureum quod erat ante velum arcæ teſtamenti, ſuper quod offertur illud ſacrificium de quo Dauid ait: Sacrificium Deo ſpiritus cõtribulatus &c. Vnde notandum, quod ſicut altare illud aureum prius quidem ante arcam erat, ſed velum diuidebat illud ab arca, quæ intra ſancta ſanctorum erat: poſt quam verò Chriſtus pontifex maximus venit, & velum ſcidit, factum eſt ex arca & altari vnum abſque aliquo interſtitio: quia ſcilicet caput & membra, ideſt, Chriſtus & Eccleſia vnũ ſunt corpus. Stat ergo antè hoc altare Chriſtus tanquam caput ante membra, membris coniunctum vt diuidi non poſſint. Ante altare, inquam, igne diuini amoris incenſum, quod ſe iugiter Deo verum ſacrificium offert, ſemetipſum mactans, vt hoſtia viua, & rationalis fiat: ſtat antè altare Chriſtus pontifex verus, per quem omnia munera & orationes noſtras Deo mittimus. Vnde in ſingulis dicunt ſacerdotes in finem per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum &c.

Pſal. 50.

Dan. 9.

Secũda expoſitio aptior huius loci.

Angelus iſte non Chriſtus, ſed verus aliquis angelus.

¶Alij aliter locum hunc explicãdicentes: per hunc angelum non intelligi Chriſtũ. Nũquam enim Chriſtus abſolutè angelus dici ſolet. Præterea, cum dicit & alius angelus: ſimilem illis ſeptem eſſe oſtendit: ſicut cum cap. 7. dixit: poſt hæc, vidi quatuor angelos: & paulò poſt: & vidi alterum angelum aſcendentem ab ortu ſolis. Quis ſit hic angelus non conſtat, quoniam ſacra ſcriptura non indicat. Non videtur improbabile, fuiſſe Gabrielem, qui Danieli pro ſalute populi oranti apparuit Danie. 9. aut certe Michaelem cui tota Eccleſia commiſſa eſt. Ideoque fortaſſè in eius officio reperit Eccleſia: quod de hoc angelo ſcribitur: ſtetit angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu ſua. Quod magis ex eiuſdem angeli officio intelligetur, ſiue fuerit ipſe Michael, qui per ſe hoc fecerit: ſiue per angelum minorem &c.

¶Et

¶*Et stetit ante altare.* Quod nam sic hoc altare ipse indicat cum ait: & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum super altare aureum, quod est antè thronum Dei. In quibus manifestè alludit ad altare, quod erat ante sancta sanctorũ quod altare thymiamatis siue incensi dicebatur, in quo thura & aromata incendebantur, vt legimus Exod. 30. Et hoc erat aureum: nam altare holocaustorum æreum erat. Ostenditur ergo Ioanni altare aureum ad similitudinem illius quod erat ante oraculum: in quo odoris suauissimi aromata adolebantur. Vt intelligamus preces sanctorum ante Dei cõspectum significatũ in oraculo, præsentari ab angelis: eique gratissimas esse. Hęc omnia intelligentur ex Leuitico. 16. Vbi ita legimus: assumpto thuribulo quod de prunis altaris impleuerit: & hauriens manu compositum thymia ma in incensum, vltra velum intrabit in sancta, vt positis super ignem aromatibus, nebula eorum & vapor operiat oraculum &c. Ad hunc morem sacrorum respicit cum ait: angelum stetisse antè altare, ideſt, ante sancta quod est ante conspectum Dei, & habuisse thuribulum aureum, quale ferebat summus sacerdos, vt igni de sumpto ex altari imponeret aromata, ideſt, orationes sanctorũ Deo, offerret. Non enim aromata redolent nisi cum incenduntur.

Altare aureum ostẽditur Ioanni ad similitudinem altaris thymiamatis

Exod. 30.

Leui. 16.

¶*Et data sunt incensa multa.* Incensa vocant interprætes, quæ Apostolus Græcè appellauit thymiamata, ideſt, aromata quæ incenduntur. Quæ autem sint ista incensa & aromata, continuò exponit: vt daret de orationibus Sanctorum omnium. Ita etiam dixit cap. 4. & phialas aureas plenas odoramentorum: quod iam suo loco exposuimus. Verùm hæc incensa, igni hausto de altari imponũtur: quia tunc orationes nostræ suauiter redolent, cum ex charitate proficiscuntur.

¶*Vt daret de orationibus Sanctorum omnium.* Hoc est, vt super altare thimiamatis, quod est ante thronum, daret, de orationibus Sanctorum omnium. Est autem Hyperbaton. Sensus enim est. data sunt illi incensa multa de orationibus Sanctorum omniũ: vt daret super altare aureum, ideſt, vt Deo offerret. ¶Quod vt melius intelligatur sciendum est, vbi nos habemus: vt daret de orationibus Sanctorum: in Græco esse, vt daret orationibus sanctorum. & statim: & ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum, in Græco est: & ascendit fumus incensorum orationibus Sanctorũ. Sed rectè noster interpres vtroque in loco addidit præpositionẽ de. Quoniam intellexit Euangelista Hæbręorum more loquutũ esse, qui semper tollunt præpositionem, de, siue, ex, significantem materiam vt Gene. 3. Quia puluis es, siue quia puluere es, & in puluerem reuerteris, pro, expuluere es. Exod. 37. Fecit & propiciatorium, ideſt, oraculum, de auro mundissimo, in Hæbreo est auro mundissimo. & 3. Regum. cap. 6. & in ingressu oraculi fecit ostiola de lignis oliuarum: in Hæbręo est: fecit ostia lignis olei. Ita nunc incensa multa de orationibus Sanctorum, ideſt, quæ confecta & composita sunt ex orationibus Sanctorum. Nam thymiama, ex varijs commixtionibus conficiebatur. Ita etiam mox, & ascẽdit fumus incensorum de orationibus Sanctorum. Sed notandum est,

Gen. 3.

Exod. 37.

3. Reg. 6.

vtro-

Orationes Sanctorũ (vt euentus verbis sequentibus indicat) significare preces quæ ad Deum fundebantur, vbi ab impijs affligebantur pij, & ad Dei gloriam, & ad destructionem regni peccati, puniri eos optabant: & eorum tyrannide liberari. Porrò vbi legimus antè thronum Dei, in Græco, non est, Dei, nec apud Aretam, nec apud Primasium, nec apud multos codices Latinos manuscriptos.

Aliter explicatur locus.

¶Cæterum vt aliorum etiam sententias explicemus, diuino decreto factum est vt Ecclesia, Christo mediatori suo preces suas det, vt ad æternũm patrem perferat super altare aureum, hoc est, supra se ipsum, aut supra crucem. Ecclesiæ enim est illa vox. Psal. 140. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Preces enim & omnia opera bona nostra, vt acceptentur à Patre, debent imponi super passionem Christi, & sic angeli perferunt & præsentant ea, de quo Bernard. serm. 1. in die sancti Michaelis. & congruit quod habetur Iudicum. 13. vbi libamenta offerenda ponuntur suprà petram, ideſt, Christum, Petra autem erat Christus, ait Paul. 1. Corinth. 10. & angelus simul cum flamma sacrificij ascendebat, tulit, inquit, manue hædum de capris, & libamenta & posuit super petram offerens Domino, cumque ascenderet flamma altaris in cœlum, angelus Domini pariter in flamma ascendit. Sic Thobiæ. 12. Dixit angelus Raphael ego obtuli orationem tuam, qua propter aliqui adducti sunt vt supra dicebamus, & vt notat Gagneius, quod iste angelus qui hìc ponitur cũ thuribulo, significet Michaelem Ecclesiæ Præsidentẽ, & ita Ecclesia canit in festo Michaelis (vt diximus) & tunc etiam dicere possumus, quod altare est ipse Christus, super quod Deo patri sacrificium corporis ipsius & alia laudum sacrificia offerimus. Thuribulum aureum fides Christianorum, & sanctorum odora, & Deo placens. In quo benè incensa orationum reponuntur, quia nisi in fide fundentur orationes Deo non sunt acceptæ: quapropter benè Iacob. ait: postulet in fide nihil hæsitans. Michael, ergo, stans ante altare, ideſt, ante Christum ad eius exequenda mandata paratus, super ipsum orationes Sanctorum in thuribulo fidei patri offert. & impleuit thuribulũ de igne altaris, quando sanctorũ preces Deo patri offerens, charitatis in Christum plenas ostendit. Et hoc igne misso in terram per Angelum, ideſt, inspirata, per angeli boni monitiones, interrenis cordibus nostris, Dei & Christi charitate: Facta sunt tonitrua prædicationum, & fulgura miraculorum, & terræmotus, conuersis à terra in cœlum cordibus, per fideles, & Deo, Christoque dilectos homines.

Angelus iste fuit Michael altare Christus thuribulũ fides.

¶*Et ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum de manu angeli coram Deo.* Ideſt, ascenderunt orationes Sanctorũ ad Deum, & exauditæ sunt à Deo ferente eas angelo. ¶Obserua, quod ministrant angeli sed ex alieno: offerentes Deo opera nostra bona, nobis eius gratiam referentes. Vnde meritò præmisit scriptura data fuisse angelo incensa multa, & addit: ascendit fumus aromatum. Nostros enim sudores non suos, nostras non suas lacrymas offerunt Deo, nobisq; eius munera ipsi referũt, non autem sua. Non sic minister ille sublimior cunctis & humilior vniuersis, qui semet ipsum obtulit sacrificium laudis,

qui

qui patri offerens animam ſuam, nobis miniſtrat vſque hodiè carnem ſuam. Huius itaque tanti miniſtri gratia, nihil mirum ſi dignanter nobis, imò & libenter angeli ſancti miniſtrent: ipſi enim amant nos, quia nos Chriſtus amauit. Dicitur certè vulgari prouerbio: qui me amat, amat & canem meum. Nos verò ò beati angeli catelli ſumus Domini illius quẽ tanto affectu diligitis, catelli, inquam, cupientes ſaturari, de micis quæ cadũt de menſa Dominorum qui eſtis vos. Vel ſi per Angelum intelligas Chriſtum. Sicut extra Chriſtum, nulla eſt Deo accepta oblatio, ita per Chriſtum & illius manum fructuoſè aſcendit ad Deum. Ita Beda & Anſbertus. Vnde ad Hebræos. 13. per ipſum Chriſtum offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, quaſi dicat, quod ſic erit accepta. & ad Hebræos. 7. Hic autem ſempiternum habet ſacerdotium, vnde & ſaluare in perpetuum poteſt, accedens per ſemetipſum ad Deũ, ſiue accedentes per ſemetipſum ad Deũ: ſic Ioan. 11. Pater gratias ago tibi quoniam audiſti me, ego autem ſciebam quod ſemper me audis.

Bernar.

Beda. Ansber.

Hebr. 13.

Hebr. 7.

Ioan. 11.

¶ Et accepit angelus thuribulum aureum & impleuit illud de igne altaris, & miſit in terram. In Græco tantum dicitur: & accepit angelus thuribulum, ſine aureum. Impletum eſt ergo igne thuribulum, quia humanitati Chriſti non admenſuram eſt datus ſpiritus. Ioan. 3. & plenus eſt ipſe gratia. Ioan. 1. ¶ Miſitque eum ignem in terram angelus. vt Lucæ. 12. Dixit Chriſtus: ignem veni mittere in terram, quid volo niſi vt accendatur? cum hoc conſonat Beda. ¶ Sed Paulò aliter D. Thomas. qui ait: impleuit angelus thuribulum de igne altaris, ideſt, de igne, cuius vis fuit manifeſtata in patibulo crucis. Ignis enim Spiritus ſancti in Chriſto multum luxit, & ſuum ardorem manifeſtauit in cruce, ex ſola enim charitate paſſus eſt, & de iſto igne dedit Apoſtolis vt hominum ſalutem zelarent, & pro Chriſto vel pro ipſis hominib⁹ mori parati eſſent. Rectè ergo poſſumus etiam dicere, in thuribulo corpus Chriſti ſignificari, vt etiam ait Haymo, quod in paſſione multis plagis vt feneſtris fuit apertũ, vt eſſe ſolet thuribulum: & quia per Chriſti paſſionem nobis charitas datur, benè in thuribulo ignis & incenſa ponuntur. & quia Chriſtus vulnera ſua patri oſtendit pro ſanctis in terra laborantibus, & charitatem ſuam ardentem ei ob oculos ponit, indeque pater ad punitionem impios excitatur: thuribulum de igne altaris impletur & mittitur in terram. ¶ Vel ſi intelligamus Apoſtolos per thuribulum, eſt ſenſus: qđ Chriſtus impleuit Spiritu ſancto in Pentecoſte omnes Apoſtolos, & eos miſit in terram, hoc eſt ignem mittere, mittendo Apoſtolos gratia prædicationis. Cum hoc concordat Richardus. ¶ Vel aliter locus iſte explicari poteſt. *& accepit*, inquit, *angelus thuribulum*. &c. Idem thuribulum, quo incenſa, ideſt, orationes Sanctorum obtulerat, nunc de igne altaris implet. In altari aureo Chriſtus ſignificatur, per quem Deo gratæ & ſuauis odoris ſũt preces noſtræ. Ignis altaris charitatem Chriſti indicat, qua & patris gloriam, & humani generis ſalutem ſemper optauit. Primùm ergo ignis de altari ſumptus eſt, vt incenſa adolerentur, quia per charitatem Chriſti nos charitatem habemus, & preces ex charitate fundimus. Sed iterum thuribulũ idem

Haymo.

Tertius ſenſus.

Richar. 4. ſenſus.

Primus ſenſus.

Ioan. 3.

Ioan. 1.

Luc. 12.

Beda.

Secundus ſenſus.

D. Tho.

idem impletur de igne altaris & mittitur in terram, vt sciamus propter charitatem qua Christus sanctos suos in terra laborantes prosequitur, supplicia in impios ab ira Dei effundi. Nam ignem illū in terram missum, supplicia & plagas impiorum efficere, & iram Dei magnā in terram deportasse, indicat quod statim sequitur, si id ad literam & sine tropo intelligatur.

Primus sensus.

¶ *Et facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræmotus magnus.* Prædicatio hæc est, quæ tonat, & clamat, & etiam clamat editis miraculis, & terrā mouet. Hoc factum est Actor. 2. & 4. Hæc est communis expositio. & supra. c. 4. In eodem sensu posita sunt tonitrua: & per terræmotus significantur cōuersiones hominum. Sic aliqui intelligunt illud Psal. 76. Illuxerūt coruscationes tuæ orbi terræ, commota est & contremuit terra, vide collect. hīc. Veruntamen quia de nouissimis temporibus mihi videtur esse sermo, aliter hic locus exponi potest: vt hæc omnia prænuncient calamitates futuras impiorum. Voces autem, articulatas, & similes nostris intelligere debemus. vt. c. 10. videbimus cum dicitur: & cum clamasset, loquuta sunt tonitrua voces suas. Et terræmotꝰ (inquit) magnus: nam per illa tempora crebri magnique terræmotus futuri sunt sicut prædicit Dominus Luc. 21. & terræmotus erunt per loca &c.

Act. 2. & 4.

Psal. 76.

2. sensus literalis.

Luc. 21.

Primus sensus.

¶ *Et septem angeli qui habebant septē tubas præparauerunt se vt tuba canerēt* Præparatio in prædicatore requiritur. Nam licet Apostoli quantum ad doctrinam, haberent priuilegiū vt sine præparatione prædicarent, Mathę. 10. Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: tamen alij, sine præmeditatione id non debent attentare. Declarat verò D. Thomas hanc præparationem: vt scilicet vita respōdeat doctrinæ. Acto. 1. cæpit Iesus facere & docere: ne dicatur illi: quare tu enarras iustitias meas, & assumis testimonium meū per ꝯs tuum. Item nō inanis gloriæ causa aut temporali lucro de quo. 2. Corint. 2. Non sumus sicut plurimi adulterantes verbū Dei, sed ex sinceritate, & sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur, Græcè: cauponantes & ad quæstū verbo Dei abutentes. Et debet etiam orare pro omnibus audientibus. vnde Augustī. 4. lib. de doctrina Christiana. Orando prose, ac pro illis quos est allocuturus, sit orator, ante quàm doctor. ¶ Si ad nouissima tempora hæc referantur, hac præparatione mora quedam significatur diuinæ vltionis inter tonitrua, voces, & fulgura. Et inter tubarum cantum vt pœnitentiam agant peccatores: & futuras pœnas euitent, semperq; cognoscatur quàm verum sit illud, cum iratus fueris misericordiæ recordaberis. Item præuidere debet prudenter, quid sit dicendum, & quibus, & quando, & quantū, & qualiter. vnde Grego. In ore pastoris magna debet esse consideratio locutionis. Pensare enim debet.

Boni prædicatoris cōditiones Acto. 1.

Psal. 49.

2. Cor. 2.

2. sensus planior.

Abacuc. 3

Grego.

Primus angelus primus ordo prædicatorū. i. Apostolorum. D. Tho.

D ¶ *Et primus angelus tuba cecinit, & facta est grādo & ignis mixta in sanguine, & missum est in terram.* Primus angelus est primus ordo prædicatorū qui fuerunt Apostoli: & notat D. Tho. quod canere tuba est incutere timorem: & etiam alicere ad amorem prædicando: & etiam strictiorem partem tubæ versus se applicando vt bucinatores solent, i. seuiorem legem sibi imponendo quàm alijs.

¶ Facta

¶Facta eſt,inquit,grando & ignis mixta in ſanguine.Per hæc tria,videlicet, per grandinẽ,ignẽ & ſanguinẽ, omne genꝰ perſecutionis cõprehenditur, qđ in ſummo furore ardoreq; vſq; ad ſanguinẽ ſæuit. Qđ primũ ſub Apoſtolorũ tẽpore fuit iuxta viſionis ordinem.

Acto. 14. Lege acta Apoſtolorũ & videbis quali grãdine & igne opprimebãtur ſancti quando Paulus Iconij lapidatus eſt: cui lapides torrentis, ignis, & grando, mixta fuere ſanguine: & quãdo Neronis gladio cęſus eſt.Hoc idẽ in Stephano & alijs ſanctis videbimꝰ.Et dicũtur miſſa in terrã. i. in terrenos homines.

Richard. Anſel. Ita Richard.& Anſel.terrenorũ enim hominũ erant hæc arma, quibꝰ perſequebatur Apoſtolos prędicãtes,atq; fideles Eccleſiæ primitiuæ. ¶Sed Beda

Beda. 2. ſenſus. pœnas intelligit per grandinẽ & ignẽ, quibꝰ Deus peccatores punit poſt prædicationẽ factã: eo qđ nõ cõuertãtur, & quibus prædicatores minantur. Nã & frigiditas grãdinis, & calor ignis in

Iob. 24. pœnis numerantur Iob.24. Tranſibũt ab aquis niuiũ ad calorẽ nimiũ. & per ſanguinẽ mortẽ ſpirituale intelligit. Ait

Beda. ergo Beda,his verbis facta eſt grando & ignis mixta in ſanguine, & miſſum eſt in terrã: datur intelligi pœnã gehẽnæ ſanguinolẽtæ operibus deberi. Qđ prędicatorũ voce refertur dicentiũ,ad calorẽ nimiũ tranſibũt ab aquis niuiũ. Põt etiã nomine ſanguinis (inquit idẽ Beda)ipſa mors animę ſpiritualis intelligi. Hũc verſum tychoniꝰ ſic exponit: facta eſt ira Dei quę haberet in ſe multorũ necẽ. ¶Sed ſi hũc locũ intelligamus de pœnis quibꝰ Deus tẽporaliter

3. ſenſus. affecturus eſt impios. Nota qđ lentograduprocedit diuina vindicta.&ſicut olim aduerſus Pharaonẽ, & Aegyptios, à leuioribus incipiens: paulatim plagas ingrauabat,vt illi terrerentur & reſipiſcerent: ita hoc tempore de quo nũc loquimur,hoc eſt,tẽpore illo nouiſſimo ante iudiciũ factuꝰ eſt.Primũ enim fiũt grãdo & ignis mixta ſanguine, ita vt ſanguis cũ grãdine miſceretur, & cũ igne. In igne fulmina & ignitas exhalationes intelligimus.ſicut Pſa.17. Pſal. 17. Præ fulgore in cõſpectu eius nubes trãſierunt,grando & carbones ignis. Sanguis ad maiorem terrorem impiorũ additur,vt citius ad pœnitentiam conuertãtur. Videntur enim eo ſanguine cædes magnæ indicari.

¶Et tertia pars terræ cõbuſta eſt,&.3. pars arborũ cõcremata eſt,& omne fœnũ viride cõbuſtũ eſt. Locus iſte variè etiã exponitur. Aliqui ita explicãt. *& tertia pars terræ cõbuſta eſt*, videlicet vt conuertantur homines antequã tota terra cõburatur. Aretas hãc expoſitionẽ cõfirmat, argumẽtaturq; rectè aduerſus eos qui hęc de nouiſſimo die intelligebant. Et intelligẽdã eſſe devltione quę antè extremũ diẽ per afflictiones fiet, quoniam nouiſſimo die nõ tertia pars peccatorũ,ſed oẽs ſimul abſq; vllo remedio abijcientur. Cæterum Græci non habent clauſulam illam, & tertia pars terræ combuſta eſt.

Prima expoſitio literalis. Aretas.

¶*Et omne fœnũ*,inquit,*viride cõbuſtũ eſt* Fœnũ pro herba in ſacra ſcriptura ſæpè ponitur vt Eſa.40. Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eiꝰ quaſi flos agri, exſiccatũ eſt fœnũ &cecidit flos.pſ.118 Pſal.118. Fiant ſicut fœnũ tectorũ, qđ priuſquã euellatur exaruit.Et nũc vbi nos habemus fœnũ in Græcò eſt,chortos.i.herba,nõ ſolũ igitur arẽtes herbæ,ſed ipſę etiã quæ virebant,cõbuſtæ ſunt. 3.pars terrę tãtũ cõbuſta eſt,&.3.pars arborũ, i.non tota terra,aut oẽs arbores:nec dimidia pars,ſed tertia: vt hominibꝰ alimenta ſupereſſent: at fœnũ viride omne cõbuſtũ eſt,vt ſignificet citò oẽs illos morituros fore,&ſi robuſti ac viri des ſint & iuuenes. Alludit enim ad il-

Fœnũ pro herba. Eſa. 40.

lud qđ modo retulim⁹:omnis caro fœ nũ,& quamuis,vt Aretas ait,in 3.parte magna pars aut magnus numerus poſ ſit intelligi,quoniã numerus ternarius initium eſt multitudinis: & ſit phraſis Græca per numerũ ternarũ ſuperlatiuè loqui,vt ter ſapiens.i. ſapiẽtiſſimus: propriè potius accipiẽda videtur tam hîc,quã in ſequentibus: cũ nihil ſit qđ aliter accipere cogat, ſed iam ad alias aliorum expoſitiones veniamus.

Aretas.

¶ Aliqui hanc tertiæ partis terræ & arborũ cõbuſtionẽ in bonã partem accipiũt.i.per ignẽ tribulationũ ſeruata eſt tertia pars hominũ, quia duæ partes.ſ. Iudæi & Gentiles qui fuerũt cõtumaces perierũt.&cõſonat cũ hoc qđ Dñs ait Zachar.13.Dicit Dñs exercituũ: percute paſtorẽ, & diſpergentur oues, & cõuertã manũ meã ad paruulos,& tũc in omni terra(dicit Dñs)partes duæ in ea diſpergentur & deficient: & ducã tertiã partẽ per ignẽ,& vram eos ſicut vritur argentũ. ¶Et ſecundũ hoc,ijdẽ homines dicũtur terra, propter terrenã mol̃e: & arbores ꝓpter inſtabilitatẽ & leuitatẽ naturalẽ qua ſe erigũt,vt Iudæi dicũtur arbores. Ita Ansbert.& Gagneius.& eſt quidẽ ꝓbabilis expoſitio.Senſus ergo eſt,qđ canente angelo.i. prædicãtibus Apoſtolis.3.pars hominũ.i.fideles igne perſecutionũ & afflictionũ cõbuſti ſunt:ſed nõ conſumpti,non enim ad deſtructionẽ,& annihilationẽ,ſed ad probationẽ præſſuris afficiũtur electi. ¶Sed qđ ſequitur de fœno.ſ. quod totũ cõbuſtũ eſt,nõ põt congruere cũ prædictu ſenſu. Nã fœnũ in malã partem accipi ſolet in ſacra ſcriptura.Eſa.40.Omnis caro fœnum. Sed qui voluerit hũc ſequi ſenſum, habebit proſe illud.Pſ.71.Et florebunt de ciuitate in ciuitatẽ vt fœnũ terræ. Vbi Hierony.per fœnũ bona opera intelligit. Omne ergo fœnũ cõbuſtum eſt, i.omnes quotquot viridi fide erant,cõbuſti ſunt ardore afflictionis.

2.expoſitio.

Zacha.13.

Ansber. Gagneius.

Eſa.40.

Pſal.71.

¶ Cõmunior verò intelligentia eſt vt cõbuſtio in malã partẽ accipiatur pro damnatione vt.ſ. tertia pars terræ ſit damnata,& tertia arborum, & totum fœnũ.Sic Beda,Anſel.Richar. & collectanea.Fiũt ergo tres partes,duæ bonorũ hominũ,qui vel audiunt vel docent res fidei.Apoc.1. Beatus qui legit & qui audit verba prophetiæ huius. Sed pars quæ perijt grandine & igne perſequutionum,eſt eorũ qui nec audiunt nec docent fructuoſè. Et ijdem homines per terram ſignificantur ad Hebr.6.Terra enim venientem ſuper ſe bibens imbrem,&germinans herbã opportunã illis , à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo: proferens autem ſpinas reproba eſt,&maledicto proxima. ſignificantur per arbores ijdem homines fructuoſi vt Pſalm.1.Et aliquando qui ſine fructu ſunt & pereunt,vt Hiere.22. Nunquid regnabis quoniam cõfers te cedro? Nec obſtat huic expoſitioni qđ pauciores dicuntur electi,quàm reprobi: de quo.ca.7. diximus: Quia licet in portione, hæc tertia pars quę ſola perijt,minor videatur: tamen illa ſola,eſt numeroſior,& plures homines continet, quàm illæ duæ quæ ſeruantur. Quæ ideo duæ partes dicuntur, quia in auditoribus, legentibuſque conſiſtant:& duo præcepta charitatis obſeruent, ſecundum illud Ioannis,beatus qui audit, & legit verba propheriæ huius & ſeruat quæ in ea ſcripta ſunt.Ita Cœlius.Vel certè (vt Beda in quadã homil.ſuper Math. teſtatur)ſancta Eccleſia ex duabus partibus congregatur, altera eorũ qui nõ peccauerũt, altera eorum qui peccare deſierunt, qui ſoli ſeruabuntur, tertia parte, hoc eſt, qui peccant, nec ad pœnitentiam conuertuntur, pereũte.

3. explicatio.

Beda. Richar. Anſel. Panno. Apoc. 1.

Hebr.6.

Pſal. 1.

Hiere.22.

Apoca.7.

Cœlius. Beda.

In cuius rei figura ſcriptura ſacra cõme morat tres viros, nempe Abel, Cain, & Lamech. Abel iuſtus & innocens fuit, Cain perfidus homicida in pecca to ſuo perijt: Lamech autẽ peccator quidem fuit, qui Cain creditur occidiſſe, ſed pœnituit & cõfeſſus eſt. His tribus diſtinctionib⁹ à mũdi exordio ad hãc vſq; diem, cuncti mortales diſcriminati ſunt, & duo quidem homi nũ genera ſeruantur. Iuſti, & pœnitẽ tes, tertia autẽ cõbuſtioni ſempiternæ deſtinata eſt vt docet in hoc loco Ioannes. ¶ Fœnũ verò totũ funditus peri jt, quia illi qui ſe totos carnalibus cõcupiſcentijs dederũt, inſtãte perſequu tione grandinis perditi ſunt. ¶ Aliqui etiã intelligũt per fœnũ hypocritas homines, qui nõ agnoſcũt propriã culpã, ſed exteriori ſtore cõtenti ſunt, vt fœnum & oes iſti pereũt nullo excepto.

Fœnũ homines carnalibus voluptatibus dediti. Fœnũ hypocritæ.

¶ *Et ſecundus angelus tubæ cecinit.* Hic ſignificatur ordo eorũ qui prædi cauerũt gentibus. Erant enim ijdẽ prę dicatores, qui omiſſo Iudaiſmo ad gẽ tes prædicandas ſe cõuerterũt, vt Act. 13. habetur. Dicitur autem ſecũdus angelus qđ tempore ſuccedente prędica tioni Iudæorũ, non ſolũ Apoſtoli præ dicauerũt gentibus, ſed aliæ etiã perſo næ ſucceſſerũt in prædicatione gentibus. Secũdus igitur angel⁹ tuba cecinit i. vox prædicatorũ relictis Iudęis in gẽ tibus perſonuit. Videns autẽ diabolus ſe nihil profeciſſe in prima ætate quæ Apoſtolorũ erat, immo magis magiſq; inclaruiſſe Chr̃m mundo, per Apo ſtolos: quorũ vox in omnẽ terrã iam exierat, timuit ne cõtempt⁹ in vniuerſum negligeret, & ideo maiori furore exarſit. & hoc eſt qđ ſtatim dicit. Sed ſeruando ſecũdũ ſenſum angelus iſte verus erit, & vnus de ſeptem quibus cura data eſt electorum.

Prima intelligentia Secundus angelus ordo prædicatorum qui omiſſo Iudaiſmo, prædicauerũt gentibus. Act. 13.

s. intelligẽtia literalis.

¶ *Et tanquã mons magnus igne ardens, miſſus eſt in mare.* Mõs (inquit) magnus i. globus quidã igneus. Obſerua: Creſcũt paulatim prodigia & terrores. Ita enim hæc ad literã intelligẽda ſunt, vt plagę, quæ cõtingent reuera in nouiſſi mis temporib⁹. ¶ Cęterũ alij patres per hunc mõtem magnũ, & ignẽ ardentẽ & miſſum in mare, diabolũ ænigmati cè intelligũt ſignificari, qui mõs peſtifer Hier. 51. vocatur myſticè. Ecce ego ad te mons peſtifer, ait Dñs, qui corrũpis vniuerſam terrã. Et dicitur rex ſuperbiæ, & magnus, propter magnam elationẽ, Iob. 41. Ideo vocat illũ regem ſuper omnes filios ſuperbiæ. & dicitur igne ardere præ inuidia. Sap. 2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbẽ terrarũ. Miſſus aũt dicitur in mare, quia mox diligenti⁹ diabolus cœpit graſſari per mundũ vt incitaret gentiles cõtra præ dicationẽ. Tractat verò hic cauſas D. Tho. quare mũdus vocetur mare. Sicut enim mare eſt tumidũ ſic mũdus: & ſicut mare eſt inquietũ ita mũdus, per ſuperbiã. Semper enim mũdus dicit affer, affer: vt de ſanguiſugis habetur Prou. 30. Sãguiſugæ duæ ſunt filiæ dicẽtes affer, affer. Diabolus eſt ſanguiſuga, qui ſiti peccandi & peccata ſuadẽdi cõtinuò ardet. Duæ filiæ ſunt Luxuria & Auaritia. Sic Eſaiæ. 57. Impij quaſi mare feruens. Mare etiã eſt amarũ, quę tamẽ amaritudo iudicatur dulcedo à piſcibus marinis. Sed homini amaritudo eſt. Sic mũdus hic amarus eſt, ſed mundanis videtur dulcis.

Primus ſenſus literalis. 2. ſenſus miſticus. Hier. 51. Mons magnus diabolus. Iob. 41. Sap. 2. Mare mũdus. D. Tho. Prouer. 30 Eſa. 57. Ioan. 13. D. Tho.

¶ Erat quidẽ diabolus antè in mũdo, ſed quia maiori diligẽtia verſatur poſt quã per prędicatores, eius regnũ oppugnari cœpit, ideò permittẽte Deo, dr de diabolo miſſus in mũdũ: ſicut intrauit in cor Iudæ poſt bucellã, cũ tñ anteà Iudã poſſideret. Ioã. 13. ita D. Tho.

3.sensus mysticus.

¶ Tertius sensus est vt per mare Baptismus intelligatur iuxta illud: omnes mare transierunt,& omnes in Moyse i.in fide Moysi baptizati sunt.1.Cor.10

Mare baptismus.

Mare ergo figura est Baptismi & totius Ecclesiæ.Nam ideo Salomõ fecerat mare æneũ fusile in domo Dñi. 2.

3.Reg.7. Figura.

Reg.7. In qđ tũc mons magnus, igne ardẽs, missus esse creditur,quãdo Romanus princeps qui tunc monarchiã totius orbis obtinebat in Ecclesiã Dei incidit, eamq; perturbauit, vt nusq̃ ei pax daretur. Nec vobis absurdum videatur quia auditis Ecclesiam etiã per mare figurari. Ex aquis enim baptismatis Ecclesia nata est dicente Dño: nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto nõ põt intrare in regnum

Ioan. 3. Act.8.

Dei.Ioã.3.& Actor.8. Ecce aqua, quis prohibet me baptizari? Mons magn' erat nero, ardens igne furoris sui: qui missus est in hoc mare: à quo missus est? respõdeo ab eo,qui eũ possidebat satana: diuina tamen permissione, vt probatior euaderet fides, constantior que fidelibus.

Sãguis pro peccato. Oseæ.4.

Et facta est tertia pars maris sanguis. Sanguis pro peccato capitur Oseæ.4. Sanguis sanguinẽ tetigit: propter horrorem & infectionẽ. & quia est signũ mortis.Ita D.Tho.¶Præterea,secundũ Hebræos accipitur potissimũ pro

D. Thom. Sãguis pro oppressione innocẽtum. Esa.33.

oppressione innocentiũ vt Esai.38.qui obdurat auresuas ne audiat sanguinẽ. i.qui obdurat aures suas ne audiat homines iniquos loquentes de cæde patranda.¶Multis modis laborãt expositores in distinguendo istam tertiam partem maris:sed quidquid dicãt,ego

Aretas.

suspicor magis literalem esse sensum quem supra traddidimus ex Areta & alijs recentioribus: vt tertia pars sumatur pro maxima parte, numer' certus pro incerto.& multò magis ad litterã

A dicimus re vera factã esse tertiam partem maris sanguinem,siue sanguinolentam. ¶Sed mystice explicãdo hũc locũ ait Ioannes,&facta est tertia pars maris sanguis. i.facta est maxima pars mundi,siue maxima pars Ecclesiæ,siue tertia pars illius peccatũ, siue persequutio. Quod contigit in secũdo tempore prędicationis,quãdo fideles instigante ad hoc tyrãnos principes diabolo,trucidati suosanguine,cruentati sũt

B & varijs persequutionibus agitati.

¶ Et mortua est tertia pars creaturæ eorũ quæ habebant animas in mari. Hic ponitur numerus singularis pro plurali:vt multis locis sacræ scripturę. Vnde sic vertere licet ex Græco, tertia pars creaturarũ quę habebant animas in mari. Hic vero per creaturã,pisces & huiusmodi natalitia significantur quæ viuunt in mari.Per quæ mystice intelligimus illos qui in mundo inter

C Gentiles eminebant per rationis & intelligentiæ eminentiã,& excellentiã. Hi enim qui erãt philosophi,cõparati ad rude vulgus,erãt quasi habẽtes animas in mari, alij verò tanquã mare in animatũ videbantur.sic D.Tho.&Richard.& sic est sensus: quod maxima pars eorũ qui videbantur esse sapiẽtes perijt in paganismo. Et aliæ partes piscium seruatæ sunt: & significãtur per illos. 153. pisces, quos Petrus monente

D. Tho. Richar.

D Christo piscat' est,Ioã.21. Ad literã verò dicendũ,perituros esse pisces illius 3.partis maris,quę versa est in sãguinẽ.

Ioan. 21.

¶Et tertia pars nauiũ interiit. Naues ergo in mari sunt & significant mystice principes reipublicæ. Huiusmodi enim sunt supereminentes in aquis, & aquæ populi sunt,vt dicitur Apoc. 17. Horum etiam perijt maxima pars.

Apoc. 17.

¶Vel dicendum,quod tertia pars nauium interijt,quæ scilicet,in illa tertia

parte

parte maris verſabantur. Ita enim ad literā & ſine metaphora, hæc omnia intelligenda ſunt: vt narrantur à Ioanne, quæ contingent in nouiſſimis temporibus. Nam vt diximus hi ſeptem angeli veri allaturi ſunt has ſeptē plagas in illis diebus. Sed noshūc ſenſum Ita ſequimur vt aliorum patrum ſenſus etiam doceamus.

Primus ſenſus myſticus.

¶ *Et tertius angelus tuba cecinit.* Similem ordinē in his angelis & tubis circa Eccleſiæ progreſſum debemus intelligere ordini poſito ſup. c.7. in ſigillis. Ita Richard. Tertius ergo ſtatus Eccleſię hīc ponitur, qui fuit poſt crudelia tyrannorū tempora, cū hæretici Eccleſiam vexarūt, vt Arrianus & Pelagius, aduerſus quos Deus miſit duas tubas, & angelos: ſcilicet, Græcos & Latinos doctores, Athanaſium & Auguſtinū & alios. ſic exponunt patres. Proinde ſicut martyribus dedit Dñs fortitudinem, ad tolerāda aduerſa in ſecundo tempore: ſic ſub hoc tertio tempore dedit ſapientiā doctoribꝰ, & intellectū, vt Hieronymo, Ambr. Auguſt. Grego. & cæteris in Italia, in Gretia Origeni, Athanaſio, Baſilio, Chryſoſtomo & reliquis, qui diſputabāt calamo & lingua contra errores hæreticorū. Auguſtinus ſcripſit cōtra Arrianos libros de Trinitate. 15. contra Pelagianos duo & viginti volumina. contra Manicheos totidē & alia. ¶ Sed ad literā angelꝰ iſte eſt tertiꝰ ex ſeptē illis qui mittendi ſunt in nouiſſimis temporibus ad inferendas plagas impijs.

Richar.

Secundus angelus ordo doctorū in 3. ſtatu Eccleſię miſſus contra hæreticos.

Hiero. Ambro. Auguſt. Grego. Origen. Athanaſ. Baſil. Chriſoſt. Auguſt.

Et cecidit de cœlo ſtella magna ardēs ſicut facula. Primus literalis ſenſus eſt vt ſtella magna intelligatur quædam ignita exhalatio, aut potiꝰ magna quædam exhalationū multitudo cōdenſata & inflāmata. Sed cur faculę cōparatur, ſi magna eſt? non in magnitudine ſed in lumine & ardore cōparatio fit. Eccleſ. 48. Et ſurrexit Elias propheta quaſi ignis: & verbū eius quaſi facula ardebat. Sed neq; facula, quaſi diminutiuū nomen ponitur, cū ſit in Græco lāpas. Cæterū non eſt mirū hæc & ſequentia à Ioanne prædici, cū Dñs dixit Luc. 21. & terræmotus magni erūt per loca, & peſtilentiæ & fames: terroreſq; de cœlo, & ſigna magna erunt. Quod ergo Dñs in genere prēnūciauit: Id nūc & poſtea Ioannes in ſpecie vaticinatur terrores illos de cœlo & ſigna illa magna. Sed nūc admyſticū ſenſum deueniamus, & ad parrū intelligentiā. ¶ In hac ſtella diabolus ſignificatur de quo Luc. 10. Videbam Sathanā ſicut fulgur de cœlo cadentem. & etiā ſignificantur hæretici vt ait Beda, qui ſunt ſidera errantia vt habetur Iudæ. c. vnico, nam cadentibꝰ illis in errorem, & diabolus cecidit qui vnus ſpiritꝰ eſt cū illis, & cadūt exaltitudine ſuperbiæ in errorē, vt habet Proue. 16 ante ruinam exaltabitur ſpiritus.

Primus ſenſus literalis.

Ecclꝰ. 48.

Luc. 21.

Stella diabolus. Luc. 10.

Stella hæretici. Beda.

Iud. vnico

Prouer. 16

¶ Itaq; ex his cōſtat doctores Eccleſię appellari ſtellas Dan. 12. Qui aute docti fuerint fulgebūt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiūt multos, quaſi ſtellæ inperpetuas æternitates. Id qđ etiā de falſis doctoribus intelligitur, impropriè tamen. Quem admodū & ſatan transfiguratur in angelū lucis, in quo nō permanet. Nota, ſunt pij Eccleſiæ doctores, ſtellæ permanētes: ſunt falſi doctores, ſtellę nō permanentes. Fulgent hi ſcientia quā habent, ſed noxia & peſtilenti. Habēt eloquentiam ſed non piam, quorum omnis ratio in corrumpendo verſatur: non vt ſtatuant, ſed vt deſtruant: loquentes dolos in mendacio. Ideo tam illi quàm princeps eorum diabolus, ſtella magna & ardens tanquàm

Dan. 12. Stella doctor.

faculta, dicuntur. Cæterum meritò A comparantur Arrius & Manicheus, & cæteri hæretici faculæ, & in eis diabolus. Nam ſicut facula ſe ipſam conſumit, ſic diabolus & hæretici per inuidiam ſeipſos conſumunt. ſic Iob. 41. De ore eius procedunt lampades ſicut tedæ ignis accenſæ. Facula etiam & teda ſiccitatem habent, & lucent: ſic hæretici aliquando videntur lucere, ſed ſicci ſunt, & ſine gratia: & ſicut ſtella nocte lucet: ſic hæretici noctu B & clanculum prædicant, quia aquæ furtiuæ dulciores ſunt Prouerb. 7. & dicitur magna propter magnitudinẽ ſuperbiæ de quo latè D. Thom. diſputat in hoc cap. & alijs.

Iob. 41.

Prouer. 7.

D. Thom.

¶ Et cecidit in tertiam partem fluminum & in fontes aquarum. ¶Si ſenſum priorem & literalem ſequamur, dicẽdum eſt: quod cum cadere incæperit ſtella iſta magna, integra erit: poſtea in partes multas minuetur, vt ca- C dat in flumina, nõ in omnia flumina, ne penitus homines ſiti necarentur: ſed in tertiam eorum partem, in eã ſcilicet, quæ ſceleratorum hominum vrbes & regiones alluebant. Itaque nõ in tertiam cuiuslibet fluminis partem, cecidiſſe dicitur: ſed in tertiã partẽ omnium fluminum. Nam ſi tertia pars fluminis amara redderetur, reliquas duas facilè in amaritudinem verteret, niſi forte tertiam partem cuiuſ- D que fluminis dicamus eam, quæ mari iam proxima eſſet.

¶ Et in fontes aquarum. Non dicit in tertiam partem fontium: ex quo intelligitur in omnes fontes cecidiſſe, ſed de fontibus loquitur, qui tantum fontes nõ etiam fluminum initia ſunt, alioquin omnia etiam flumina amara fient. Modò myſticum ſiue metaphoricum ſenſum proſequamur.

¶In primis hæretici ſenſum ſacræ ſcripturæ corrumpunt. & ſenſus huiuſmodi vocantur flumina, quia rigant animas. Et de hac ſenſuum corruptione per hæreticos facta, eſt illud 2. Pet. 3. Sunt quædam difficilia intellectu, &c. & quæ indocti deprauant. Et hæretici hoc non contenti ſacras ſcripturas vitiare conantur, hoc eſt, fontes ipſos ſacrę ſcripturæ, variando receptam lectionem, & intelligentiã, vt ſuis erroribus viam aperiant. Ita Beda & Richar.

2. Pet. 3.

Beda. Richar. Sensus literalis.

¶ Et nomen ſtellæ dicitur abſinthium. Nomen etiam ſtellæ indicauit ab effectu ſumptum, vt ſciamus amariſſimas reddendas eſſe ęrumnas. Abſinthium (inquit Aretas) quod ſtatim dicemus, herba amara eſt: & edentibus viſum acuere traddunt medici. Meritò ergo magnum ſupplicium vocatur abſinthium, quoniam etſi triſtitiam affert, viſum tamen acuit, efficitque vt homines inſtantia mala videant, & corda ſua inſpiciãt, & maturè per pœnitentiam corrigantur. Sed ſecundum ſenſum de hæreticis modo proſequamur.

Aretas.

¶ *Et nomen*, inquit, *ſtellæ dicitur abſinthium.* ἄψινθος, ideſt, abſinthus alluſit ad Etymologiam Græcæ dictionis, quæ inde dicta eſt, quod bibi non poſſit. q. d. apinthon: vt Eras. notat hîc, & aquas reddat amaras & improbabiles. Agit enim ad literã vt diximꝰ ꝺ aquis verſis in amaritudinem. Abſinthiũ ergo herba eſt ſaporis amariſſimi, quã nos vocamus axenxio: treno 3. inebriauit me abſinthio repleuit me amaritudinibꝰ. ſic minatur Deꝰ Hier. 9 Ecce ego cibabo populum iſtũ abſinthio, & potum dabo eis aquam fellis. Quia ergo hęretici dulcedinem ſacrę ſcripturæ vitiãt & in amaritudinẽ ſe-

Thren. 3.

Hiere. 9.

Secundus ſenſus myſticus.

pè

Hæretici cōparātur. Absinthio Pro.5.

pè vertunt,ideo vocātur absinthiū ab effectu,licet aliàs videantur stellæ lucentes.Sic pro.5.Fauus distillans labia meritricis , nouissima autem illius amara,quasi absinthium. Talis est doctrina hæreticorum, sic.4.Regum.2.

4.Reg.2. Figura.

Aquæ dicuntur amaræ in ea regione quas Elisæus dulces fecit infundēs in vas nouum , & superinfundēs salem: sic etiam sacra scriptura redditur dulcis cuius sensum amarum fecit hæreticus,si salem apostolicum & doctrinā infundas:& ad eam traditionem,sacram scripturam accomodes. Math. 5.Vos estis salteræ , & insuper te ipsum præstes vas nouum, ideſt, purū ab improbis affectionibus.

Math.5.

¶ *Et facta est.3.pars aquarum in absinthium.*Phrasis Hebræorum est:pro facta est absinthium.Hoc est,amarissima vt absinthium. Porrò si ad literā hunc locum primùm intelligamus, tertia pars aquarum de fluminibus intelligemus & de lacis, non de fontibus:vt dictum est , sed si de hæreticis sit sermo, audiamus quid sibi vellit Ioan.

Sensus literalis.

*EEt facta est,*inquit,*tertia pars aquarum in absinthium,& multi hominū mortui sunt,de aquis quia amara facte sut.* Sēsus est:quod magna pars sacræ scripturæ vitiata est per hæreticos: vnde pluribus hominibus pernicies spiritualis creata est,hoc est, quod conquerebatur Deus.Hierem. 2. Ego plantaui vineam meam electam , quomodo conuersa est in amaritudinem vitis aliena.Secundum.70. hæc intepretantes,hæc amaritudo est absinthium.Et meritò Pau.2.Timo.2.affirmat quod serpit vt cācer, & ideo hic quàm multi homines mortui sunt.

Sensus mystricus.

Hiere.2.

2.Timo.2.

Prima expositio cōmunis.

¶ *Et quartus angelus tuba cecinit.* Quartus status Ecclesiæ intelligitur, A hîc secundum communem patrum sententiam in quo tempore facta est prædicatio.Subquo tempore per falsos fratres,ideſt , hypocritas simulata sanctitate Ecclesia corrupta est magna ex parte.Hic ergo quartus angelus quarti tēporis prædicatores exhibet. Quibus canēntibus percussa est tertia pars,solis,lunæ,& stellarum,vsquè in obscuritatem.Dequa re cecinit Esa.c. 13.ecce dies Domini venit,crudelis & B indignatione plenus, & iræ furorisq; ad ponēdum terram in solitudinem, &peccatores eius conterendos de ea, quoniā stellæ cœli & splendor earū non expandit lumen suum, obtenebratus est sol in ortu suo,& non splendebit in lumine suo.Delectis igitur hęreticis,subsequuti sunt hypocritæ,qui ficta sanctitate Ecclesiæ maximè nocuerunt.Sed si hæc ad.4.angelum qui vēturus est in nouissimis temporibus C cum tribus veris angelis referamus, audiamus eius plagam.

4. Angelus ordo prædicatorū 4.tēporis.

Esai.c.13.

¶ *Et percussa est.3.pars solis.* Adhuc prænunciat terrores illos de cœlo,& signa illa magna prędicta à Domino. tertiam partem solis percussam dicit metaphoricè quasi mortuam & insigniter læsam,quod lumine suo priuata sit:nam lumen in stellis quasi operario quædam vitalis est , hoc quid sit statim explanatur,ita vt obscuraretur D tertia pars eorum.

Primo sensus planus.

¶ Sunt etiam soles in Ecclesia prælati magni quorum est illuminare,nā propter hos dicitur Ecclesia. Cant. 6. electa vt sol.& instante prædicatione diabolus perturbauit istorum mētes, ne fructus sequeretur ex prædicatione.& ita plurimi prædicatorum sunt obcœcati,& percussi . De quibus ad Philip.2. dicitur quod luceant quasi luminaria:inter quos,inquit , luceris

Secundus Sensus metaphoricus Cnn.6.

Philip.2.

quasi luminaria in mundo. Est verò facta hęc obcæcatio & percussio, occasione accepta, & non data ab ipsis prędicatoribus. Vnde. 2. ad Corinth. 2. dicitur: Christi bonus odor sumus deo, in ijs qui salui fiunt: & in ijs qui pereunt, alijs quidem odor mortis in mortem, alijs odor vitæ in vitam. Quod quantum ad nos attinet saluari omnes cupimus, licet prædicatio nostra aliquibus est odor mortis in mortem ideſt, grauè illis olet, & displicet, vnde mortem etiam incurrunt: alijs odor vitæ. Sic quidem bonis odoribus aliqua animalia dicuntur enecari: & ex flore apes mel conficit, vnde araneę venenum cõcipiunt. Christus verò est in ruinam positus, Luc. 2. & est flos campi, & lilium conuallium. Cant. 2. Et ideo positus est in ruinam multorum, Luc. 2. nimirùm ex illorũ culpa: ita notabat Ansbertus. Sed D. Thom. hîc incitante diabolo hoc asserit fieri: & illi totum hoc attribuit.

2. Cor. 2.

Luc. 2.

Cant. 2. Luc. 2.

Ansber. D. Tho.

Et tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum, ita vt obscuraretur tertia pars eorum: & diei non luceret pars tertia, & noctis similiter. Ad literam hoc ita intelligi potest. Vt si tũc dies habere deberet. 12. horas, octo tantum habeat inter medias. Quoniam tertia parte solis obscurata, non lucebit sol, cum ascendere incipit: aut cum descendit occasui, atquè idem de nocte iudicium, atquè eadem expositio est, propter tertiam lunæ partem & stellarũ obscuratam. Potest etiam ita intelligi: vt eisdem horis diei sol luceat quibus antea solebat, sed tertia parte minus luceat, quàm solebat. Quæ posterior interpretatio multò germanior est. Imo sola vera est, quoniam etiam si tertia pars solis obscuretur, nihilominus dies habebit totidem horas. Nec enim eclypsis in tertia parte solis impedire diei partem potest. Faciet tamen vt tertia parte minus clarus sit dies, & nox similiter. In Græco ita legitur: ita vt dies non luceret tertia parte ipsi⁹, & nox similiter, ideſt, secũdum tertiam partem ipsius.

Sensus literalis.

¶ Cæterum in luna significantur prælati qui infra supremos sunt: vt rectores Ecclesiarum, & parrochi, & religiosi qui à sole recipiunt lumen. i. facultatem à summis prælatis vt alios illuminent: & in stellis adhuc minoribus significantur qui in aliqua re prælucent alijs ita D. Thom. & communiter patres. & horum omnium maxima pars periit hypocritarum corrupta veneno.

Secũdus sensus metaphoricus & mysticus.

D. Tho.

¶ Dies verò & nox significant statum illorum qui illuminatur, de quo Psalm. 135. fecit solem in potestatem diei, & lunam in potestatem noctis. Gene. 1. Luminare maius vt præesset diei, & luminare min⁹: vt præesset nocti, & de his inferioribus perditi sunt multi. Dies ergo dicitur hic respectu solis: & per diem significantur illi, qui à maioribus illuminati sunt aliquãdo: vt sunt laici & clerici quidam, qui habent altiores pastores, & præstantiores. Quorum tertia pars tunc obscurabitur. Nox verò dicitur respectu lunæ: & per noctem significantur illi, qui à minoribus prælatis & doctoribus reguntur: & ab eis nonnullum lumen recipiunt: vt nox non magnum lumen recipit à luna & à stellis. Istorum igitur tertia pars interibit hypocrisi regnante. Ita explicat D. Thom.

Quid per diem & noctem significetur Psal. 135. Gene. 1.

D. Tho.

¶ *Et vidi, & audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cœli dicentis voce magna: væ, væ, væ, habitantibus in terra.* Licet in visione imaginaria idẽ sit videre quod audire, tamen vt cõstet

sua

sua congruentia sermoni dicamus cũ
D. Tho. D. Thoma quod, vidi, refertur ad aquilam visam: & audire ad vocem audicam, sic referendo singula singulis.
Aliqua exemplaria græca pro aquila, habent Angelum: vt notatur in Collectaneis hic, atquè ita transtulit Erasmus. Sed vitiosam esse hanc lectionẽ
Erasmus. Aretas. docet Aretas, qui aquilam legit, & laborat in explicando quæ nam hæc aquila sit. Ita etiam vt nos, legunt Au-
Aug. Beda. gustinus. Homi. 6. & Beda, & alij latini expositores. Quid autem significet aquila volans per medium cœlum, ex ipsius aquilæ natura discemus. Aquila violenta auis est & rapax, celer
Hiere. 4. & Reg. 1 rimi præuolatus. Hierem. 4. velociores aquilis equi illius. 2. Regum. 1. Aquilis velociores, leonibus fortiores. Inde Nabuchdonosor cum velocitate & potentia veniens ad deripiendos Iudæos, significatur in aquila grandi
Ezech. 17. magnarum alarum. Ezechie. 17. & O-
Oseæ. 7. seæ. 7. cum dicitur: quasi aquila super domum Domini. Vt in vtrumquè locum docuit Hiero. Aquila ergo vo-
Hiero. lans & calamitates magnas hominibus prænuncians, significat eas valdè velociter esse venturas: & magnam futuram esse earum vim ad diripiendum & perdendum homines. ¶ Per medium Ecclesiæ volat: vt videatur
Zachar. ab omnibus & audiatur. Et apud Zachariam legimus. cap. 5. & leuauerunt
C amphoram inter cœlum & terram, idest, notam eam omnibus fecerunt. Volãte ergo aquila per medium cœlum, hoc intelligimus: post calamitates à quatuor Angelis indicatas, deum manifestaturum esse hominibus, multò etiam maiores instare, nisi maturè cõuertant. Manifestabit autẽ per aquilã. i. per cętũ prædicatoũ qui in aquila
Aug. intelligitur ab August. Homi. 6. & ab omnibus ferè paritibus. Addendum tamen est prædicatores aquilis comparari, ijs de causis quas diximus: & quoniam altius cæteris hominibus volãt, & melius atquè acutius cœlestia mysteria intuentur. Prædicatores vocantur aquilæ

¶ Est ergo interpretatio huius enigmatis, quod sub aquila intelligantur in isto loco omnes anunciatores futurorum mysteriorum, nempè doctores, & prædicatores: futura mala prænunciates: qualis erat Paul. 2. ad Timot. 3. Quod in nouissimis tempo- 2. Timo. 3.
ribus instabunt periculosa tempora, erunt homines se ipsos amantes. Est verò vna aquila propter concordiã doctrinæ omnium. Vt est vna Ecclesia propter concordiam fidei vnius, vna est columba mea. Cant. 6. ¶ Ve- Cant. 6.
rùm quoniam non dicit: audiui vocẽ aquilæ volantis, sed vnius aquilæ, nõnulli viri docti existimant, per hanc vnam aquilam virum aliquem illius tẽporis sanctitate insignem indicari, sive ex prædicatorum numero sit, sive priuatus homo, cui tũc Deus hãc prophetiam inspiret: nam iusti aquilæ vo-
cantur à Domino Luc. 17. vbicumquè Luc. 17.
fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilę: atquè is etiam aquila dicetur, quoniã velociter, & cum vi magna perditionem hominibus immine re clamabit. Sed cum Ecclesia quę est
D congregatio fidelium vna columba dicatur, non mirum quod cætus prædicatorum etiam vna aquila vocetur. Et vocatur aquila ab acumine intellectus & perspicuitate visus Iob. 39. de Iob. 39.
longè oculi eius prospiciunt. & dicitur volare propter celeritatem in discurrendo, sicut volumen volans Za- Zach. 5.
char. 5. ¶ Et per medium cœli volãt. i. Ecclesiæ. Quia omnis ex equo euangelicus prædicator studet docere

do

doctrinam cõmunem in medio posi-
tam bonis enim, & malis: paruis, & ma-
gnis prædicandum est, paucis etiam
Eccles.15. & multis. Ecclesiastic.15. In medio ec-
clesiæ aperuit os eius. Vnde & si mul-
tis in locis sacrę scripturæ cœlum pro
Gen.1. aëre accipiatur: vt Gen.1. & præsit pis-
cibus maris & volatilibus cœli, &
Psal.17. Psalm.17. intonuit de cœlo dominus,
Esa.55. Math.8. Esa.55. descendit imber & nix de cœ-
Luc.9. lo. Math.8. & Luc. 9. Vulpes foueas
habent, & volucres cœli nidos, in hoc
tamen loco cœlum pro Ecclesia ac-
cipitur. Per quam volant aquilæ. i. cõ
cionatores euangelici verbum Dei
prædicantes, qui per morum integri-
tatem & doctrinæ altitudinem, debẽt
sublimius cæteris euolare.

D. Tho. ¶Et hic D. Thom. obiter reprehẽ-
dit prædicatores qui non nisi in locis
populosis prædicare velint: cũ tamẽ
Ioan.4. Ioan.4. vni mulierculæ dominus præ-
dicauerit. ¶Est alter sensus quod
doctores volant per medium quan-
do nec ad dexteram, nec ad sinistram
nimis se inclinant, idest, quando nec
nimium sensui spirituali, nec nimium
literali adherent. medio tutissimus
D. Tho. ibis. ita D. Thom.

¶Multiplicatur verò interiectio,
væ, ad expræsionem doloris. Ter-
narius enim numerus superlationem
habet: vt diximus supra. Et est exag-
Zach.8. Hierem.1. Ezech.4. geratio prophetica. vt Zacha.8. o, o, o,
& Hierem.1. a, a, a, Domine nescio lo-
qui. & Ezech.4. a, a, a, Domine Deus
ecce anima mea non est polluta, futu-
ras ergo calamitates Ecclesiæ, hęc a-
quila pergit significare, & quas tres
Angeli qui sequuntur sunt denuncia-
turi: & ideo notantur triplicando il-
lud vę. Aliqui dicunt quod denuncia-
D. Tho. tur calamitas habitantibus in terra. i.
hominibus terrenis. ita D. Thom. ho-
mines enim terreni dicuntur habitare
in terra: at iusti habitant in cœlo: in
terra autem sunt hospites & peregri-
ni (vt aliàs ostendimus) ex illo. 1. Para. 29. 1. Para. 29.
peregrini sumus coram te Domine. & Psalm.38. Ne sileas quoniam Psa. 38. Hebr. 11.
aduena ego sum apud te. Ad Hebr. 11.
& 2. Cor. 5. idem docet Paul. quare ne 2. Cor. 5.
de nobis dicatur, vę, vę, vę, habitanti-
bus in terra, conuersatio nostra in cœ-
lis sit. Impius Cayn & homicida inui-
dus, vrbem in terra ędificauit: vt in ea
habitaret: at innocens Abel tanq̃ pe-
regrinus, nullam condidit vrbem: su-
perna est enim electorum ciuitas ad
quam aspirant, & tendũt: vbi summo
illo bono perpetuò fruentur. Quan-
do igitur Dominus in hac mortali vi-
ta peregrinandi diuersorium & hospi-
tum nobis dedit, & non habitandi: pe-
regrinorum & non habitatorum vi-
tam agamus, ne perpetuas pœnas dã-
tes infœlices simus. Stat enim senten-
tia, væ, vę, vę, habitantibus terram.

Ceteris vocibus trium angelorũ qui erant tuba canituri. Licet hęc verba Expositio.
aliqui accipiant quasi titulum sequen-
tis capituli, & suffragante antiquo co-
dice id approbatur in Collectaneis,
sed à D. Thoma improbatur. Conser-
uemus ergo nostram lectionem vul-
gatam, & ordinabimus sic cõtextum,
audiui vocem vnius aquilæ volan-
tis per medium cœli dicentis vo-
ce magna, væ, væ, væ, habi-
tantibus in terra, de cęteris vocibus
trium Angelorum qui erant tuba ca-
turi. Supple hoc accipiens. Ita An- Anselm.
selmus. & si quæratis quare mala de-
nuncianda per tres Angelos, prius in
generali per aquilam præmittantur,
cum in alijs Angelis id factum non
fuerit, respondet D. Thomas, quod
quia hæc mala quę sequuntur grauio-

ra

ra ſunt, & ideo prædicatores illa potius prænunciant antequam accidant. ſunt qui hæc verba: de cæteris vocib⁹, &c. putant ſeparatim legenda. Vt cũ de quatuor Angelis plura dixiſſet Ioãnes, & obiter relicta Angelorum mentione, aquilæ volantis meminiſſet, rurſum ad Angelorum mentionẽ A reuerſum dixiſſe: de cæteris vocibus trium Angelorum qui erant tuba canituri. Supple: iam tempus eſt vt agamus. Quaſi diceret: ſed iam tempus eſt, vt ad cæteras voces trium Angelorum redeamus. Ita Gagne.

¶ *Finis. Cap. VIII.*

Prima intelligentia Capitis Octaui Apocalypſis.

IN apertione ſigilli ſeptimi, ideſt, in nouiſſima ætate, inſtante iudicio poſt mortem Antichriſti factum eſt ſilentium magnum in cælo magnaquè quies & pax in Eccleſia militante, idquè tantum media hora ſiue breui tempore inſtante iudicio poſt mortem Antichriſti. Et poſt hæc vidi ſeptem priora tempora ſuperius mihi in ſigillis oſtenſa: quæ per ſeptem angelos tuba canentes mihi iterum oſtẽſa ſunt. & ea quæ in illis ſeptem temporibus euentura. Vidi ergo ſeptem angelos vniuerſitatem prædicatorum repreſentates, & ſtantes in conſpectu Dei paratos ad omnia illius mandata exequenda. Et datæ ſunt illis ſeptem tubæ, ſiue tota prædicandi poteſtas, & cura concredita. Et alius angelus, ſcilicet, angelus teſtamenti quem nos voluimus, venit, & ſtetit ante altare crucis in quo ſe deo patri victimam obtulit pro peccatis noſtris: habens thuribulum aureum, hoc eſt, corpus ſuum diuinitatis fulgore aureum & redolens ſicut thus. Et data ſunt illi incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum. Orationes enim ſanctorum quas pro nobis fundunt, niſi in illo aureo thuribulo reponantur, & ſuper altare aureum præcioſiſſimumquè dominice crucis ſacramentum Deo patri offerantur, ingratæ illi ſunt nec odoræ. Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum, de manu angeli coram deo. Suauiſſima enim affectio ſanctarum precum à ſanctis factarum, per manus Chriſti Deo patri oblatarum, grata Deo & accepta fuit. Et accepit hic angelus thuribulum aureum quando ſcilicet, corpus ſuum hoſtiam Deo patri odoram pro nobis voluntariè illi in cruce ob-

tu-

tulit, & de igne altaris ardoreq3 & afflictione crucis & passionis impleuit: & misit in terram thuribulum quando corpus suum sepulturæ tradi permisit. Misit in terram de igne altaris, quando meritum passionis suæ, et crucis super nos terrenos, vt spirituales efficeret, effudit. Et facta sunt in passione eius tonitrua, & voces, & fulgura, & terræ motus magnus, siue facta sunt tonitrua & voces prædicationum, & fulgura miraculorum, effusa in terram passionis sacramento: quibus ad fidem conuersis & de terrenis spiritualibus redditis terræ motus magnus & magna mutatio facta est. Iccirco iste alius angelus, hoc est, Michael venit & stetit ante altare Christū ad eius exequenda mandata paratus, et super ipsum orationes sanctorum in thuribulo fidei Deo patri offert. Et impleuit thuribulum de igne altaris quando sanctorum preces Deo patri offerens, charitatis in Christum plenas ostendit. Et hoc igne misso in terram per angelum, id est, inspirata, per angeli boni monitiones in terrenis cordibus nostris, nominis Dei & Christi charitate facta sunt tonitrua & voces prædicationū, & fulgura miraculorum, & terræmotus, conuersis a terra in cælum cordibus perfidelis & Deo Christo dilectos homines. Et septem angeli qui habebāt septem tubas parauerunt se vt tuba canerent. Vniuersi, inquam, prædicatores ad prædicandum Dei verbum se accinxerunt. Et primus angelus tunc tuba cecinit, quando in Iudæa primi omnium apostoli & discipuli dominicæ resurrectionis adeoq3 nostræ iustificationis angeli fuerunt & nuntij. Et facta est grando externæ persecutionis & ignis inuidiæ phariſaicæ mixta in sanguine crudelitatis et occisionis: igne enim inuidiæ accensi phariſæi omni genere persecutionis ad mortem vsq3 Dei verbum prædicantes persecuti sunt. Et hæc flagella persecutionis missa sunt deo permittente in terram, quibus agitarentur homines. Et tertia pars terræ combusta est & tertia pars arborum concremata est, & omne fœnū viride combustum est. In primitiua enim ecclesia tertia pars terræ, & tertia pars arborum, hoc est, tertia pars hominum, quæ est fidelium distincta a Iudæis & paganis, combusta est igne persecutionis. Et omne fœnum viride, omnes, inquam, quotquot viridi & viuaci fide erant, combusti sunt ardore afflictionum: sed non sunt consumpti cum non ad destructionem sed ad probationem tentari permissi sunt. Et secundus angelus tuba cecinit. Secundo namq3 tempore secundus prædicatorum ordo, statim a cæsis apostolis & discipulis domini, prædicare cæpit. Et tunc diabolus superbus & elatus tanquam mons magnus igne inuidiæ ardens missus est in

ama-

amarum, inquietum & ſuperbum: vt mare ſeculum iſtud. Et tunc tertia pars maris facta eſt ſanguis, quando fideles qui vix tertiam mundi partem faciebant, inſtigante ad hoc tyrannos principes diabolo, trucidati ſuo ſanguine cruentati ſunt, & varijs perſecutionibus agitati. Tertia ſimiliter pars animantium, & tertia pars nauium interijt: tertia, inquã, pars hominum, qui & nomine creaturæ, & nomine animantium, & nomine nauium in mare huius mundi fluctuantium ſignificari ſolent, à tyrannis pro fide Chriſti occiſi ſunt. Et tertius Angelus tuba cecinit: tertius, inquam, prædicatorum ordo aduerſus hæreticos prædicare cæpit. Et tunc cecidit de cælo, hoc eſt, de Eccleſia, ſtella illa ſuis oculis magna, ſcilicet Arrius cum ſimilium ſui hæreticorum caterua, ardens per inuidiam tanquam facula, quia dum alios ad hæreſin incendit, ſemetipſum conſumit. Cecidit vero ſtella iſta in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum, quando in ſanctas ſcripturas, quæ fontes, ſanctorumq; monumenta, quæ per flumina intelliguntur vt ſuos errores tueretur, incidit. Conantur enim hæretici ex ijs, male intellectis, ſuos errores tueri. Et nomen ſtellæ vocabatur abſinthium. & meritò quidem: nã Arrius omnesq; eius poſteri hæretici propter amaritudinem hæreticæ doctrinæ, abſinthium & dicuntur & ſunt, ita in aquas ſcripturarum, & ſanctorum volumi num ille cadens, tertiam eorum partem, magnam ſcilicet portionẽ in abſinthium vertit, hæretica prauitate inficiens: & quæ palatis omnibus vere chriſtianis ſanè intellectæ ſcripturæ ſuaues erant, vbi hæreticorum abſinthio infectæ ſunt, inamaricatæ ſunt adeò: vt multi homines de aquis ſic amaricatis bibentes mortui ſint. Et quartus Angelus tuba cecinit ſiue quartus ordo prædicatorum prædicare cæpit. Et tunc vidi quod tertia pars ſolis, hoc eſt, cætus primorum prælatorum, & tertia pars lunæ i. inferioris ordinis eccleſiaſticorum: qui à ſuperioribus tanquã à ſole claritatẽ accipiunt: Et tertia pars ſtellarum, ſiue fidelium, qui minori ſunt lumine, percuſſa eſt tunc temporis obſcuritate: aut per morum diſſolutionem, aut per virtutum ſimulationem. Atque hoc idem intellexi cum viderem, quod tertia pars diei, atque tertia pars noctis non lucerent: primores enim multi, per diem ſignificati: multiq; eccleſiaſtici et fideles, per noctem deſignati, in qua lucent luna & ſtellæ: omnino obſcurati ſunt. His peractis aquila vna viſa eſt a me, quæ volando per medium cælum clamabat voce magna, væ, væ, væ, habitãtibus in terra. Quo intellexi cætum prædicatorum poſt hæc venturum. et per mediam Eccleſiã volaturũ

atq3 voce magna clamaturum: vt homines caueant á grauissimis malis imminentibus. Dicent enim, væ, væ, væ, habitantibus in terra. Hoc intelligentes de cæteris malis & tribulationibus, quæ erant reliqui tres angeli tuba prædicationis euangelicæ annuntiaturi.

Secunda intelligentia. c. 8. apertior & magis literalis.

Vm aperuisset sigillum. 7 sub quo continebantur præsuræ, & calamitates imminentes impijs, factum est silentium in cælo: factum, inquam, est silẽtium, tam angelis, quàm senioribus, & reliquis cælicolis admirantibus magnitudinem suppliciorum, quam sigillo aperto viderunt: Et quasi stupescentibus præ magna in terris perturbatione, & commotione futura. Hæc tamen admiratio, & hoc silentium, vel per horam, siue per breue tempus durauit. Aperto igitur. 7. sigillo vidi septem illos angelos primores, quibus potißimùm cura hominũ commissa est, stantes ante thronum Dei, obedire parati, atq; nunc pœnis impios affecturi, qui nec deum audire, neq3 eorum consilijs acquiescere voluerunt. Et datæ sunt illis. 7. tubæ: vt singuli, scilicet, suam tubam haberent: & quibus significarent magnum aliquod periculum terris imminere: vt sibi homines consulerent, & per pœnitentiam illud euitarent. Quibus etiam insinuarent quod essent per prædicatores euangelicos, (qui tubis cõparari solent) cum hæc mala cæperint, clamaturi: & iram dei prænuntiaturi: vt homines ad se redeant, veramq3 pœnitentiam agant. Et alius angelus venit, siue ille fuerit Gabriel qui pro salute hominum orare solet, siue fuerit Michael, modò non ago: quisquis ille fuerit, venit & stetit ante altare, ideſt, ante sancta sanctorum, quod est ante conspectum Dei: habens thuribulum aureum quale olim ferebat summus sacerdos: vt igni desumpto ex altari imponeret aromata, ideſt, orationes sanctorum, charitate Christi plenas, deo offerret. Data sunt ego illi incensa, & thymiamata atq3 aromata multa de orationibus & precibus sanctorum ad deum clamantium pro sua liberatione confecta: vt offerret illas angelus iste super altare Christum, qui est ante thronum & conspectum Dei. Et ascenderunt orationes sanctorum ad Deum, atquè exauditæ sunt eorum preces

offe-

offerente eas angelo. Et non ſolum vt huiuſmodi orationes eſſent deo gratæ, & acceptæ, angelus impleuit thuribulum plenum his aromatibus atq3 precibus, igne altaris, hoc eſt, charitate Chriſti. Sed poſt hæc vidi, quod hic angelus iterum accepit thuribulum aureum, & impleuit illud de igne altaris, & miſit in terram : quo intelligerem, propter ignem charitatis quo Chriſtus ſanctos ſuos in terra laborantes proſequitur, ſupplicia ab ira dei effundi. Quod euentus probauit: nam ſtatim vidi, quod facta ſunt tonitrua, & voces articulatæ, & fulgura, & terræmotus magnus. Quæ omnia prænunciabant calamitates futuras impiorum. Et præparauerunt ſe angeli illi. 7. qui habebant. 7. tubas: vt vnuſquiſq3 tuba ſua caneret: qua præparatione ſignificare volebant moram quandam diuinæ vltionis, inter tonitrua, & voces, & fulgura, & inter tubarum cantum: vt pœnitentiam agant peccatores, & intelligant quod cum iraſcitur Deus, miſericordiæ recordatur. Primus ergo ængelus tuba prædicationis cecinit: & leuo gradu incipere cæpit diuina vindicta. Nam primùm facta eſt grando, & ignis ſiue flamma, mixta ſanguine, indicantia cædes magnas hominum: vt vel ſic magis terrerentur. Et tertia pars terræ cõbuſta eſt, non omnis quidem terra, ſed tertia pars eius, & tertia pars arborum: vt homines conuertantur antequam tota terra comburatur. Omne tamen fœnum combuſtum eſt, quo intelligant homines eſſe fœnum, & tanquam fœnum cito eos omnes eſſe perituros: & ſi iuuenes, ac robuſti, viridiq3 ſint. Deinde paulatim creſcere cæperunt prodigia, & terrores : nam ſecundus angelus tuba prædicationis cecinit, & nolentibus adhuc impiis conuerti, vidi quod globus quidam igneus & magnus miſſus eſt de cælo in mare: & facta eſt tertia pars maris ſanguinolenta, et mortua eſt tertia pars piſcium degentium in illa tertia parte maris. & tertia pars nauium, quæ in illa tertia parte maris verſabatur, corruit & ſubmerſa eſt. Et poſt has plagas vidi alias horribiliores: Nam tertius angelus per ora prædicatorum mortales monens, tuba cecinit: & cum noluiſſent ad ſe redire nequè pœnitentiam agere. Ecce ſubitò cecidit de cælo ſtella magna, ſiue quædam ignitarum exhalationum multitudo magna, condenſata, et inflammata tanquam facula, ſiue lampas ardens. Et quamuis cum cadere inciperet, integra erat: tamen poſtea in partes multas diuiſa cecidit nõ in omnia flumina, ne homines omnes ſiti perirent, ſed in tertiam partem fluminum: in eam, ſcilicet, quæ nocentiorum hominum vrbes, & regiones alluebant: cecidit etiam in omnes fontes aquarum, quæ ſanè ſtella tam amariſſimas

reddit aquas, vt meritò absinthium vocaretur. quo factum est vt tertia pars illa fluminum amara: vt absinthium fieret. Et multi homines qui de his aquis amarissimis biberunt miserabiliter periere. Et quartus angelus tuba, hoc est, catus prædicatorũ cecinit adhuc homines ad pœnitẽtiam incitando: & cum nihil profecisset, calamitates prioribus calamitatibus addere non cessauit. Vnde factum est: vt tali eclypsi percuteret solẽ, & tali defectu lunam: vt tertia parte minus lucerent sol & luna & stellæ quàm solerent: & ex consequenti dies qui à sole illuminatur, & nox quæ á luna & stellis, tertia parte minus solito splenderẽt. Cæterum post prædictas calamitates ab his quatuor angelis indicatas multò etiam maiores instant peccatoribus, nisi maturè conuertantur. Has significare volẽs dominus aliam visionem admirabilem mihi ostendit. Vidi ergo aquilã vnam, & audiui vocem eius. vidi, inquam, illam volantem per medium cœli ac dicentem voce magna, væ, væ, væ, habitantibus in terra. Hoc accipiens & intelligens de cæteris vocibus trium angelorũ, qui sunt statim graviora mala canituri. Quo significare volebat mihi dominus, quod post prædictas calamitates missurus esset sanctos alios prædicatores. Qui meritò aquilæ cõparãtur: cũ velociores sint, & acutiores visu omnibus aquilis, percurrunt enim per totum terrarum orbem, acutissimè intelligentes diuina mysteria. Hanc ergo aquilam, hunc cætum prædicatorum mittit dominus: vt annuntient mortalibus grauissimas etiamnas venturas (de quibus statim) nisi de pristinis sceleribus amarè doleant.

CAP.

CAPVT NONVM

Argumentum.

In ſ. Angeli viſione deſcriptio hæreticorum, per ſtellam de cœlo lapſam, puteum abyſſi, et locuſtas ponitur: deinde in 6. Angeli viſione. 4. angelorum vinctorum ſolutio: poſt modum equitum, & equorũ in perdẽdis hominibus per nities.

ET quintꝰ angelus tuba cecinit, & vidi ſtellam de cœlo cecidiſſe in terram, et data eſt ei clauis putei abyſſi. Et aperuit puteum abyſſi, et aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ: & obſcuratus eſt ſol & aer de fumo putei. Et de fumo putei exierunt locuſtæ in terram, & data eſt illis poteſtas, ſicut habent poteſtatem ſcorpiones terræ, et præceptum eſt illis ne læderent fœnum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem, niſi tantum homines qui non habent ſignum Dei in frontibus ſuis: et datũ eſt illis ne occiderent eos, ſed vt cruciarentur menſibus quinque: & cruciatus eorum, vt cruciatus ſcorpii cum percutit hominem. Et in diebus illis quærent homines mortẽ, & non inuenient eam: et deſiderabunt mori, et fugiet mors ab eis. Et ſimilitudines locuſtarũ, ſimiles equis paratis in prælium: et ſuper capita earum tanquam coronæ, ſimiles auro: & facies earum tanquam facies hominum. et habebãt capillos mulierum: & dentes earum, ſicut dentes leonum erant: & habebãt loricas ſicut loricas ferreas, & vox alarum earũ ſicut vox curruum equorum multorum currẽtium in bellum. & habebant caudas ſimiles ſcorpionũ et aculei erant

Eſa. 2. d
Oſeæ. 10. b
Luc. 23. d
Sap. 16. b

rant caudis earum: & potestas earum nocere hominib9 mensibus quinquè. et habebāt super se regem angelum abyssi, cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè autem Apollyon, & Latinè habens nomen Exterminās. Væ vnum abiit, & ecce veniunt adhuc duo væ post hæc. Et sextus angelus tuba cecinit: et audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos dei, dicētem sexto angelo qui habebat tubam, Solue quatuor angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate. Et soluti sunt quatuor angeli, qui parati erant in horam & diem & mensem & annum: vt occiderēt tertiā partem hominum. Et numerus equestris exercitus vicies millies dena millia. Et audiui numerum eorū. Et ita vidi equos in visione: et qui sedebant super eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas & sulphureas. & capita equorum erant tanquam capita leonum: & de ore eorum procedit ignis, et fumus, & sulphur. Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum, de igne et de fumo & sulphure: quæ procedebant ex ore ipsorum. Potestas enim equorum in ore eorum est, et in caudis eorum: nam caudæ eorum, similes serpentibus, habētes capita: & in his nocent. Et cæteri homines qui non sunt occisi in his plagis, neque pœnitentiam egerūt de operibus manuum suarum vt non adorarent dæmonia & simulachra aurea & argētea etærea & lapidea & lignea, quæ neque videre possunt: neq; audire, neque ambulare: & non egerunt pœnitentiam ab homicidiis suis, neque a veneficiis suis, neque à fornicatione sua, neque à furtis suis.

Caput. IX.

ET quintus angelus tuba cecinit, & vidi stellam de cœlo cecidisse in terra, & datæ est ei clauis putei abyssi. Continetur in hoc capite mysteria, quæ

quæ buccinantibus quinto & sexto angelis in Ecclesia sunt successura.

Prima explicatio cõmunis patrum.

Sub quinto itaque angelo status Ecclesiæ significatur in quo præcessores,& (vt sic dicam) antè ambulones Antichristi in Ecclesia sunt futuri. Exurgent enim multi doctores falsi & hæretici, qui venturo Antichristo viam præparabunt. Sũt qui inter hos doctores Lutherum ponant, ita Gagneius hîc.

Gagneius.

Stella diabolus. Esai. 14.

In primis apparuit Ioanni stella, quæ iam ceciderat, quo enigmate diabolum intelligit de quo Esaiæ.14. Quomodo cecidisti Lucifer,qui manè oriebaris,& præcipitatus est in Infernum in centro terræ: vnde addit Propheta: Veruntamen in infernum detraheris ad profundum laci. Nullus autem hominum diabolum cadentem videre potuit. Cecidit enim ante creatos homines, qua propter Ioannes rectè ait: vidi cecidisse,& nõ ait vidi eum cadere. Data fuit illi à Deo clauis,idest,potestas vt supra diximus, sed longè aliter quàm Petro, Mathæ.16.Nam diabolo tantùm permissiuè datus est vsus potestatis nocendi, & potestas clauis putei abyssi, idest, inferni vt conaretur homines inferno dignos efficere: sicut fuit data Petro potestas absoluta regni cœlorum,vt quæcumque absolueret super terram, essent soluta & in cœlis. Abyssus etiam siuè puteus abyssi corda malorum hominum intelliguntur ita Beda,Anselmus,& Richardus. Accepit enim diabolus per illud tempus potestatem aperiendi corda malorum hominum, vt errores suos & peruersitates foras emitterent ad nocendum mundo. Vel, vt Gagneius ait,profunditatem consilij mali, & omnem licentiam nocendi intelliga-

Math. 16.

Beda. Anselm. Richar.

Clauis abyssi potestas permissa oẽs nocẽdi vias moliẽdi Gagneius.

A mus per claues abyssi, & simul intelligatur potestas in infernum. Omnis enim ista potestas à diabolo ordinatur, vt homines perducantur ad infernum. Data est illi clauis putei Abyssi,idest, permissa potestas immensas,& occultas nocendi vias moliendi.& aperuit puteum abyssi, quando in omnem malorum omnium licentiam erupit.

Clauis abyssi potestas in infernum.

¶ Quòd per stellam intelligatur B diabolus, per locustas autem præcursores Antichristi, non improbabile videretur nisi illud quod paulò post sequitur multum ei aduersaretur: & datum est illis,scilicet, locustis ne nocerent eos, sed vt cruciarentur mensibus quinque, & cruciatus eorum cruciatus scorpij cum percutit hominem, quod in venenata animalia rectè conuenit, in hæreticos non videtur conuenire. Deinde subijcit,& in C diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam. Quod rectè dicitur de his qui magno dolore affliguntur. De hominibus deceptis ab hæreticis & in errorem manentibus non dicitur. ¶ Quare aliter locus iste exponi potest, vt non de angelo Sathana & hæreticis eum sequentibus intelligatur,sed de angelo cœlesti & bono. Quam expositionem probabiliorem reddit locus al- D ter Apocalyp. 20. Et vidi angelum descendentem de cœlo, habentem clauem Abyssi, & catenam magnam in manu sua, & apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus,& Sathanas, & ligauit eum. Ex quo fit manifestum angelum cui data est clauis abyssi, non diabolum esse sed angelum, sanctum, imo & Christum interpretantur Beda, Ambrosius,& alij. Video posse respon-

Impugnatur prædicta expositio.

Alia expositio aptior.

Apoc.20.

Beda. Ambro.

deri probabiliter, angelum illum. ca. 20. Bonum angelum esse, hunc ca. 9. esse malum, illi datam esse clauem abyssi, vt ligaret Sathan, huic vt aperiret, & fumus ascenderet, de quo exiuit locusta in terram. ¶ At claues siue domus, siue carceris non nisi amicis tribui solent, & committi, quod insinuant verba cap. 20. Præterea quorsum nunc circumlocutione hac vteretur: & vidi stellam de cœlo cecidisse cum nec stellæ nomẽ, nec quod olim de cœlo ceciderit, ad id quod nunc agitur attinere videatur. Adde, quod, diabolum olim de cœlo cecidisse non ignorabat Ioannes, nec doceri indigebat quod sciebat. Sine dubio ergo aliquid vidit nostro angelo tuba canente, quod antè non viderat. Nam si diceret: vidi, stellæ quæ de cœlo ceciderat, datam esse clauem abyssi, tolerabilior esset expositio. Nõ tamen id dicitur: sed secundus angelus tuba cecinit, & vidi stellam de cœlo cecidisse in terrã, & data est ei clauis putei abyssi. Duo igitur vidit, tuba, canente angelo stellam de cœlo cecidisse in terram: & datam esse ei clauem abyssi. Denique Sathanas siue Lucifer ille Esaiæ, non dicitur in terram cecidisse: sed in profundum inferni, Esaiæ. 14. Veruntamen ad infernum detraheris in profundum. laci. 2. Petri. capit. 2. Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos &c. Omnino ergo dicendum videtur sanctum angelum esse cui nunc clauis putei abyssi datur: vt tanquàm diuinæ iustitiæ minister abyssum aperiat: & nocentes puniat. Et quum constet sanctos angelos magis propriè vocari posse stellas quàm dæmones, quandoquidem

Apoc. 20.

Esa. 14.

2. Pet. 2.

A in cœlo sunt, & naturæ & gratiæ lumine fulgent, multò verisimilius mihi videtur angelum hunc in cœlo descensurum esse in terram, cum magno splendore: ita vt homines tunc iudicaturi sint stellam aliquam cecidisse. Nam vt iam diximus, omnes plagæ septem angelorum, pars sunt illorum terrorum de quibus à Domino dictum est: terroresquè de cœlo & signa magna erunt, Lucæ. 21. Quod ergo non ait: vidi stellam cadentem, sed vidi stellam cecidisse, celeritatem magnam in cadendo indicat, ac si diceret: simul atque tuba cecinit, scilicet angelus, adeò celeriter decidit stella ista in terram vt cum caderet, ferè visa non sit, sed postquàm cecidit. Ita nos vulgò de rebus quæ celerrimè fiunt dicere solemus: vix inceptum fuisse cum perfectum est, & non fuisse auditum neque visum: vt ergo plaga ista maior præcedentibus est, ita etiam celerius futuram indicat.

Per Gelli istã sanctus angelus intelligitur.

Luc. 21.

¶ *Et data est*, inquit, *ei clauis putei abyssi*. Abyssus sæpè in sacra scriptura mare siue profunditatem aquarum significat vt Gene. 1. & tenebræ erant super faciem abyssi. Exod. 15. Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis. Prouerb. 8. quando certa lege & gyro vallabat abyssos. Sæpè etiam significat infernum siue profunditatem terræ Lucæ. 8. & rogabant illum ne imperaret illis vt in abyssum irent. ad Roman. 10. Ne dixeris in corde tuo quis ascendet in cœlum, ideſt Christum deducere. Aut quis descendet in abyssum, hoc est Christum à mortuis reuocare. Ita (inquiunt patres) capitur in hoc loco Apocalyp. & in alijs infrà. vt cap. 20. Et misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum vt non seducat

Abyssus, nunc mare nunc infernũ significat

Gene 1.

Exod. 15.

Prouer. 8.

Luc. 8.

Rom. 10.

Apoc. 20.

ducat amplius gentes. ¶Videtur autem si propriè as verbi expectetur. quamuis profunditatem significare: siue ea sit aquæ, siue terræ, siue cuiusuis rei, nam bythos, siue ionica lingua byssos fundum significat, quare abyssus quasi sine fundo dicitur. Quoniã apud Græcos, à, negat, siue tollit id cui apponitur. Nonnulli deducunt hoc vocabulum à bæno, quod est ingredior: quod nemo ei ingredi possit, vel à byo quod est tego: &, a, auget aliquando in compositione. Itaque abyssos dicitur quod sit locus aquis valdè tectus, aut terra. Denique abyssa vocat Græci quæcumque profunda sunt. In hoc autem loco Apocalyp. Abyssus cum articulo ponitur, vt intelligamus infernum significari qui profundissimus est, eademque profunditas etiam puteus dicitur. vt Psal. 68. Psalm. 68. Non absorueat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum. Nam puteus metaphoricè profunditatem magnam significat, Psal. 54. vnde exire difficillimum sit Psal. 54. Tu verò Deus deduces eos in puteũ Prouer. 23 interitus. Prouerb. 23. Fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena. puteus ergo abyssi profundissimũ inferni puteũ significat: quẽ vt aperiret clauis data est angelo.

¶ *Et aperuit puteum abyssi.* Sicut Ecclesia dicitur puteus aquarum viuentium Cant. 4. Propter redundantiam gratiæ: ita & illorum hominum pectora qui sunt futuri præcursores Antichristi sunt puteus aquarum læthalium, & hæc diabolus aperturus est vt illas suas artes proferant, & exerceant, quæ anteà latere videbantur. Ita Richard. Anselmus, & alij. Quod si de angelo bono sit sermo vt ego existimo, illi data est clauis putei abyssi, hoc est, inferni vt possit illum aperire vt modo dicebamus.

Prima exposi tio munis. Cant. 4.

Richar. Anselm.

2 expositio.

¶ *Et ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est sol & aer de fumo putei.* Ex illo tetro puteo mali pectoris fumus erumpitur, ideſt doctrina peruersa quæ maximam cũ fumo habet proportionem: nam cæcat sicut fumus. Et sicut fumus gustui, iugulo, & intestinis nocet: sic omnia vitalia perturbat ea doctrina, & mortem spiritualem acersit. Illo itaque fumo, & Sol qui illuminat, & aer qui illuminatur, obscuratus est: quia & doctores multi, & ex populo plurimi peruertentur. Et quadrat cum illo Mathæi. 24. Et surgent pseudo Christi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducãtur (si fieri potest) etiam electi.

Prima intelligẽtia fumus doctrina peruersa.

Matth. 24.

Notat verò diuus Thom. quod in spiritualibus potius est obscuritas quã cæcitas: quia manet in homine lux aliqua respectu temporalium negotiorum. Habent enim oculum sinistrum cum luce, qui sunt spiritualiter cæci, in cuius figura dicitur. 1. Regũ. 11. in hoc feriam vobiscum fœdus vt eruam omnium vestrum oculos dextros: sic diabolus conatur relictos in nobis oculo sinistro, quo temporalia prospiciamus: dextrum eruere, quo æterna spectantur. Ideo ergo ait & obscuratus est Sol &c.

D. Thom.

1. Reg. 11. Figura.

¶Vel dicendum, quod fumus putei ascendens, significat calidissimas dæmonum machinas, & consilia ad nocendũ hominib⁹ in terra quę fumo comparantur, & ita vocantur, quia ex igne ascendunt, ideſt, ex ardenti eorũ furore, & nigri sunt. i. tristes, & quia aduersus electos non proficient, sed vt fumus tandem euanescent. Iuxta illud

2 expositio aptior

Fumus significat profunda dæmonũ consilia ad nocendũ hominibus.

illud Psalm.67. sicut deficit fumus, deficient. ¶ *Et sicut fumus*, inquit, *fornacis magnæ*. Id est, densus & obscurus multitudine machinationum diaboli. Significat & furorem magnum de quo exeunt. *Et obscuratus est*, inquit, *sol, & aer de fumo putei*. Hoc est, magnas tenebras hominibus inuexit eorũ fumus. Diabolus enim vehementer intelligentiæ vim & pietatis studium obscurabit, efficietq; vt homines cœlum suspicere non possint, nec futurorum suppliciorum recordentur, sed præcipites in scelera ferantur, sicut de senioribus scriptum est Danielis.13. & auerterunt sensum & declinauerunt oculos suos: vt non viderent cœlum, nec recordarentur iudiciorum iustorum. ¶ Vel obscuratus est sol, quia malorum prosperitas quę lucis nomine solet indicari multum lædetur & penè tota extinguetur, quomodo dictum est Amos.8. & erit in die illa dicit Dominus: occidet sol in meridie & tenebrescere faciam terrã, in die luminis & conuertam festiuitates vestras in luctum.

Psal.67.

Prima expositio.

Dan.13.

2. expositio.

Amos.8.

¶ *Et de fumo putei exierunt locustæ in terram.* De fumo putei exierunt locustæ quæcumquè illæ sint, quia dæmonum consilio & afflatu inductę sunt ad nocendum. ¶ Sicut locustæ ex fumo generari solent naturaliter: vt notat hìc Anselmus: sic peruersa doctrina peruersi filij sunt generati: nempè hæretici superbi, & terrenorum concupiscentes. Qui meritò vocantur locustæ, quia locusta nititur in sublime per volatum, sed propter infirmitatem alarum ventre prægrauata mox cadit in terram: & etiam rodet segetes & omnia virgulta: vt patet Ioel.1. & 2. & Psalm.77. & dedit labores eorum locustæ. Tales sunt hæretici & superbi qui sine fundamento alta petunt, & mox affectu carnali prægrauante decidunt: & terræ hærent. Psa.35. Orabat Dauid non veniat mihi pes superbiæ. & Psalm.72. Deiecisti eos dum eleuarentur. Et etiam conantur corrodere & absumere quidquid virtutis est, in hoc mundo. De his dicitur.2. Petri.2. Erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis.

Anselm.

Primus sensus vt per locustas intelligantur hæretici.

Psal.35.

Psal.72.

2. Pet. 2.

¶ Ego tamen non possum intelligere quo pacto hæretici dicantur locustæ istæ, vt superius dictum est. præterea, hæretici nõ cruciant suos, id est, fauentes sibi & credentes, sed orthodoxos habentes signum Dei: at locustæ illæ cruciant eos tantùm, qui non habent signum Dei in frontibus suis, quare non possunt in illis intelligi hæretici. Si animalia esse diceremus aduersus impios immissa, nõ posset forte explicari cur de fumo putei exijsse dicantur: quomodo loricata, & auro coronata producantur: quomodo facies haberent hominum & capillos mulierum: Nec enim credibile est talia animalia vnquàm videnda esse. Multo probabilius videretur homines feros & ad perdẽdum instructos intelligi, nisi illud obstaret: quod omnes qui tunc erant in terra, aut ex signatis signo Dei esse, aut ex non signatis: locustæ autem sæuiunt in non signatos: atque ipsæ si homines sunt ex non signatis sunt: quare & in illis erunt qui à locustis cruciandi sunt. Verùm nihilominus homines esse existimo Barbaros & feroces, qui instigati à diabolo, & Deo iustè permittente, per quinque mensium spacium vehementer affligent impios, qui signo Dei noluere signari. Ita olim Gothi, & Vandali, & Hunni terras tàm

Impugnatur prædicta cõmunis expositio.

Per locustas homines barbari & feroces aptius intelliguntur.

fide-

fidelium quàm infidelium inuaserũt, & multis doloribus multisquè cladibus affecerunt. Idem fecerunt Agareni & Turcæ. & in Turcas imperio victorijsque claros, insurgunt finitimæ nationes, & crebris bellis eos infestant. Neque illud obstat quod obstare videbatur, eos qui in locustis designantur, esse ex non signatis, atquè à locustis cruciandos esse non signatos. Non enim omnes nõ signati cruciandi sunt à locustis, sed aliqua eorũ pars: quam non est mirùm ab infidelibus alterius sectæ affligi, sicut nunc Babylonij aut Tartari, Turcas bello cladibusque vexant. Conuenit autem hæc explanatio cum Ioele Propheta, in cuius cap. 1. &. 2. Exercitus Chaldæorum Iudęam vastaturi, & militum audatia, atque fortitudo, similitudine locustarum multis verbis exprimuntur.

Ioel. 1. & 2.

¶Possunt etiam satis probabiliter in locustis de fumo putei abyssi, exeuntibus, dæmones multi indicari: qui ex inferno ascendent & formam habentes locustarum qualis hìc describitur, mordebunt & dolore magno afficient eos qui non habent signum Dei in frontibus suis. Nam si olim idem dæmones filios & famulos & peccora Iob occiderunt, & si legio eorundem immundorum spirituum in gregem porcorum ingressa est, eosquè precipitauit in mare: vt legimus Lucæ. 8. Quis miretur extremis temporibus cum magna & horrenda portenta videnda sunt, spiritus malos in impios esse armandos? Verùm quoniam diuinæ prouidentiæ ordo ita habet, vt homines plectendi, per homines potius plectantur dum in hac vita sunt: homines potius esse arbitror, quàm dæmones: quod etiã magis cum sacræ scripturæ locutione conuenit vt diximus. Solet enim sacra scriptura exercitus venientes, huiusmodi animalium similitudine indicare: aliquandò propter multitudinem, aliquando propter vim nocendi, aliquando propter vtrumque. Propter multitudinem vt Esaiæ. 7. Et erit in die illa sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminum Aegypti, & api qui est in terra Assur, & venient & requiescent omnes in montibus vallium &c. Propter vim nocendi, vt Hieremiæ. 8. Quia ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio, & mordebũt vos, ait Dominus. In quo loco Nabuchdonosor & Chaldæos intelligit vt docet Hieron. & vt ex præcedentibus constat, propter vtrumque dicuntur locustæ apud Ioelem, & hìc apud Ioãnem. Hìc iam incipit videri quod Dominus prædixit Lucæ. 21. Cum audieritis prælia & seditiones nolite timere, oportet enim hæc fieri, sed nondum statim finis.

Esa. 7.

Hiere. 8.

Hiero.

Luc. 21.

Locustæ significant dæmones.

Luc. 8.

Probabilius est vt locustæ homines sint & non dæmones.

¶ *Et data est illis potestas sicut habent potestatem scorpiones terræ.* Ideſt, vt sic locustæ illæ vulnera sua venenata infligant, qualia venenatis fieri solent morsibus serpentum, vt superius indicauimus verbis Hieremiæ. Sed de hæreticis sensum prosequendo, dicendum est, quod declaratur hac allegoria modus nocendi quo vsuri sunt illi præcursores. Permittet enim Dominus illis, vt cum locustæ videantur tantùm esse, peius noceant quàm locustæ. Nam locusta lædit apertè, illi verò referent scorpionem, referent ingenium eius. Scorpio animal est venosum cauda feriens: & arcuato vulnere venena diffundens, cũ tamen prima facie videatur esse mitis

Primus sensus planior.

2. sensus allegoricus

Lege Plin. lib. 11. cap. 5 de scorpij natura.

tis, in cauda tamen est læthalis. Innocens sese ore simulat vt incautos cauda occidat. Nouimus scorpiones, vermes potiusquàm animalia esse, cauda spiculato acumine noxioque recurua. Scorpius nome est Græcum à verbo σκορπίζειν, id est, dissipare. Sese prorsus hoc modo gerunt hæretici. per blandos enim sermones decipiũt plebem, ita Beda & Richardus, de quibus Math. 7. Attendite à falsis prophetis. & Ezechiel. 2. dicitur: cum scorpionibus habitas, verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides, quia domus exasperans est, vbi docemur non timendos esse eos qui fundunt iram, & incandescunt in virtutem & iustitiam. Herodes quidem timebat Baptistã. Rex pauperem, sed virtute ornatum timebat. Marc. 6. & Saul rex Dauidem. 1. Regum. 18. Dolosi verò & impostores qui virtute carent, quales sunt isti scorpiones, timendi non sunt: sicut nec Elisæus hostilem exercitum timebat, 4. Reg. 6.

Beda. Richar. Math. 7. Ezech. 2. Marc 6. 1. Reg. 18. 4 Reg. 6.

¶ Et præceptum est illis ne læderent fœnum terræ, nec omne viride, nec omnem arborem, nisi tantum homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis.

Prima expositio mystica.

¶ Apponitur restrictio facultatis, ne videlicet lædant electos: licet possint eos percutere ad tempus, sed tamen illa percussio illis cooperabitur in bonum, ad Roma. 8. Sed tamen lædere, id est, occidere spiritualiter, prohibentur locustæ facere, sic. 1. Corint. 10. Fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari suprà id quod potestis. & Psa. 144. custodit Dominus omnes diligentes se. & per fœnum incipientes; per omne viride, intelliguntur proficientes in virtute, qui adhuc terrena aliquo modo retinent. De quibus. 1. Corinth. 3. Nõ potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: per arbores autem significantur homines perfecti, qui altitudine se extollunt, & soliditatis virtute roborantur. Ita Richardus & Anselmus. Tamen simplicius, fœnum & omne viride significare videntur eos qui virorem & viuacitatem fidei habent: arbores autem eos qui spe elati, bonorum operum fructum faciunt, quos inhibentur locustæ lædere. Quia ergo chari sunt Deo verè fideles eum ex toto corde diligentes, non permittit Deus vt ab impijs hæreticis seducantur, & lædantur. Excipiuntur etiam qui sunt signati de quo supra latè diximus.

Rom. 8. 1. Cor. 10. Psal. 144. Fœnum significat incipientes, omne viride significat proficientes arbores verò perfectos. 1. Cor. 3. Richar. Anselm.

Quod si ad literam velimus hũc locum intelligere, dicendum est: noluisse Dominum has locustas aliquid lædere nisi homines. Et quoniam locustas vocauerat, quæ fœnum, id est, herbam, & quicquid viret lædere solent, meritò dicit, ne læderent fœnũ terræ. ¶ *Præceptum est*, inquit, non quod proprie præceperit eis Deus, aut iusserit: sed præcepisse dicitur quoniam eis vti voluit vt ministris iustitiæ suæ ad puniendum impios, quod fieri solet, vel Deo illis id suggerente, si iustam causam habent bellandi, & animum bonum: aut si hæc non habeant permittente, vt occasiones oriãtur, & causæ vndè ad id excitentur. Ita enim sæpè loquuntur prophetæ: vt Esai. 10. Vę assur virga furoris mei, & baculus meus ipse est, in manu eorum indignatio mea, ad gentem fallacem mittam eum: & contra populum furoris mei, mandabo illi vt auferat spolia, & diripiat prædam. & Hierem. 25. Et ecce ego mittam, & assumam vniuersas cognationes aquilonis ait Dominus, & Nabuchdonosor regem Babylonis seruum meum.

2. expositio literalis. Esa. 10. Hiere. 25.

¶ Et

¶ *Et datum est illis, ne occiderent eos, sed vt cruciarentur mensibus quinque.*

Beda. Datum, legendum est vt legit Beda, & legitur in Latinis antiquis & Græcis, non dictum, vt quidam corrigunt, hoc est, non est illis permissum occidere eos, ne cito morte finirentur dolores, sed affligere & cruciare varijs cruciatibus mensibus quinque. His militibus hæc mens injicietur, vt neminem occidere velint: sed vt per quinque menses quibus eorum impetus & vis durabit, varijs & exquisitis cruciatuum generibus eos affligant: quales, videlicet, in seruos fugaces, & in captiuos, & in homines victos exercere solent superbissimi victores, & crudelissimi tyranni. Dicit autem *datum est illis*, quia ipsi prælio magis optabũt cruciare eos, quàm occidere. Nec legendum est *vt cruciarent*, sed, *vt cruciarentur*. Primum tamen rectè quadraret si inueniretur in nostris exemplaribus. Sed vel hoc vel illo modo legamus idem est sensus.

¶ Per *eos*, Itaque referuntur illi, qui non sunt signati, idest, reprobi: quos Deus nõ vult corporaliter occidi sed vexari & cruciari, vt, vel sic cruciati resipiscant, vt dicebamus. Sicut de vita corporali Iob mandatum fuit diabolo, animam eius serua. Permittit verò Deus affligere illos per mẽses quinque, quibus durabit (vt diximus) persequutio.

Iob. 20.

¶ Etiam per relatiuum *eos*, electi homines intelliguntur ab aliquibus, significati per fœnum, & omne viride, & arbores vt habetur in collectaneis. nam & hi, tota vita affliguntur & tentantur. Sed hæc expositio mihi nõ placet nam & si aliàs iusti affligantur, modo non agitur de illorum afflictione, sed de afflictione impiorum qui non signati sunt signo crucis aut fidei. Quos Deus tunc temporis affligi permittet mensibus quinque vt diximus.

¶ Alij mysticam expositionem sequẽtes, per menses quinque intelligunt totam vitam quæ quinque sensibus agitur, vt ait Beda: vel quæ quinque ætatibus, infantia, pueritia, adolescentia, iuuentute, & senectute continetur. Beda.

¶ Quare autem in mensibus, magis quàm in annis, ætates describantur causa in promptu est: videlicet in mẽsibus Lunæ crescentis ac decrescentis mutatio fit: vt intelligamus vitã hanc continuis mutationibus esse obnoxiam, in qua varietate frequentes casus accedunt, ac recedunt: vt non semper continuis decursibus adsit vel tribulatio vel tranquilitas non signatis, vel signatis. Item vt intelligeremus illos qui dudum mendatio hæreticorum fuerant seducti, fideque imminuti, post modum gratuita Dei clementia, posse fide firmari, vt reuersi recipiant veritatem, de quorum profecto numero in tantum plerique ad defendendam veritatem fortissimi euadũt, in quantum peruicacissimi ad tuendum aliquando mendacium fuerunt. vt in Paulo vidimus. Sed iam his omissis sensum literalem & planum prosequamur.

¶ *Et cruciatus eorum vt cruciatus scorpij cum percutit hominem.* Declarat modum affligendi, quem seruabunt illi præcursores Antichristi quorum cruciatus erunt crudeles, & venenosi, & quasi furtim ac latenter inflicti. nam scorpio per fraudem latenter cauda ferit. In qua habet venenum quod est nocendi genus grauissimum. Huiusmodi sunt omnes adulatores pernicioſi, occulti hostes,

apertis longè grauiores, vt meliora sint vulnera diligentis quàm fraudulenta oscula odientis. vt Salomon ait. Prouerb.27. Et notat D.Tho. Quod plaga ab scorpione illata non subito occidit, sed lento spatio langùore torquet. Sicut ergo scorpio occultè percutit cauda faciem blandiendo, sic hæretici blandiuntur quandoque in verbis, sed latenter tunc suggerent principibus vt fideles torqueant. Hæc est autem grauissima persecutio. Item sicut percussus scorpione non statim moritur, sed languet: sic isti, quandoque nõ statim interficient, sed diu vexabunt: quum tamen leuius esset statim interfici. Ita D.Tho. hic.

Prouer.27 D.Tho.

D.Tho.

¶ *Et in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam, & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.*

¶ Quærent homines mortem, scilicet, vt ita saltem intolerabiles dolores effugiant Beda. Miseram vitam cita morte finiri malentes. Sicut D. Cyprianus sub Deciana cõtigisse tempestate conquæstus. Volentibus, inquit, mori non permittebatur occidi.

Beda. Cyprian.

De pijs explicatur hoc à sanctis. viri enim iusti optabunt mortem, ne tam tristia spectacula oculis cernant, sicut Moyses. Numer.2. Obsecro Domine vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. &.3. Regum.19. Petiuit Elias animæ suæ vt moreretur & Tobias. capitu.3. & illud. Iob.10. Tædet animam meam vitæ meæ. Itaque viri iusti desiderabunt mortem, cæterum non dabitur eis. Et ratio est quam Paulus ad Philipen.1. Affert. Coarctor (inquit) è duobus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo: multo magis melius: permanere autem in carne necessarium propter vos, id est, propter communem vtilitatem Ecclesiæ. Iob.3. Expectant mortem, & non veniet. Ita Richardus & Anselmus. Alij verò hunc locum intelligunt, de reprobis quos mala conscientia in tantam rabiem adducet, vt etiam mortem appetant, & non concedatur eis. Vnde Diuus Ambrosius in oratione de fide resurrectionis. Secundum scripturas, inquit, triplicem esse mortem accipimus. Vna est cum morimur peccato & Deo viuimus. Beata igitur mors, quæ culpæ refuga, à Domino dedita, à mortali nos seiungit, immortali nos consecrat. Alia mors est vitæ excessus, qua mortuus est patriarcha Abraham, patriarcha Dauid, & sepulti sunt cum patribus suis, cum anima nexu corporis liberatur. Tertia mors est, de qua dictum est: dimitte mortuos, sepelire mortuos suos. Ea morte non solum caro, sed etiam anima moritur. Anima enim quæ peccat ipsa morietur. Moritur enim Domino non naturæ infirmitate sed culpæ. Sed hæc mors non perfunctio huius est vitæ, sed lapsus erroris. Vna ergo est mors spiritualis, alia naturalis, tertia pœnalis, sed quæ naturalis non eadem pœnalis. Non enim pro pœna sed pro remedio dedit mortem. Denique Adæ peccanti præscriptum est aliud pro pœna, aliud pro remedio. Pro pœna dicitur: quoniam audisti vocem vxoris tuæ, & manducasti de ligno de quo præceperam tibi, abhoc solo ne manducares: maledicta terra in operibus tuis, mãducabis fructum eius omnibus diebus vitæ tuæ, spinas & tribulos germinabit tibi, & edes pabulũ agri tui, cũ sudore vultus tui manducabis

Prima expositio.

Num.2.

3.Reg.19.

Tob.3. Iob.10.

Phili.1.c

Iob.3. Richar. Anicl.

2.expositio accommodatior.

Ambro.

Genes.3.

cabis panem tuum, donec reuertaris in terram de qua sumptus es. Habes pœnarum ferias: quia aduersus spinas seculi huius, & solicitudines mundi, voluptatesque diuitiarum, quæ verbum excludunt, pœnam includũt: mors pro remedio data est, quasi finis malorum. Non enim dixit: quoniam audisti vocem mulieris reuerteris in terram. Hæc enim esset pœnalis sententia: quemadmodum est illa: maledicta terra spinas & tribulos germinabit tibi: sed dixit manducabis panem tuum in sudore donec reuertaris in terram. Vides mortem magis meam esse nostrarũ pœnarum, qua cursus huius vitæ incidi-
tur: ergo mors non solum malum non est, sed etiam bonum est. Denique pro bono quæritur sicut scriptũ
est in hoc loco: quærent homines mortem, & nõ inuenient eam. Quærent enim illi, qui dicturi sunt montibus: cadite super nos & collibus operite nos. Quæret etiã anima illa quæ peccat, quæret dives ille positus in inferno, qui vult digito Lazari refrigerari linguam suam. Videmus itaquè quod & mors hæc lucrum est, & vita pœna est. Vnde & Paulus ait: mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum, quid est Christus, nisi mors corporis, spiritus vitæ? & ideò commoriamur cum eo vt viuamus cum eo. Sit quidam quotidianus vsus in nobis, affectusquè moriẽdi vt per illam, quam diximus, segregationem à corporeis cupiditatibus anima nostra se discat extrahere, & tanquam in sublimi locata, quo terrenæ adire libidines, & eam sibi gluinare non possint, suscipiat mortis imaginem, ne pœnam mortis incurrat. Repugnat enim lex carnis legi mentis, & eam legi erroris adijcit: sicut Apostolus reuelauit dicens: video enim legem carnis meæ repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Omnes impugnamur, omnes sentimus, sed non omnes liberamur. & ideò: infœlix ego homo nisi remedium quæram. Sed quod remedium? quis me liberabit de corpore mortis? gratia Dei per Iesum Christum. Habemus medicum, quæramus remedium, remedium nostrum Christi gratia, & corpus mortis corpus nostrũ. ergo peregrinemur à corpore ne peregrinemur à Christo. Et si in corpore sumus, tamen quæ sunt corporis ne sequamur, ne deseramus iura naturæ, sed dona gratiæ præoptemus. Dissolui enim & cum Christo esse, multò melius, permanere autem in carne necessarium est propter vos. Sed quia non omnibus necessarium, ideo iusti modò & in futuro illo tempore optabunt mortem ne tanta pericula & mala videant in mundo. Impij etiam optabunt mori, sed mors fugiet ab eis.

Luc. 23. d

Luc. 16. E

Philip. 1. c.

Rom. 7. d

¶ Et similitudines locustarum similes equis paratis in prelium. Aretas. equis assimilatæ sunt locustæ, & non animali alteri propter velocem motum impetus, & animositatem equi, maxime cum instat prælium. Quod rectè intelligitur ex his quæ de equis diximus cap. 6. & ex his quæ statim dicemus. Ideo non terrebuntur vlla vi, sed audacter & cõfidenter irruent ad nocendum.

Aretas.

Apoc. 6.

¶ Explicantur ergo hîc mores locustarum, *similitudines*, inquit, id est, mores. Erant magnitudine corporis & forma, & impetu & promptitudine ad pugnandum: qualis est bellatoris equi. Promptitudo hæ-

Prima expositio mystica.

reticorum & celeritas in propaganda sua doctrina, significatur in equi similitudine: cum quo quadrat illud Hiere. 8. Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prælium. Enimuerò scimus equis ingenitam esse superbiam. qui benè pasti, curatique, (de generosis loquor) stare loco nesciunt, pede cauant terram, spirant naribus, iactatis cerucũ iubis sublimiter incedunt: colligunt in numeros pedes, hinnitu suo animi ad bella præ se ferunt ardorem: ijsdem prærapida inest velocitas, immo ad cursum voluntas. Et in victoriam cupido, maximè impugnacibus, quam non assequuti verecundiam dolore præmonstrant, tũc enim demissis auribus, & capite, pigro progressu pedes trahunt: membris languidi, vt vix calcaribus promoueas. Sic hæretici ardentibus in primis animi facibus inpugnam ruunt, certare gestiunt, rapiuntur vehementia, efferuntur, spumant in victoriam plus satis gloriæ cupidi, quam assequuti gaudent, lætantur, & exultant: non assequuti dolent. Vt benè prima eorum descriptio sit à bellatione equorum ferocium. Secunda à superbo capitis ornatu: de quo statim dicitur in textu. Quod si de exercitu illo feroci hunc locum intelligamus, tam ferox ac velox erit ad impugnandum impios nõ signatos signo Christi, quàm esse solent equi parati in prelium.

Hiere. 8.

2. expositio literalis.

Primus sensus literalis.

¶ *Et super capita eorum tanquam coronæ similes auro.* Primùm, ad literam hæc intelligere possumus. Significat ergo exercitum de quo loquitur colligendum esse ex magnis ducibus & regibus, & nobilissimis militibus qui pro nobilitate sua mori malũt, quàm cedere, aut non vincere. hoc vt doceat, dicit eos pulchris & deauratis siue æreis galeis ornandos esse, quæ de longè splendeant, & tanquàm coronæ aureæ videantur. Nam galeas, coronas dictas esse apud veteres, illud Virgilij ostendit, omnibus in morem tersa præsaque corona. vbi Seruius corona. i. galea.

Virgilius

¶ Præterea vereres galeis pro varietate gentium, varias eminentias addebant, de quibus multa Alexand. lib. 1. genial. cap. 20. magni duces summitatem auream imponebant, in qua eminebant crystæ vt apud Homerum legimus. lib. 18. Iliados de armis Achillis. Eius verborum hic est sensus: fecit autem ei galeam fortem, temporibus aptam, pulchram auream summitatem imposuit. Simile est quod Virgilius scribit de Aenea libro decimo Aeneid.

Alexan.

Homer.

Virgil. 10. Aeneid.

Ardet apex capiti, cristisque à vertice flamma.
Funditur, & vastos vmbo vomit aureus ignes:

Hoc ornatu nobilitas significabatur militum: quomodo apud Nahum ca. 2. alio simili indicatus est. Clypeus fortium eius ignitus, viri exercitus in coccineis: igneæ habenę currus in die præparationis eius.

Nahum. 2. a.

¶ Cæterum, si hunc locum de hæreticis interpretemur, obserua quod seniores illi supra capitu. 4. Habebant coronas aureas, sed hi peruersi nec coronas aureas, nec veras, sed tanquàm coronas similes auro. Quia nec victoria eorum est verè victoria, sed apparens, nec sapientia significata per aurum in illis verè est, de quibus dicitur. 2. Timothæum 3. Speciem habentes pietatis, virtutem autem eius abnegantes.

Apoca. 4.

2. Time 3

¶ *Et facies earum facies hominum.*

Hoc

Hoc dicit quoniam humanitatem simulabunt milites illi: & cum multa signa clementię & amicitiæ dederint, cum minimè timebuntur vehementer nocebunt, vt scorpij, qui cauda neque opinantes feriunt. Ideoque paulò post ait: & habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum. Sic etiam sunt hæretici qui pręferunt affabilem quendam & humanitatis plenum vultum, quasi cum iuditio & prudentia velint omnia agere. Et ideo sunt sicut sirenæ, quæ dicuntur faciem habere hominum, tamen minimè sunt.

¶ *Et habebant capillos suos, sicut capilli mulierum.* Capilli mulierum pulchri esse solent, & amorem vehemẽtius excitant, hinc Cant. 4. dictum est vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui, & si tollantur capilli magna ex parte forma imminuta censetur. Esai. 3. De caluauit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudauit. Capilli ergo mulierum significant non solum milites illos humanitatem simulaturos esse, sed etiam blãditias mulieribus similes adhibituros. vt illos, quibus nocere volunt, magis capiant, & securiores reddantur. Fortasse etiam per hoc potius indicatur, hos per mulierum opera & blanditias capturos esse hostes suos, sicut Madianitæ per mulieres deceperunt & perdiderunt filios Israel Num. 25.

¶ Si verò de hæreticis sit sermo, his sanè verbis apartè notat eos mulierosos & fœminarũ amatores esse. Hoc enim malum magnum est Esa. 3. Efœminati dominabuntur eis. Item molities cogitationum parata ad decipiendum alios significatur in illis capillis, sicut molities mulierum. Legite de hoc Anselmũ hìc. Nihil sanè conuenientius nostræ tempestatis hæreticis his portentis affingi potest: quibus odio est in omni ordine cœlibatus, ipsi plusquam mulierosi, docentes connubia licita fore etiam Ecclesiasticis, religiosisquè viris præter morem Ecclesiasticum, votorum fœdera contemnenda: vt nihil fiat discriminis vltrà inter prophanum ac sacrum. Rectè igitur capilli eorũ sunt vt capilli mulierũ, eò quod ipsi sunt efœminati omnes, mulierumque sectatores in desiderijs suis, curam carnis facientes.

¶ *Et dentes earum sicut dentes leonum erant.* Cum multam humanitatem & clementiam indicarint, crudelissimè tamen mordebant, ita vt earum dentes leonum videantur. Leonum dentes validissimi & acutissimi sunt, & quibus nullum animal possit resistere. hinc amplificationis causa dentes fortissimi & nocentissimi dentibus leonum comparantur, Eccles. 21. Loquẽs de peccato: dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominum. Ioelis. 1. Gens enim ascendet super terrã meam fortis & innumerabilis, dentes eius vt dentes leonis, & molares eius vt catuli leonis. Crudelitas ergo nemini parcens, significatur in his dentibus. Psa. 9. Videtur describi ingenium istorũ. Insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua. Conabuntur ergo peruersi magistri trahere in spelunc ã suam prædas, quas ibi sæuo dogmate discerpant, & dilacerentur. Ita omnes cõmuniter exponũt hunc locũ. Item, si secundam intelligentiam prosequamur, dicendum est quod tunc sæuiẽt locustæ in impios, & innumeris calamitatibus lacerabunt eos qui non signati sunt.

Anſel.

Cant. 4.

Esa. 3.

Num. 25.

Esa. 3.

Eccle. 21.

Ioel. 1.

Psal. 9.

¶ *Et habebant loricas sicut loricas ferreas.* Hoc est, fortissimis armis munientur, quibus aduersorum ictus & vim minimè timeant, nequè repelli possint quominus noceant quantum velint. Sed cum re vera loricæ ferreæ futuræ sint, cur ait: sicut loricas ferreas? Seruat decorem metaphoræ. Nec enim locustis tribuere decebat loricas ferreas. In hac tamen similitudine loricatos milites intelligit, qui vt diximus oppressuri sunt eos qui non signati sunt, Deo permittente: ita locutus est Ioel, qui de exercitu Chaldæorum sub locustarum similitudine loquens, capite primo: addit capite secundo hæc verba: quasi aspectus equorum, aspectus eorum: & quasi equites sic current. Sicut sonitus quadrigarum super capita montium exilient, velut populus fortis præparatus ad prælium. Sicut fortes current: quasi viri bellatores ascendent murum.

¶ Loricæ, seu thoraces (vt Græcè habetur) duræ velut si ferreæ essent, obstinationem hæreticorum in sua peruersitate impenetrabilem significant, quas nulla veritatis tela perrumpere queant: sicut de diabolo dicebat Iob. cap. 41. corpus eius quasi scuta fusilia, compactum squamis, quasi se premẽtibus. Sicut ergo loricæ sumuntur in bonam partem, aliquando pro armatura virtutis qua se muniunt iusti. 1. ad Thessalon. vltimo. induti lorica fidei & charitatis, ita hîc capitur pro dura obstinatione. Habent ergo hæretici indurata contra veritatem præcordia. & quid in omni malo locustis istis obstinatius? non cedunt, cum vincuntur: nec à pugna desistunt. Instaurant ergo prælia, ac nouos iterum congressus moliuntur: vt vel tedio vincant, dum virtute nequeũt. Quod si nec sic quidem vicerint, dicunt facultatem eis minime defuisse, nisi contentioni cessissent velut modestiores.

¶ *Et vox alarum earum sicut vox curruum equorum multorum currentiũ in bellum.* Multas magnasque futuras locustas docet, & volatus earum plagam à Deo cœlitus immissam designat. Aretas: volatus designat quod velociter superueniant, & quod supernè accedant. Voces verò siue sonum alarum dicit impetum ipsarum ad bellicum assultum, quod non in silentio fiat, quod autem dicit, quasi vox curruum, ita intelligendum est, vt in proxima verba diximus. Quia re vera sonus ille curruum erit. Sicut dixit Ioel: sicut sonitus quadrigarum super capita montium exilient.

¶ Cæterum vt ad secundum sensum nostra se conuertat oratio. Exhorrescit hîc & trepidat venerabilis Beda ad tantam potentiam hostium Ecclesiæ. Alæ igitur sunt sermones quibus hi sese efferunt & volitare conantur, & quia velut vno ore & consensione magna impugnaturi sunt Ecclesiam, vna dicitur illorum vox. Sicut dicitur Iob. 41. de squamis diaboli: vna alteri adhærebit, & tenentes se nequaquam separabuntur. & Nahum. 1. Sicut spinæ se inuicem complectuntur, sic conuiuium eorum pariter potantium. Et quia velut sophistæ rationibus destituti, ad clamores & vociferationes se conuertunt, vt ita simplici populo videantur vincere & superare fideles, ideo comparatur illorum clamor, clamoribus bellatorum curruum.

¶ *Et habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum, & poet-*

Primus sensus. Ioelis. 2. 2. sensus. Iob. 41. 2. Thes. vl. Aretas. Ioel. 2. Beda. Iob. 41. Nahum. 1.

potestas earum nocere hominibus mensibus quinque. De his caudis dictum est supra. Cæterum D. Thom. & Anselmysticum sensum sequentes, has caudas intelligunt esse principes seculares quorum fauori prædicti homines nitantur. Estque aculeus & vis pugnãdi in ipsis caudis & principibus habẽtibus vim, coerciuam. Nã hæc facultas lædendi in aculeo significatur, & stimulo. 1. Cori. 15. Vbi est mors stimulus tuus? Cum hoc fauore principum & cum insidijs hæreticorum, optimè quadrat illud Psalm. 9. Sedet in insidijs cum diuitibus: vt interficiat innocentem. De his scorpionibus iam diximus supra. Sed quare replicat quod dixerat de læsione mensibus quinq;? Respondet D. Thomas, quod antea de cruciandis bonis hominibus secundum corpus: nunc verò de nocendo etiam malis agitur. Id quod Ansbert. notat. & ideo ibi quando de bonis erat sermo dictum est, quod cruciarentur, & non est dictum: vt nocerent illis. Quia boni licet crucientur, non tamen illis nocet cruciatus. De malis verò dicitur, quod nocebit illis hæc dæmonum potestas.

D. Tho. Ansel. 1. Cor. 15. Psal. 9. Ansbert.

¶Sed si iterum quærat aliquis, cur potestas quæ illis data erat quinquè mensium erat, & non plurium, aut pauciorum. Hoc exactius explicare eorum est qui mysticè exponunt: vt Beda, Ansbert. Aymo. de quo superius diximus. modò satis est dicere literam exponentes: quinquè menses signari, quia per id temporis spatium homines affligentur. Hoc autem tempus diuina prouidentia elegit, quo dura corda, vel ad pœnitentiam flectantur, vel quantùm tunc satis erit puniãtur. Quemadmodũ Antichristo tres anni cum dimidio cõcedentur ad probationem bonorum, & ad execrationem malorum. Ita dictum Dauid primo Paralyp. cap. 11. & 12. Elige quod volueris, aut tribus annis pestilẽtiam, aut tribus mẽsibus fugere hostes tuos, & gladium eorum non posse euadere: aut tribus diebus gladium domini, & mortem versari in terram. Ita etiã decem plagis percussa est Aegyptus. Ita Antiocho contra iuge sacrificium tempus datur vis milia & tercentorũ dierum, Daniel. 8. & 9. septuaginta hebdomadæ abreuiatæ sunt super populum Israel, & super Hierusalem huiusmodi numerorũ, quib⁹ in sacra scriptura multi similes sunt, non alia ratioquà quæ dicta est, aut reddetur, aut reddi nisi rarò potest. Sed si adhuc quærere velimus, quare menses signãtur, potius quàm dies, aut hebdomadæ. Respondetur, quoniam tempus suppliciorum longiusculum esse oportebat: vt diximus. Numerus autem quinarius electus videtur, quoniam senarius consumationem videtur significare: quod sex diebus omnia consumata sint, cui numero, quinarius proximus est. Quoniam ergo hac plaga non omnes occidendi erãt, sed magnis doloribus tamen & morti proximis cruciandi, rectè quinquè menses afflinguntur.

1. Paral. c. 21. & 12. Dan. 8. & 9.

¶*Et habebant super se regem angelũ abyssi, cui nomen hebraicè Abbadon, Græcè autem Apollyon, & latine habẽs nomen exterminans.* Habent prædicti præcursores Antichristi suum principem diabolum, sicut olim Iudæi blasphemantes, Christo obijciebãt, quod in principe dæmoniorum æderet miracula. Luc. 11. Ille siquidem est rex super omnes filios superbiæ. Iob. 41. & licet in inferno quantùm ad alia nullus sit ordo. Iob. 10. Tamen inter se & res-

Luc. 11. Iob. 41. Iob. 10.

pectu hominum ſuum ordinem habent. Idquè colligunt doctores ex illo Luc.11. Si ſatanas in ſe ipſum diuiſus eſt, quomodo ſtabit regnum eius? Diabolus itaquè eſt princeps horum hominum qui hic vocantur locuſtæ. Ait ergo Ioan. & habebant ſuper ſe regem angelum abyſsi, ideſt, eorũ dux, & rex erat angelus malus, qui idcirco non angelus ſed angelus abyſsi vocatus eſt, quòd diabolus eos concitabat interius, & ducebat quaſi rex quò volebat. Angelus, inquam, qui ex abyſſo exierat, cum aperta eſt.

¶ Vox abyſſus iam eſt explicata ſupra, & hîc pro inferno capitur à patribus. Cum hoc quadrat, quod de diabolo dicitur Iob. 41. quod alitus eius prunas ardere facit. ¶ Nomen verò huius principis poſuit Ioan. vt nobis eius ingenium explicaret. Sicut & Adam fecit rebus omnibus: Gene. 2. Hæbraicè vocatur Abbadon, quod nomen Hæbraicum & Chaldaicum perditionem ſignificat. Quo ſæpè vtitur ſacra ſcriptura: vt Iob. 28. perditio & mors dixerunt: auribus noſtris audiuimus famam eius. & cap. 31. Ignis eſt vſquè ad perditionem deuorans. Pſalm. 87. Nunquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione. Prouerb. 15. infernus & perditio coram Dño.

¶ Sed quia perditio more Hębreorum: vt & alia huiuſmodi nomina, pro perdente accipitur, hîc ſignificat mortem omnia perdentem, & infernum. Vt ex locis citatis intelligi poteſt, inde etiam angelus iſte dictus eſt Abbadon, ideſt, perdens quod omnes homines per ſe, & per miniſtros ſuos perdere vellit. Quare Ioānes rectè dixit Græcè appellari Apollion. i. perdens ſiue interficiens, quod autem ſequitur, latinè habens nomen exterminans, non eſt in Græco, ſed interpres id meritò addit: ipſum Ioannem imitatus. Quemadmodum enim Ioānes quia Græcis ſcribebat, Hæbraicã vocem græca interprætandam putauit: ita noſter quia latinis hominibus ſcripturam vertebat, latinè etiam vocabulum Hæbraicum & græcum expreſsit. Quod ſæpè etiam in noſtra trãſlatione fieri animaduertimus. Vt Gene. 35. vocauit eum benoni, ideſt, filium doloris mei. Pater autem eius vocauit eum beniamin. i. filium dexteræ. & Exod. 12. Phaſe eſt. i. tranſitus Domini eſt. cap. 16. dixerunt adinuicem manhu, quod ſignificat, quid eſt hoc?

¶ Exterminans autem dixit noſter interpres pro eo quod eſt perdẽs, aut corrumpens, ſiue deſtruẽs. Vt Math. 16. Exterminant enim facies ſuas: vt appareãt hominibus ieiunãtes. & Pſa. 79. exterminauit eam aper de ſilua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eã. Hoc enim eſt officium diaboli, & ita factũ eſt: vt in tribus linguis, quæ ſunt communes toti orbi nomen hoc ſit proditum.

¶ Vnde notatè quod huius ſceleratiregis triplici lingua poſitum nomẽ eſt. & veri regis noſtri Chriſti ſimiliter. Vt videre eſt Ioã. 19. in titulo crucis. Scripſit, inquit, & titulum Pilatus, Ieſus, Nazarenus, rex Iudæorum, Hæbraicè, Græcè, & latinè. Qui quàm diuerſiſsimi ſint adinuicem, ipſa nominis prodit interprætatio. Hic enim vt planè habes, exterminator eſt: at Ieſus Saluator eſt, qui ſaluare nouit, nõ perdere. Nomen exterminatoris auctoritas diuina prius expreſſerat in veteri ſcriptura dicens: trãſibit enim dominus percutiens Aegyptios, quum

què

què viderit ſanguinem in ſuperliminari,& in vtroq; poſte, tranſcendet oſtium, & non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras lædereq;. Vnus itaquè eſt rex,angelus abyſsi,exterminator & percuſſor,qui tunc nõ niſi in domibus quæ ſanguinem nõ habebãt in ſuperliminari, permiſſus eſt ingredi ac lædere:qui hîc præceptum habet cum ſuis locuſtis, nõ niſi tantum homines,qui nõ habent ſignum Dei in frontibus ſuis,lædere: vt metuendus nõ ſit à vere fidelibus.

¶ Væ vnum abiit,& ecce veniunt adhuc duo væ poſt hæc. Trãſitio eſt ad enarrandum myſterium.6.&.7. angeli.& eſt ſenſus illorum trium væ,quæ aquila volans clamãdo inſonuerat in fine.cap.8.Hactenus vnum væ,explicatum eſt à nobis,reliquum eſt: vt alia duo væ explicemus. i. alias duas cauſas doloris.

¶Et ſextus angelus tuba cecinit. Prædicantes ſub ipſius Antichriſti temporibus per hunc angelum intelligũtur à patribus.Itaquè incipiente Antichriſti regno antequam eius poteſtas plenè ſe diffundat,erunt tũc ſancti prædicatores qui fraudem illius detegãt, & manifeſtent. Verum tamen eſt:vt notat D.Thom. quod procedente regno Antichriſti lux prædicationis abſcõdetur,nec publicè prædicabitur euãgelium ſed in abſcõditis cõuentibus Chriſtianorum: & ideo ſexti Angeli prædicatio erit in ipſo initio Antichriſti.Poſt verò erit ſol prædicationis ſicut ſaccus cilicinus: vt dictũ eſt cap.ſexto.

Et audiui vocem vnam ex quatuor cornibus. Quatuor,non lego in vetuſtis, neque apud Bedam,contra Græcos.

Et audiui vocẽ vnam ex quatuor cornibus altaris aurei,quod eſt ante oculos dei,dicentẽ.6.angelo,qui habebat tubã.

Vox vna cõcordiam doctrinæ chriſtianæ ſignificat. Quam monet Paul. 1.Cori.1. ad Philip. 2. & ad Roma. 15. Deus autem patientiæ,& ſolatij, det vobis in id ipſum ſapere in alterutrũ ſecundum Ieſum Chriſtum: vt vnanimes vno ore honorificetis Deum. Prima explicatio. 1.Cor.1. Philip.2. Rom.15.

¶Cornua hæc altaris prædicatores Chriſti ſignificãt,quorum erat vna vox.Ita Richard. Anſelmus & D. Thom.Chriſtus enim hoc altare eſt: vt ad Hebræos vltimo habetur: habemus altare de quo edere nõ habẽt poteſtatem, qui tabernaculo deſeruiunt.Vbi Chriſtus & eius crucem altare noſtrum vocat. Nam in Chriſto offerimus quidquid Deo ex nobis gratum eſt,Et eſt altare aureum, alludendo ad altare aureum, Exod.37. Quod quadratum erat, ſicut & hîc dicitur habere quatuor cornua. De hoc altari diximus. cap.8. Cornua autem hæc ſunt prędicatores.& Richardus intelligit quaternarium numerũ pro omnibus prædicatoribus mundi prædicantibus euangelia. Hoc altare Chriſtus,dicitur eſſe ante oculos domini,quia pater in filio complacet ſibi.Hic eſt filius meus in quo mihi benè complacui. ¶Intelligunt etiam patres per hoc altare Eccleſiã: vt patet in Ansbert.& Anſelm.propter ſacerdotium quod in ea eſt. Et eſt aureum:quod de Eccleſia dicitur Pſal. 44. Aſtitit regina à dextris in veſtitu deaurato, propter ſapientiam quę auro comparatur Prouer.6. Altare Chriſtus Richar. Antel. D.Tho. Heber.vlti. Exod.37. Apo.8. Richar. Altare Eccleſia. Anſbert. Anſel. Pſa.44. Pro.6.

¶Audiuit ergo Ioãnes vocem vnam.i.vniuerſalis doctrinæ concordiam,ex quatuor cornibus altaris aurei,ideſt, ex omnibus prædicatoribus Chriſti, qui eum ſubleuãt & deferũt: quatuor euangelia prædicando per

qua-

quatuor partes mundi. Vel ex quatuor cornibus altaris. i. ex omnibus prædicatoribus Ecclesiæ, quę aureum altare est, & coram oculis Domini à quo regitur, & gubernatur, & custodi tur. Hęc ergo vox dicebat. 6. Angelo qui habebat tubam. i. illis qui imminẽte articulo illius persequutionis ministrabunt ecclesiasticam doctrinam. Dicebat (inquam) ea quæ sequuntur in Ioane. Solue, scilicet, quatuor Angelos, &c.

Secũda explicatio magis plana.

¶ Aliter etiam potest locus iste explicari. Vnde obseruandum est, quòd sicut cœlum ipsum à similitudine templi quod erat in Hierusalem templũ vocauit. cap. 7. cum dixit: & seruient ei in templo eius die ac nocte. ita nũc à similitudine altaris thymiamatis, quod erat ante sancta sanctorum, & quod aureum erat: altare aureum vocat, locum vt ita loquamur, ante conspectum Dei, in quo ei orationes sanctorum offeruntur: vt diximus. cap. 8 in illa verba: vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum. Habebat autem altare thymiamatis quatuor cornua. & de his legimus Exod. 30. & deprecabitur Aaron super cornua eius, semel per annum, in sanguine, quod oblatum est pro peccato. In quo significatur Christus summus sacerdos noster, qui per proprium sanguinem oblatum pro peccato totius mundi, introiuit semel in sancta, & ob tulit sacrificium. Vt ergo intelligam⁹ per merita passionis Christi, quę post preces sanctorum de terra clamantiũ tunc filius patri presentabit, exituram esse sententiam patris: vt soluatur quatuor Angeli, & tertia pars hominum peccatorum, Christi passionis ac meritorum oblictorum occidatur? vox dicitur exisse de quatuor cornibus altaris. Sed iam ad communem intelligentiam redeamus. ait ergo vox illa.

Solue quatuor angelos qui alligati sũt in flumine magno euphrate. Prædicatores itaque præcedentes annunciat successoribus mysterium futurum, & prædicunt futuram calamitatem: vt se futuri prędicatores muniant aduersus tot mala. Ita Richard. & Ansel. in hoc sensu: solue. i. soluendos iam fore prædica, quatuor angelos. i. vniuersos dæmones: vt hi mũdum infestent: vt supra. cap. 7. diximus, ibi: vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ. Erant autem hi angeli ligati, quia non liberè nec ita publicè in Ecclesia inuehebant antea. Cęterum soluendi iam erũt: vt publicè bellum gerant cum Christo. Euphrates flumen est Babyloniæ, qui in multa flumina diuisus ingreditur Babyloniã Medi, & Persi diuiserunt eum in riuos, per cuius alueum Babyloniam sunt ingressi. & sicut Babylon malè audit in sacris literis, significat enim impiorum ciuitatem, ita & euphrates magnus fluuius in malam partem accipitur, quia Babylonem in multa flumina diuisus rigat. De quo Psalm. 136. super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus dum recordaremur tui Sion. Est autem amenissimus fluuius: vnde interpretatur frugifer. & significantur per illum vitiosi, & abundantes in seculo, in quibus est diabolus ligatus. Rectè fluuius cunctę huius mundi opes sunt, quòd perpetuò fluãt iuxta vocis ethimologiam: nec in vno perseuerantiæ tenore persistant. Diuites ergo huius seculi meritò euphrates nomine vocatur, quum ipsi quàm diuitiæ ipsorum perpetuò fluant & dilabantur.

Prima intelligẽtia cõmunis.

Richar. Ansel.

Euphrates flumen.

Exod. 30.

Psa. 136.

¶ Ve-

Secũda expositio.

¶ Verum quoniam verba ipsa vt sonant nihil habent absurdi, ita vt sonant intelligemus. Quando quidem sacra scriptura ipsa docet, malos angelos certis in terræ locis aliquando ligari. Tobiæ.8. Raphael Angelus apprehendit dæmonium, & religauit illum in deserto superioris Aegypti. Qui sunt quatuor angeli, & cur aut quãdo ligati, sacra scriptura nusquam docuit. Sed tamen ex officijs bonorum angelorum, malorum quoquè offitia inda gare poterimus. Scimus Deum per Angelos bonos hominum saluti, & rebus inferioribus consulere, & sæpè diximus septẽ angelos magnos esse, quibus omnium hominum cura demandata sit: cum hoc sathanas non ignoret, curat per spiritus satellites suos hominibus nocere, & superiorum ordinum Angelis maiora committere ministeria. Quatuor angelos de quibus nũc sermo est ex maioribus esse arbitror, quibus commissum est: vt perse & inferiores spiritus, infestent quatuor partes terræ, vnus orientem alter occidentem, &c. Nitentes impedire hominibus salutem. Eosquè in idolatriam, & in omnia genera peccatorum inducere. Hi antè aduentum Domini crudeliter in homines grassantes: in aduentu & in passione eius alligati sunt, & eorum rabies repressa est. Et quamuis expositores huius loci in quatuor angelis omnes dæmones intelligant: & alligatos esse dicant in cordibus malorum: tamen de tẽpore quo alligati sunt cõuenit inter eos, illud esse quod diximus: alligati ergo sunt in flumine magno Euphrate, in flumine Babylonis, videlicet, in loco aliquo remotiore, & secretiore ab hominibus: sicut dæmonium illud apud Tobiam ligatum est in deserto superioris Aegypti. Sed cur apud Euphratem potiusquã in alio loco ligati sunt? Duplicè huius rei esse arbitror causã prior est, propter significationem. Vt intelligamus diabolum in his habitare qui ciues Babylonis sunt: & se à ciuitate Hierusalem, idest, à societate bonorum segregant. Posterior ratio est, quoniam veteres patriarchæ genus ducunt ex locis trans euphratẽ: & Abraham primus transit euphratem à Deo vocatus, & eum sequens venit in terram promissionis, quæ per eum, & per posteros suos facta est terra credentium, & templum Dei habuit, & legem & sacerdotium: & Ecclesiam significat. Alligantur ergo angeli in Euphrate, quia trãseũtibus Euphratem, idest, per aquam baptismi, & ad Ecclesiam venientibus, nõ ita nocere poterunt: vt his qui trans Euphratem, idest, extra Ecclesiam sũt. Atquè ideo etiam maluit dicere in flumine Euphrate, quàm in Babylone: vt baptismus apertius significaretur.

Tobiæ.8.

¶ *Et soluti sunt quatuor angeli, qui parati erant in horam, & diem, & mensem, & annum, vt occiderent tertiam partem hominum.* Videtur secũdum modum dicendi, poni adimpletionem præcepti, scilicet, solue. Ita Anselmus. & ponitur præteritum pro futuro, prophetico more, propter rei certitudinem. Tempore ergo Antichristi soluentur potestates tyrannorum & dæmonũ: vt libere noceãt, qui per totam vitã, quæ vita per horas, dies, & annos procedit: parati sunt, & studẽt occidere tertiam partem hominum: ideſt, maximam partem, sic enim ternarium numerum superiori capite explicabamus. Soluti, inquit, sunt. Vnde Beda: quid autem putas soluti facient, qui tan-

Ansel.

Beda.

tantum nocent ligati? vel aliter.

¶ *Qui parati*, inquit, *erant in horam & diem.* Ligati sunt à Deo per Angelos, donec tempus adueniret quo ipse decreuerat per eos pœnas sumere de impijs, & aduersarijs Christi. & quoniam ne puncto quidem temporis erant soluendi ante horam à Deo præfinitam, ad maiorem, & certiorem eius reiamplificationẽ, ait in horam, & diem, & mensem, & annum. Eodem modo nos solemus dicere de re quæ ita contigit, vt dicamus: cõtigit eadem hora, & mense, & anno.

¶ Vt occiderent tertiam partem hominum. Eorum, videlicet, qui non sunt signati ab Angelis, sicut in quinto Angelo vidimus in hoc capite, & ex eiusdem capitis fine satis intelligitur. Ex quo cernitur in hoc equestri exercitu quem continuo commemorat, non posse intelligi hæreticos, aut prædicatores præcursores Antichristi: vt Beda & omnes ferè expositores arbitrantur. Si enim tantum occidet exercitus iste homines non signatos ab Angelis, hi iam occisi sunt cum in peccato sint spiritualiter, de corporali ergo occisione hoc intelligendum est. Et tunc fieri videbitur, quod prædictum est apud Mathæum. Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorum, videte ne turbemini, oportet enim hæc fieri, sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum.

¶ Et numerus equestris exercitus vicies millies dena milia. Angeli soluti plurimorum animos ad bellum concitabunt aduersus impios: non vt iam eos crucient, sed vt occidant. exercitus colligetur, habens milium vicies milium dena milia. Pro quo est in Græco: duæ myriades myriadum. Valet autem myryas, decem milia: decem myriades centum milia: centum myriades, decies centum mille. Quare duæ myriades myriadum summam conficiunt, quæ est apud nostrum interpretem, vicies millies dena milia. Quam non est mirãdum colligi, solutis quatuor potentissimis, & nocentissimis Angelis.

¶ Quatuor Angelos prædixerat esse soluendos tempore Antichristi, nunc verò exercitum numerosum equitum refert. Nam illi quatuor Angeli præfecti erant, sub quibus militat numerosus equitatus. Hic verò: vt ait Gagneius, sumitur numerus finitus pro infinito. Sed Ansbertus supputat bonos Angelos, quos Dauid numerat Psalmo. 67. Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium. & colligit duplo maiorem numerum Angelorum malorum hic haberi. Sunt autem multo plures qui Ecclesiam vexant, quàm qui defendũt. Sed obstat. quia. 4. Regum. 6. Elisæus ostendit puero suo timenti hostium multitudinem, maiorem numerum tutelarium Angelorum. Ad hoc respondetur ex Abulen. Quod non erat numerus maior sed potentior. Vnus enim ex bonis Angelis multos ex aduersarijs superat.

¶ Et audiui numerum eorum, & ita vidi equos in visione. Sensus est, nulla de huius numeri certitudine dubitatio esse potest, quia ita per relationem mihi ab Angelo factam accepi, vbi nullus error in supputando incidere potuit, nã numerus sola visione certo sciri non poterat. ¶ Per equos verò intelliguntur à quibusdam patribus hæ-

Ostẽditur nõ hic agi de hæreticis, & præcursoribus Antichristi, vt putãt doctores multi. Beda.

Math. 13. b

Prima expositio literalis.

Secũda expositio rum. Ansber.

Psa. 67.

4. Reg. 6.

Abulen.

hæretici & tyrãni homines, per equites, ipsos dæmones qui contra Ecclesiam incitant illos hæreticos: vt supra cap.6. de equis bonis & malis explicauimus. Sed superius hãc expositionẽ nõ probauimus quoniã hic exercitus tantum occidet homines nõ signatos ab Angelis quare dicendum, quod excitabitur ab illis. 4. angelis malis exercitus equestris malus aduersus impios non signatos quos iusto Dei iudicio interficiẽt.

¶ *Et qui sedebant super eos habebant loricas igneas & hyacinthinas & sulphureas.* Primùm ad literam hunc locum explicare libet. Hoc duobus modis intelligi potest, aut singulos equites habituros loricas partim igneas, partim hyacinthinas, partim sulphureas: aut quosdam habituros igneas, alios hyacinthinas, alios sulphureas, quod magis placet. Rursus non est putandum loricas verè igneas futuras esse: numquàm enim tales igneę fuerũt, aut sulphureæ, sed in visione apparuerunt tales: vt per hæc aliquid significaretur. Quare elegãter dicit: & ita vidi equos in visione: quasi indicans non tales re ipsa futuros esse, sed quales per hæc significantur. Loricę ergo igneæ significant eorum aspectum fore hominibus terribilem: vt nõ magis aduersus eos insurgere audeant, quàm si igne sepri & circundari essent. Simile est il
Zacha.2. lud Zachar. 2. & ego ero ei, ait Dominus murus ignis in circuitu, videlicet, vt longè terreat, & ab oppugnatione arceat inimicos. Hyacinthꝰ colorem habet cœlestem: ideoquè loricæ hyacinthinæ sunt: vt intelligãt omnes hostes istos esse insuperabiles, & à Deo missos per quos plectantur impij. Sulphureę sunt etiam: vt cognoscãt in eis impij ministros Dei esse ad suum supplicium: qui veniunt, vt dent pœnas libidinum suarum. Scriptum enim est pluet super peccatores laqueos: Psa.10.b. ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. Et Gene. Gen.19. decimo nono, Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem. Et Iob. 19. De peccatore dictum est, aspergatur in tabernaculo Iob.18. eius sulphur, pœna igitur in his indicatur vitæ præsentis. Sed huiusmodi pœna: vt prænuncia sit futurę pœnæ in altera vita. Ista enim est in qua maximè peccatores igne, & sulphure plectuntur: vt sæpè in hoc libro videbimus. vt cap. 14. Cruciabuntur igne Apo.14. & sulphure in cõspectu Angelorum sanctorum. & cap. 19. Viui missi sunt Apo.19. hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure. Meritò & hyacinthinæ ponũtur, inter igneas & sulphureas, quoniam supplicium ignis, & sulphuris cœlitus mittetur in impios, in hac vita et in futura. ¶ Deniquè in igne, et sulphure summa vastitas indicatur, nam cum igni sulphur additur extingui non potest. Est enim sulphur pabulum ignis, molestissimi quidem illud odoris, sed aptissimum tamen: vt flammam suscipiat, et semper ardeat, atquè ignem augeat. Inde de gehena, Esa. 30. legimus: Nutri- Esa.30.g menta eius ignis, et ligna multa flatus Domini sicut torrens sulphuris succẽdens eam. Et. cap. 34. Ignis terram Esa.34. deuastans vehementer vbiq; ardens, his verbis describitur: et conuertentur torrẽtes eius in picem, et humus eius in sulphur, et erit terra eius in picem ardentem, nocte et die non extinguetur. In sempiternum ascendet fumus eius à generatione in generationem desolabitur, ideſt, ita ardebit acsi pix esset, aut sulphur. et Ezechiel. 38. Ezech.38.

Et iudicabo eum peſte, & ſanguine, & imbre vehementi, igne & ſulphur pluam ſuper eũ & ſuper exercitũ eiꝰ, & ſuper populos multos, qui ſunt cũ eo. i. penitus eos deuaſtabo: in quibus & ſequentia intelligẽtur.

secũda intelligẽtia myſtica.

¶Sed iam ad opinionem patrum dicẽtium hoc enigmate hęreticos intelligi, accedamus. Deſcribit ergo Ioa. apparatum & habitum equitum. i. dæmonum ſedẽtium ſuper hæreticos. & notat Beda, quòd hîc deſcribitur maior perſequutio quàm in locuſtis. Et ideo ibi tatum dicitur: quòd erãt ſimiles equis. Hic ponũtur etiam equites: in quibus ſignificatur maior poteſtas ad perſequendum Eccleſiam. De lorícis ſupra in hoc .c. diximus: quod ſignificant obſtinationem hæreticorum & duritiã in eorũ cordibus. Loricę autem erant igneę. i. calore & ardore igneo. Et erãt hyacinthinæ. i. colore æthereo apparebãt, qualis eſt in cœlo. & erãt ſulphureę. i. fœtore ſulphureo apparebant.

Beda.

Sed hîc ſubeſt myſteriũ quod ad ſenſum literalẽ ænigmatis & allegoricũ pertinet. In igneo ergo colore tacitè ſignificatur, quòd obſtinatio iſtorũ eſt ad iſtũ modũ inpenetrabilis, qđ ſi quis tenter eos redarguere, multoties læditur: velut ſiquis igneũ quid cõtrectet. Sũt nãq; peruerſi homines ſic in malũ armati: vt periculũ ſit cũ ipſis de ipſorum ſalute agere. Non ſecus ac ſi quis hericium ſpinis quaſi loricatum attrectet. Atquè huic ſententiæ facere videtur alia tranſlatio, cuius meminit Anſbertus, quæ habet ſpineas loricas, vbi nos legimus igneas. & hoc eſt, qđ monet Paulus ad Titum. 3. Hæreticũ poſt primam & ſecundam admonitionem deuita.

Anſber.

Timo. 3.

In colore verò hyacinthino ſignificatur cœleſtis quædã conuerſatio, & ſanctitas. qualis eſt in hyacintho, ſeu flore, ſeu gema, qui eſt colore cœleſti, quem latini vocant hyacinthinum colorem: vt in Perſio ſat .1. hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina læna eſt. Legendus eſt Hiero. de veſtibus ſacerdotalibus: & ſuper Ezeh. c. 16. In illa verba: & calciaui te hyacintho, ſecundum tranſlationem. 70. & Grego. 30. Moral. c. 6. In peruerſis ergo hominibus videtur eſſe illa armatura cœleſtis, occultãt enim dolos ſub ſanctitatis ſpecie. Ita notat Richar. & alij. & de his habetur. 1. ad Timo. 4. In nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorũ, in hypocriſi loquentium mendatium, cauteriatam habentium cõſcientiam ſuam. Vbi ego per cauteriatam, nõ ſolum intelligo indelebilem notam, qua eos diabolus ſignauit, ſed quia occultam ſaniem aliquando manifeſtant: vt in apoſtematis contingit quæ cauterio ſecantur. Legendus eſt Hiero. ſuper Hieremiam. c. 10. In illa verba hyacinthum, & purpura veſtimentum eorum. Qui loquens de his, qui hyacintho & purpura. i. qui cum mali ſint, induuntur veſtimenta bonorum: ſic ait: hyacintho operiuntur & purpura: vt ſuperficie ſui oculos decipiãt dum cœlorum ſibi colorem, & regna cœleſtia pollicentur: & tamen opera ſapientum ſunt vniuerſa hæc, qui in ſeculo ſapientes putantur, cæterum apud Deum ſtulti ſunt.

Perſius.

Hiero. to. 3.

Grego.

1. Timo. 4.

Hiero.

¶In ſulphuris fœtore infamia eſt, quando homo nec propriæ conſcientiæ fœtorem horret, & nec Dei oculos, nec hominum curat.

¶Solet ad hoc propoſitum citari illud Iob. 18. Sulphur veniat ſuper eos

Iob. 18.

le-

legite Grego. 14 Moral. c. 10. & Augu. super Psalm. 10.

Psal 10.

¶ Antiquorum expositio potius in hoc sulphure significari ait pœnas

Psa. 10.

damnatorum. De quibus in Psalmo decimo, ignis & sulphur pars calicis

Apo. 12.

eorum, & Apocalyp. 12. Pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure. ita Anselmus, & ansbertus. Citatque illud Ecclesiast. 39. Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo cõfirmauerũt torméta sua.

Ansel. Ansber. Eccle. 39.

¶ Et vbi nos legimus hyacinthinas

D. Tho.

testè D. Thom. alia litera habet, fumidas, quod de doctrina obcæcante aliqui intelligunt, & per sulphuras intelligunt aliqui fœtorem eiusdem doctrinæ. Sed iam priorem expositionem prosequamur.

¶ *Capita equorum erant tanquàm capita leonum.* I. qui, homines intelligendi sunt vehementes in prælium. Ab equis enim dicit occisam esse tertiam partem hominum, non ab equitibus. Equites sunt contrariæ potestates huiusmodi equis insidentes, idest, illos gubernantes, atque in pugnam, & cædes agentes. Quæ intelligentia ex equis, & equitibus, ex capite sexto, abundè confirmatur. Simul què furor eorum insaciabilis ostenditur. Augustin. Homilia. 7. equos homines dicit: sessores spiritus nequam armatos igne, & sulphure. ¶ Capita equorum erant tanquàm capita leonum, quoniam audaciam, & fortitudinem, & crudelitatem milites præseferebant.

Apo. 6.

Augu.

¶ Hos ergo homines depingit, &

Beda.

vt notat Beda, acerbior crudelitas hîc significatur quàm in locustis supra, nam ille tantum habebant dentes leoninos, hi verò totum caput leonis habere videntur. Capita præterea istorum vt interpretantur Anselmus, & Ansbertus. Principes & maiores sunt apud illos, & quasi totius familiæ coriphæi. Hi ergo, propter ferocitatem, & crudelitatem leonibus comparantur, vt Abac. 2. suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis. & congruit illud Hieremiæ. 6. Crudelis est, & non miserebitur, & ita Dan. 7. maxima persequutio in lectra significat.

Ansel. Ansber.

Abac. 2.

Dan. 7.

Et de ore eorum procedit ignis, & fumus, & sulphur. Et de ore eorum dicit procedere ignem, & fumum, & sulphur: Quia quocumquè se vertant, omnia crudeliter vastabunt. Atquè procedent sicut in sulphure accensus ignis: vt iam exposuimus. Hoc etiam facient iubentes homines occidi, & crucìari multis modis, & ciuitatẽ euerti, & omnia dispendi, non vlla ratione ducti, sed furori & feritati suæ obsequentes, sicut de gente Chaldæorum dictum est, Abac. 1. Horribilis & terribilis est in semetipsa, iudicium, & onus eius egredietur. Hoc etiam intelligetur in verbis. cap. 11. ignis exiet de ore, nemo eis poterit resistere, sicut ignì nemo poterit effugere: latissimè dissundetur vt ignis. Naum. 1. indignatio eius effusa est, vt ignis. Fumus multus cœlum obscurat, & diei splendorem perturbat, ita illi terrore suo quietem, & prosperitatem malorum obscurabunt: & eorum mẽtes perturbabunt: vt inopes consilij, & trepidi facilius vincãtur. Simile est illud Ioelis. c. 2. De exercitu Chaldęorum, ante faciem eius ignis deuorans, & post eũ exurẽs flãma, quasi hortus voluptatis terra corã eo, & post eũ solitudo desserti, neq; est qui effugiat eũ. Quasi aspectus equorũ aspectus eorũ: & quasi equites sic current. Sicut sonitꝰ flãmę ignis deuorãtis stipulã, &c. Hoc signifi-

Primus sensus.

Abac. 1.

Abac. 11.

Naum. 1.

Ioel. 2. a

cat quod de eisdem Chaldæis scriptum est, Nahum.2. conspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia. ignem vi nocendi, & celeritate discurredi referent. Sed iam ad cõmunem intelligentiam veniamus.

Na.2.

Secũda intelligentia mystica. Beda. D. Tho. Anſel. Math.5. Ephe.6.

¶ In ore, prædicationem hæresiarcharum intelligunt Beda, D. Tho. & Anſel. nam pro prædicare publicè, solet dici aperire os. Vt Math.5. Aperiẽs os suum. & ad Ephe.6. Orantes vt detur mihi sermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere mysteriũ Euangelij. Sicut ergo prædicatio euãgelica est causa beatitudinis nostræ, nam fides ex auditu ad Roma.10. & Ioã.6. Christus habere dicitur verba æternæ vitæ: ita vice versa hæresiarcharum prædicatio erit causa condemnationis æternæ, quæ per ignem fumum, & sulphur significatur. De quo in loricis supra dicebamus. Nam loco hyacinthi loricarum hic ponitur fumus, & vt notat Beda, & Anſel. Hyacinthi & fumi idem est color. Est vero cõsideratione dignũ quod hic tractatur latè in Collectaneis, qđ etiam his verbis continetur vaticiniũ bellorum quæ sub Antichristo, & sub tyrãnis persequentibus Ecclesiam geritur modo, & gerendum est, & insinuari tormenta ænea, quæ Bombardas vocant, quæ ignem, fumum, & sulphureum puluerem ore spirãt.

Rom.10. Ioan 6.

¶ Et ab his tribus plagis occisa est. 3. pars hominum de igne, de fumo, et sulphure, quæ procedebant de ore ipsorum. Maximam partem Christianorum occisam esse spiritualiter huius modi prædicatione asserit Ioã. cum quo quadrat illud Ioel. 2. à facie eius cruciabuntur populi: omnes vultus rediguntur in ollam. vbi mortem & timorem hominum explicat. Timor enim primò pallore afficit vultum, sanguine defluente adcor, sed mox eodem sanguine confusso, & perturbato nigredine vultũ deturpat. & ideo dicitur, quod vultus timentium redigetur in ollam, ideſt, in nigredinem qualis est olla fumo, & sulphure respersa. Quæ omnia ad mortem spiritualem pertinẽt principaliter: & simul etiam nihil vetat eisdem verbis damna corporalia hominum prophetari, Ait Gagneius: sed secũdum sentẽtiam nostram de persecutione corporali solũ hic locus intelligit quãdo iusto iudicio Dei per manus impiorum impij qui nõ sunt signati miris modis interfici entur, vt diximus. Repetitio verò ignis, & fumi, &c. Firmitatis est argumentum, sicut Genes. 41. dicitur, quod autem vidisti. 2. ad eãdem rem pertinens somniũ: firmitatis inditium est.

Prima intelligentia mystica. Ioel.2.

Gagne. Secundus sensus. Gen.41.d

¶ Potestas enim equorum in ore eorũ est, et in caudis eorum. nam caudæ eorũ similes serpentibus, habentes capita et in his nocent. In Græco communiter nõ habetur in caudis eorum. Sed siue legatur, siue non legatur, nihil sensui deperit, nam cum dicat in caudis etiam esse capita, satis intelligitur potestatẽ eriam esse in caudis, expressior tamen est nostra translatio & melior. & ædi tio complutensium cum nostra cõsonat lectione, sic habẽs· ἡ γὰρ ἐξουσία τῶν ἵππων ἐν τῷ στόματι αὐτῶν ἐστι, καὶ ἐν ταῖς οὐραῖς, αἱ γὰρ οὐραὶ. &c. Aliorum equorũ in corpore, aut in pedibus est vis, istorum in ore & in caudis. In ore quidem quia vultu terrent, & verbis minacibus, & aduentu suo omnia deuastant sicut dixit: & de ore omnium procedit ignis. Est etiam in caudis, quoniam cum vicerint, & dissipauerint hostes videbuntur tranquillè, & mi-

Prima intelligẽtia literalis.

minimè tyrannicè dominari, ſed non multò poſt ad eandem crudelitatem redibunt: & cum recedere voluerint iterum eadem ora proferent ignem, & fumum, & ſulphur ſpirantia. Ideo caudæ eorum habere etiam capita dicuntur: & ſimiles eſſe ſerpentibus, qui tacitè ex cauernis prodeunt, & non præuiſi mordent: vt Eccleſiaſt. decimo. Si mordeat ſerpens in ſilentio: ita iſti cum iam quieuiſſe, & placidiſſimi eſſe videbuntur, ex improuiſo mordebunt, & ſæuient. Eccle. 10.

¶Cæterum myſticè rem explicãdo, ſicut nõ ſunt hi equi ſimiles equis vulgaribus, quibus in dorſo, & tibijs eſt ſua vis, & firmitas vt diximus, ſed his equis eſt in ore tota poteſtas: ſic hæreticis, & peruerſis viris in eloquentiæ, & prædicationis vigore tota vis eſt. Nam hoc etiam pacto, impro bè diabolus æmulatur Deum. Sicut enim Chriſtus linguis igne diuino ardentibus Apoſtolos ſuos inſtruxit: vt legem & doctrinam Euangelicam propagarent, Actorum ſecundo. Sic etiam diabolus, & Antichriſtus hæreticos quibus inequitat, linguarum peritia armat. Quod in noſtri temporis hæreticis abundè oſtenditur, quod etiam notat Gregor. hîc illud Prouer. 5. tractans: fauus mellis diſtillans labia meritricis. Et in caudis etiam vis eſt. de his caudis ſupra hoc capite dicebamus. & eſt geminus ſenſus: vt ſignificetur aſtutia: in ſerpentina cauda, & poteſtas, vel fauor principum ſeculariu m. Sic Greg. de quo hîc D. Tho. & eſt legendus Grego. 32. Moral. c. 12. & 13. ſuper illud Iob. Stringit caudam ſicut cędrum. Quod verò in ipſis caudis ſerpentina etiam capita habere dicantur, fraudem & occulta venena & diſſimulata in poſteriori parte geſtari ab iſtis, intelligit Richard. Nam ſerpẽtes potiſſimùm in caudis venenũ geſtant. Vt latè de hoc diximus ſupra in hoc cap. Secũda intelligẽtia. Actor. 2. Grego. D. Tho. Grego. Richar.

¶*Cæteri homines*. i. duæ partes reliquæ impiorum, nam tertia tantum ab iſtis occidetur. *qui nõ ſunt occiſi nec pœnitẽtiã egerũt de operibus manuũ ſuarũ*. Ideſt, de peccatis ſuis. Ita enim vocari ſolent peccata, quia propriè opera noſtra ſunt. Deuter. 31. Quoniam feciſtis malum in conſpectu Dñi, vt irriderẽtis eum per opera manum veſtrarũ, Pſal. 3. In operibus manuum ſuarum comprehenſſus eſt peccator. Pſal. 27. Da illis ſecundum opera eorum, & ſecundum nequitiam adinuentionum ipſorum, ſecundum opera manuum eorum tribes illis. Solent etiam vocari manuum opera, idola. vt Pſal. 113. Simulachra gentium argentum, & aurum opera manuum hominum, Eſa. 2. Repleta eſt terra ei⁹ idolis, opus manuum ſuarũ adorauerũt, qđ fecerunt digiti eorum. Oſęas vltimo: nec dicemus vltra dij noſtri, opera manuum noſtrarum. Verùm nunc quoniam ſtatim de idolis expreſſè loquitur, peccata intelligenda ſunt. De quibus pœnitẽtia agi debet. Ait ergo, qui nõ ſunt occiſi, nec pœnitentia egerũt de operib⁹ manuũ ſuarũ. ac ſi diceret: reliquæ duæ partes, neq; occiſſę ſunt, neq; perſecutę: vt pœnitẽtiã agãt. Alij hunc locum aliter intelligunt quorũ explicationem libet apponere. Deut. 31. Pſal. 3. Pſal. 27. Pſa. 113. Eſa. 2. Oſeæ vlti.

¶*Et cæteri*, inquit, *homines, qui non ſunt occiſi in his plagis, nec pœnitentiam egerunt de operibus manuum ſuarum, vt non adorarent dæmonia, & ſimulachra aurea, & argentea, & lapidea, & lignea, quæ nec videre poſſunt, nec audire, nec ambulare, & non egerunt pœnitentiam ab homicidiis ſuis, nec à beneficiis ſuis, nec a fornicatione ſua, nec à furtis ſuis.*

¶Suppleri aliquid debet: vt plenus A
sit sensus, nam est oratio defectiua, est
ergo, addendum, peribunt. & loquitur de illis qui liberè sub Antichristi
persecutione se peccatis contaminarunt, nec pœnitentiam gerunt. Nec
enim ab Antichristo omnes homines mundi sunt peruertendi. Primam
ergo perditionem ponit non egisse
Luc.13. pœnitentiam, sic habetur Lucæ.13. Ni
si pœnitentiam habueritis omnes simul peribitis. Nam sicut pœnitentia B
est causa salutis, quia remouet prohibens, scilicet, peccatum: ita nō agere
pœnitentiam, est causa perditionis.
Sicut nō sumere medicinam in ægritudine. directa verò causa perditionis peccatum est, quia positiuè se habet, & ideo Ioā. hīc ponit aliquas species peccatorum. & in primis idolatriam: & simul vanitatem idolatrorum hominum explicat quod lapidum, & lignorum diuinitatem colāt, C
Esa.44. habetis Esaiæ.44. Iucundam huius vitij irrisionem, vbi inducit hominem
partem arboris abscisi foco imponētem, ac partem alteram idem homo
dedolauit, & ex illa fecit Deum, & dixit illi: Deus meus es tu.

¶Quòd verò sensu omni careant
huiusmodi Idola: vt hīc habetur, repe
Psa.113.& 134. Sap.15. Baruc.6. Rom.1. titur sæpè in sacra scriptura: vt Psalm.
113. & Psalm.134. & Sap.15. & Baruc.6. Grauitatem huius sceleris tractat Pau- D
lus ad Roma. 1. Imponendo pœnam
à Deo decretam huic peccato. Propter quod tradidit illos Deus in reprobum sensum: quæ est summa punitio in hac vita. Originem verò ido
Sap.15. latriæ Sap.15. expressit sapiens: nā mortuorum filiorum, aut parentum, aut
regum imagines, cōsolationis, vel honoris gratia depictas, vel luto ficta simulachra, colere cœperūt homines: & inde processit error vsquè ad sacrificiorū oblationem illis simulachris exhibitam, id potissimùm in Babylone sub Nino Rege factum fuisse traditur. solent verò omnia peccata sequi idolatriam, in pœnam Idolatriæ: vt habetur ad Rom.1. Rom.1.

¶Quod autem fuerit Christus Redemptor qui ex mundo expulit idolatriam in.cap.12. Apocal. dicetur. Ad Apo.12.
ijcit Ioā. homicidium: quod omni lege fuit prohibitum. Exod.20. Nō oc- Exod.20.
cides. & intelligitur de occisione iniusta. Addidit veneficium, quod est spe
cies maleficij teste D. Thoma, vt cum D.Tho.
dato poculo venenato insidiamur alterius vitæ, aut sanitati mentis & corporis. Fornichationem adiunxit: & vt supra.cap.2. notabamus, idolatria per fornichationem significatur in sacra scriptura sæpè: & aliquando capitur pro omni cōgressu carnali illicito generaliter, & capitur propriè pro specie luxuriæ, quæ est soluti cum soluta: quæ est peccatum mortale ad He-
Heb.vlt. bræos vltimo, Fornichatores & adulteros iudicabit Deus. Vbi distinxit
Paul. inter adulteros, & simplicem fornichationem. Qua etiam distinctione vsus est Dominus Math.15. de
math.15. corde exeunt, &c. adulteria & fornichationes. & ad Gala.5. & 2.ad Cor.6. Gala.5.
Id habetur latius. ex quibus colligitur 2.Cor.6.
esse de fide simplicem fornichationem esse peccatum mortale, in quo
errabat Martinus de Magistris, qui affirmabat, non esse hæreticum id negare. Et dicitur fuisse error Græcorum,
qđ simplex fornichatio est licita. De
Castro. quo scripsit Castro aduersus hæreses
verbo coitus, hæresi.1. Qua propter
meretricium officium fœminis Israelitis erat prohibitum. Deut.23. Non e- Deut.23.
rit meretrix de filiabus Israel. & for-

fan

sam in hoc loco fornichationis nomi ne generaliter intelligitur omne vitium carnis,& ideo non meminit Ioannis adulterij,licet sit grauius. fornichatione, omnia peccata carnalia est complexus.Idque notat D.Thomas, A & ideo in singulari dixit à fornichatione, cum tamen de alijs vitijs per pluralem meminerit. & hæ de hoc capitulo.

¶ *Finis. Cap. IX.*

Intelligentia Capitis Noni Apocalypsis.

ET quintus angelus verus,siue cœtus prædicatorum tuba Euangelica cecinit. His ergo prædicantibus futurum est quod statim vidi. Vidi enim stellam splendidam de cœlo cecidisse in terram: vidi,inquam, angelum sanctum splendentem videntibus cunctis sicut stella,tanta celeritate de cœlo in terram descendisse: vt cum descenderet & caderet ferè visus non fuerit, sed postquam cecidit. Huic ergo angelo data est à Deo clauis atque potestas putei illius profundissimi,quem infernum vocamus: vt tanquam diuinæ iustitiæ minister illum aperiat,& nocentes acriter puniat. Et ascendit fumus putei designans calidissimas dæmonum machinas & consilia ad nocendum hominibus in terra. Qui fumus mihi videbatur similis fumo fornacis magnæ. Densum enim & obscurum diaboli consilium dicitur, propter multitudinem machinationum eius, & propter furorem magnum ex quo exeunt. Hinc factum est vt tanto isto fumo obscuraretur sol & aer,magnas siquidem tenebras hominibus inuexit istorum dæmonum fumus. Nam & intelligentiæ vim,& pietatis studium obscurauit fumus istæ. Cœtusque impiorum ob rerum humanarum prosperitatem soli comparatus obscuratur,lædeturque atque penè extinguetur.Continget enim tunc illud,quod Amos dicebat olim: & erit in die illa dicit Dominus: Occidet sol in meridie: & tenebrescere faciam terram in die luminis, & conuertam festiuitates in luctum. Et vidi quod de fumo putei exierunt locustæ: quo intellexi mihi significari, quod dæmonum consilio & afflatu egredientur in illis nouissimis diebus homines barbari, & feroces,in his locustis significati: qui á diabolo instigati,& Deo iuste permittente,per quin

que menſium ſpacium vehementer affligent impios, qui ſigno Dei, noluere ſignari. Et data eſt illis poteſtas quaſi vulnera ſua venenata infligant, qualia venenatis fieri ſolent morſibus ſerpentum. Et præceptum eſt illis locuſtis ne de more ſuo læderent fœnum aut quid aliud, ſed tantū homines impios illos & ſceleratos. Non tamen eſt illis permiſſum aut cōceſſum, occidere eos: ſed affligere & vexari variis cruciatibus, vt vel ſic cruciati reſipiſcant. Quod ſi queras qualis ſit cruciatus iſte, qualis eſſe ſolet ſcorpij, quum percutit hominem: videlicet crudelis, & venenoſus, & quaſi furtim ac celeriter inflictus. In diebus illis quærent homines mortem: vt ita ſaltem intolerabiles dolores effugiant: & tamen fugiet mors ab eis. Hi verò homines feroces per locuſtas deſignati, equis ſunt perſimiles, hoc eſt, fortes & veloces ad impios impugnandos: quales eſſe ſolent equi parati in prælium. Et ſicut locuſtæ mihi viſæ, ſuper capita geſtabant coronas ſimiles auro: ſic exercitus iſte immiſſus aduerſus impios, & magnis ducibus & regibus & nobiliſſimis militibus collectus, pulchris & auratis ſiue æreis galeis ornandus eſt: quæ de longe ſplendeant: & tanquam coronæ aureæ videantur. Facies verò locuſtarum mihi videbantur ſimiles hominum faciebus: quo intellexi ſignificari quod principes & milites illi humanitatem & clementiam ſimulabunt: cum tamen non putauerint impij, vehementer affligentur ab illis. Capilli verò earum ſimiles erant capillis mulierum, nam non ſolum humanitatem ſimulabunt: ſed etiam blanditias blanditijs muliebribus ſimiles adhibebunt: vt illos quibus nocere voluerint, magis capiant. Et dentes eorum ſicut leonum erant. Quo intelligeremus quod licet multam humanitatem ſint ſimulaturi, tamen mordebunt tam crudeliter, vt eorum dentes leonum eſſe videantur. Et habebant loricas ſicut loricas ferreas: & meritò, nam fortiſſimis armis munientur: quibus aduerſariorum ictus non timeant. Vox alarum earum quaſi vox curruum. Quo intellexi multas magnaſque futuras gētes iſtas, quarum volatus plagam velociſſimam à Deo cælitus miſſam deſignabat. Et habebant caudas ſimiles ſcorpionum, & aculei erant in caudis earum. nam licet ſimulent clementiam quam diximus, vehementer nocebunt vt ſcorpij, qui cauda, nec opinantes feriunt. Et habebant ſuperſe regem angelum abyſſi, hoc eſt, diabolum. Cui nomen Hebraicè Abbadon, Græcè autem Apollyon, & Latinè habens nomen exterminans. Cæterum illorum trium væ, quæ aquila volans clamando inſonuerat in fine capitis octaui hactenus vnum væ explicatum eſt á me: reliquum

eſt

eſt vt alia duo væ exponam, hoc eſt, alias duas cauſas doloris. ¶ *Et ſextus Angelus ſiue ſit verus angelus ſiue ſit cœtus prædicatorum, tuba cecinit: & tunc audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei ſcilicet, thimiamatis (quod in cœlo mihi eſſe videbatur ad ſimilitudinem altaris thimiamatis, factum) audiui, inquam, exire ſententiam patris cœleſtis vt ſoluerentur quatuor angeli, & occiderent tertiam partem hominum peccatorum. Clamabat ergo vox iſta ac dicebat ſexto angelo: ſolue quatuor illos malos angelos qui ligati ſunt vſque ad hanc diem à Deo in flumine magno Euphrate: & ſoluti ſunt quatuor mali angeli ex inſignioribus: qui parati erant in horam, diem, menſem & annum ad occidendum tertiam partem hominum. Circa extrema quidem tempora multò magis nocere hominibus ſinentur. Ligati ſunt à Deo per angelos bonos donec tempus adueniat, quo ipſe decreuit per eos pœnas ſumere de impijs & aduerſarijs Chriſti: ſoluentur autem vt occidant tertiam partem hominum eorum qui non ſunt ſignati ab angelis ſanctis in frontibus ſuis. Angeli verò ſoluti, tot hominum animos concitabunt ad bellum aduerſus impios: vt colligatur exercitus tot militum vt vix credi poſſit: ſed quamuis viderim tantam multitudinem quàm numerare non poſſem, tamen numerus reuera mihi per vocem indicatus eſt: erat enim numerus equeſtris exercitus vicies millies dena millia. Et ita vidi equos in viſione: & qui ſedebant ſuper eos habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & ſulphureas: qua figura cognoui iſtorum aſpectum fore terribilem hominibus vt non magis aduerſus eos conſurgere audeant, quàm ſi igne ſepti & circundati eſſent: capita equorum erant tanquam capita leonum. Homines, inquam, illi, quibus tanquam equis inſidebunt malignæ poteſtates & illos gubernabunt: tam fortes, tam ferores & crudeles erunt, vt leones potius quàm homines eſſe videantur. Et de ore iſtorum equorum videbatur mihi procedere ignem, & fumum, & ſulphur: quia quocunque ſe vertant omnia crudeliter vaſtabunt, atque procedent ſicut ignis accenſus in ſulphure procedere ſolet: multis modis homines occidendo, ciuitates euertendo, non vlla ratione ducti, ſed furori & ferocitati ſuæ obſequentes. Aliorum equorum poteſtas eſt in pedibus: iſtorum verò in ore & in caudis: nam caudæ eorum ſimiles mihi videbantur ſerpentibus, habentes capita. In ore quidem poteſtatem habebunt, quia vultu terrebunt, & verbis minacibus & aduentu ſuo omnia deuaſtabunt: in*

caudis

caudis verò quoniam cum vicerint, videbuntur tranquille & minime tyrannice dominari, sed non multò post ad eandem tyrannidem redibunt. Cæteri verò homines, qui non sunt occisi in his plagis, quos neque pœnituit adorare dæmonia, & simulacra aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ neque videre possunt, neque audire, neque ambulare: neque egerunt pœnitentiã ab homicidijs suis, neque a veneficijs suis, neque a fornicatione sua, neque a furtis suis. Hi, inquam, omnes & si non occisi sunt ab illo immani exercitu vt agerent pœnitentiam, si eam non egerint, tandem peribunt in æternum.

CAPVT DECIMVM

Argumentum.

¶ Angelus fortis cum voce tonitruorum describitur, et eius iuramentum: deinde libri per Ioannem deuoratio.

ET vidi aliũ angelum fortem descendẽtem de cœlo, amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat vt sol, et pedes eius tanquam columnæ ignis: et habebat in manu sua libellum apertum: et posuit pedem suum dextrũ super mare, sinistrum autem super terram, et clamauit voce magna, quemadmodũ cum leo rugit. Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas. Et cum locuta fuissent septem tonitrua voces suas, ego scripturus eram: et audiui vocem de cœlo dicentem mihi, Signa quæ locuta sunt septem tonitrua: et noli ea scribere. Dan. 12.e Et angelus quem vidi stantem super mare & super terram, leuauit manum suam ad cœlum & iurauit per viuẽtem in secula seculorum, qui creauit cœlum & ea quæ in eo sunt, & terram & ea quæ in ea sunt, & mare & ea quæ in eo sunt. Quia tẽpus non erit amplius, sed in diebus vocis septimi angeli, cum cœperit tuba canere, cõsummabitur mysteriũ Dei, sicut euangelizauit per seruos suos prophetas. Et audiui vocem de cœlo iterum loquentem mecum, & dicentem, Vade, & accipe librum apertũ de manu angeli stantis super mare et super terram. Et abij ad angelum, dicens ei vt daret mihi librũ. Et dixit mihi, Accipe librũ, Ezec. 3.a & deuora illum: & faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. Et accepi librum

de

de manu angeli, & deuorauí illum: et erat in ore meo tanquam mel, dulce: et cum deuorassem eum, amaricatus est venter meus. et dicit mihi, Oportet te iterum prophetare gentibus, et populis, & linguis, & regibus multis.

Caput. X.

ET vidi alium angelum fortem descendentem de cœlo amictũ nube. ¶Prius quã Ioannes absolnat mysterium septim angeli, de quo. c. 11. dicetur, interponit quasi per recapitulationem multa de Christi incarnatione, secundum communem patrum sententiam, velut consolatione interiecta lectorem recreatura, quem antea perturbabat tristi vaticinio. Et ostendit nobis auxilia aduersus Antichristum per Christum nobis exhibita. Hunc ergo aliũ angelum Christum Redemptorem esse omnes ferè expositores traddũt. Vocatur autem angelus fortis, nam fortis, & potens extitit in prelio, quod in carne assumpta suscepturus erat cũ diabolo. de quo Psalm. 23. & habetur Lucæ. 11. cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt ea quæ possidet: si autem fortior eo superueniens vicerit eum &c. Vnde Gabriel

Primus sensus

Infra. c. 11.

Psal. 23. Luc. 11.

A i. fortitudo Dei, eius incarnationem annunciat.

¶ Descendit ergo angelus de cœlis, quia sponte sua à summo cœlo egressio eius. Psalm. 18. Quia si inuitus esset non descendere sed cadere diceretur: vt dicitur de malo angelo Lucæ. 10. Videbam Sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem. & Esaię. 14 quomodo cecidisti Lucifer. &c.

Psal. 18. Luc. 10. Esa. 14.

¶ Alij vero existimant non hìc de B Christo esse sermonem, nec de eius primo aduentu, cum & rerum ipsarum concentus, & verba ipsa Apostoli manifestissimè id contradicere videantur. Quorsum enim nunc inter tubam sexti angeli, & septimi, cum de vltimis seculi temporibus agitur, de natiuitate eius aget Apostolus? Quare secundum illorum opinionem angelus iste fortis, ille ipse angelus est, de quo cap. 5. dixit: & vidi an- C gelum fortem prædicãtem voce magna, & dicentem: quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius? atquè ideo librum quem tunc aperire optabat: nunc apertum portat vt tradat Ioanni. Nec esset improbabilis coniectura, si diceremus, hunc esse Gabrielem, quoniam vtroque in loco angelus fortis dicitur, & Gabriel, secũdum interpretationem, sonat fortitudo Dei, aut fortis Dei. D Quare angelus iste videns, quod nec post tot plagas, quæ per tũbas sex angelorum prænunciatæ sunt, homines pœnitentiam agerent, sed in suis peccatis permanerent: nunc hominibus contestatur imminere finem mundi, & cum septimus angelus tuba cecinerit omnia esse consumanda, vt vel hoc terrore à peccatis abstineant, aut certè non de Dei misericordia & bonitate cõqueri possint. Nos autem

2. sensus.

Apoc. 5.

vtram

vtrãq; explicationem prosequemur.

Primus sen sus.

¶ *Amictum nube.* Representatur verò Christus amictus nube, propter humanitatem, qua solem diuinitatis tegebat iuxta illud Esaiæ.19. Ascendet super nubem leuem & ingredietur Aegyptum, & commouebuntur simulachra Aegypti à facie eius. Sic Beda & omnes. quia peccati pondere non grauabatur eius caro, & ita diuinitatis lucem tegebat, vt tãtum agnoscendam oculis nostris exhiberet. Sicut nubes se habet ad solem, eratque illa nubes roscida, irrorans rorem gratiarum. Ascendens enim in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus ad Ephe.4. Lege Aug. Psa.77. & Grego. super Ezech. hom.8.

Esa. 19.

Beda.

Ephe. 4. Lege Aug. & Grego.

¶ Item sicut Sol (vt Rupertus ait) cum nube tegitur, & latet: tamen scitur quia præsens est, dum suum orbẽ non ostendit, & tamen orbi vniuerso diem facit: sic in illa carne Deus & latuit, & præsens dignosci potuit, dum diuinitatem suam vt semper erat inuisibilem continuit, & tamen per opera visibilia mundum vniuersum illuminauit.

Rupertꝰ

2. sensus.

¶ Si verò de angelo Gabriele sit sermo, amictus nube dicitur: quo indicatur eum non esse cognoscendum, nec homines ei credituros esse, vt agant pœnitentiam.

¶ *Et iris in capite eius.* De iri dixi sup. c.4. per q̃ arcus pluuiaris significatur, & est propiciationis symbolũ. per hũc ergo arcũ fœdus Dei cũ hominib⁹ significatur: eũ Christus in cruce ostendit, cũ firmam nobis recõciliationem sanguine suo pro nobis effuso sanciuit. Estq; in capite: per quod significatur, eius diuinitas, caput enim Christi Deꝰ dicitur. 1. Co. 11. Quia ex diuinitate sufficientiã accipit redẽptio & propiciatio per Christũ facta. 2. Cor. 5. Deꝰ erat in Christo mundũ sibi reconcilians.

Apoc. 4.

2. Cor. 11.

2. Cor. 5.

¶ Si de vero angelo hoc intelligamus, dicendũ est, qđ cũ iris recõciliationis & fœderis signũ sit, per quam Deus admoneri voluit, vt non perderet homines iterũ diluuio, vt legim⁹ Gen. 9. Et sicut olim legati pacem petentes frondibus oliuæ coronati mittebãtur, vt Virgilius ostendit Aene. lib. 7.

Gen. 9.

Virgil.

Cẽtum oratores, augusta ad mœnia regis
Ire iubet, ramis velatos palladis omnes:
Donaque ferre viro, pacẽque exposcere Teucris.

Ita angelus iste Gabriel qui pacẽ Dei portat hominibus: & eos ad pœnitentiam inuocat, iride coronatur, ne pereant omnes diluuio iræ Dei,

¶ *Facies eius erat vt sol.* Supra ca. 1. expositũ est. ibi enim dicitur, qđ facies sicut sol lucet in virtute sua. Presentia Christi in carne vocatur facies, & hęc sicut sol, lucet. &c. Quia sicut per faciem aliquis cognoscitur esse prẽsens: ita Deus visibiliter per prẽsentiam carnis est cognitus, & cõgruit illud Ps. 79. Ostende faciẽ tuã & salui erimus. Ita Ansbertus. Est etiam patrũ expositio vt facies Chri dicantur esse prælati & doctores Ecclesiæ, per quos cognoscitur à nobis, & hi sunt velut sol, & lux, vt Mat. 5. dicitur vos estis lux mundi.

Primus sen sus.

Psal. 79.

Ansbertus.

2. sensus.

Math. 5.

¶ *Et facies,* inquit, *eius erat vt sol,* Facies angeli veri, hoc est, Gabrielis, dicitur esse vt sol, quia læta nũciat: & post tot plagas prosperitatẽ affert, si velint homines resipiscere: sicut cũ post multorũ dierũ pluuiã sol clarus exoritur, & cœlũ serenũ cernit. Præterea quia, ab hominibus videri, & neminem latere vult, vt intelligant omnes, Deum de pace agere: cum potius vellit omnes homines, saluos fieri, quàm in perpetuas pœnas detrudi.

3. sensus.

Primus sen-sus. ¶ *Et pedes eius tãquam columna ignis.* Pedes portantes Christum, prædicatores sunt, vt Actorum. 9. dicitur, de Paulo quod portaturus erat nomen Christi per orbem vniuersum. Et de his pedibus est illud Marc. 16. Illi autem profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. & illud Esaiæ. 52. Egõ qui loquebar ecce adsum. Et ipsos Apostolos, item ipsos prædicatores colũnas vocat Paul. ad Galat. 2. dicens: ipsi qui videbantur esse columnæ, dextras dederunt mihi, & sic intelligitur illud Psalm. 74 Ego confirmaui columnas eius. de quo Ansbertus, Beda, & alij. Et ratione ignis Spiritus sancti, quo perfusi sunt Apostoli & prædicatores, dicuntur columnæ ignis. de quo Actor. 2. diximus de hoc supra. ca. 3. In illa verba: & faciam eum columnam meam. Cæterum columnæ ignis dicuntur phrasi Hebraica, pro, colũnæ igneæ.

Marc. 16. c

Esa. 52.

Gala. 2.

Psal. 74.

Ansber. Beda.

Act. 2.

Apoc 3.

2. sensus. ¶ Vel aliter, pedes eius tanquam columnæ ignis. Angelus iste pacem promittit prius, & ideo iridem habet in capite: & facies eius vt Sol: sed posteà nolentibus resipiscere supplicia minatur, ideo enim habet pedes igneos, vt doceat inimicos Christi pedibus eius esse subijciendos, & æternis ignibus cremandos, hoc enim significant pedes ignei, vt in loco simili vidimus. cap. 1. Columnæ fortes & longæ sunt, atque ideo pedes eius similes columnis dicuntur, vt significetur, Christum cuius angelus iste nuncius est, fortem esse ad puniendum, nam ideo missus est ad annunciandũ angelus fortis: & ideo dicitur longos habere pedes, ideſt, posse illis omnes inimicos suos pertingere ad conculcandum, sicut mox ait: & posuit pedem suum dexterum super mare, sinistrum autem super terram.

Apoc. 1.

¶ *Et habebat in manu sua libellum apertum.* Liber hic multas obcausas est modo in manu Domini. Ipse enim opere impleuit quæ scripta erant. Nã fuit potens in opere & sermone, Lucę. 24. & cæpit facere & docere, Act. 1. Opus enim per manus significatur. Item impleuit in se ipso veteris scripturæ prophetiam Lucæ. 24. Tamen sacra scriptura, est in eius manu: quia eius notitiam cui vult præbet. Vocatur autem libellus & non liber, quia in hac vita non plenè nec tã copiosè reuelantur mysteria sicut in statu gloriæ, Mat. 11. Confiteor tibi pater, quia abscondisti hæc à prudentibus, & sapientibus. Additur tertia causa quia respectu notitię diuinę quæ est liber magnus, notitia per sacras scripturas angusta est.

Prima intelligentia

Lucæ. 24. Act. 1.

Luc. 24.

Math. 11.

¶ Secũdò sic debet explicari locus iste, & habebat angelus iste. s. Gabriel, in manu sua libellum apertum, eum videlicet quem cap. 5. vidit in dextera sedentis super thronũ, in quo scriptũ erat, quod Ioannes gentibus vaticinari iubebatur, vt exposuimus, cap. 5. & duobus sequentibus. Atque hunc meritò nunc in manu habet, quoniam supplicia, quibus impij plectẽdi sunt, nisi pœnitentiam egerint, in eo scripta: Ioanni traddenda sunt.

2. intelligentia.

Apoc. 5.

Apo. 6. & 7

¶ *Et posuit pedem eius dextrum super mare: sinistrum autem super terrã.* Hos enim pedes Christi, ad corpus Christi mysticum referunt omnes. Pedes enim Ecclesiæ iam diximus esse prædicatores. Dexter pes illos significat prædicatores & doctores, in quibus vis est robustior & potentior virtus ad id munus: sicut in manu dextra, est maior virtus. Et hic pes

Prima explicatio

dexter

dexter in mari ponitur, ideſt, vbi grauiores ſunt motus, & peccatores magis atrotiores; & magis inſani: qui
Apoc. 8. comparantur mari, vt cap. 8. notatum eſt. Et propter hoc Apoſtoli poſtquam fuerunt in gratia confirmati, & virtute induti ex alto, ad predicandum in gentibus miſſi ſunt, & maioribus periculis expoſiti quàm anteà. & dicitur illis: euntes in mundum vniuerſum prædicate euangelium omni creaturæ. Mathæ. vltimo.
Math. vlt.

¶ Pes verò ſiniſter, ideſt, prædicator imbecillior & infirmiori virtute præditus, ad terram mittitur, ideſt, minori periculo exponitur, nam terra peccatores ſignificat terrena amantes, qui planè ſcelerati ſunt, ſed minus feroces, quàm illi, qui per mare ſunt ſignificati. Sicut terram tutius quis ingreditur quàm mare, qua propter Apoſtoli dum non erant confirmati in virtute, per aduentum viſibilem Spiritus ſancti, non ad gentes, ideſt, mare
Math. 20 mittebantur. Imo Mathæ. 20. Præcepit eis in viam gentium ne abieritis.

¶ Aliqui eliciunt hoc myſterium
Math. 14. ex illo Mathæ. 14. vbi Petrus in mare proſiliens mergitur, quia nondum erat aſſecutus eam perfectionem, vt quaſi pes Chriſti dexter in mari poneretur, ſed ſiniſter erat adhuc.

Hîc occurrit locus communis quòd Deus attemperat onus & tentationem, ad rationem virium, nec patitur nos tentari ſupra id quod poſſu-
1. Cor. 10. mus, 1. Corinth. 10. Nec defuerunt aliqui qui duplicem ſpiritum Eliſæi
4. Reg. 2. ſic interprætarentur. 4. Regum. 2. Quia duplã portionem gratiæ prædicationis fuerit adeptus Eliſæus potius quàm Elias. Eò quod difficiliores tentationes Eliſæum manebant ſuperandæ, quàm fuerant Eliæ oblatę. Hic ſit inter alios ſenſus huius loci.

¶ Sunt præterea qui textum noſtrum intelligant ſic, quod tam prophetia quàm prædicatio Euangelica ſit infundenda etiam ad inſulas tranſmare poſitas, ſic Eſaiæ. 60. dicitur: Eſa. 60.
quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris. Hactenus communem expoſitionem explicauimus ſcilicet ſententiam Anſelmi, Bedæ, & aliorum multorum. ¶ Sed hic locus ab
aliquibus ſolet exponi aliter, vt per hos duos pedes duæ portiones ſignificentur in Chriſto, ſuperior ſcilicet & inferior. Siue etiam natura diuina & humana. & eſt Chriſtus ſecũdum naturam diuinam & ſuperiorem portionem in terra, ideſt, in quiete, & beatitudine: & ſimul habet alterum pedem in mari, ideſt, portionem inferiorem, obnoxiam tempeſtatibus & iactatam fluctibus huius vitæ. Quæ
expoſitio habet incommoditatem: quia ſiniſter pes, qui tribuendus videtur portioni inferiori, dicitur eſſe nõ in mari ſed in terra. & ſic non congruit textus cum proportione duarũ naturarum, aut duarum portionum. Portio enim ſuperior per pedem dextrum, vbi eſt maior virtus, & inferior portio per ſiniſtrum intelligenda venit. Atque hanc ob cauſam credo quod hæc expoſitio non eſt traddita à ſanctis, nec à patribus antiquis, vt aliqui ſuſpicantur.

¶ Tandem hunc locum de angelo intelligendo, dicendum eſt, ſignificari in hoc quod ait: & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare &c. Nihil eſſe tàm diſtans, vt Domini ſui pedem & conculcationem poſſit effugere. Itaque non ſolum habitantes in terra, ſed nec in inſulis etiam remotiſſimis degentes, ſupplicia eius

1. explicatio.

3. explicatio.

4. explicatio.

vitare poterunt. Sed cur dextrum pedem ſuper mare ponit, ſiniſtrum ſuper terram? pes dexter fortior eſt. In his ergo qui magis latent & remotiores ſunt, pes Chriſti, ideſt fortitudo eius magis oſtendetur. Cum ne illi quidem qui in remotiſſimis inſulis viuebant ab hominum conſortio ſegregati, liberari ab eius ira potuerint, magis quàm qui erant ſuper terram.

Primus ſen ſus.

¶ *Et clamauit voce magna quemadmodum cum leo rugit.* Prædicatio ipſa Chriſti, hìc inſinuatur. Dominus enim leonis in modum clamabat. Amos. 3. Leo rugiet quis non timebit? Dominus Deus locutus eſt quis non prophetabit? Vbi videtur expoſitus noſter textus. Et clamaſſe Dominum ſæpè habetur Ioan. 7. Stabat Ieſus & clamabat: ſi quis ſitit veniat ad me & bibat. & rurſum: clamabat Ieſus in tẽplo dicens. &c. In cruce etiã voce magna clamãs ſpirauit. Nec dubium eſt auditores tunc expauiſſe ſicut rugiente leone pauent animalia.

Amos. 3.

Ioan. 7. f

2. ſenſus.

¶ Sed communior intelligentia de clamore per prædicatores emiſſo, tradditur, vt patet in Anſelmo & D. Thoma. Eſaiæ. 58. Clama ne ceſſes. & quia prædicatio eſt cum comminatione & ſimul eſt cum promiſſis, ideò dicitur vox magna propter promiſſa: & comparatur leonis rugitui propter comminationes.

Anſelm. D. Tho. Eſa. 58.

¶ Hìc ergo declaratur fortitudo Chriſti, & ſuorũ. ſicut etiam Amos. 1. Dominus de Syon rugiet, de Hieruſalem dabit vocem ſuam: vbi legendus Hierony. Sed in Eſaia Chriſti mãſuetudo deſcribitur, cap. 42. Quia non clamabit, nec accipiet perſonam, nec audietur vox eius foris.

Amos. 1.

Eſa. 42.

3. ſenſus.

¶ Si verò de angelo Gabriele vel alio, hoc interprætemur. Quid clamauerit angelus iſte paulò poſt deſcribit: quoniam tempus non erit amplius. Et voce magna clamat ſicut leo, quia omnes audire vult quę dicit, & omnes terrere, vt maturè pœnitentiam agant: & vt indicer magnam Dei iram illis impendere, niſi pœnitentiam egerint. Pro, rugit, in Græco eſt μυκᾶται. quod eſt propriè boum, & ita metaphoricè transfertur ad quæuis alia magnum ſonum ædentia: & ad camelos, & leones: ad inanimata etiam, vt ad tonitrua & ſimilia.

¶ Quæritur attamẽ an extremis temporibus poſtquam facta fuerint ea quæ hactenus dicta ſunt, angelus huiuſmodi deſcenſurus ſit de cœlo, qualis nunc deſcribitur: & validè clamaturus vt cum leo rugit? Reſpondeo: Ioanni obiectam fuiſſe viſionem, vt ex ea intelligeret quæ futura ſunt: & ſcriptis mandaret: vt homines illorum temporum intelligant, quid Deus de illis cogitauerit: & tunc non deſcendet angelus amictus nube: fieri tamen ea quæ in hoc angelo & in eius verbis ſignificantur, ideſt, Deus prædicatores mittet, qui homines ad pœnitentiam exhortent, & pacem atque reconciliationem eis promittant. Deinde etiam & citò venturi iudicij comminatione terreant. Ita ſunt multa exhis, quæ hactenus diximus, intelligenda: vt quod diximus. cap. 9. de locuſtis & equis. & cap. 6. de equis & equitibus.

Dubitatio

Reſponſio

Apoc. 9.

Apoc. 6.

¶ *Et cum clamaſſet, locuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas.* Per tonitrua ſignificari prædicationem ipſam & omnes traddunt, & nos ſuprà ad capit. 4. notabamus. Et ſeptem vniuerſitatem ſignificare ſupra dictum eſt. ca. 1. Prædicationem ergo vniuerſam diffuſam per orbem ſignificat Ioannes.

Prima expoſitio myſtica.

Apoc. 4.

Apoc. 1.

erit

erit ergo ſenſus quod poſtquam Chriſtus cœpit prædicare & mittere prædicatores: confeſtim eſt ſecuta in mũdo prædicatio. Pſalm. 76. Vox tonitrui tui in rota, ideſt, in circuitu totius orbis vox prædicationis exiuit. Nam in omnem terram exiuit ſonus eorum. Pſalm. 18. Quòd verò voces ſuas tonitrua emiſerint, notabile eſt: quia ſicut vox cum ſonat non alia eſt niſi quam ſpiritus emiſit: & aer ibi latens: ita non alienam vocem, ſed ſuam, id- B eſt, ab inhabitante ſpiritu profectam hæc tonitrua emiſerunt. cum quo cõgruit illud Pſalm. 92. Eleuauerunt flumina Domine eleuauerunt flumina voces ſuas. quæ flumina doctrinam & gratiam Spiritus ſancti ſignificant, vt hìc traddit Ansbertus. de quibus Ioann. 7. qui credit in me flumina de ventre eius fluent, & ſubiecit Euangeliſta: hoc autem dicebat de ſpiritu quem accepturi erant credentes in C eum, ſic Mathæ. 10. Dabitur vobis in illa hora quid loquamini. Vbi monentur prædicatores ne verba loquãtur non ſua, ideſt, aliena à Chriſto & eius ſpiritu. Ita Ansbertus & alij. Anſelmus & alij, voces ſuas exponunt, i. congruentes ſuo tempori. Alij hunc locum aliter exponunt.

Pſal. 76.

Pſal. 18.

Pſal. 92.

Ioan. 7.

Math. 10.

Ansber. Anſelm.

2. expoſitio literalis.

¶ *Et cũ clamaſſet* inquit, *locuta ſunt tonitrua voces ſuas.* De ſeptem tonitruis nihil hactenus videtur dixiſſe, ipſe attamen tanquam de re non ignota loquitur. videlicet. cap. 8. dixit, & accepit angelus thuribulum & impleuit illud de igne altaris & miſit in terram. & facta ſunt tonitrua, voces, & fulgura. Quare ex hoc loco intelligimus ſeptem fuiſſe tonitrua. Non enim poſſunt hæc ad alium locum referri. Voces attamen diximus tunc articulatas intelligi debere eas, quas A nunc commemorat. Quare quod tunc dixit facta eſſe tonitrua, & voces per anticipationem dictum apparet: non enim tunc locuta ſunt tonitrua, voces ſuas, ſed hoc tempore quod nunc indicat Ioannes. Cum verò tonitrua ad terrorem hominum fiant, voces eorum ſine dubio plenæ ſunt timoris & minis, & ſignificant iram Dei. Loqui enim tonitrua nihil aliud videtur ſignificare quàm manifeſtiſſimam fore iram Dei: hoc eſt, horrenda tonitrua audienda eſſe, quæ ita apertè magna mala inſtare portendent, ac ſi loquerentur: nam in rebus non loquentibus magna quę dam manifeſtatio, metaphoricè loquutio dici ſolet Abacuc. 3. dedit abyſſus vocem ſuam, altitudo manus ſuas leuauit. His etiam adde quod Hebraiſmus eſt iſte, vt aiunt viri docti. locuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas, pro eo quod eſt: ædiderunt ſtrepitum ſuum.

Abacuc. 3.

¶ *Cum locuta fuiſſent ſeptem tonitrua voces ſuas, ego ſcripturus eram.* Sic vulgo legimus in vtriuſque linguæ æditionibus. Sed noſtri antiqui codices variant, nonnullis omittentibus voces ſuas, nonnullis ego, nonnullis ſeptem tonitrua, vti facit Beda. qui ſic legit: & cum locuta ſunt ſeptem tonitrua, ego ſcripturus eram. D omiſit: voces ſuas. Sed iam ad literam explicandam accedamus. ait ergo Ioan.

Apoc. 8.

¶ *Et cum locuta fuiſſent ſeptem tonitrua voces ſuas, ego ſcripturus eram, & audiui vocem de cœlo dicentem mihi: ſigna quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua, & noli ea ſcribere.* ¶ Operoſum eſt explicare, quare in capitulo primo ſupra Ioannes Iubeatur per vocem de

Mysteria sacra indignis non sunt cõmunicanda. Richar.

cœlo scribere, modo verò prohibetur scribere quæ locuta sunt septem tonitrua. Richardus reddit rationem quia non sunt mysteria sacra indignis communicanda, vt habetur Math. 7. de margaritis non mittendis antè porcos. Pro diuersitate ergo gentium hæc facienda sunt, sic Ioannis. 16. Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. & 1. Corinth. 3. lac, ideſt, doctrinam minus arduam Paulus accomodat nondum spiritualibus. Et ad Hæbre. 5. dicitur: de quo nobis grandis sermo & interpretabilis ad dicendum, quoniam imbeciles facti estis ad audiendum. Sic Esaiæ. 8. Liga testimonium, signa legem in discipulis meis. Pro diuersitate temporum opportunitas quærenda est. & nunc sermones sunt signandi, nunc scribendi, & manifestandi. & quod in primo capite erat tempus aperiendi, nunc dicitur esse tempus claudendi & signandi. Quod rectè ostendit Beda, ex illo Danielis 12. Tu autem Daniel claude sermones & signa librum, vsque ad tempus statutum. Sic etiam cap. vltimo Apocalypsis. Iubetur Ioannes non signare librum, quem hic mandatur signare sub nomine tonitrui. ne signaueris, inquit, verba prophetiæ huius. Quo fit vt non sit improbanda intelligentia, quam Anselmus hîc attulit & glosa, & quam D. Thomas est amplexus: vt in hoc loco Ioannes personam gerat eorum prædicatorum, qui tempore Antichristi sunt futuri: & quia tunc erit prædicatio penè extincta, nam solus Elias & Enoch, (vt cap. sequenti dicemus) prædicabunt: ideo eius temporis silentium prophetans Ioannes dicit: quod de cœlo iubetur signare mysteria & occultare. Sed iam ad secũndam explicationem huius loci accedamus.

Matth. 7. Ioan. 16. 1. Cor. 3. Hæbr. 5. Esa. 8. Beda. Dani. 12. Apo. vlti. Anselm. glosa, & D. Tho. Apoc. 10.

¶ *Signa*, inquit, *et nolo ea scribere*. Si nõ scribere, quomodo signare iubet? Non enim signantur nisi quæ scripta sunt, & legi non sinuntur. vt Hieremiæ. 32. Scripsi in libro & signaui. & Daniel. 8. Tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit. & cap. 12. Tu autem Daniel claude sermones & signa librum, vsque ad tempus statutum. & in huius libri. cap. 5. vidimus librum signatum, quem nemo aperire aut legere poterat. Respõdeo, quod metaphorica locutio hæc est, & signare, atque claudere iubetur in mente sua, non librum aut scripturam signare. ac si diceret: signato, velut, scilicet occultanda: tene, inquam, ea in mente tua & nemini dixeris. Nam quæ signantur siue sigillantur, non possunt legi aut videri. Itaque non putemus ita posse accipi, signa, ac si dixisset: nota atque animaduerte ne memoria excidant: qui sensus à voce Latina alienus non erat, sed Græcę non conuenit, vbi habetur σφράγισον, ideſt, sigilla. vnde σφραγὶς dicitur sigillum, quo literæ signantur. De hoc etiam diximus. cap. 5. idem vidimus cap. 7. In angelo habenti signum Dei viui, & clamante quatuor angelis nolite nocere terrę &c. quo vsque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Cur autem Deus hoc signari iusserit, ideſt, in mente Ioãnis claudi, ita vt nemini diceretur, certo scire nõ possumus. Credibile est noluisse scribi, ne homines magnitudine futurorum malorum in desperationem inciderent, aut peiores etiam fierent. Forte etiam ne conficta ab Apostolo putarent, si maxima & inusitata viderent.

Hier. 32. Dani. 8. & 12. Apoc. 5. Apoc. 5.

¶ Et

¶ *Et Angelus quem vidi ſtantem ſuper mare, & ſuper terram, leuauit manũ ſuam ad cœlum: & iurauit per viuentem in ſecula ſeculorum: qui creauit cœlum, & ea quæ in eo ſunt, & terram, et ea quæ in ea ſunt, et mare et omnia quæ in eo ſunt, quia tempus non erit amplius: ſed in diebus vocis ſeptimi angeli, cum cœperit tuba canere conſumabitur myſteriũ Dei, ſicut euangelizauit per ſeruos ſuos prophetas.* Chriſtus Redemptor, quem Angelum vocauerat, iuramẽto interpoſito affirmat æternam, & ſine rerũ vicisitudine fore retributionẽ iuſtorum peracto Antichriſti tempore, & vera eſſe futura vaticinia prophetarũ veterum de hoc lata, hæc eſt expoſitio communis patrum. Sed expendamus verba ſingulatim.

Primus ſenſus.

¶ Ceremonia erat, modusquè iurãdi Hebræorum ſublatis in cœlum manibus. Quod patet Gene.14. Vbi iurat Abraham in hunc modum: leuo manum meam ad Dominum, quod à filo ſubtegminis, vſquè ad corrigiam caligę, non accipiam ex omnibus quę tua ſunt, &c. Non enim eſt ſenſus literalis illius loci, quod Abraham excutiat manus, quaſi abſtinens ab omni vtilitate ex præda in eo bello capta, ſed iuramentum eſt. & Dan.12. Habetur locus noſtro ſimilis, & audiui virum qui indutus erat lineis, qui ſtabat ſupra aquas fluminis, cum eleuaſſet dextram et ſiniſtram ſuam in cœlũ, & iuraſſet per viuentem in æternum. Exod.6. Ex quo intelligitur illud Exod.6. & induxerim vos in terram, ſuper quam leuaui manum meam: vt darem eam Abraham, Iſaac, & Iacob. i. quam me illis daturum iuraui. Eſt enim conciſſa ac deficiens locutio, quæ plena eſſet ſi diceret: ſuper quam leuaui manum meam ad cœlum. Cæterum Deus per ſemetipſum iurare ſolet, quia ſuperiorem non habet, at verò homines per maiores iurant: vt docet Paul. ad Hebræos.6. & vt ibidem docet Paul. Deus ſuum interponit iuramentum, cum vult ſignificare immobilem eſſe ſententiam, quam certo ſucceſſu ſit executurus. Nam contingit aliquando res promiſſas nõ adimplere, quia tacite latebat conditio. & tunc Deus dicitur pœnitentia corripi, & mutare ſententiam, & pœnitet quantum ad exteriorem effectum. Si gens illa (inquit) egerit pœnitentiam, &c. Hiere.18. Agam & ego pœnitentiam de malo quod cogitaui facere ei. Vt ergo ſignificet Redemptor noſter in hoc loco, quod abſquè vllo periculo mutationis erit hæc retributio iuſtorum: & quod ſine pœnitentia ſunt dona Dei, ad Rom.11. Ideo interponitur iuramentum, quod eſt certum ſignũ infallibilitatis. & hoc ſignificatur Pſa. 109. Iurauit Dominus & non pœnitebit eum, quod ad Hebræ.7. Copioſè tractat Paulus. Eiuſdem firmitatis cauſa iurauit Dominus aduentum filij ſui in familiam Abrahæ, & Dauid: vt habetur Lucæ primo: Iuſiurandum qđ iurauit ad Abraham patrem noſtrũ. &c. De quo Gene.22. & Dauidi factũ iuramentum habetur Pſalmo.131. Iurauit Dominus Dauid veritatem & nõ fruſtrabitur eũ, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Ex quo infero hæreticum eſſe negare promiſſiones factas à Deo circa liberationẽ humani generis. In quo errare videtur Durand. qui in.3.d.20.q.1. Vult eſſe ſimplices ordinationes.

Gen.14. Modus iurandi Hebræorum erat ſublatis in cœlum manibus.

Dan.12.

Exod.6.

Hebr.6.

Deus per ſemetipſũ iurare ſolet, quo iuramẽto firmũ & infallibile eſſe quod dicit oſtenditur.

Hiere. 18.

Rom.11.

Pſa.109.

Hebr.7.

Luc.1.

Gen.22. Pſal 88. 131.

Duranduſ

¶ Quod ſi de Angelo & non de Chriſto ſit ſermo hic. tunc dicemus quia iurat Angelus, quia dicturus eſt aliquid, quod hominibus illius ſeculi futuri vanum & impoſſibile videbitur. Et dicturus,

Secundus ſenſus.

nō amplius futurum tempus, rectè iu rat per viuētem in ſecula ſeculorum: adducens eum qui æternus eſt, & omnia tempora æternitate ſua ambit: & per creatorem omnium: vtinde cognoſcatur, quod ſit omnipotens qui cū voluit tempori initium dedit, & ita cum volet dare finem poteſt.

Dubitatio Math. 5. Solutio.

¶Sed quare prohibetur nobis omne iuramentum: vt Math. 5. nolite iurare omnino. Ad hoc reſpōdetur. qđ iurare licitum eſt: imo laudabuntur, omnes qui iurant in eo Pſalm. 62. Nō tamen eſt appetendus iuramenti vſus quaſi res per ſe honeſta, qualis eſt temperantia. Eſt enim bonum iurare ſicut medicina ratione finis, & neceſſitatis ratione confirmandi veritatem. De quo D. Tho. 22. q. 89. art. 5. & ideo adhiberi debēt illi tres comites quos ex Hierem. 4. Theologi didicerunt. Iurabis viuit Dominus in veritate, & iuditio, & iuſtitia. De quo D. Thom. art. 3. vbi ſupra, ideſt, neſit iuramētum mendax contra veritatem, nec incautum contrà diſcretionem iudicij, nec iniquum contra iuſtitiam proximo debitam. De hoc habetur Eccleſi. 23. vbi aſſiduitas iurandi reprehenditur, iurationi non aſſueſcat os tuum: multi enim caſſus in illa. Et ſimul triplex genus vitioſi iuramenti explicat, quia prædicti comites deſunt illis verbis: ſi fruſtrauerit fratrem, delictum illius ſuper ipſum erit, & ſi diſſimulauerit delinquit dupliciter: & ſi inuacuū iurauerit non iuſtificabitur. Et hoc eſt cur prohibet Dominus iuramentum Math. 5. ſcilicet, ſi nō fiat cum ſuis debitis circunſtantijs quas Chriſtus in hoc loco adhibuit. Quapropter pſeudo apoſtoli hæretici meritò damnantur, quia negabant licitum eſſe iuramentum. De quo Caſtro verbo iuramēto hæreſi prima diligenter diſſerit. Nam iurare per Deum quaſi cū adoratione latriæ præcipitur cōiunctum, Deutero. 6. & 10. Dominum Deum tuum adorabis: iurabisquè in nomine illius. Et ſæpè Paulus iurat, teſtis eſt mihi Deus ad Rom. 1. ad Philip. 1. & Cor. 1. Hinc diſces quod non eſt ſenſus literalis huius loci expoſitio gloſæ: vt eleuatio humanitatis Chriſti in aſcenſione facta, per eleuationem manuū intelligatur hīc. ¶ *Qui creauit cœlum, & ea quæ in eo ſunt. &c.* ¶Per Deum creatorem iurat. & diſtinguit res creatas: vt in Gene. cap. 1. ſcilicet, in res cōtinentes, & cōtentas: nempe cœlum, & ea quæ in eo ſunt. Vbi per cœlum probabiliter intelligimus & coeleſtes orbes, & elemēta ignis, & aēris: & contenta in eis, vt angelos, aſtra, & volucres. Sic Actor. 17. Deus qui fecit mundum, & ea quę in eo ſunt. & ſolet apponi vita Dei in iuramento: vt Hierem. 4. præcipitur: iurabis viuit Dominus, vt à iurando per idola abſtinerent: quæ ſine vita erant. Nam per idola iurare nefandum erat. Vt habetur Ioſue. 23. Ideò hīc dicitur quod iurauit Angelus per viuentem in ſecula.

Deu. 6. & 10. Rom. 1. Phili. 1. 2. Cor. 1. Gen. 1. Acto. 17. Hiere. 4 Ioſue. 23.

¶ Quia tempus non erit amplius. &c. ¶Iurat ergo Angelus, quòd tempus non erit vltra, poſt vocem ſeptimi Angeli tubā canentis, ideſt, non erit mutabilitas in gloria ſanctorum ſed tempus & mutatio à dolore in dolorem perdurabit in ſolis damnatis, de quibus Iob. 24. dicitur: tranſibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. Nam licet quieſcat cœlum, & nō ſit formaliter tempus, erit tamen mutatio quæ de ſe eſt cōiuncta cum tempore. Vt Pſalmo. 80. de damnatis dicitur: & erit tempus eorum in ſecula.

Iob. 24. Pſa. 80.

Eſt

Est nunc creatura omnis corruptioni & vanitati subiecta aliquo modo. Vt Paulus ait ad Ro.8. vanitati, inquiēs, creatura subiecta est. Quod de omni creatura exponit Chrysostо. Sed planius de omni homine & natione intelligitur. Vt Marci vltimo. Prædicate euangelium omni creaturæ. Creatura per hominem generaliter accipitur. Quæ expositio loci Pauli est Origenis, & Augu. lib. 83. quæstionum. q. 67. quod Angeli non propriè obnoxij dicantur vanitati. Et Caietanus hanc intelligentiam amplectitur ibidem. Et subiecit mox paulus id quod cōgruit cum hoc nostro textu. Quia ipsa creatura liberabitur à corruptionis seruitute. Quod præcipuè in prædestinatis adimplebitur. Licet generaliter etiam omnis creatura corporalis, quæ propter electos est condita, liberari dicitur à seruitute corruptionis. Et sic à vanitate, idest, mutabilitate liberabitur, quia in statum permanentis nouitatis mutabitur. Doctè hoc considerat Richardus, & ponit tres vanitates in homine, & in eius operibus, & in corruptibilibus rebus, quę propter hominem sunt: vt diuitiæ. Tres sunt (inquit) vanitates, siue mutabilitates. Prima est in homine, secunda in his quæ fiunt ab homine. Tertia ab his quæ facta sunt propter hominē. In homine est vanitas mortalitatis, in his quę fiunt ab homine, vanitas curiositatis, in his quæ facta sunt propter hominem, vanitas mutabilitatis. Et quia homo est causa vniuersę vanitatis, aptè scriptum est: vniuersa vanitas omnis homo viuens. Propter has tres vanitates dixit Salomon: vanitas vanitatum & omnia vanitas. Sublato autem homine de mundo nulla vanitas mutabilitatis erit in mūdo.

Rom. 8. Chryso. Marc. vlt. Origen. Augu. Richar. Psa. 38. Eccle. 1.

Vnde & hìc dicitur: tempus amplius non erit, idest, vanitas mutabilitatis nō erit. De hac vanitate etiam Dauid ait Psalmo .4. vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium. Significat ergo Ioānes auferendam esse hāc vanitatem & mutabilitatem. Et hoc est quod tempus nō erit. Quod quidem futurum est incipiente septimo Angelo canere tuba. Eo enim tempore mūdus destruetur: & iudicium fiet, & retributio malorum. Et hoc est quod ait. *Consumabitur mysterium Dei sicut euangelizauit per seruos suos Prophetas.* idest, omnia quæ Deus per Prophetas prædixerat de fine seculi, de futura requie sanctorum, de supplicijs malorum, & quæ his rebus, & figuris, & obscuritate verborum cōtexerat, cōsumabūtur: & aperta atquè reuelata videbūtur. Hoc intelligimus ex cap. 11. vbi sic dicitur: & Angelus tuba cecinit & factæ sunt voces magnæ in cœlo dicentes: factum est regnum huius mūdi domini nostri Iesu Christi: & regnabit in secula seculorum. & mox: gratias agimus tibi, quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. Et iratæ sunt gentes & aduenit ira tua, & tempus mortuorum iudicari, & reddere mercedem seruis tuis prophetis, & sanctitas. Hæc fient cum. 7. Angelus tuba canet. & hæc, quæ pluribus verbis explicauit, sunt, quæ vno verbo nūc vocat mysterium Dei. Illud, videlicet, quod euangelizauerat per Prophetas suos. *Aut consumabitur mysterium Dei sicut euangelizauit per seruos suos prophetas.* i. eo modo quo per illos prædixerat. Nec dixit: sicut prædixit, aut prophetauit: sed sicut euangelizauit. Sanctos enim respicit in quorum consolationem missi sunt Prophetæ: & illis semper annuncia-

Psa. 4. Apo. 11.

ciatũ fuit,poſt iudiciũ omnia Chriſto A enim tempore accepto exaudiui te,
eſſe ſubijcienda:& bonos æterna bea- & in die ſaluris adiuui te. Ecce nunc Dum tem-
titudine eſſe præmiandos:malos ve- tempus acceptabile,ecce nunc dies ſa pus habe-
rò æternis pœnis eſſe afficiendos. lutis:quando igitur tempus modo ha mus ab a-
¶ Nequè mihi videtur idem ſignifica bemus,operemur bonum:nam in fu ctionibus
ri per hanc tubam ſeptimi Angeli, & -tura vita tempus operandi nõ erit vl- ſanctis ceſ
1.Cor.15. per illam Paul.1.Cor. 15. canet enim -tra.Nõ igitur recipiamus Dei gratia, ſare nõ de
1.Teſ.4. tuba & mortui reſurgent.&1.Teſa.4. hoc eſt,remiſſionem peccatorum, & bemus.
Dominus veniet in tuba,& voce Ar- veram iuſtitiam in vacuum. Imitan-
changeli.Nam tuba illa Pauli ſumitur tes Heliam qui audito nuncio à Iezа- 3.Reg.
pro Iuſſu Dei vocantis mortuos ad iu bele ſibi miſſo,timore maximo corre Figura.
dicium.In hoc autem loco,tuba ſumi B ptus,fugit neſciens quò:& peruenies
tur pro prædicatione euangelica vlti- in deſertum ſedit ſuper vnam iunipe-
mi temporis.Ait ergo. *Cum caperit tu- rum,& petiuit animæ ſuæ vt morere
ba canere conſumabitur myſterium Dei.* tur. Quoniam,inquit, non ſum me
Vocatur autem myſterium,quia præ lior quàm patres mei. Deinde excita-
mium eſt inenarrabile . Idquè ſicut tus ab Angelo,&comedens appoſitũ
per Prophetas eſt euangelizatum, ſic ſubcinericium panem,bibens ex vaſe
fiet:vt paulò ante dicebamus.Euange aquæ,rurſus obdormiuit: & Angelus
lizare verò,verbum Græcum eſt, & reuerſus ſecundò,ne,inquit, in vacuũ
Luc.1. bona annunciare ſignificat.Luc. 2. E- gratiam Dei recipias,ſed ſurge & co-
uangelizo vobis gaudium magnum. mede quoniam grãdis tibi reſtat via.
¶ Prophetæ verò hoc euangelizaue- C Sic excitatus ſecundò ab angelo ſur-
Dan.12. runt.Nã Dan.12. habetur vaticinacio gens,& comedens, nec gratiam Dei
ſimilis huic noſtræ : in tempore illo in vacuum accipiens , ambulauit in
ſaluabitur populus tuus, omnis qui in fortitudine cibi illius,vſquè ad mon-
uentus fuerit ſcriptus in libro.Et mul tem,in quo apparuit ei Deus. Helias
ti de his qui dormiunt in terræ pulue igitur bis paſtus,deſignat naturæ no-
re euigilabunt,alij in vitam æternam, ſtræ infirmitatem,quibus non ſat eſt
alij in opprobrium, &c. Tu autem ſimplex,ſed neceſſarius eſt ſecundus
Daniel claude ſermones & ſigna li- paſtus:vt ad cœleſtia aſcendere poſſi
Eſa.64. brum.Eſa.64.&1.Cor.2. Oculus non mus . Non enim in ſolo pane viuit
1.Cor.2. vidit,nec auris audiuit , nec in cor ho homo.& nos igitur dum inertiæ ſom
mines aſcendit,quæ præparauit Deus D num à nobis excutimus, neceſſe eſt:
Zach.13. his,qui diligunt illum.& Zacha. 13. & vt diuino ſolatio confortati , greſſu
Eſa.35. Eſa.35.& redempti à Domino veniẽt bonarum actionum dum tempus ha
in Sion cum laude,& lætitia ſempiter bemus pro noſtra virili conemur ſcã
na ſuper caput eorum,gaudium & læ dere,& aſcendere feſtinanter in mon
titiam obtinebunt, & fugiet dolor & tem Dei Orech. Hunc mõtem aſcen
gemitus. det vir ille,qui no accepit in vano ani
¶ *Et tempus*,inquit,*non erit vltra.* mam ſuam,& qui non accepit in va-
Ad Cor.6. Hoc intuẽs Paulus dicebat in poſteri cuum Dei gratiam, remiſſionemquè
epiſto.ad Cor.cap.6.Exhortamur,ne delictorum.Iurat hîc Angelus quo-
in vacuũ gratiam Dei recipiatis . Aic niam tempus vltra nõ erit,ſed in die-

bus

bus vocis ſeptimi Angeli, cum cæperit tuba cañere, conſumabitur myſterium Dei. Cum ergo modo habeamus tempus paratum non ſimus ſimiles fatuis virginibus de quibus, quę vacuis lampadibus venerunt obiam ſponſo, adhuc clamant foràs: vt D. ait,
Math.25. Math. 25. cap. Ambulemus ergo cum Helia. 40. diebus, & ſic tandem ad cœleſtem montem perueniemus. Quadragenarius enim numerus ex quatuor, & 10. coaleſcit. Conemur, inquam, legis decalogum ac quatuor euangelia ſeruare: ita vt dicere poſſim' cum regio vate: viam mandatorum tuorum cucurri. & tũc perueniemus
Pſa.118. ad montem Dei Orech. Sed ad hæc quis tàm idoneus? quis tàm potens, & ſufficiens? Nemo ſanè. Sed ea de cauſa datus eſt nobis Angelus comes itineris noſtri, qui excitet dormientes, paſcat eſurientes, comitetur ambulantes, & cõducat profitentes: donec eos perducat ad montem Dei, & introducat in ſpelunca duplici: vt ſiue ingredientes, ſiue egredientes paſchua inveniãt. Hoc eſt igitur quod Paul. ait in tempore acceptabili exaudiui te, & in die ſalutis audiui te.

¶ *Et audiui vocem de cœlo iterum loquentem mecum, & dicentem.* Legẽdum eſt ſecundum Græcam lectionem, & vox quam audiui de cœlo, iterum loquuta eſt mecum, & dixit. Indicat enim eandem hîc loquutam eſſe vocem quæ paulò ſuperius è cœlo audita eſt. Et audiui (inquit) vocem de cœlo dicentem mihi. Vox verò hæc ab eo Angelo profecta eſt per quem reuelationes mittebantur Ioãni de quo ſupra. c. 1.

¶ *Vade, & accipe librum apertum, de manu angeli ſtantis ſuper mare & ſuper terram. & abij ad angelum dicẽs ei,*

A *vt daret mihi librum, & dixit mihi accipe librum, & deuora illum: & faciet amaricari ventrem tuum, ſed in ore tuo erit dulce tanq3 mel. & accepi librum de manu angeli, & deuorauì illum: & erat in ore meo tanquàm mel dulce. et cũ deuoraſſem eum amaricatus eſt venter meus.*

¶ Monetur hîc Ioãnes, & in eo omnes doctores, atquè etiam Chriſtiani omnes: vt doctrinam ſacram de manu Chriſti accipiant. Sic Pſalm. 33. accedite ad Deum, & illuminamini. Et hoc eſt illud Eſa. 54. & Ioa. 6. erunt omnes docibiles Dei, vel docti à Deo. Ita enim poſtquàm Deus factus eſt homo nobis dicitur Lucæ. 9. & Math. 17. ipſum audite. Mittebat olim Dominus Hebræos ad doctrinam capiendam, à ſuis maioribus hominibus: interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: & maiores tuos, & dicent tibi. Deuter. 32. Et hanc traditionem per manus hominum intelligebat Dauid Pſalmo. 77. Deus auribus noſtris audiuimus patres noſtri annunciauerunt nobis. Sed modò ſacram ſcripturam, & eius apertam intelligentiam, Apoſtoli ab ipſo Deo accipere iubentur, quam nobis communicent. Vbi cum D. Thoma, notandum eſt, quod licet fuerit Ioãnes ſapientia diuina plenus in pentecoſte, & multis reuelationibus illuſtratus à Deo aliàs, en monetur modò accedere ad magiſtrum: vt proficiat magis adhuc: quod inſinuat Anſelmus, & ipſe obtemperat. Inquo omnes prædicatores monentur: vt doctrina augeri ſemper ſtudeant: & qui hoc non curant, reprehendũtur. Eſa. 56. Speculatores enim cæci omnes, neſcierunt vniuerſi.

Prima expoſitio. Doctrina vera de manu Chriſti eſt accipiẽda. Pſa. 33. Eſa. 54. Ioa. 6. Luc. 9. Math. 17. Deut. 32. Pſa. 77. D. Tho. Semper in doctrina euangelica proficiẽdũ eſt exẽplo Ioannis. Anſel. Eſa. 56.

¶ Et ipſe Angelus, ideſt, Chriſtus, vltrò librum offert. Iuxta illud Luc. 21. ego enim dabo vobis os & ſapientiam, Luc. 21.

tiam. Dat enim Dominus postulanti sapientiam affluenter. Iacobi. 1. Sic liberaliter porrigit librum petenti Christus hic, & cum apertum: quia simul & sacram scripturam, & sacræ scripturæ intelligentiam, Christus suis communicat. ¶Sed explicemus cur eadem doctrina, & dulcis & amara simul dicitur: dulcis quidem in ore & gustu, sed in stomachum ventremq; iniecta, amara. Igitur doctrina sacra dulcis est, vnde à sapore sapientiæ nomen accepit. Psal. 118. quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. & Psal. 18. Iudicia Domini dulciora dicuntur, super mel & fauum. Non itaq; solum quasi mel: vt hîc habetur in Ioãne: sed super mel. In cuius figuram de ore leonis fauus melis educitur Iudic. 14. quia de ore Christi qui leo dicitur Apo. 5. mellea doctrina fluit. Ratio est: quia veritas est cibus dulcissimus intellectus. In sacra scriptura autem scripta est ipsa medulla veritatis supernæ, erit ergo summa dulcedo mentis. Est q; in Ezech. cap. 3. hoc idẽ repetitum: fili hominis quod cunquè inueneris comede, id est, nihil repudiaueris eorum quæ in sacra scriptura inueneris. Nõ enim sicut in authoribus humanis, est in sacra scriptura quod negligi debeat. 2. Timo. 3. omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est, ad docendum, ad arguendũ, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia. Ad Rom. 15. quæcunquè scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. Et mox sequitur in Ezechieli comede volumen istud. Vbi notãdum quod Ioãnes deuorat, & Ezechiel comedit: sed neuter illorum bibit. Nam Angelorum est non hominum, simplici haustu capere doctrinam: homines verò ruminando discunt quasi animalia munda: de quibus Leuit. 11. habetur. Versant enim & molunt dentibus doctrinam, quasi cibum hominum quo spiritualiter pascuntur, & vegetantur. Et deuorare significat auiditatem: & in hoc Ioãnes auidior ostenditur quàm Ezechiel. Item, comedere, gustum simul & moram pertractãdi ipsam doctrinam significat.

¶Est ergo in ore dulcis: vt ibidem Ezechiel, & hîc Ioãnes affirmant. Sed quare in stomacho amarescit tota illa dulcedo, licet expressè hîc non dicatur: in Ezechiele tamen inferius. c. illo. 3. id insinuatur illis verbis: & abij, amarus in indignatione spiritus mei. Ioanes verò hîc apertè testatur quod in ventre positus liber redditus fuit amarus. Venter seu stomachus, quod idem est, pro memoria mentis hîc capitur. Vnde Prouer. 22. Fili mi, inquit, audi verba sapientium, appone autẽ cor tuum ad doctrinam meam, quæ pulchra erit tibi cum seruaueris ea in ventre tuo, & redũdabit in labijs tuis. Huius rei rationes multæ afferuntur. Prima est quod substantia quidem veritatis dulcis & suauis est: sed semper ex illa oriuntur amaræ & acerbæ qualitates. Nam dum homo sapiens apud se cogitat, & mente concoquit quæ illi reuelantur, & præcognoscit bonorum hominum afflictionem, & damnationem multorum, mox dulcedo veritatis vertitur in amaritudinem. 2. Cor. 11. Hoc modo Paulus reddebatur amarus. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? & tunc verificatur illud Eccleſiast. 1. Qui addit scientiam addit & dolorem. Ezechieli ergo hęc fuit causa amaritudinis & etiam Ioanni hîc.

¶Altera causa est quia licet veritas

Iaco. 1.

Doctrina sacra quare & dulcis & amara dicitur.

Psal. 118.

Iudic. 14. Figura Apo. 5.

Ezech. 3.

3. Timo. 3.

Rom. 15.

Leuit. 11.

Ezech. 3.

Pro. 22.

Doctrina sacra quare mẽtem amaricare faciat.

2. Cor. 11.

Eccle. 1.

in cõmuni cognita suauis sit, tamen A
sæpè in particulari pungit, dum ho-
mo intelligit mortificadam sibi suam
propriam carnem, & subeundos sibi
alios labores. Et hac de causa dicit Be-
Beda. Ansber. da, & Ansbertus, quod afficiebatur
Ioānes amaritudine, dum cogitabat si
bi ob prædicationem pericula subeū-
da, & tristabatur secundum carnem,
& ideo veritas solet odium parere in
particulari cognita: sicut veritas quæ
Christus est pharisæis erat odiosa, B
quos reprehendebat, nollet enim sen
sus noster obligatione teneri quam sę
pè veritas imponit. Ait ergo Angelus
accipe librum, librum apertum accipe
re iubet Angelus vt legat, quæ post
prophetiam septem sigillorum vatici
naturus est.

¶ *Et deuora illum.* Deuoratio hæc si
gnificat omnia quæ in illo erant, in vē
tre memoriæ Apostoli reponenda es-
Beda. se atquè seruanda. Vnde Beda: deuo- C
ra illum, idest, insere tuis visceribus,
& describe in latitudine cordis tui.
& faciet, inquit, *amaricare ventrē tuū*.
idest, cum acceperis, delectaberis diui
na locutione, & tot, tantarumquè re-
rum futurarum cognitione: sed cum
post hæc cogitaueris iram Dei, & sup
plicia maxima, & tot hominum dam
nationem, dolebis, & amaritudine ani
mæ cruciaberis. Ita Aretas, conuenit
Aretas. Hiero. què cum expositione Hieronymi in D
verba Ezechielis. c. 3. Vbi eadem scrip
ta sunt. ¶Cæterum vbi nos legimus,
Accipe librum & deuora illum, omitte,
librum, Vt consensus sit, cum Græcis
pariter, & antiquis latinis.

¶ *Et dicit mihi: oportet te iterum pro
phetare gentibus, & populis, & linguis,
& regibus multis.*

¶Aliqui existimant Diuum Ioan-
nem adhuc existere cum Enoch, &
Elya in Paradiso delitiarum: vt cum
illis tempore Antichristi testimoniū
perhibeat veritati. Quam sententiam
tribus rationibus suadere conten-
dunt, prima sumitur ex eo quod in
hoc loco ait Angelus Ioanni: opor-
ter te iterum prophetare gentibus.
Cum ergo in ore duorum, vel trium
stet omne verbum, vt dicitur Deu-
tero. 17. Rationi consentaneum est
vt sicut primus testis producendus
sit de lege naturæ, scilicet, Enoch, se-
cundus verò de lege scripta, scilicet,
Elyas, tertius producatur de lege gra
tiæ, scilicet, Ioanes. qui ait in prima sua
Cano. cap. primo. Quod fuit a initio,
quod audiuimus, & vidimus, & ma-
nus nostræ contrectauerunt de ver-
bo vitæ. Et vidimus & testamur, &
annunciamus vobis. Cum ergo nec
Enoch, nec Elyas in carne viderint
hoc verbum vitæ, nec manus suæ il-
lum contrectauerint, cum multo an-
te quam verbum caro factum esset,
rapti fuerant à Deo: rationi consenta-
neum videtur, vt tertius testis, & ille
oculatus, tunc temporis adhibeatur:
qualis erit Diuus Ioannes. Quod si
quis dixerit Elyam vidisse Dominū
splendentem, & gloriosum in monte
Tabor: responderi potest, tunc tem-
poris non apparuisse verum Moysen
& Elyam, sed Angelos Domini ima-
gines illorum gerentes, & repræsen-
tantes: vt apud Math. annotauimus,
vel si fuit verus Elyas, solum fuisse te
stem oculatum transfigurationis, nō
autem aliorum mysteriorū Christi:
vt fuit noster Ioā.

An. Ioa. adhuc viuat vēturus cū Enoch, & Helia, in nouissimis temporib.

Deut. 17.

1. Ioan. 1.

¶Secūda ratio sumitur ex eo quod
Dominus ait: calicem quidem meum
biberis, &c. Quem minime videtur
gustasse cum in feruentis olei dolium
coniectus, vnctus non adustus, de illo

Chryso. egressus est. Vnde Chrysos. Explicãs verba Christi calicem quidem meũ biberis, aut: magna bona vobis pronũtio, martyrij enim coronam adipiscemini, & violenta morte, sicut & ego à vita discedetis. Quod sanè verum nõ est, si D. Ioãnes nõ est cum Enoch, & Elia iterum venturus.

Ioa. vlt. ¶Tertia ratio nam Christus ait: sic eum volo manere donec veniam, quid ad tè? si ergo voluit Christus eũ manere donec ipse veniat, quid nostra refert inquirere qua morte sit moriturus? Cæterum quamuis hæc opinio probabilis videatur, multi patres existimant, his verbis velle Dominũ monere Diuum Ioãnem non esse in exilio sibi vitam finiendam: sed iterum in prædicatione esse illius operã requirendam. Ita sentiunt Primasius, Beda, Albertus, Aymo, Ambrosius, Rupertus, Anselmus, Thomas, & ferè recensiores. ¶Alij verò hanc patrum explicationem non probãt, quoniam prophetare, pro prædicare Euãgelium, nouum est & inusitatum, & improprium. Deinde quoniam Ioãnes qui plenitudinem spiritus sancti acceperat, & in quo Christus loquebatur, libro deuorãdo non indigebat: vt prædicaret euangelium, nec vt scriberet. Quãdoquidem vt scriberet, spiritum sanctum habiturus erat reuelãtem. Postremò quoniã iam ostendimus c. 5. in libro isto non esse scriptũ euangelium: sed prophetiam continere futurorum suppliciorum. Sẽsus ergo est: quãuis multa hactenus de extremis vaticinatus fueris temporibus, adhuc tamen restant multa, quæ vaticinaturus es de eisdem aduersus gentes, & reges, & populos, & linguas. Quare, vt rectè ait Lyranus, hoc quod prophetatus, illud ipsum est quòd Ioãnes posteà in hoc libro scripsit. At videtur habere hoc nõ parũ dubitationis. Quoniam quæ post hoc scripsit Apostolus eodem stylo scripsit, quo priora, & paulatim ea videbat: vt ex eis verbis manifestè colligitur. Quid igitur necesse erat librũ illi dari, quo hæc scripta continerentur, si visurus erat ea: vt hactenus vidit? Accedit, quòd in his quæ posteà vidit, non dicit se aliquid in lib. legisse: nec illius præterea meminit, sed quod sibi in visione demonstratum est, commemorat. Hoc argumẽtum & si magnum uideatur nos tamen dimouere non cogit, ab explanatione quam iam semel atq; iterũ probauimus. Nam septem sigilla quibus obsignatus erat liber de futuris calamitatibus sunt: vt iam vidimus. Quare non est dubitandum in libro scripta fuisse ea, quæ post sigilla propheturus erat Ioãnes: & quamuis posteà scribat omnia: vt tunc videbat, nõ propterea non acceperat tunc in libro, quem deuorauerat. Nam Ezechiel similiter librum deuorauit. c. 3. In quo mala scripta erãt, quæ aduersus illum populum vaticinaturus erat, & tamen posteà ita commemorat omnia, ac si tunc ea cognouisset: nullũ què librum deuorasset. ¶Ita igitur videtur res ista explicanda Ioannem scilicet, multa defuturis plagis cognouisse, quæ literis non mandauit. nam in hoc capite dixit: & cum locuta fuissent tonitrua voces suas ego scripturus eram, & audiui vocem de cœlo dicentem mihi, signa quæ locuta sunt, septem tonitrua, & noli ea scribere. Videt ergo in hoc libro multò plura accepisse quàm quæ scripsit. Nã quæ hinc vsq; ad finẽ libri sequuntur pauca sunt. Quæ autem vidit librum

Primasius. Beda. Alber. Aymo. Ambro. Ruper. Ansel. D. Tho.

Apo. 5.

Lyra.

Ezech. 3.

brum longum implent. Supra enim cap. 5. dicitur, quod liber iste erat scriptus intus & foris. Fortasse enim in eo cognouit qui nã essent pœnis plectendi: vt iurè optimo dixerit & cum deuorassem eum, amaricatus est venter meus. Vt autẽ intelligeret quæ nã ex istis esset scripturus, & quo ordine, deinde etia quibus figuris & similitudinibus, ea velanda essent, aut explicanda, oportuit vt iterum visione admoneretur, quemadmodum plurima ex eis quæ scripsit in euangelio ipse viderat, & perse cognouerat: & multo plura (inquit. cap. 20) & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc, sed vt ex his eligeret quæ scribenda erant: & qualiter scribenda essent, sciret: & quo ordine, quibus verbis, A noua fecit reuelatio. ¶ Postremo quæritur an omnia quæ scribit hinc vsque in finem, sint ex illis quæ scripta accepit in libro? Respondetur ea quę sunt in cap. 11. non esse descripta in libro, sed pertinere ad 7. sigilla quibus liber erat signatus. Nam septem Angeli cum suis tubis pertinent ad 7. sigillum: vt docuimus in initio cap. 8. quæ autem scripta sunta. cap 10. expectant ad 6. Angelum cum quibusdam cap. 11. vsque ad illud: væ secundum abijt, & væ tertium veniet citò. Et septimus Angelus tuba cecinit, ad quẽ, quæ pertinent. cap. 11. videntur absoluta. & inde vsque ad finem libri ea prophetare quæ legit in libro.

Apo. 5.

Ioa. 20.

¶ *Finis. Cap. X.*

Intelligentia Capitis Decimi Apocalypsis.

Et vidi in visione illa imaginaria alium cælestem verumque Angelum Gabrielem, scilicet, Angelum quidem fortem, vt nomen eius id indicat, descendentem de cælo amictum nube, nec enim agnoscetur: nec homines ei fidem adhibebunt, vt agant pœnitentiam ante quam superueniat dies Domini. Et iris erat in capite eius, quia Angelus iste pacem est hominibus portaturus: & eos ad pœnitentiam prouocaturus: ne pereant omnes diluuio iræ Dei. Et facies eius resplendebat vt sol: quia læta nunciat: & post tot prædictas plagas prosperitatem affert. Et pedes eius tanquam columnæ ignis. quo significare nobis voluit, nolentibus resipiscere, nec pœnitentiam agere pace cælesti oblata supplicia certa manere. Et habebat in manu sua libellum apertum: eum videlicet quẽ ego superius videram in dextera sedentis super thronum. Et posuit

pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram: vt ſignificaret in hoc, nihil eſſe tàm diſtans, vt domini ſui pedes & conculcationem effugere poſſit. Et clamauit voce magna quemadmodum cum leo rugit: quid verò clamauerit ſtatim referam. Clamat verò voce magna vt leo, tum, vt ab omnibus audiatur, atque ſic conterriti pœnitentiá agant: tum, vt magnam Dei iram illis impendere intelligant, niſi ad ſe redeant: & de peccatis commiſſis doleant. Quòd ſi hæc ad literam, vt viſa mihi ſunt non ſint euentura: tamen hac viſione vult oſtendere dominus, quid de illis hominibus extremi temporis cogitauerit. Et tunc licet non deſcendat angelus amictus nube, & c. fiet tamen quod in hoc angelo & in eius verbis ſignificatur. Prædicatores enim tunc Dominus mittet, qui homines ad pœnitentiam exhortentur: & pacem atque reconciliationem promittant. Deinde etiam & citò venturi iudicij comminatione terreant. Cæterum cum clamaſſet angelus locuta ſunt. 7. tonitrua voces ſuas. Qua locutione intellexi tunc temporis horrenda tonitrua audienda eſſe, quæ ita apertè magna mala inſtare portendent, ac ſi loquerentur. Et cum locuta fuerint ſeptem tonitrua voces ſuas articulatas: ego ſcripturus eram. Et audiui vocem de cælo dicentem mihi: ſigna & ſigilla in mente tua, ita vt nemini dixeris ne incredibilia & horrenda nimis videantur, quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua, & noli ea literis mandare. Et angelus, ſcilicet, Gabriel quem vidi ſtantem ſuper mare & ſuper terram: leuauit manum ſuam ad cælum, quod ſignum iurantis eſt: & iurauit per viuentem in ſecula ſeculorum, omnia tempora æternitate ſua ambientē: quod tandem finietur tempus: & hæc varietas dierum ac noctium, menſium, & annorum ceſabit: & tempori ſuccedet inuariabilis æternitas. Et hoc continget tunc cum ſeptimus angelus tuba cecinerit. Eo enim tempore mundus deſtruetur, Et conſummabitur myſterium Dei, ſicut euangelizauit per ſeruos ſuos prophetas. Omnia, inquam, quæ Deus per prophetas prædixerat de fine ſeculi, de futura requie ſanctorum, de ſupplicijs malorum, & quæ his rebus, figuris & obſcuritate verborum contexerat, conſumabuntur, & aperta videbuntur. Et audiui vocem de cælo iterum loquentem mecum & dicentem: vade & accipe librum apertum: vt ibi legas quæ poſt prophetiam ſeptem ſigillorum vaticinaturus es. & admonitus ſic ab angelo, qui mihi hæc omnia ab initio reuelabat, abij ad angelum ſtantem ſuper mare, & ſuper terram, & habentem librum apertum in manu ſua: & dixit mihi: accipe librum, & deuora illum. Hac deuoratione

docere

docere volens quod omnia quæ in illo scripta erant, in ventre memoriæ meæ erant reponenda, atq; accuratè seruãda. Et cum deuoraueris, inquit, faciet amaricare ventrem tuum: sed in ore tuo erit dulce tanquàm mel. Cum enim acceperis & legeris delectaberis diuina lectione, & tot tantarumq; rerum futurarum cognitione: sed cum post hæc cogitaueris iram Dei, & supplicia maxima, & tot hominum damnationem, dolebis, & amaritudine animi cruciaberis. Et dicit mihi angelus quum deuorassem librum, & amaricatus esset venter mentis meæ: oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis: quod tibi continget, aut cum alia mysteria futura scriptis his mandaueris: aut cum reuersus ab hoc exilio fidelibus iterum prædicaueris: aut cum in mundi extremis temporibus cum Enoch, & Elia ad prædicandum & prophetizandum veneris.

CAPVT VNDECIMVM

Argumentum.

Declaranda ad mensuram fidelibus mysteria, infidelibus autem, & hæreticis celãda ostendit: deinde futurã sub Antichristi tempora Ecclesiæ persequutionem: sed vẽturos ad christianorum consolationem prophetas duos aperit, quorũ & si immensa futura est potentia, fore tamen vt a bestia occisi insepulti iaceant & in glorij, sed maiori post hæc gloria excitandi: demum septimi angeli tuba, futuriq; iudicij tempus describitur.

ET datus est mihi calamus similis virgæ: & dictũ est mihi, Surge, & metire templum Dei, & altare, & adorãtes in eo: atrium autem quod est intra templum, eiice foras, & ne metiaris illud: quoniam datum est gentibus, et ciuitatem sanctã calcabunt mẽsibus quadraginta duobus: & dabo duobus testibus meis & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis. Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra in conspectu domini terræ stantia. Et si quis voluerit eos nocere: ignis exiet de ore eorum, et deuorabit inimicos eorum: et si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi cœlum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum: et potestatẽ habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga quatiescumq; voluerint. Et cum finierint testimonium suum: bestia quæ ascẽdit de abysso, faciet aduersum eos bellum, & vincet illos, & occidet eos. Et corpora eorum iacebunt in platèis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spi-

ritualiter Sodoma, et Aegyptus, vbi et Dominus eorum crucifixus est. Et videbunt de tribubus, & populis, et linguis, & gentibus corpora eorum per tres dies & dimidium, et corpora eorũ non sinent poni in monumẽtis: & inhabitantes terram, gaudebunt super illos, et iocundabuntur, et munera mittent inuicem: quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitabant super terram. Et post dies tres et dimidium, Spiritus vitæ à Deo intrauit in eos: & steterunt super pedes suos, & timor magnus cecidit super eos qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de cœlo, dicentem eis, Ascendite huc. Et ascenderunt in cœlum in nube: & viderunt illos inimici eorum. Et in illa hora factus est terræmotus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit, & occisa sunt in terræmotu nomina hominum septem millia, et reliqui in timorem sunt missi, & dederunt gloriam Deo cœli. Væ secundum abijt: & ecce væ tertium veniet cito. Et septimus angelus tuba cecinit, & factæ sunt voces magnæ in cœlo dicentes, Factum est regnum huius mundi Domini nostri et Christi eius, & reguabit in secula seculorum. Amen. Et viginti quatuor seniores qui in cõspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, et adorauerũt Deum, dicentes, Gratias agimus tibi Domine Deus noster omnipotens qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepisti virtutem tuã magnam, & regnasti. Et iratæ sunt gentes, et aduenit ira tua, & tempus mortuorum, iudicari, & reddere mercedem seruis tuis prophetis et sanctis, et timentibus nomen tuum pusillis et magnis, et exterminandi eos qui corruperunt terram. Et apertũ est tẽplũ Dei in cœlo: & visa est arca testamenti eius in templo eius, & factæ sunt fulgura, et voces, & terræmotus, et grando magna.

Caput. XI.

ET datus est mihi calamus similis Virgæ. Materia huius cap. cõtinet ea quæ in persecutione Antichristi ventura sunt: & simul ipsius iudicij vniuersalis historiam. & exordium sumitur à sapientia, qua discernuntur boni à malis, quam sibi Ioan. datam esse affirmat, & nomine calami vocat. Sed explicare oportet huius calami formam, & rationem. Nã patres variant in ea explicatione. Beda & Anselmus, Ansbertus, & Rupertus, significare affirmant scribendi instrumentũ, nempe, pennã, vulgo pẽdolam, quæ vocatur calamus Psa. 44. Lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis. Idem sequitur D. Tho. & recentiores, vt author collectan. & alij. & significatur eo enigmate, quòd sapientia dabatur Ioanni, vt scriberet & conderet sacram scripturam. & dicitur esse similis virgæ, quia simul accepit authoritatem magistralem, vt nulla in re aberraret. Ita Rupertus. In virga enim potestas & authoritas regendi solet intelligi Psalm. 44. Virga directionis virga regni tui. & Anselmus eodem respicit. Ait ergo Ioãnes. *Datus est mihi calamus similis virgæ.* Idest, data est mihi, tum, cognitio sacræ scripturæ, vt in membranis & tabulis cordis carnis, Dei scribam testamentum: tum, scribendi prædicandique facultas cum magisterij authoritate, qua legem Dei in cordibus hominum scribam sine aliquo errore, & qua recta doceam, atque hominum vitia liberè corrigere & increpare possim.

Prima intelligentia

Calamus pennã significat secundum patres multos. Beda. Anselm. Ansbert. Rupert. Psal. 44.

D. Thom. Collecta.

Rupert.

Psal. 44.

¶ Sed est altera intelligentia: vt hic calamus accipiatur pro pertica, qua metitores agrorum vtebãtur, scilicet Romani. & Apocalyp. 21. vocatur mensura arundinea. qui loquebatur (inquit) mecum, habebat mensuram arundineam. & ideò hic dicitur: similis virgæ. & datur hic ad mensurandum. Nam mox dicitur Ioanni: surge, & metire templum. Et hanc intelligentiam probat Richardus, facitque fidem huic commentario Ezechiel. cap. 40. Cui similis reuelatio facta legitur. ibi: Et ecce vir cuius erat species quasi species æris, & funiculus lineus in manu eius. Vbi funiculum vocat, quem Latini perpendiculum, vulgò plomo, o plomada dicimus. & calamus est, quem in structuris & ædificijs Latini regulam & lineam, dicunt, Hispani, la regla. Sic enim legimus apud Vitruuium, qui libro. 7. de tectorio opere loquens ait: longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respõdentes exigantur, normam vulgò squadram dicimus. Et de hoc Plinius libro. 36. cap. 22. doctè tractat: vbi adiecit libellum, vulgò nuellum dicimus pro eodem. Itaque existimo hic & in Ezechiele capi calamum, nempè pro regula & linea mensoria. Porrò virgam quoque adhibitam fuisse ad dimetiendum ostẽdit illud Psalm. 73. Redemisti virgam hæreditati tuæ, idest, partem quam dimensus es, vt esset hæreditas tua. Hierem. 10. In Israel, vt esset virga hæreditatis eius. Meritò ergo ait Ioannes: & datus est mihi calamus similis virgæ.

2. intelligẽcia planior

Apoc. 21.

Richar.

Ezech. 40.

Funiculus lineus, idest, perpendiculũ, la plomada. calamus. i. regula. la regla del cantero. Vitruuius

Plinius

Psal. 73.

Hiero.

Cæte-

Ezech. 40. ¶Cæterum in Ezechiele exprimi tur eius calami mensura, vbi habetur: & in manu viri calamus mensurę sex cubitorum & palmo. Qui locus sic est accipiendus, quòd calamus continebat sex cubitos mensuræ, quæ erat mensura sanctuarij, quæ erat longior quàm mensura popularis. Colligitur enim Exod. 30. & Leuiti. Quod pondera & mensuræ sanctuarij quibus vtebantur ministri in templo erant diuersa à mensuris prophanis populi. & doctores notant quòd erat maior mensura sanctuarij. Et redditur ratio moralis: quia Deo debemus largiri copiosiorē mensurā, quàm mūdo. Sic etiam Deus copiosius nobis largitur, quàm mundus. Cubitus ergo prophanus constabat quinque palmis tantū: sed cubitus sanctuarij habebat præterea palmum. palmus verò quatuor digitis, ideſt, latitudine vnius manus constat. Cubiti ergo sacri erant sex palmorum, vulgares quinque. Id autem ex cap. 43. Ezechielis intelligi potest. Quare cum in prædicto. cap. 40. ait Ezechiel: In manu viri calamus mensuræ sex cubitorum & palmo: intelligit de cubitis vulgaribus quibus additus palmus fiunt cubiti sacri. In Zachariæ etiam. cap. 2. Funiculus ponitur mensorum in manu Domini, ad metiendum Hierusalem. Erit ergo iste calamus Ioanni datus regula sex cubitorum, qua metiatur templum. Ait ergo Ioannes & datus est mihi calamus similis virgæ. Vt illo, scilicet, metirer electos seruandos à persecutione Antichristi. Obserua. Quoniam in diebus septimi angeli consumatum est mysterium Dei, & de eodem angelo paulò post in hoc capite est loquuturus. de Antichristi tempore, & persequutionibus, quæ

Exod. 30. Leuit.

Cubitus prophanus minor cubito sanctuarij.

Ezech. 43. Ezech. 40.

Zach. 2.

A consumationem mysterij præcedent necessariò pauca dicit, plura postea dicturus. Et nunc hoc primū docet, in illa sæuissima persequutione electos esse seruandos: sed maximam populi Christiani multitudinem ab Antichristo esse superandam. Hoc vt explicet, dicit sibi datum esse calamū similem virgæ, hoc est, datam sibi regulam. Et per hanc regulam prædicationem intellige. Quod enim illi B vox diuina facere nunc præcipit in reuelatione, hoc postmodum egit in prædicatione. Hanc igitur accepit Ioannes, vt metiretur templum Dei, illudque ædificaret. & ideò sequitur in textu.

¶*Et dictum est mihi: surge, & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo.* Considerandum hìc est, quòd tam in Ezechiele, quàm in Zacharia Christus introducitur metiens templum: C & ciuitatem Hierusalem, quoniam summi architecti est mensuras ædificij colligere. Sed in hoc loco Christus eam metiendi curam Ioanni cōmendat, vt sit ipse sapiens architectus sicut & Paulus de se ait. 1. Cor. 3. Aliqui concionatores inter priuilegia Ioannis referunt, quòd illi fuerit reuelatum quicunque esset saluandus, & cuiuslibet merita, quæ cognitio propriè Christo conuenit: quia dispen- D sat præmia meritorum. & ideò in Ezech. & Zachar. Christus solus mensurat. Cæterum Ioanni ex priuilegio hæc scientia videtur communicata, & ideo illi datur calamus vt mensuret mores, & merita, & vitas hominum. Dictum ergo est Ioanni: surge metire templum Dei, &c. vbi dicere, pro iubere, accipitur: vt est frequens in sacra scriptura. Sic Psalmo. 32. ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata

1. Cor. 3.

Psal. 32.

Math. 18. creata sunt. & Math. 8. Centurio sic ait: ego dico seruo meo fac hoc, & facit. & rursum: tantum dic verbo, & sanabitur puer meus, ideſt, iube. Sic etiam in hoc loco neceſſitas imponitur Ioanni metiendi. Quod pertinet ad ædificationem Eccleſiæ: quod fit per prædicationem & doctrinam.

1. Cor. 9. Hinc Paulus. 1. ad Corinth. 9. ait: Væ mihi ſi non euangelizauero, neceſſitas mihi incumbit. Vbi ſimile præceptum ſibi poſitum Paulo.

Diligentia neceſſaria ſeruis Dei. Beda. Anſelm. Ezech. 3. ¶ *Surge.* In verbo, ſurge, notatur diligentia quæ requiritur in ſeruis Dei, præſertim in prædicatore. Ita Beda & Anſelmus, & alij notant. Sic Ezech. cap. 3. dicitur: Surgens egredere in cãpum, & ibi loquar tecum. & hoc etiã

Luc. 10. eſt illud Lucæ. 10. neminem ſalutaueritis per viam. Sola enim diligentia præcipitur illis verbis, non prohibetur vrbanitas. Eſtque locus. 4. Reg. 4.

4. Reg. 4. Vbi Eliſeus famulo Giezi ſimilem celeritatem eadem forma ſermonis præcipit: ſi occurrerit tibi homo, non ſalutes eum, & ſi ſalutauerit te quiſpiam, non reſpondeas illi. Procul debet eſſe à prædicatore & prælato omnis deſidia & vitæ neglectus. Metiri enim aliorum mores ſub cenſoria virgula debet. Et ideo Ioanni Iubetur metiri templum, ideſt, totam Eccleſiam. 2. Corint. 6. ait Paulus: Vos eſtis

2. Cor. 6. Templum vocat Eccleſiam. templum Dei. In qua Eccleſia aliqui ſunt infirmi: & ideo additur, vt menſuret etiam altare. Per quod ſecundum Richardum intelliguntur

Richard. Per altare ſanctiores intelliguntur. ſanctiores & eminentiores de Eccleſia, vt Prælati, & altaris miniſtri. Debet enim prædicator & prælatus, dignoſcere & quaſi metiri omnium fidelium mores, & ingenia vt illis apte-

1. Cor. 2. tet doctrinam. Vnde. 1. Corinth. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos, & vt ſimul eos regat & gubernet, de quo hic D. Thomas multa notat ex D. Gregor. & hoc eſt menſurare, vt 2. ad Corinthios ſignificans Paulus dicens: nos autem non in immenſum gloriabimur, ſed ſecundum menſuram Regulæ, qua menſus eſt nobis Deus menſuram pertingendi vſque ad vos. & ad Epheſios. 4. idem habetur.

D. Tho. D. Grego. 2. Cor. 10. Eph. 4.

Altare Chriſtus. ¶ Sunt qui per altare intelligunt Chriſtum vt ſupra. cap. 8. diximus. Ita Anſelmus, Rupertus, & D. Thomas, cuius eſt ad hanc rem docta expoſitio altaris Moſayci Exod. 20. Altare

Exod. 20. (inquit) de terra facietis mihi, & offeretis ſuper eo holocauſta & pacifica mea. Per quod intelligitur Chriſtus à D. Thoma in prima ſecundæ, q. 102. art. 4. ad. 7. Quia licet Chriſtus ſit immenſurabilis, quia non ad menſuram datus eſt illi ſpiritus, Ioan. 3. Sed hoc

D. Tho. Ioan. 3. debet prædicator per ſuam regulam traddere populo cognoſcendum. metiri ergo altare eſt, conſiderare quæ ſunt dicenda de Chriſto, & ſic ea alijs proponere. quia non omnia quæ ſunt de Chriſto, ſunt omnibus communiter prædicanda: quia vel non intelligerent, vel male intelligerent, vel nõ inde proficerent. Magna enim eſt diſcretio neceſſaria ad prædicandum.

Similiter etiam adorantes in Eccleſia menſurandi ſunt. quod ſic intelligit Anſelmus, quod debet traddi regula & modus adorandi in Eccleſia ipſis fidelibus à prædicatoribus. Sed congrua intelligentia eſt quod merita & virtutes fidelium & adorantium Chriſtum comprehendat per menſuram ipſe Ioannes. Ita Rupertus & D. Thomas. & ita perſcribat quanta debeat eſſe altitudo ſpei, & altitudo charitatis, & profunditas fidei in hoc

Anſelm. Rupert. D. Thom. tem-

templo,hoc eſt,in fidelibus.Ait ergo: metire templum,ideſt,calamo diſcretionis menſurare,& conſidera Eccleſiam Catholicam,attendens ſingulorum capacitatem & vitæ qualitatem, & ſic prædica: & per hoc Eccleſiam magis ac magis ædifica.Metire etiam altare,ideſt, Chriſtum conſiderando quæ ſunt prædicanda de illo, & ſic prædica: & prædicando fac, vt Chriſtus ſit Eccleſiæ in altare. Et metire adorantes in eo,ideſt, conſidera modum fidelium, & prædicando doce qualiter in Eccleſia,quę eſt templum Dei,adorent: ideſt humiliter & deuotè venerentur.

¶Sed iam hac explicatione omiſſa ad aliam mihi magis probabilem, magiſque propoſito accomodatam accedamus. Pro maiori autem eius intelligentia notandum eſt quod id, quod hîc de templo & altari dicitur, & de atrio: nemo ignorat non eſſe intelligendum de templo Hieruſalem: cum fuerit ſubuerſum, & iam nullũ eſſet cum Ioannes hæc ſcribebat, in eo tamen Eccleſiam intelligit, cuius illud fuit figura. In templo duæ partes erant: altera,quę ſolis ſacerdotibus patebat, & miniſtris templi: & incipiebat ab atrio ſacerdotum, quod dicebatur atrium interius,verſus ſancta ſanctorum. Altera, erat atrium exterius. Prior pars propriè vocabatur templum Dei,quoniam in atrio ſacerdotum erat altare holocauſtorum, in quo victimæ omnes offerebantur. & interius in anteriori parte domus erat altare inquo adolebantur thymiamata,& poſt illud ſancta ſanctorum.poſterior pars ſæpe quidem dicitur templum vt in Euangelio videmus, ſed latè ſumpto vocabulo, non propriè. quoniam in eo nec victimæ offerebantur,nec thymiamata,nec pſalmi canebantur: ſed laici tantum in ea conſiſtebant adoraturi.In priori ergo parte, & in ſacerdotibus qui in illam introibant, optimi quique in Eccleſia, & Deo coniunctiſſimi, atque electi intelliguntur: in atrio exteriori,quod prophanum dicebatur,&prophanos, hoc eſt,non Sacerdotes, nec Leuitas, accipiebat: intelligitur prophana Eccleſiæ pars, ideſt, remotiores à Deo & liberius viuentes,minuſque timore & legibus diſciplinæ ſæuerioris adſtricti. Ex his rectè intelliguntur quæ ſcribit Ioannes. Metiri iubetur templum, quod eſt, quaſi numerare electiſſima quæque membra Eccleſiæ, quæ non ſunt Antichriſto traddenda, nec eius miniſtris. Ac ne dubitarem⁹ vtrum vniuerſum templum, an partem eius aliquam metiri iuberetur, addit: *Altare & adorantes in eo.* In quo atrium ſacerdotum iam claudi videmus: in quo erat altare holocauſtorum, quod abſolute ſolet vocari altare. & *adorantes in eo.* Sacerdotes ſunt, qui in eo victimas offerebant. de altera eius parte continuò ſequitur.

¶*Atrium autem quod eſt intra templum eiice foras, & non metiaris illud, quoniam datum eſt gentibus.* Hoc eſt atrium exterius quod laicorum eſt, & re vera extra id quod propriè templum dicitur,ne coniungas cum templo & altari: & ſi latè templum ſoleat vocari vulgò, ne metiaris illud, ſecus id quod verè & propriè vocatur templum. Atrium ergo eſt ea pars templi, quæ publica eſt & communis etiam beſtijs, & continuatur cum reliquo templo, ſed templum propriè non eſt,ſed potius porticus.

Intelligentia literalis.

¶In hoc autem textu eſt in vulgaribus

bus codicibus, & in ipsis expositoribus antiquis, & nouis varia lectio. Nã aliqui codices habent: atrium autem quod est intra templum: aliqui, quod est foris siue extra templum. Orta videtur varietas ex dictionibus Græcis, nam dictio quę significat intra, est similima dictioni quæ significat foris, ἔσωθεν, ideſt, intra ἔξωθεν, ideſt, foris. Sed vtraque lectio sensum habet Catholicum. Nempè ne metiaris, nec vllam rationem habeas in mensum illius atrij, quod est intra templum. i. cõtinuatum cum templo. Vel si legam⁹ foris, erit sensus: quod atrij, quod est foris, extraq; templum, quia est locus cõmunis & prophanus, nõ habeat curam mensurandi Ioannes. Eraſmus in annotationibus vtramque intelligentiam approbat. Ego verò existimo esse veriorem lectionem illam quæ habet: atrium autem, quod est foris, ne metiaris. Quoniam in Græca verba facillimè error irrepere potuit, cum duæ iste dictiones vna litera tantùm differant, vt vidimus: in Latina autem non potuit. Nullo enim modo cõueniunt intrà & foris, vnde in Græco codice complutensi legitur foris, & in alijs. Et hanc lectionem sequitur Victorinus, Augustinus, Primasius, Beda, & alij. Ita etiã legit Hieronymus in epistola ad Marcellam, cuius initium est: mensuram charitas non habet. Et Gregorius homi. 12. in Ezechielem. Sed nos vtramq; sequamur nam idem sensus est. *Quoniam datum*, inquit, *est gentibus*, ideſt, obtinebitur & possidebitur ab exteris nationibus, hoc est, ab Antichristo & eius ministris. Seruat eandem allegoriam semper, ac si de templo Hierusalem loqueretur: quod gentibus datum dicebatur simul cum vrbe, quando

Eraſmus.

Victorinus Auguſt. Primaſius. Beda. Hieron. & Grego.

A vicinæ nationes inimicæ Iudæorum illud obtinebant, & in illud intrabant. Nec malè dicit, *gentibus*, etiam si allegoriæ siue metaphoræ rationem non haberet. Quoniam Antichristi exercitus verè Gentilium hominum erit, non verum Deum adorantium, sed Antichristum, aut alia idola.

¶Est verò patrum interpretatio, vt per atrium intelligantur hæretici, qui ratione caracteris & Christiani B nominis, ad templum & Ecclesiam pertinere videtur. Et intra templum sunt & in domo Dei esse asserit Paulus tanquam vasa ad contumeliam. 2. ad Corinth. 2. Vnde aliquorũ Theologorum orta est opinio, quod hæretici sunt membra Ecclesiæ & si putrida, sed tamen idem atrium eijcitur foràs. Et secũdum aliam lectionem est foris templum: & reputatur locus communis & prophanus. 1. Ioan. 2. Ex C nobis prodierunt, sed non erant ex nobis, ideſt, non erant ex parte saluandorum. Et hìc dicitur, quod est traditum gentibus illud atrium, quia hæretici sunt habendi velut Gentiles, & Ethnici, & Publicani Mathæ. 18. Et ita est probabilis opinio quod hæretici nõ sunt membra Ecclesię, quamuis verè sunt partes Ecclesiæ. Membrum enim dicit vitam, qua carent hæretici, at pars non dicit vitam. Si- D cut manus arida est pars corporis, sed non membrum: ita hæretici sunt partes Ecclesiæ, sed non membra, quia publicè professi sunt fidem Christi in Baptismo, quem receperunt. Non ergo hæretici sunt mensurandi, quia postquam sunt incorrigibiles vitandi sunt. ad Titum. 3. Curiosa enim & periculosa est talis admonitio aut prędicatio, nec est necesse discutere eorum merita: quia reputantur tanquam

Atriũ quod intra templũ siue extra templũ est hæreticos significat.

2. Cor. 2.

1. Ioan 2.

Math. 18.

Titum. 3.

1.Cor.5. quã qui foris ſunt.1.Cor.5. Quid enim mihi de his qui foris ſunt attinet iudicare? quod propriè de gentibus intelligitur, qui Eccleſiæ non ſunt ſubiecti. Sed hæretici hoc habent cõmune cũ gentilibus, qđ licet ab Eccleſia puniri poſſint, quia illi per Baptiſmũ ſunt ſubiecti, tamen quantũ ad cõmunionem fidei & bonorum ſpiritualium coniũctionem, velut Gentiles ſunt. Nã qui Ioan.3. non credit iam iudicatus eſt. Ioan.3. & ideo non eſt menſurandus. & de his 2.Ioan.1. dicitur.2.Ioan.1. quòd nec aue eis dicamus. Typus huius electionis præceſſit Geneſ.21. de quo ad Galat.4. eijce ancillam & filium eius. Gen.21. Gala.4.

Per atrium extra intra templũ peccatores deſignãtur Richar. Beda. Anſelm. D. Tho.

Quòd ſi legamus, atrium, quod eſt foris, nihilominus ecijci iubetur foras, per publicam manifeſtationem & excõmunicationem. vt D. Th. declarat. ſed patres Richar. Beda, Anſel. & D. Thomas nõ reſtringunt hunc locum ad ſolos hæreticos, ſed & de peccatoribus publicis & obſtinatis in malo, intelligi poſſe exiſtimant: qui ſunt intra Eccleſiam per fidem, ſed paganicè & hæreticè viuũt. De quibus ad Titum Tit.1. dicitur, quòd factis negant id, quod ore fatẽtur. Hos etiam eijciendos monet Dominus, nam cum huiuſmodi nec cibum capere monet Paulus.1.ad 1.Cor.5. Corinth.5. Eſt enim contagionis periculum. His itaque omnibus dicendũ eſt illud Math.25. neſcio vos. Intra hãc Math.25. igitur menſuram (vt Gregor. lib. 28. moral.c.6.ait.) ſunt omnes electi, extra hanc omnes reprobi: etiam ſi intra fidei limitem eſſe videãtur. Quid enim aliud atrium iſtud quàm latitudinem ſignificat vitæ præſentis? Et re ctè foris templum ſunt qui per atriũ deſignantur, atque ideò metiendi nõ ſunt: quia anguſta eſt via quæ ducit ad vitam: & latitudo vitæ prauorum Gregor. non admittitur ad menſuras & regulas electorum. Rupertus, & Ansbertus, hunc locum de hæreticis & gentilibus intelligunt. Rupert. Ansbert.

¶ *Et ciuitatem ſanctam calcabunt mẽſibus quadraginta duobus.* Iam hic nemo ex expoſitoribus dubitat ſanctam ciuitatem, Eccleſiam intelligi, quæ ſignificata eſt per Hieruſalem quæ ciuitas ſancta dicebatur: in qua erant templum, & ſacerdotes, & ſacrificia. Vniuerſam ergo Eccleſiam quã prius per duas templi partes ſignificauit, nunc per ciuitatem ſanctam Hieruſalem ſignificat, quam menſibus quadraginta duobus. i. tribus annis & dimidio calcandam eſſe dicit ab Antichriſto, & eius comitibus, ideſt, opprimẽdam. Non quòd omnes Eccleſiæ filios ſit debellaturus, ſed maximã partem, cui reliqui comparati pauciſſimi erunt. Sicut ait Dominus Mat.24. ita vt in errorem incidant, ſi fieri poteſt, etiam electi. Mat.24.

¶ Quod ſi ſequi velimus patrum expoſitionem ſuperius poſitam, in verbis præcedentibus eſſe ſermonem de omnibus hæreticis & peccatoribus, qui in Eccleſia ſemper fuerunt, & erunt, qui extra templum proijciuntur, & non metiuntur, & non tantum de peccatoribus futuris tempore Antichriſti, quos iubetur Ioannes non metiri: dicendum eſt: quod in his verbis *& ciuitatem ſanctam calcabunt.* Angelus, prophetico more, ad perſequutionem quam ab hæreticis, & infidelibus paſſura eſt Eccleſia tempore Antichriſti, ſermonem conuertit. Quia de hæreticis & peccatoribus mentionem fecerat. Duratura eſt enim illa vexatio ſub Antichriſto tres annos cum dimidio. Nam ſicut Chriſtus prædicauit

per tres annos cũ dimidio: ita & Antichristus Christi æmulus, tantudem prædicabit, & vexabit Ecclesiam. Id quod Dan. 7. cõfirmat Dan. 7. Porrò tres anni cũ dimidio conficiuntur mensibus 42. Quod & vocat Dan. 7. & 12. & Ioan. Apoc. 12. Tempus & tempora & dimidiũ temporis. Sumendo tempus pro anno, vt capitur Dan. 4. Vbi septem tempora, pro septem annis sumuntur, quibus durabat erat Nabuchodonosoris pœna. Calcabunt ergo & affligent Ecclesiã infideles illo tanto tempore Antichristi: sicut & Turcæ & infideles per hoc tẽpus calcant & opprimũt ciuitatẽ Hierusalem. Imò vt Beda affirmat, iã Antichristi membra calcant & præmũit Ecclesiam, in quibus nunc iam mysterium operatur iniquitatis. Quòd si aliquis requirat cur hac periphrasi & circuitione vtatur Euangelista hic, cum potuisset plane dicere: tres annos & semis, absq; numeratione 42. mensiũ? ad hoc Rupertus respõdet, esse in hoc numero mysteriũ certũ, nam quadraginta duo efficiũt numerũ superfluũ, quia eius partes maiorem summã efficiunt quam ipsæ sint, & ita est signum vitiositatis. Numerus enim superfluus cuius partes simul cõiunctæ illũ excedũt, apud philosophos fuit signũ vitij sicut numerus perfectus, cuius partes non illũ superant signũ fuit virtutis. vt numerus senarius cuius dimidia pars efficit, tres, tertia verò duos, sexta, vnũ. qui omnes, si in vnam summam redigantur cõficiunt sex. Et eadem de causa postea Ioannes eosdem tres annos cũ dimidio, per mille ducentos sexaginta dies prædicaturus est. quia etiam illi efficiũt numerum vitiosum, & superfluum propter eãdem rationem. Et hoc modo nobis insinuat vitia, quę futura sunt tempore Antichristi. Legite de hoc Ianus in Rupert. & cõsentaneis. Sunt qui 40. duorum mensiũ numerum ad totidem mansiones filiorum Israelis per desertum referant. Quæ mãsiones incipiũt narrari Exo. 12. Vt labores & erumnæ hominum peregrinantium sic insinuentur. De his mansionibus Hieronymus ad Fabiolam. 2. tomo epistolarũ, qui est tertius operũ D. Hieronymi scripsit latè. Item Primasius antiquus author vitæ humanę peccata per hũc numerũ alia ratione colligit, quia rota vita per septenariũ significatur. Septem enim diebus voluitur tempus, & mũdus in sex ętates diuiditur, sexties autem septem, quadraginta & duo conficiũt. Sed omissis his expositionibus statim dicemus causas, istorũ, mensiũ atq; dierũ.

¶ *Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amictis saccis.* Ad consolationem Ecclesiæ hoc pertinere merito asserit Beda. Quòd videlicet Deus sit daturus suæ Ecclesiæ nobiles veritatis assertores. dabo, inquit, duobus testibus meis; ideſt martyribus: sic enim Græcè vocantur testes: vt Actor. 22. Cum funderetur sanguis testis tui Stephani, ideſt, martyris tui. Quid sit daturus illis duobus testibus non explicat: Satis insinuãs donum esse inenarrabile, vt D. Tho. notat. Magna enim eis dabitur gratia ad testificandum de Christo: Aut insinuare volens quod illis daturus est spiritum suum. Quare cum ait, *dabo*, intellige spiritum meũ vt ex sequentibus potest intelligi. Similem reticentiam aliqui intelligunt in Psal. 11. ponam in salutari. quia non explicat, quid sit positurus in salutari vel in saluatore. Ita notat August. ibi. Sed aliqui recentiores vt Vatablus phrasim Hebræam esse opinãtur. Ponam

Rupert. Exod. 12. Hiero. Primasius Beda. Beda. Actor. 22. D. Thom. Psalm. 1. Aug. & Vatablus.

nam in ſalutari, ideſt, ponam illum in ſalute. Ego mallem aſſentiri Auguſtino, qui myſterium ibi notat, pro eo quod eſt: Ponam in Chriſto omnia neceſſaria ad ſalutem afferendam. Habent huiuſmodi defectuoſę orationes vim exaggerandi. Quod & Bernardus conſiderat in illo Cant. 1. Oſculetur me oſculo oris ſui, cum tamen cuius eſſet, non dixiſſet.

Cant. 1.

¶Vel cum ait: dabo duobus teſtibus meis & prophetabunt: poſitum eſſe pro eo, dabo, vt prophetent. Quẽ admodum intellexerunt Primaſius, & Haymo. Ita etiam loqui ſolet ſacra ſcriptura, vt cum futuro ponat. Sicut Pſal. 54. Quis dabit mihi pennas vt columbæ, & volabo & requieſcam, pro quo Hieronymus vertit, vt volem, & requieſcam. & Pſalm. 118. Da mihi intellectũ & ſcrutabor legem tuam. Hiere. 9. Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontem lachrimarum, & plorabo die ac nocte interfectos filios populi mei, ideſt, vt plorem die ac nocte. Hi ergo teſtes prophetabũt ideſt, prædicabunt, vt aliqui volunt. Vnde ex hoc loco videtur apertè colligi quod prophetare idem ſit quod prædicare, vt aliqui ſuperius affirmabant, ſed id non conuincit alios, dicentes: hîc prophetare propriè accipi, nã hi duo teſtes prædicando tunc euangelium Chriſti, ſimul multa tunc prophetabunt, vt homines conuertantur. *Mille ducentis ſexaginta dies.* Trium annorum & dimidij tempus ſignificat hîc Ioan. Non tamen explectum. Nam ſi more Hebræorum numeremus menſes Lunares ex quibus alter habet dies. 30. alter. 29. Quadraginta duo menſes habent dies mille ducentos triginta nouem. Atque ita pluſquã tribus annis & dimidio prædicabunt.

Primaſius. Haymo. Phraſis ſacræ ſcripturæ notãda. Pſal. 44. Pſa. 118. Hiere. 9. Prophetare pro prædicare ſecũdũ aliquos

Sed quoniam Apoſtolus cõuerſis ex gentib⁹ ſcribebat, veroſimilius eſt mẽſes numeraſſe iuxta Græcorũ & Romanorum conſuetudinem. Atque in menſibus. 42. inſunt dies mille ducẽti octoginta ferè. ex qua ſumma. 20. dies circiter deſunt tempori prædicationis Enoch & Eliæ. Ita ſentit glo. dicens: nota, quod hi dies non perficiũt tres annos & dimidium ſicut & Chriſtus non cõpleuit dimidium annum prædicationis ſuæ. Et quoniam probabile eſt eodem tempore incepturos eſſe prædicationem ſuam, quo tyrannis Antichriſti incipiet, quandoquidem quaſi in Antidotũ eius dati ſunt, occidentur ab eodem Antichriſto vigeſimo die ante conſumationem & mortem eius. Sed de hoc in. 12. c. latius dicam.

¶Sed quæritur, cur tẽpus prędicationis eorum diebus numerauerit, & nõ menſibus? ſimplex eſt & plana reſpõſio: tempus Antichriſti fuiſſe per mẽſes numeratũ: quoniam quadraginta duo integri dati ſunt perſecutioni Antichriſti. Tempus verò prædicationis duorũ prophetarũ, non computatur per annos, neq; per menſes, quoniam neq; anni integri futuri ſunt, neq; mẽſes: atq; ideo reliquum erat vt per dies computaretur. Atq; hoc ſæpè obſeruari videmus in ſacra ſcriptura, vt cũ tempus exactiſſimè cõputandum eſt, per annos computetur ſi integri ſunt, aut per menſes: ſi autem neq; menſes expleantur, per dies, vt Dan. 8. Vſque ad veſperam & manè duo milia trecenti, & mundabitur ſanctuarium. & c. 12. & à tempore cum ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationẽ, dies mille ducenti nonaginta: Beatus qui expectat, & venit vſque ad dies mille tre-

Dan. 8. & 12.

centos triginta quinque. ¶ Vt verò ostendat quòd prædicatores prædicti exemplo vitæ etiam prælucebunt fidelibus, dicit: *Qui erunt amicti saccis.* quæ vox Græca est, & significat rude & inciuile vestimentum, hinc contra hæreticos nostri temporis monachorum habitus defendantur. Dequo Rosens. art. 41. contra Lutherum.

Cõmunis opinio est quod Enoch & Elias sint testes.

¶ Quinam verò sint hi duo testes variè exponitur, est verò cõmunior & probabilior, sententia, vt sint Enoch & Elias, qui adhuc superstites viuunt expectantes tempus Antichristi: vt tunc pro fide Christi martyrium patiantur. de Enoch enim habetur, Gene. 5. Quòd ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus. Et nequis hanc scripturam aliorsum interpretetur, sciendum quod secundũ hũc sensum exponit eam nobis Apostolus in epist. ad Hæbr. c. 11. Hebr. 11. Fide (inquit) Enoch translatus est ne videret mortem, & non inueniebatur quia tulit eum Dominus. Obquem autem finem fuerit translatus ne videret mortem significauit Spiritus sanctus Ecclesiast. 44. Ecclc. 44. Vbi dicitur: Enoch placuit Deo & trãslatus est in paradisum vt det gentibus pœnitentiam. Quæ verba sic accipit Lyra, & aliqui: quòd Enoch expectat viuus, vt in tempore Antichristi prædicet pœnitentiam.

¶ Elias viuus raptus creditur. Ita enim legimus de illo. 4. Regum. 2. 4. Reg. 2. Ascendit Elias per turbinem in cœlum id est, per aerem in paradisum terrestrem raptus est turbine vectus. Ita secundum Lyram ibi. Hæc est communis assertio Catholicorum, & Hebræorum: quòd Elias thesbites curru igneo raptus de rebus humanis, vẽturus sit in nouissimis diebus, qui conuerter Iudæorum corda ad Apostolos: faciens vt Iudæi & Christiani pari religione consentiant. De hoc est Hieronymus legendus. lib. 1. aduersus Iouinianum. Augustin. lib. 1. de moralibus sacræ scripturæ. lib. etiam, id est, contra aduersarium legis & prophetarum. Vnde & postquam transfiguratus est Dominus, apparentib⁹ Moyse & Elia, discipuli hac opinione de Elia ante Christum ventura suffulti, Mat. 17. b. interrogauerunt: quid ergo scribæ dicunt, quòd Eliam oportet venire primum? Elias cum venerit restituet omnia, iuxta sententiam Christi apud Malachiam dicentis: ecce mittam vobis Eliam qui conuertet cor patris ad Malac. 4. b. filium, & cor hominis ad proximum, ne forte veniens percutiam terram penitus. Vnde in hodiernum vsque diem Hebræorum traditiones habent, priusquam veniat Messias, Eliã esse venturum, qui restituet eis omnia temporalia, præparetque corda ad Messiam suscipiendũ. De hoc vi. Driedonem libro tertio de dogma. fol. 198. & 199.

Hiero. Augustin.

Dried. lib. 3. Fol. 198. & 269.

¶ Sed de paradiso terrestri an post diluuium tempore Eliæ perseueret, res est dubia. Sed Ecclesiast. 48. de Elia dicitur: quòd est in turbine ignis receptus in curru equorum igneorum, viuit ergo Elias. quod affirmat etiam Hiero. 2. contra Iouinianũ. Sed quòd sit ante iudicium vniuersale venturus ex prædicto loco Malachiæ probatur Malac. vlt. à patribus: ecce ego mittam vobis Eliam prophetam antè quam veniat dies Domini magnus, & horribilis, & conuertet corda patrum ad filios. In quem locum est legendus Lyra Lyra. qui colligit ibidem, quòd asseruatur cum Enoch, in paradiso terrestri vsque ad Antichristi tempora: vt ambo pro Christo testimonium dicant:

Eccle. 48.

nam

nam in ore duorum vel trium ſtat omne verbum. Mathæ. 18. Quem Malachiæ locum licet aliqui de priori aduentu Domini intelligant, ante quem venit Baptiſta, qui vocatur Elias Mathæ. 11. Vbi habetur, & ſi vultis recipere, ipſe (nempe Baptiſta) eſt Elias: qui venturus eſt. Nam propter ſimilitudinem cum Elia, ipſe Baptiſta vocatur Elias. Licet, inquam, aliqui hoc teneant, tamen Hierony. & communior opinio de poſteriori aduentu Domini intelligunt locum Malachię. Tunc enim erit dies Domini horribilis, & tũc perſona ipſa aderit. Quod ſi Baptiſta vocatur Elias apud Mathæum vbi ſupra, id eſt quia ſicut Elias præcedet ſecundum aduentum, ſic Baptiſta præceſſit primum aduentum Domini. Hunc ergo noſtrum textum de Enoch, & Elia intelligunt Anſelmus, Richardus, Ansbertus, & Albertus. (Licet Abb. Ioachin Hieronymi verba, quaſi dubitanter dicta exiſtimet.) & ita in collectaneis habetur tãquam certum: & Aretas ita ſentit. & ait, quod Eccleſia ita habet ex traditione inuariabiliter recepta. Et Soto in. 4. diſt. 46. q. 1. art. 1. Hanc ſequitur opinionem, ſed falſò citat Auguſtinum pro ea ſententia in. 20. de Ciuitate. cap. 13. Vbi nullam de ea facit mentionem. Sed cap. 29. legere debes, Vbi hanc habet ſententiam. Fauet & Auguſtinus eidem ſententiæ libro. 9. de Geneſi ad lit. cap. 6. vbi ait, quod Enoch, & Elias creduntur tandem redituri ad hanc vitam, & morituri. Eſt verò in. 9. tomo operum Auguſtini in fine tractatus de Antichriſto, vbi aperte id continetur: ſed meritò negatur eſſe Auguſtini, ille tractatus. hanc ſententiam habet Ambro. 1. Cor. 4. Et Tertullian' lib. de anima. c. de vi mortis. Et Damaſcenus lib. 4. c. 27. Hactenus communem opinionem & veriorem traddidimus: nunc minus cõmunia referamus.

Mat. 18. Mat. 11. Hiero. Anſel. Richar. Ansber. Albert. Abbas. Cælius. Aretas. Soto. Aug. to. 5. to. 3. Aug. to. 9.

¶ De Enoch multi dubitant. Abbas enim Ioachim non Enoch ſed Moyſem cum Elia venturum exiſtimat, quam opinionem ſequitur Gagneius, quia in transfiguratione Dñi interfuit Moyſes cum Elia Math. 17. Teſtificãs priorem aduentum, ita etiam erit ſecundi aduentus teſtis. & fauet huic opinioni quod infra in hoc capite dicitur: quòd iſti habent poteſtatem conuertendi aquas in ſanguinẽ. quod de Moyſe conſtat Exo. 7. & Hilarius cano. 30. ſuper Mathæum, recitatis alijs opinionibus huic fauet. & additur cõgruentia, quòd ſepulchrũ Moyſi non inuenitur. Deut. vlt. Videtur ergo reſeruari eius corpus, vt tempore Anti-Chriſti Moyſes in corpore appareat. Item Victorinus martyr Hieremiam cum Elia dicit venturũ. quia non legitur mors Hieremiæ in ſacra ſcriptura & quia illi Dominus dixit ecce prophetam in gentibus dedi te. At nunquàm prophetizauit gentib⁹ ergo tũc veniet ad prophetandũ. Sed hoc non cogit, nam reuera Hieremias aduerſus gentes prophetauit, vt conſtat ex cap. 27. eiuſdem: & ex cap. 46. Sed hãc opinionem quaſi minus probabilem redarguit Ambroſius hic. Sũt aliæ opiniones nam Auguſtinus hic (ſi modò Auguſtini eſt illud opus) duo teſtamenta interprætatur, quæ teſtimonium perhibent Chriſto Ioan. 5. Hi ergo ſunt duo teſtes. Sed Beda totam Eccleſiam intelligit per hos duos teſtes, quia ex duobus populis Iudęis & gentibus conſtat. Alij duo genera martyrum intelligunt, primum eorũ qui mortem corporalem paſſi ſunt vt

Nõ Enoch ſed Moyſes cũ Elia vẽturus ſecũdũ aliquos Abbas. Gagne. Mat. 17. Exod. 7. Hilar. fol. 306. Deut vlt. Victorinus Hieremiá cum Elya eſſe vẽturũ ait. Ioan. 5. Beda.

Iacobus,& ſecundum eorum qui tantum in vero pro Chriſto ſunt paſſi vt Ioannes Euangeliſta. Nam ambo dicũtur bibiſſe calicem Chriſti. Mat. 20. Hanc opinionem tractat Ansbertus. quam nõ improbat & Rupertus. qui in Enoch, & Elia hæc duo genera martyrum conſiderat. Nam Enoch ante ſuſceptos labores translatus eſt, Elias verò poſt ſuſceptos magnos labores. ego primã opinionẽ præfero cæteris. ¶Siquis verò quærat qualis nũc ſit eorũ vita in paradiſo? Reſpondemus ex Auguſt. lib. 1. de peccatorũ meritis & remiſſ. cap. 3. Neque enim (inquit) Enoch & Elias per tam longam ſenectutem marcuerunt, nec tamen credo illos iam in illam ſpiritualem qualitatem corporis commutatos qualis in reſurrectione promittitur, quæ in Domino prima, præceſſit, niſi quia iſti fortaſſe neque his cibis egent, qui ſui conſumptione reficiũt, ſed ex quo translati ſunt ita viuunt, vt ſimilem habeant ſatietatem illis quadraginta diebus, quibus Elias ex calice aquæ & ex collydire panis ſine cibo vixit. aut ſi & his ſuſtentaculis opus eſt ita fortaſſe in paradiſo paſcuntur, ſicut Adam priuſquam propter peccatum exinde exire meruiſſet. Habebat enim quantum exiſtimo, & de lignorum fructibus refectionem, cõtra defectionem: & de ligno vitæ ſtabilitatem contra veteſtatem. Idem lib. 9. de Gene. c. 6. nunc tamen in alia vita ſunt. Vbi ante reſurrectionem carnis, antequam animale corpus in ſpirituale mutatur nec morbo nec ſenecture deficiunt.

¶Et Tertulianus libro de reſurrectione carnis ait, quod hodie Enoch & Elias, nondum reſurrectione diſpuncti, quia nec morte functi, quã tamen de orbe translati, & hoc ipſo iam æternitatis candidati, ab omni vitio, & ab omni damno, & ab omni iniuria, & contumelia immunitatem carnis ediſcunt, cuinam fidei teſtimonium ſignant niſi qua credi opportet, hæc futuræ integritatis eſſe documenta. Hieronymus in epiſtola aduerſus errores Ioannis Hieroſolimitani, ita de illis ſcribit. Enoch translatus eſt in carne, Elias carneus raptus eſt in cœlum: nec dum mortui, & paradiſi iam coloni, habent membra cum quibus rapti ſunt atque translati, veſcuntur cœleſti pane & ſaturantur omni verbo Dei: eundem habentes Dominũ quem & cibum. & paulò poſt: tanto tempore in eadem permanent ætate, qua rapti ſunt: & tamen nec cibis nec vxoribus indigent. Ex his intelligimus prophetas iſtos in paradiſo viuentes in Dei contemplatione, qualis in hac vita haberi poteſt conquieſcere, & nec cibis vti, neque vlli corporis iniuriæ ſubijci.

¶Obſerua, quod hîc duo teſtes aduentus Domini nominantur, ſed videtur quod ſint tres, nã Euthymius, & alij affirmant noſtrum Ioannem nondum eſſe mortuum: eſſe tamen moriturum cum trucidabitur ab Antichriſto cum Enoch, & Elia. Quæ opinio Theophilato non diſplicet, nec Georgio Trapezum, qui ſuſtum volumen in hac quæſtione compleuit. Eam habet ſententiam Hippol. in libro de conſummatione mundi. Quod ſi obijcias ſolum in hoc loco duos teſtes referri, & non tres: Reſpondetur id modeſtiæ gratia feciſſe Ioannem, quod ſolent facere ſancti. Sed iam de hoc ſuperius etiam diximus. cap. 10. In illa verba: oportet te iterum prophetare gentibus.

Hi

Math. 20. Ansbert. Rupert.

Aug. to. 7. pag. 443.

Aug. to. 3. pag. 445.

Tertu. to. 1 pag. 145.

Hiero.

Euthy. in Mat. 43. c.

Theoph. in Ioan. c. 21.

¶ *Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra, in conspectu Domini terræ stantes.* Oliuæ comparatur Enoch, & Elyas, & generaliter Ecclesiæ Doctores. Qua comparatione vsus fuit Zacha. cap. 4. Vbi quærit propheta ab Angelo interpretante visionem: qui sunt duæ oliuæ istæ ad dexteram candelabri & ad sinistram eius, & duæ spicæ oliuarum? Respondet tunc Angelus, isti sunt duo filij olei qui assistunt dominatori vniuersæ terræ. Vbi Zorobabel & Iesus per duas oliuas intelliguntur. Siue vt planè docet Victorinus martyr hic, & Grego. Homi. 12. in Ezechielē, & Aretas, & glosa, Enoch, & Elyas intelliguntur, sicut & in nostro textu. Oliua igitur olei ferax, est gratiæ & charitatis symbolum. Nam Psal. 44. Gratia vocatur oleum: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitiæ: vndè nomen Christus, ideſt, vnctus. Sic Ecclesia Psalm. 51. ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei. De quo ad Roma. 11. Tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, ideſt, cum esses paganus sine gratia & sacramento, coaptatus es in Ecclesiam gratia affluentem, sicut oliua affluit oleo, & pinguedine. Præsules igitur & principes reipublicę christianæ iure oliuæ appellantur. Nam vt oliuę fructus afferunt, ex quibus oleum exprimitur, quo aluntur lucernę: vt in domo luceant, ardeant, & splendeant: ita præsules, & reipublicæ gubernatores strenui, sunt causæ & quasi authores diuinæ lucis in populum. Quod, inquam, ei Deus munera præbeat, libertate donet, & bonis in numeris afficiat, id quod facilè intelligere quisquè poterit ex libris regum. Quoties enim ipsi religionem & pietatem colebant, populus virtute splendebat, bonis actionibus operam dabat, & à Deo maximis beneficijs afficiebatur: quoties verò ipsi à vera religione & pietate alieni erant, statim & populus ab officio & virtute recedebat, & maximis calamitatibus præmebatur. Vt hinc intelligamus quantam reipublicę, & Ecclesiæ cōmoditatem adducant optimi principes, & præclari præsules, quando in populo oliuæ sunt: illum in officio retinendo, & in causa existentes vt eum Dominus benignitate sua, & clemētia prosequatur. Duo ergo isti testes, duę oliuæ dicūtur propter pinguedinem olei quā ex se fundent, ideſt, propter fertilitatem magnam, quam habebūt: ac propter fructum multum quem afferēt. Iuxta illud Psalmi. 51. ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei. Quod magis explicat Angelus apud Zachariam. cap. illo. 4. cum ait: isti sunt duo filij olei, ideſt, fertilitatis. Vt Esa. 5. vinea facta est delicto meo in cornu filij olei, ideſt, in regno fertilissimo. 70. verterunt in loco pingui siue vberi.

¶ *Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt.* Hic queri solet quo tempore futura sit Iudæorum conuersio ad veram fidem. D. Hiero. in fine mūdi futuram docet, idem docent patres omnes. & iure quidem. Apostolus enim in epist. ad Roma. inquit. Nolo enim vos fratres ignorare mysterium hoc, vt non sitis vobis ipsis sapientes. quia cæcitas ex parte cōtigit in Israel, donec intraret plenitudo gentium, & sic omnis Israel saluus fieret. At verò vsquè ad mundi finem minime videtur intrasse plenitudo gentium. Sic enim ait Dominus apud Math. c. 24. & prædicabitur euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omni

Zach. 4 Duæ oliuę & duo candelabra Enoch, & Elyas intelliguntur rā hic quā in Zacharia.

Victor. Grego. Aretas.

Psa. 44.

Psa. 51.

Rom. 11.

Præsules Ecclesiæ iure optimo oliuæ cōparātur.

Psal 51.

Zacha. 4.

Esaę.

Quādo futura sit Iudæorū cōuersio. D. Hiero.

Rom. 11.

Math. 24.

bus gentibus, & tunc veniet cōsummatio. & vt nobis constaret quando post gentium cōuersionem futura sit Iudæorum conuersio, docet sacra scriptura eam futuram post Antichristi aduentum. Cum enim venerit impius ille, honore maximo afficietur à Iudæis, & eum regem salutabunt: vt author est martyr Hyppolitus in oratione de mundi consumatione, & Damas. 4. de fide. cap. 27. Vbi ita illud Ioa. 5. explicat. Ego veni in nomine patris mei, & nō accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illū accipietis. &c. Et illud 2. Thes. 2. Ita vt in templo Dei sedeat, idem sanctus explanat: in veteri Iudaico, non in nostro. Hoc autem patientur (vt in eodem loco Apostolus affirmat) eò quod charitatem veritatis nō receperūt. Tunc ergo mittet eis Deus Elyam, & Enoch, quorum prædicatione conuertentur. & hoc est, quod in hoc loco ait noster Ioānes dabo duobus testibus meis & prophetabunt. & Malach. cap. 4. Ecce ego mittam vobis Elyam prophetam, antequàm veniat dies Domini magnus, & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad pres eorum. Et Dominus Mathæi. 17. Elyas quidem venturus est, & restituet omnia. Ita vt diximus docent Anselmus, & Theodoretus, & Augu. 20. de Ciuitate. cap. 29. Et Hiero. in illud Psalmo. 20. In reliquijs tuis præparasti vultum eorum. Cum autem hi duo prophetæ interficiendi sint ab Antichristo: vt in hoc. cap. docet Ioānes, cōstat cōuersionem Iudæorum, tempore Antichristi futuram esse. Rursum cum illi non sint prædicaturi, nisi mille ducentis, & sexaginta diebus, idest, tribus annis cum dimidio: vt in hoc capite affirmat Ioa. Tantundem-

Damas. Ioa. 5.

2. The. 2.

Malach. 4.

Matth. 17.

Ansel. Theodo. Augu. Psa. 20.

A què regnaturus sit Antichristus, Dan. 12. Videmus quàm coniuncta sit conuersio fini seculi. Docet autem Hiero. in illud Dan. 12. Beatus qui expectat, & peruenit vsquè ad dies mille trecentos triginta quinque: Dominum benfurum esse ad iudicandum quadragesimo quinto die à morte Antichristi. Sed de hoc alias. Nam hæc opinio Hieronymi nō tenetur à patribus.

Dan. 12.

Dan. 12.

¶ Cęterum testes Dei vocantur hi B duo prophetæ. Testis autem Dei dicitur, qui vbiq; de eo testificatur quod scit, idest, qui verbis & operibus Dei bonitatē prædicat, & quàm sit omni cultu dignus: atquè ita cęteros hortatur ad pietatem & religionem. Ita dixit Apostolis Dominus, Actorum. 1. Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudęa, & Samaria, & vsquè ad vltimum terręt. Et Actorum. 22. Cum funderetur sanguis Stephani, testis C tui. & in hoc loco & dabo duobus testibus meis, & prophetabūt. Inde qui hoc testimonium excellentiori modo reddunt, & vsquè ad sanguinis effusionem testificādo certant, propriè testes. i. martyres dicuntur.

Act. 1.

Act. 22.

¶ *Hi sunt duæ olivæ.* Quæri tamen obiter hic potest, si per duas istas olivas intelliguntur tàm apud Zachariā c. 4. Quàm apud Ioānem hic Enoch, & Elyas, quorsum in Zacharia fit mē D tio istorum prophetarum, non enim videtur ad propositum visionis Zachariæ id fieri. Hanc quæstionem sic aliqui viri docti explicant. Candelabrum, hoc est, Ecclesia, videtur à Zacharia cum ardentibus lucernis, & tamen templum Iudęorum non dicitur factum: vt in eo candelabrum poni intelligatur, sed fiebat eo tempore, & cum candelabrum videtur de templo Iudæorum verbum nullū. Significat

Zach. 4.

cat igitur Dominus Zachariæ futuram Ecclesiam extra populum Iudæorum, ideſt, non venturos Iudæos ad Eccleſiam propter ſuam incredulitatem, præter paucos, qui cum tàm infinita multitudine comparati nulli ferè ſunt. Itaquè toto tempore huius ſeculi Chriſtus illuminat ſuam Eccleſiam, lucernæ ardent, Iudæi manent in tenebris. Ne autem propheta ipſe, & Zorobabel affligerētur quaſi omnino populo Iudæorum abolito, demonſtrantur illi duę oliuæ, ideſt, duo vates, ſemper Chriſto aſiſtentes, & orantes, ut gens illa aliquando ad ſe redeat & conuertatur, & ab ipſo obtinentes: vt per ſuam tandem prædicationem in ſeculi fine reſipiſcat. De Enoch dicitur, vt ſuperius etiam retulimus Eccleſ. 49. Enoch placuit Deo, & tranſlatus eſt in paradiſum: vt det gentibus pœnitentiam. De Elya. cap. 48. qui inſcriptus eſt in iudicijs temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & reſtituere tribus Iacob. ¶Idem legimus Malach. 4. Malach. 4. Idcirco duæ oliuæ dictæ ſunt eſſe ad dexteram, & ad ſiniſtram lampadis, ideſt, Chriſti, apud Zachariam, quoniam Enoch, & Elyas manſuri ſunt in vita mortali, quandiu ferè Chriſtus Eccleſiam ſuam in terra illuminabit, ideſt, vſquè ad finem ſeculi. Hæc omnia quam rectè ſecum mutuo, & cum ueritate conſentiant, perſpicitur ex hoc capite Apocalypſis vt ſuperius annotare cæpimus ex Ambroſio docente, Iudæorum obdurationem, & futuram per Enoch, & Elyam conuerſionem ab initio capitis ad hęc vſquè verba ſignificari. Quod enim paulò ante dixerat Ioānes: & ciuitatem ſanctam calcabunt menſibus 42. ſubito (ait Ambroſius) ſaltum feciſ ſe ad Elyam, & Enoch, qui temporibus Antichriſti venturi ſunt.

¶Et pulchro ſatis ordine, videtur, vt qui deiectionem Iudeorum per figuram atrij protulerat, eorum reſtaurationem tacite ſubnecteret. Conſtat enim Iudæos in fine mundi prædicatione Elyæ, & Enoch, ad fidem Chriſti eſſe conuertendos. Duo igitur iſti ſancti (ait Ambroſius) modò oliuæ ſunt, cum in aliquo loco terræ poſiti, vbi eos mageſtas diuina commorari præcepit, per cōtemplationis gratiam Deo deſeruiunt: candelabra tūc fient, cum ad explendum prædicationis ſuæ officium veniēt. Hæc Ambroſius. Sed iam ad noſtrum textum redeamus.

¶*Et duo candelabra in conſpectu dei ſtantes.* Vocātur cādelabra quia ardore charitatis & igne Spiritus ſancti ardebūt. Tales debent eſſe omnes Eccleſię præſules: Tales doctores, & cōcionatores. Ardere enim debet & charitatis ardore & gratia cōcionator Euangelicus cum ſit Eccleſiæ cādelabrum. Et præterea lucem alijs fundere vt cādelabrum. Sic Baptiſta erat lucerna ardens, & lucens vt Ioānes ait cap. 5. Hinc eſt quod Dominus ait diſcipulis ſuis: vos eſtis lux mūdi. Et rurſum: luceat lux veſtra coram hominibus. in. c. 1. Apoc. Supra de candelabri myſtetijs diximus. Deus igitur hoc tempore ſeruat in abſcōdito has prędicatorum luces, & candelabra: nempe Enoch, & Elyam: quas aliquando producturus eſt in mundo vt luceāt. Vnde dicitur Iob. 9. qui precipit ſoli, & non oritur, & ſtellas claudit quaſi ſubſignaculo. De quo ibi eſt legēdus Grego. Dicuntur verò ſtantia coram Deo terrę Domino, & etiam in Zachar. cap. 4. dicuntur aſſiſtere domi-

Ecclc. 49.

Ioa. 5.

Apo. 1.

Iob. 9.

Grego. Zach. 4.

na

natori vniuersæ terræ, in quo significatur: tum, quod ab hominibus non videntur, sed coram Deo lucēt: tum etiam, intentio determinata adimplendi ministerium suum, secundum ordinem à Deo positum: & constantia vt non dimoueantur à virtute etiam calamitatibus concussi. Vt de se ait Paul. ad Roma. 8. certus sum, &c. quia nec mors, nec vita poterit nos separare à Charitate Dei. Cæterum, *stantes* ad candelabra referēdum est ex Græco. Vbi fœminini generis est, & pertinet ad nomen candelabrum, quod apud illos est eiusdem generis, atquè ideò Erasmus & alij recentiores vertunt: in conspectu Domini terræ stantia. Verùm interpræs (vt solet sæpè) nomen adiectiuum in eodem genere ponit, in quo erat in Græco, etiam si genus illud nomini latino nō conueniat. Ita dixit. cap. 10. Accipe librum, & deuora illum, & faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquàm mel. Respexit ergo ad nomen Græcum bybliaridion quod neutrius generis est.

Rom. 8. Erasmus. Apo. 10.

¶ *Et si quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum, & si quis voluerit eos lædere sic oportet eū occidi. Hi habent potestatem claudendi cœlum ne pluat, diebus prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas, conuertendi eas in sanguinem: & percutere terram omni plaga quotiescunque voluerint.*

¶ De potestate prædictis testibus, & prędicatoribus à Deo traddita hìc agitur. Nam sicut Apostolos misit dominus olim ad prædicādum cum potestate faciendi miracula Marci vltimo: & Moysen ad Pharaonem cum potestate miraculorum, Exod. 4. Sic etiam mittet Dominus hos viros sanctos cum potestate edendi miracula multa in cœlo & in terra. Sunt enim miracula quasi signa & sigilla diplomatis diuini, quo authoritatem accipiunt legati & prædicatores à Deo missi. Et præterea, sicut cum spirituali potestate prædicandi & conuertendi homines ad fidem mittebat Deus Apostolos Luc. 21. Dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri: sic etiam hos duos testes Dominus nō solum instruet potestate faciēdi miracula corporaliter: sed etiam spiritualiter cō uertendi homines. & ita vtroq; modò, nempè corporaliter vt litera sonat, & etiam spiritualiter hic locus intelligendus est. Vnde Richardus, & D. Thom. aliqua ex his spiritualiter, & aliqua corporaliter intelligenda affirmant. Sicut enim Antichristus prodigijs mendacibus conabitur auertere à fide Christi homines. 2. ad Thes. 2. Ita illi Deus obijciet fortes viros, qui veris miraculis illi resistant.

Mare. vlt. Exo. 4. Luc. 21. Richar. D. Thom. 2. Thes. 2.

¶ Igne armabuntur in primis aduersus nocere volentes, à quo deuorētur aduersarij. Possumus Elyam vocare ignem potentem. Nam. 4. Reg. 1. Vnum & alterum principem quinquagenarium igne de cœlo euocato repentè cōsumpsit. Atquè ideo ex ore ipsius clamantis prodidisse ignem, dicere possumus. Ita Antichristi tempore absurdum non erit existimare, quod Elyas simul cum Enoch, igne de cœlo excitato, corporaliter multos aduersarios succendent. Id quod in Collectaneis hìc traditur. Vt hoc signo Elyas se illum esse declaret, qui vlciscī Dei iniurias igne erat solitus. Significat ergo eos habituros eam potestatem quam optabat Iacobus; & Ioā. Luc. 9. Quum aduersus Samaritanos qui Dominum recipere noluerunt, di

4. Reg. 1. Luc. 9.

dixerant: Domine vis dicamus, vt ignis descendat de cœlo, & consumat illos? & in Græco additur sicut & Elyas fecit? Sed erat præterea ignis spiritualis, & quædam prædicationis flamma in more Elyæ, vt habetur Eccle. 48. Surrexit Elyas quasi ignis, & verbum illius quasi facula ardebat. De hoc spirituali igne intelligit hunc locum Anselmus, Ansberto & D. Thom. Nam ignis vocatur ipsa prædicatio sacra. Hiere. 23. rem. 23. Numquid? non verba mea sicut ignis ardent, ait Dominus? & de Ioseph dicitur Psalmo. 14. Eloquium Domini inflammauit eum. & Psalm. 118. Ignitum eloquium tuum vehemēter, & seruus tuus dilexit illud. & Hiere. 5. remię. 5. Ecce ego do verba mea in ore tuo in igne: & populum istum in ligna, & deuorabit eos. Et deuoratio tunc erit, quando declarabunt prædicando Enoch, & Elyas, ęternam damnationem aduersariorum, & cōstanter perterrere facient aduersarios cō minationibus. Minus literalis videtur ille modus deuorationis, quem Beda, & Ansbertus ponunt: qui est per cōuersionem ad fidem: & cōgerendo carbones ignis super illorum capita, Ro. 12. Pro. 25. vt dicebat Paulus ad Roma. cap. 12. de quo Prouer. 12. Verte impios & non erunt, ideſt, prædica eis, & conuertentur. Quę expositio sancta, sed nō multum accomodata huic loco: vt in Collectaneis dicitur. Quia de Elyę zelo aduersus impios hic agitur. Cæterū prò eo quod est in hoc loco, *exiet*, in Græco est ἐκπορεύεται, eporeuete ideſt, exit. & vbi dicitur, deuorabit, in Græco est, κατεσθίει. i. deuorat. Sed si his verbis figma, siue. 5. interponatur futuri temporis erunt. Atquè ita putādum est Apostolum scripsisse, vt futura sint. Facilior enim error est in græco quàm in latino.

¶ Additur mox pœna talionis decreta contra eos qui læserint hos diuinos testes. *Quod si quis*, inquit, *voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi.* Diuus Thom. de corporali læsione testibus sacris illata intelligit. Omnis enim qui gladium acceperit gladio peribit Ioa. 18. & Math. 27. Cuius rei est exemplum historia Daniel. 3. Vbi qui igne moliebatur viros illos tres pueros Iudæos nō adorantes statuam conficere, illis saluis eodem igne sunt ipsi cōfecti & combusti. Ait ergo Ioā. sic oportet eum occidi. i. sententia eorum ferietur, & igne de cœlo missō crematur.

¶ Quòd verò additur de potestate claudedi cœlum. i. aërem. ne pluat, hoc etiam ad antiqua macula Elyæ respicit. Nam pluuiam sustulit per tres annos cum dimidio. & tādem ipse dixit ad Acham viuit Dominus, &c. Si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba 3. Regum. 7. & Iacob. 5. habetur: Elyas homo erat nobis similis, & oratione orauit: vt non pluret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex, Totidem tempus etiam datur Elyæ ad prophetandum, & prædicandum in tempore Antichristi: & ideò hic dicitur quòd habent potestatem claudēdi cœlum tempore prophetiæ ipsorum. Erit ergo Antichristi tempore Elyas sui similis, & sterilitate puniet aduersarios. Ita corporaliter intelligitur hic locus in Collectaneis. D. Thomas verò & alij multi patres hanc potestatem spiritualiter exercendam existimāt, hoc modo: quod Elyas claudet scripturas sacras, quæ vocantur cœlum, in quo diuina mysteria cōtinentur, et hoc fiet auferendo publicam prædicationem,

Ecclesiast. 48.
Anſel. Anſber. D. Tho.
Hiere. 23.
Pſa. 14.
Pſa. 118.
Hiere. 5.
Beda. Anſber.
Ro. 12. Pro. 25.
Dacho.
Ioa. 18. Mat. 27. &
Dan. 3.
Prima expoſitio literalis.
3. Reg. 17. Iacob. 5.
Cælius.
D. Tho. Secūda expoſitio.

nem, quando illi congruum visum fuerit. Sic minatur Dominus Esa. c. 5. & nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem. Nempe, super vineam ingratam, ideſt, infidelem populum. Esa. 5.

Ita Aſelm. & D. Thom. & etiam Beda, & alij. Nec mihi abſurda videtur eſſe ſententia quæ habetur in Collectan. quòd ſicut Petrus, & Paulus, aduerſus Neronem miſſi ſunt, à quo ſunt interfecti: & habuerunt poteſtatem claudendi, & aperiendi cœlum, quæ eſt poteſtas ſpiritualis clauium. De qua Math. 16. & Ioan. 20. Ita Elyas & Enoch tempore Antichriſti habebunt poteſtatem clauium ad aperiendum bonis, & claudendum malis. Anſel. D. Tho. Beda. Tertia expoſitio. Math. 16. Ioan. 20.

¶Habuit olim Moyſes poteſtatem vertendi aquas in ſanguinem, & percutiendi terram plagis Exod. 7. Hanc etiam poteſtatem diuinitus exercent Enoch, & Elyas, coram Antichriſto, ſicut & Moyſes coram Pharaone. & hoc ita corporaliter poſſe intelligi cẽſet D. Thom. Sed & ſpiritualiter hoc interpretantur patres: diuerſimodè tamen. nam D. Thom. futurum hoc dicit cum prædicando obſtinatis hominibus eos adigent occaſſione non data ſed accepta ad hoc vt martyrum ſanguinem fundant: tunc doctrina per aquam ſignificata vertetur in ſanguinem. ¶Item vt habetur in Collectaneis aqua baptiſmi qua ſunt fideles tincti vertetur in ſanguinem. Anſelm. & Beda, alio modo interpretãtur: quod malis ipſa prædicatio & doctrina erit occaſſio peccandi ac blaſphemandi. Nomine enim ſanguinis peccatum ſignificatur. Oſeæ. 4. Sanguis ſanguinem tetigit. ſicut ergo deſe dixit Paulus, q̃ alijs erat odor vitæ in vitam, & alijs odor mortis in mortem 2. ad Cor. 2. Ita & his prædicatoribus Exod. 7. D. Tho. Anſel. Beda. Oſeæ. 4. 2. Co.

continget.

¶*Et percutient terram omni plaga.* Quod ſpiritualiter continget terrenis hominibus comminando æternas pœnas, & conuincendo illos multis modis quotieſcumquè voluerint. Tanta enim vis illorum prædicatorum erit. Nec verò eſt abſurdum hoc intelligere corporaliter imo magis conſonum literæ ſicut Petrus morte multauit Ananiam, & Saphiram coniuges. Actorum, 5. Propter defraudatam pecuniam. Nam viri ſancti ſæpè zelo iuſtitiæ ardent. Vt Dominus cum facto quaſi flagello excludit de tẽplo mercatores. Ioã. 2. Act. 5. Ioã. 2.

¶*Et cum finierint teſtimonium ſuũ, beſtia quæ aſcendit de abyſſo faciet aduerſum eos bellum, & vincet illos, et occidet eos. et corpora eorum iacebũt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma, et Aegyptus: vbi et dominus crucifixus eſt.*

¶Permittit Deus miniſtrorum ſuorum opera improborum malitia intercidi, & impediri. Sed vult vt ſuis officijs functi mox coronentur martyrio. Quę Dei prouidentia maximè in Chriſto Redemptore oſtenſa eſt, quem ante horam à patre æterno decretam, & expletum prædicationis munus nemo comprehendere, nemo impedire potuerit. Ioan. 7. Nemo in illum miſit manus, quia nondum venerat hora eius. Item cum illi diceretur: Herodes te vult occidere, ait illis: ite dicite vulpi illi, ecce eijcio dæmonia, & ſanitatem perficio, hodie, & cras, & tertia die conſumor. Verum tamen oportet me hodie, & cras, & ſequenti die ambulare. Vbi & tempus & locum diuinitus eſſe ſuæ paſſioni præfinitum ponit. Et ſumit diem pro anno hoc ſenſu: oportet ſicut ſtatutum eſt, vt

Dei prouidentia erga ſuos, quos non permittit occidi ante munus ſuum completum. Luc. 13.

hoc

hoc anno, & ſequenti miracula ædã, A & euangelizem:& ſequenti anno erit finitum teſtimonium:& tunc erit ſuũ tẽpus meæ paſſionis. Sicut fluctus maris iuſſu Dei non obrruunt terram, vt habetur Pſa.103. Terminum poſuiſti quem non tranſgredientur, nec conuertentur operire terram, ſic etiam humanæ potentiæ tempus, locum, & modum ſæuiendi Deus taxat.

Pſa.103.

¶Tunc ergo peracto miniſterio beſtia bellum inferet illis. Beſtiam vocat Antichriſtum: vt Victorinus,& Aretas,& reliqui aiunt, & in ſequentibus videbimus. Vt etiam in Daniel.c. 7. ſecundum gloſſam ſic vocatur: aſpiciebam,& ecce beſtia.4.terribilis atq; mirabilis. ſic vocatur, propter crudelitatem,& inhumanitatem, ac humani ſanguinis auiditatem, & propter immanem truculentiam, vt idem Aretas ait. Et dicitur aſcendiſſe de abyſſo, ideſt, de mari, vt ipſe exponit in initio cap.13.& vidi de mari beſtiam aſcendentem. De hac voce, abyſſus, ſupra cap.9. diximus. Quod ſignificat profunditatem aquarum, hic capitur pro uitiorum immenſo pelago à Richar. à quo aſcendet ad apicem regni. vel aſcẽdet: vt Gagneius ait, per ſuperbiã. Nam extolletur ſuper omne quod dicitur Deus, aut colitur, ita vt in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tãquàm ſi Deus eſſet: cum ſit homo peccati & perditionis. 2. Ad Theſ. 2. Hæc etgo beſtia, quę de abyſſo, ideſt, de profundo iniquitatis & malitiæ aſcendit ſuperbiendo, faciet aduerſus eos bellum. Dicitur etiam aſcendere de abyſſo ratione ſuæ originis, vt credunt Primaſius, & Ansbertus, & id ſequitur. D. Thom. vocatur enim hic, abyſſus, Iudæorum peruerſitas profunda, à quibus de tribu Dan originem ducturus

Antichriſtus vocatur beſtia hic.
Victori.
Aretas.
Dan.7.
Apoc.13.
Apo.9.
Richar.
Gagne.
2.The.2.
Primaſius.
Anber.
D.Tho.

dicitur Antichriſtus. Sic enim interpretatur Ansbertus illud Geneſ. 49. Vbi Iacob Dan filio ſic alloquitur: fiat Dan coluber in via, & ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi: vt cadat aſcenſor eius retro. Eſt Antichriſtus dictus coluber in via, quia homines per viam latam,& perditionis adducens veneno inficiet. & eſt ceraſtes in ſemita. i. cornutus ſerpens propter potentiam qua vtetur aduerſus eos, qui per ſemitam anguſtam virtutis gradientur: Vt Elyas,& Enoch, aduerſus quos bellum geret, vt dicitur in textu. Et tandem occidet, & mordebit vngulas equi in via. i. in extrema mũdi mordebit, qui per equum inſolentem ſignificatur. Mordebit, inquã, vt cadat retro non erigendus aſcenſor eius. i. quicunq; dignitatibus mundi ſuperbè attollitur. de hoc plura legite in Ansberto. Sed dimiſſis his omnibus expoſitionibus. cap. 13. videbimus inter explicandum illa verba: & vidi de mari beſtiam. &c. quare dicatur beſtia iſta aſcendere de abyſſo, Hoc eſt, de mari: & quid per mare ſignificatur. Interim tamen ſuperiorib⁹ adde, quod Beda per abyſſum malorum hominum corda intelligit, ex quibus tanq̃ ex latebris foras manifeſtus apparebit Antichriſtus. Bellum verò facturus dicitur Antichriſtus ab Aymone, & Diuo Thoma, Blanditijs, argumentis, miraculis falſis, & tandem grauiſsimis tormentis.

Gen.49.
Lege Anſbertus.
Beda.
Aymo.
D.Tho.

¶ Cæterum verbum, *aſcendit*, præſentis temporis eſt vt ex Græco conſtat, ἀναβαῖνον, ideſt, aſcendens. Antichriſtus enim beſtia eſt quæ iam nunc aſcendit: quia in ſuis membris,& miniſtris,& præcurſoribus iam operatur, ſicut ait Paulus.2.

2.The.2.

Thessalo.2. Nam mysterium iam operatur iniquitatis. &.1.Ioan.2.& sicut auditis quia Antichristus venit: nunc Antichristi multi facti Sunt. Bestia ergo ista quæ iam modò ascendit de abysso, tunc faciet bellum aduersus duos testes illos, ideſt, persequetur eos, & vincere conabitur. *& vincet illos testes.* Quod debet intelligi secũdum apparentiam, & vulgi sensum. Nam inuicti & infracti calamitatibus semper in spiritu erunt victores. Vincentur tamen quia corporaliter occidentur. Sapientię tertię: visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. De his est illud Mathæ. decimo, nolite timere eos, qui occidunt corp⁹. Vt igit intelligerem⁹ quomodo vincet eos, continuò subiungit: *& occidet eos.* Hoc est, efficiet quod volebat: effic et occidendo ne amplius prædi cent Christum.

¶Ad cumulum calamitatis horum sacrorum virorum hoc etiam accedit quòd ipsorum corpora inhumata in publicis vijs ciuitatis Hierusalem iacebunt. Fuit hoc horribile & formidolosum inhumatum, & insepultum iacere cadauer hominis. Ita vt Varro libro quarto de lingua latina asserat totam familiam hominis insepulti, vel inhumati, funestam iacere. De hoc poëta latinus in Palinuro sepultura carente AEneidos sexto, in mare iacto magnum argumentum dedit. Estquè Homerus plenus huiusmodi desiderijs mortuorum. Quã obrem 1.Reguin.17. Goliath sic minatur Dauidi: dabo carnes tuas volatilibus cœli, & bestijs terræ. Non carue re viri sancti, nec Enoch, & Elyas, carebunt hac contumelia.

¶Sed obstare videtur illud Psalm. 33. Custodit Dominus omnia ossa eorum vnum ex eis non conteretur. Respondetur quod ibi ossa iustorum virtutem significant. *Iacebunt*, inquit, *in plateis*. ideſt, in vna platea. Hebra. est: quo accipi solet pluralis pro singulari. Ioan.6. scriptum est in prophetis: erunt omnes docibiles Dei, ideſt, in vno prophetarum, nempè Esai. c.54. Actor.13. Videte ergo ne superueniat vobis quod dictum est in prophetis, videte contemptores & admiramini, ideſt, in vno ex prophetis. i. Abacuc c.1. iacebunt autem in nobilissima ciuitate Hierusalem. Quæ vocatur magna, quia regia erit Antichristi, qui adorandus est à Iudęis in qua ad ęmulationẽ Christi grassabitur Antichristus. De quo intelligunt aliqui illud Ioa.5. Ego veni in nomine patris mei, & non me accepistis, si alius venerit in nomine suo illum accipietis. Ita notatur in Collectaneis. Hanc ciuitatem Hierusalem propter perditos mores Sodomã, & Aegyptum vocat Ioannes, & se ipsum exponit dicens: quod ibi Dominus crucifixus est. Eadem forma loquendi Roma vocatur. 1. Petri. 5. Babylon. Salutat Ecclesia vos, quæ est in Babylone collecta. Hierusalem verò hac infami appellatione Sodomæ vocatur: vt notatur Ezechie. 16. & Deuterono. 32. Deuinea Sodomorum vinea eorum. & redditur ratio Threnorum. 4. Maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum. Vocat ergõ eam Sodomam, & Aegyptum: tum, quia detestabilis Deo erit, sicut Aegyptus, & Sodoma. Tũ etiã, quia eisdẽ peccatis abundauit. i. nepharijs libidinibus vt Sodoma, & idolatria, & superstitione vt Aegyptus. Quid enim peccati, & impietatis nõ erit in illa regnãte Antichristo? Ansbertus totum mundum posse

1.Ioa.2.

Ioa.6.

Esa.54. Act.13.

Abacuc.1.

Hierusalẽ vocatur hic Sodoma & Aegyptus & quare.

Ioa.5.

1.Pet.5.

Ezech.16. Deut.32.

Threno.4.

Ansberti opinio.

Sap.3.

Math.10.

1.Reg.17.

Psa.33.

posse intelligi per hanc ciuitatem ma A gnam existimat, quia Dominus crucifixus est extra portam ciuitatis, ad Hebr. 13. Hebræos.& ideo in toto mundo Dominus crucifixus est. Imo verò Hieronymus tomo primo, in epistola quæ incipit: mensuram charitas non habet, quam Paula, & Eustochium mittunt ad marcellam: nullo modo concedere vult hoc in loco per hanc ciuitatem intelligi Hierusalem. Vnde postquam Hierusalem miris ornauit laudibus, obijcit sibi hunc locum, quo Sodoma vocatur, & Aegyptus. Et negat Hierusalē his nominibus vocari, sed mundum. Qui est ciuitas magna quam ædificauit Cayn primùm, quoniam sacra scriptura contraria sibi esse nō potest.& in hoc ipso capite Hierusalem vocata est ciuitas sancta. Et ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. quomodo ergo post decem versus, Sodoma,& Aegyptus vocari potuit? Deinde, quoniam his nominibus mundus significari solet in sacra scriptura non Hierusalem, sed Sodoma. Profert illud testimonium: restituetur Sodoma in antiquum. Quod non de vrbe illa dictum est, quæ iterum ædificanda non erat, sed de mundo qui restituetur: vt antè fuit. Quod desumptum est ex Ezechieli ibi: prope finem iuxta translationem. 70. postea subijcit. Aegyptum autem pro Hierusalem nunquam legimus, sed semper pro hoc mundo. & quia longum est de scripturis innumerabilia exempla congerere vnum testimonium proferamus vbi manifestè mūdus hic Aegyptus appellatur. In epistola canonica Iudas Apostolus frater Iacobi scribit dicens, commonere autem vos volo scientes semel om-

Hierony-mi opinio quod non vocetur hic Hierusalē Sodoma & Aegyptus, sed mūdus ille.

nia. Quoniam Iesus populum de terra Aegypti saluans, secundò eos qui non credidérunt perdidit. & ne putares de Iesu dici filio Naue, statim sequitur: Angelos verò qui non seruauerunt suum principatum sed dereliquerunt suum domicilium in iuditium magni Dei vinculis æternis sub caligine reseruauit.& vt credas vbicumque simul Sodoma, & Aegyptus & Gomorrha nominantur, B non loca sed mundum hunc interpretari statim subiungit: sicut Sodoma,& Comorrha,& finitimæ ciuitates simili modo fornichantes, & abeuntes post carnem alteram factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes. Hæc Hieronymus tomo 1. pagi. 125.

¶ Quæ mihi videtur magis disputandi causa,& quasi dicendi, quod Paula,& Eustochium sentiebant scri- C psisse, quàm quod ipse ita sentiret. Nam verba ipsa manifestissima sunt, & sine vi aliter exponi non possunt. Sed nec Apostolus quicquam significaret de loco si diceret: in plateis mundi huius. Præterea res ipse cohærent inter se, quoniam cum sit Antichristus pro Messia adorandus, vbi magis eum regnare conuenit, quàm in Hierusalem quæ est ciuitas magni regis? & cum ipse Prophetas ipsos occi- D sissurus sit, vbi potius occidet quàm in eadem ciuitate? In qua ipsi constanter prædicabunt Euangelium? Deinde quid mirum est Hierusalem vocari Sodomam cum Esaiæ primo legamus: audite verbum Domini principes Sodomorum, auribus percipite verbum Domini populus Gomorrhæ, cui dicitur Ezechieli. cap. 16. Viuo ego dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma soror tua ip-

Opinio Hieronymi nō probatur.

Esa. 1.

Ezech. 16.

sa, & filius eius, sicut fecisti tu, & filiæ tuæ. De eadem etiam dicitur Threnorum quarto, & maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum. Denique plerique veterum expositorum hoc de Hierusalem interpretãtur. Vt Victorinus, Primasius, Aretas, Ansbertus, Aymo, Rupertus, Richardus, Anselmus, & Diuus Thomas, & Albertus Magnus. Argumenta Hieronymi non magno negotio diluuntur. Fatemur scripturam sibi non aduersari, nec negamus Hierusalem post Domini resurrectionem vocari ciuitatem sanctam apud Mathæum capite vigesimo septimo. Sed in hoc capite cum dicitur ciuitatem sanctam calcabunt mensibus 42. Non Hierusalem intelligitur sed Ecclesia cuius typus & figura fuit Hierusalem. Eadem autem ciuitas Hierusalem sancta dicta est, quia Deo dicata est, & ab eo electa: & templum habebat & sacerdotium: & Sodoma propter peccata vocatur. Sicut sacerdos aut episcopus sanctus dicitur causa consecrationis: & sacrilegus, atque impius propter mores. Alterum argumentum hoc sibi iure dari postulat, Sodomam, & Aegyptum sæpè mundi huius figuram portare: sed nunquã typum esse Hierusalem non probat, cum Esaias ciues eius Hierusalem appellauerit principes Sodomorum, & populum Gomorrhæ: sicut in eundem locum Hieronymus ipse fatetur. Similem etiam locum proferre possumus ex Ezechiele decimo sexto. Vbi ciuitati Hierusalem dicitur: Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæa. Ego verò gentem Iudæorum, familiam Aegypti planè vocatam esse puto. apud Zachar. cap. 14. & erit: qui non ascenderit de familijs terræ, ad Hierusalem vt adoret regem dominum exercituum, non erit super eos imber. Quòd & si familia Aegypti non ascenderit, & non venerit: nec super eos erit. Negat enim descensuram imbrem gratiæ Spiritus sancti super eos qui nõ venerint ad Ecclesiam, vt adorent Christum. Deinde loquitur propriè de familia Aegypti, quasi de ea quæ maturius & feruentius venire deberet, vt coniunctior cum Ecclesia: quôd oratio soli Iudæorum genti conuenit. Meritò ergo dicit Ioãnes: quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Aegyptus. Idest, quæ allegoricè solet significari in Sodoma, & in Aegypto, quasi in figuris suis. Quod autem continuò addidit Hieronymus: vbicunq; simul Sodoma, & Gomorrha nuncupantur, mundum significari: quomodo ex verbis Iacobi comprobet non intelligo.

Thren. 4.

Victori. Primas. Aretas. Anber. Aymo. Ruper. Richar. D. Tho. Anfel. Alber. Magnus.

Math. 27.

Zach. 14.

¶ *Et videbunt de tribubus, et populis, et linguis, et gentibus, corpora eorum per tres dies et dimidium: et corpora eorum non sinent poni in monumentis.* i. Videbunt istorum corpora de omnibus nationibus quæ Antichristo adhærebunt. Corpora verò iacebũt tanto tẽpore insepulta, vt ab omnibus videãtur: & nemo dubitare possit quin verè mortua fuerint: quò postea gloriosior, & mirabilior sit eorum resurrectio. Cæterum supra. cap. 7. hæc verba *tribus, populi. etc.* Sunt declarata: & exponitur hîc publica contumelia irrogata sacris martyribus. Videbunt autem non omnes hi oculis, sed fama publicante cognoscẽt secundũ Anselm. & Diuum Thomam, vnde ait: videbunt de populis, quod dicit, non omnes, sed quidam de populis, &c. Videbunt, inquam, quidam oculis, quidam fa-

Anfel. D. Tho.

fama. Per tres verò dies & dimidiũ, tres annos & ſemiſſem ſignificari videtur, quos duratura eſt perſequutio Antichriſti. Dies enim reputatur in ſacra ſcriptura ſæpè pro anno, & annus pro die. Ita Ansbertus, & habetur in Collectaneis. Vbi dicitur, quod in Enoch, & Elya generaliter omnes pij intelligantur martyres qui pro fide Chriſti tunc occidentur.

Anſber.

¶Sed alij patres vt Richardus, & Diuus Thom. & Abbas Ioachim, & alij verba hæc accipiunt, vt ſonãt ſimpliciter & propriè. Quòd, ſcilicet, tantum tres dies cum dimidio iacebunt corpora illa ſancta inſepulta. Sed quamuis hoc ita ſit, cum hoc tamen ſtat tres dies illos & dimidium, quibus ita manebunt corpora continuò poſt id reſuſcitanda ſignificare, & repreſentare fidelibus Antichriſti tyrãnidem, & duriſſimam Eccleſiæ vexationem, atquè bonorum occiſſionem non eſſe procedendam vltra tres annos, & dimidium iuxta illud Ezechi. cap. 4. diem pro anno dedi tibi, vt poſtea gloriam ſperent, & reſurrectionem.

D.Tho. Abbas Ioachim. Ezech. 4.

¶Creſcet autem adeò ſæuitia Antichriſti, & ſuorum vt condi in ſepulchris non permittant ſanctorum martyrum corpora. Id quod in lege Moſaica prohibebatur Deutero. 21. quando peccauerit homo, &c. & appenſus fuerit in patibulo non permanebit cadauer eius in ligno, ſed in eadẽ die ſepelietur, quia maledictus à Deo eſt qui pendet in ligno. Quam ob rem Iudæi non auſi ſunt prohibere Domino ſepulturã. Et hoc eſt, quod ad Galat. 3. citat Paulus quòd Dominus eſt factus maledictus. Nam ſicut alij propter peccata ſua in lignum agebant, & erant maledicti propter culpam propriam, ſic Chriſtus vt nos à maledictione peccati liberaret factus eſt maledictus ſine culpa, cum ſola pœna. Simili forma ſermonis dixit Paul. quòd Chriſtus eſt peccatũ, vt enim nos à peccato liberaret factus eſt hoſtia pro peccato. 2. ad Cor. 5.

Deut. 21. Galat. 3. 2. Cor. 5.

¶Et in habitantes terram gaudebũt ſuper illos & iocundabuntur: & munera mittent inuicem, quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitabant ſuper terram.

¶Exultant in rebus peſſimis & lætantur cum malè fecerint improbi. Prouerb. 2. Eſt verò in hac cæde iuſtorum certa lætitiæ cauſa inter infideles, quam Primaſius tractat, quia dolent oculi improborum, viſo homine ſancto. Sapien. ſecundo, grauis etiam nobis eſt ad videndum. & Pſalmo. 111. Peccator videbit et iraſcetur, dentibus ſuis fremet, et tabeſcet. Et ideo maximè gaudẽt cum vident eos morti traditos. Sic irridebant prægaudio Iudæi Chriſtum crucifixum, Prouer. 15. Non amat peſtilens eum, qui ſe corripit. Sicut è diuerſo. Dum ſuperbit impius incenditur pauper. Pſalmo. 9. et Pſalmo. 118. vidi præuaricantes et tabeſcebam. Quòd verò ad dona inuicem miſſa attulit. Alluſio eſt ad morem gentilium qui in publica lætitia genia, et munera ſibi inuicem miſitabant: vt Romani in Saturnalibus. Quoniam hi duo Prophetæ, inquit, cruciauerunt eos. Cruciabant impios prophetæ reprehendendo acriter, et futuras eaſdemquè perpetuas calamitates cominando, ideo eos de vita tollere conati ſunt.

Pro. 2. Mali lætãtur ſuper occiſione bonorũ & quare. Sap. 5. Pſa. 111. Pro. 15. Pſa. 9. & 118.

¶Et poſt dies tres & dimidium, ſpiritus vitæ à Deo intrauit in eos, & ſteterunt ſuper pedes ſuos, & timor magnus cecidit ſuper eos qui viderunt eos.

¶Postenarratam iustorum cladem, pergit Ioânes de illorum præmio et gloria dicere: et prophetico more præteritatempora vsurpat pro futuris cum ait: quod spiritus à Deo intrauit, etc. Causam ponit author Collectaneor. Quia Ioânes hîc loquitur in sua.1. in prophetæ persona. Nam antea in persona angeli futura reuelâtis loquebatur. Exactis ergo illis trib⁹ diebus, siue annis cum dimidio, de quo supra dictum est infundet Deus spiritum vitæ illis duobus viris, vt resurgant validi, & in suos sepedes erigant, vt Ezech.37. Ecce intromittam in vos spiritum, & viuetis. & cõgruit illud: vos estis qui permansistis in tentationib⁹ mecũ, & ego dispono vobis vt disposuit mihi pater. &c. Lucæ.22. Fuit Christus causa exẽplaris, vt sicut ille ita & sui patiantur, & resurgant, & glorificentur. Spiritus ergo vitæ. i. viuificans à Deo missus (in quo animas eorum intellige) intrauit in eos, & steterunt super pedes suos, ideſt, resurgent verè resuscitati, qui mortui iacebant.

¶Cõfusio verò & timor etiam de insperata nouitate ortus, corripiet spectantes tàm bonos quàm malos secũdum Bedam. & de hoc habetur Sap. 5. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatę salutis. & siquis interroget an fiat hæc resurrectio gloriosa istorũ virorum, ita vt iterum non sint morituri, an futura sit sicut resurrectio Lazari, qui surrexit, vt dicitur Ioa. 10. Sed iterũ moriturus? Ad hoc respõdetur cum D. Thom. Quod istis viris propter insignem passionem creditur, priuilegium cõcedendum, vt resurgant in corporibus glorioſis, & non iterũ morituri. Quod Lazaro nõ datũ est.

¶Sed obstare videtur quòd corpora glorioſa non videntur oculis mortalibus, sed Enoch, & Elyas videbuntur resurgentes etiam ab infidelibus ergo. etc. Ad hoc respõdetur. Q đ corporis glorioſi hoc est priuilegium, vt pro arbitrio suo possit facere, vt videatur & non videatur, vt patet in Christo resurgente. Isti autem viri se facient visibiles, & ideo videbuntur à promiscua multitudine etiam in corporibus glorioſis.

¶*Et audierunt vocem magnam dicẽtem eis, ascendite huc: & ascenderunt in cœlum in nube, & viderunt illos inimici eorum.* Geminus est intellectus huius loci secundum geminam intelligentiam trium dierum supra positam. Nam si intelligamus tres dies cum dimidio simpliciter, & propriè, tũc miraculum magnum refertur, & speciale assumptionis illorum virorum, priuilegium nempè quod ante communem resurrectionem illi sancti in corporibus glorioſis assumantur in cœlum beatorum. & simile priuilegium dicitur de Christo Actorum. 1. & nubes suscepit illum. nam opus est Dei, vt qui se humiliat exaltetur. Lucæ. 14. Ideo isti sancti audient: ascendite huc. & de hoc habetur. 1. Pet. 5. Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. Quòd siquis huic explicationi illud putat aduersari quod Paul ait ad Hebr. 11. De veteribus sanctis: & hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis meli⁹ aliquid prouidente: vt non sine nobis consummarentur. ideſt, consummationem beatitudinis, siue gloriam corporis acciperent. nequaquam aduersatur: quam uis in eo catha logo nominatus fuerit Enoch: quia paucorum priui-

Exaltat Deus humiles miri⁹ in modũ

Acto. 1.

Luc. 14.

1. Pet. 5.

Hebr. 11.

cælius.

Ezech. 37.

Luc. 22.

Sap. 5.

Ioa. 11.

D. Tho. Enoch, & Elyas, resurgẽt post 3. dies, & dimidium nõ iterum morituri.

uilegium legi communi non nocet. vt qđ beatissima virgo Maria in cœlo glorioſum corpus possideat, nõ obstat legi, quam indicat Apostolus cũ ait: vt non sine nobis consumarentur. nec obstaret si verè idem probari posset de Ioanne. Deinde quoniam post pauciſſimos dies futura sit resurrectio omniũ, non potest dici Eliã & Enoch sine nobis cõsumari. simul enim fieri dicitur, quod exigua mora interposita fit. ¶ Et quod inimici spectent eã gloriam, & turbẽtur, ad specialem remunerationem ex circunstantia attulit. Cæterum aliqui tenentes vt diximus quòd capitur in hoc loco dies pro anno, consequenter etiam exponũt hũc locum aliter, scilicet de communi resurrectione. Nam hæc vox de cœlo, aiũt isti patres, quòd vniuersaliter omnes mortuos excitabit. 1. ad Thessal. 4. Ipse Dominus & in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei, descendet de cœlo. Et tunc ad mediam regionẽ aeris iubebuntur ascendere iudicandi homines, vt corã Christo iudice existant venienti cum potestate magna. Luc. 21. & tunc eorum inimici videbunt quem crucifixerunt, & plãgent. de quo supra Apoc. 1. In eo autem qđ addit *in nube*: Areas hæc ferè scribit: semper nubes ministra est in diuinis rebus: illisque familiaris est, nam in nube est quędam obscuritas cum aliquo splendore, qui à refractione radij solaris ex incidentia perficitur. Ideoq; semper diuinis manifestationibus attestando cõmiscetur: illud designãs, quod diuina neque omnino nobis incerta sunt, neque omnino manifestè præbentur, sed veluti puræ lucis illustratio per obscuritatẽ manifestatur. iuxta hunc istum sanè modum etiam nunc ministra sit nubes ascensui prophetarum in cœlum.

¶ *Et in illa hora factus est terræmotus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit, & occisa sunt in terræmotu nomina hominum septem milia, & reliqui timore facti sunt missi, & dederunt gloriam Deo cœli.* Patres communiter non intelligunt hunc terræmotum propriũ pro ipsius elementi terrę concussione, sed spiritualiter in re prætantur pro hominum terrenorum pauore & turbatione. Ita Anselmus, Richardus, Beda, & alij. quia re vera tunc instante fine mũdi erit pauor maximus, qualis nunquã homines corripuit, vt habetur Mat. 24 & Dan. 12. Vbi legendus est Hieronymus qui de hoc redarguit Porphiriũ. Sed ego crediderim etiam intelligendum esse hunc locum de vero terræmotu. Quãdo enim scriptura retineri potest in sensu proprio retinenda est: & ex sensu proprio ad spiritualem & metaphoricum est procedendum. Et ideo hic locus propriè potest intelligi de terræmotu: & ita intelligit Rupertus hic. Fiet enim terræmotus tũc magnus, vt, magis terreantur impij & pœnitentiam agant, quòd tantis prophetis nõ crediderint. Dubitari tamẽ non debet nisi quod animorum erit perturbatio. de quo Grego. 34. moral. c. 4. tractans illud Iob. 41. cum sublatus fuerit, timebũt angeli. Cadet verò decima pars ciuitatis. Quod patres non intelligunt de ruina ædificiorum, sed in hoc sensu quòd ciuitas sumatur pro tota vniuersitate creaturarum intellectualium, & rationabilium scilicet, angelorum, & hominum. Huius collectionis decima pars dicitur humana natura: quæ etiam Lucæ. 15. Vocatur in parabola drachma decima: nimirũ quia natura humana est inferior nouem choris angelorum: & sic facit de

Anſel. Richar. Beda.

Mat. 24. Dan. 12. Hiero.

Rupert.

Grego.

Luc. 15.

cimum chorum. Ee non debet intelli-
gi perdita tota natura, ſed vocatur de-
cima pars integer numerus reproborum hominum, qui ad ſupplendum
decimum angelorum ordinem fuit
Anſel. creatus. Ita Anſelm. & D. Tho. Quòd
D. Thom. debet intelligi minus principaliter.
Nam principaliter propter Deum
fruendum fuit homo conditus decima ergo pars ciuitatis corruit, ideſt,
homo corruit: non vniuerſaliter om-
nis homo, ſed cætus reproborum cor-
ruit. Richardus in hoc decimo nume-
ro homines intelligit decalogi con-
temptores. Decima, inquit, pars cor-
ruit quia malorum turba decalogum
contemnens manifeſtè obdurata dã-
nanda comparuit. Hi ergo ſunt de qui-
Luc. 8. bus Lucæ. 8. dicitur: quòd ad tempus
credunt & in tempore tentationis re-
cedunt. Sed hoc amplius exprimitur
in eo quod ſequitur quòd occiſa ſunt
ſeptem milia hominum, in ſeptenario
ſiquidem cõplementum numeri no-
tatur, & integritas: & in mille conſu-
matio malitiæ. Et dicuntur occiſa, qđ
eſt plus quam cadere: & ſic inſinuatur
D. Tho. eorundem impœnitẽtia & obſtinatio
ita patres & D. Thomas. Sunt enim
hi ex concuſſione & timore ad malũ
& ad perditionem deducti. Capitur
aliquando hic numerus ſeptem mi-
3. Reg. 19. lium, in bonam partem: vt 3. Regũ. 19.
Sunt ſeptem milia hominum qui nõ
curuauerunt genua ante Baal. Poteſt
& hæc occiſio de pœna ipſa intelligi
quæ irroganda erit in inferno. Ita D.
D. Tho. Thom. & alij.

¶ Sed notandum eſt, quòd non di-
cuntur hic homines occiſi ſed eorum
nomina occiſa. Formam hanc ſermo
Apoc. 3. nis poſuit ſupra Ioã. c. 3. ibi: habes pau-
ca nomina in ſardis. de qua phraſi iam
diximus. c. 2. & 3. nomina ergo dicun-

A tur ipſi homines ſecundum D. Tho. D. Tho.
Solum nomen non rem ſalutaris bo-
ni habentes, erant enim nomine Chri-
ſtiani & Dei cultores ſed non re. Sic
intelligi videtur illud Num. 16. quòd Num. 16.
erant proceres Synagogæ, qui tempo-
re conſilij per nomina vocabãtur. vel
etiam dicuntur nomina ratione ſuper-
biæ vt Pſal. 48. vocauerũt nomina ſua Pſal. 48.
in terris ſuis. Sequitur tandem fructus
in electis ex vindicta ſupra poſita &
B reliqui, inquit, in timorem ſunt miſſi.
& meritò, nam ex alterius ruina cau-
tio haberi ſolet & homines timere ſi-
bi. 1. Cor. 9. qui ſe exiſtimat ſtare, vi- 1. Cor. 9.
deat ne cadat. Et ideo iſti electi ſunt
in timorem miſſi. Alter fructus eſt
glorificatio Dei, qui non permiſit eos
ſimili clade perire. & ideo addit: &
dederũt gloriam Deo. & eſt notandus
locus Pſal. 57. iuxta expoſitionem Au- Pſal. 57.
guſtini ibi: Lętabitur iuſtus cum vide
C rit vindictã manus ſuas lauabit in ſan-
guine peccatoris. & cõgruit illud Deu Deut. 32.
tero. 32. date gloriam Deo noſtro. Et
vocatur Deꝰ cœli à principaliori prin-
cipatu, licet etiam ſit terræ Dominus. Deus vocatur Deus cœli à principaliori principatu quãuis etiã ſit Deus omnium.
Sic Actor. 17. Deus qui fecit cœlum & Actor. 17.
terram. Hic cœli & terræ Dominus
cum ſit: ſolet ſcriptura ſimul cum Do-
minio titulum dominij ponere nem-
pè, quia fecit cœlũ & terram. vt Pſ. 23. Pſal. 23.
Domini eſt terra quia ipſe ſuper ma-
D ria fundauit eam, & Pſal. 37. Tuus eſt Pſal. 37.
dies & tua eſt nox. Ponit titulum, tu
fabricatus es auroram & ſolem, tem-
pora enim curſu ſolis conſtant.

¶ Cæterum ego exiſtimo locum
propoſitum ad literam eſſe intelligẽ-
dũ, nam prędicta expoſitio potius my-
ſtica videtur quàm literalis. Igitur ſta
ſtim vt aſcendãt in cœlum Enoch &
Elias fiet terræmotus magnus in Hie-
ruſalem quòd occidetur decima pars

ciui-

ciuitatis,& reliqui, qui ſuperſtites erunt in ciuitate, pœna aliorum territi dabunt gloriam Deo cœli. i. Deo altiſſimo. Cui in cœlo regnanti omnia ſubiecta ſunt. gloriam, inquit, dederũt confitentes. ſ. iuſta eſſe eius iudicia, & iure occiſos fuiſſe peccatores. Eſt autem probabile conuerſos etiam fuiſſe & pœnitentiam egiſſe vt nõnulli ſancti exiſtimant.

¶ *Væ ſecundum abyt: & ecce væ tertiũ veniet citò.* Tria væ, inclamauerat aqui la ſupra.c.8. Et quidem de ſecũdo væ, & calamitatibus Eccleſiæ dictum eſt in ſexto Angelo ſupra.c.9. & ideo ait: quod abijt. i. explicatũ eſt. Hoc modo tranſitum parat ad enarrandum myſteria ſeptimi Angeli, vbi tertium væ continetur. Ita Beda tractat hunc locum. licet Anſel. & D. Thom. non ſolum de ordine narrationis, ſed de ordine temporis hæc intelligi poſſe dicunt, In hunc modum: væ ſecundum eſt tribulatio, quæ hominibus infertur, non tantum corporalis, ſed etiam ſpiritualis, abijt, i. abibit, hoc eſt, complebitur tempus Antichriſti. Et ecce tertium væ, i. damnatio malorum in iudicio: veniet citò, quia poſt morte Antichriſti inſtabit iudicium, & damnatio impiorum. Sed magis literaliter de ordine narrationis exponitur.

Anſel. D. Tho.

¶ *Et ſeptimus Angelus tuba cecinit, & factæ ſunt voces magnæ in cœlo dicentes: facta ſunt regnum huius mundi domini noſtri & Chriſti eius, & regnabit in ſecula ſeculorum Amen.* Myſteria huius ſeptimi angeli ſecundum primam & communem expoſitionem patrũ congruunt cum myſterijs ſeptimi ſigilli de quo cap.8. Ibi ergo dictum eſt quòd factum eſt ſilentium in cœlo quaſi media hora. Idem ſilentium & quies ſub cantu huius ſeptimi angeli in Eccleſia, ſuccedet. & quadrat cum ſeptenario numero in quo intelligitur Sabbatum. i. quies. Extincto enim Antichriſto Chriſti Domini virtute vt dixit Paul.2.ad Theſſ.2. & Eſa. c.11. Spiritu labiorum ſuorum interficiet impium, erit ſeptimus ordo prædicãtium fidem, qui magna tranquillitate rem euangelicam propagabunt. Sic Beda & D. Thom. Et qui contextum ſequentem conſideraverit cognoſcet rectè haberi in collectaneis quod hîc ſeptimus angelus in Eccleſia militante incipit canere, quę vocatur cœlum, & regnum cœlorum vt ſæpè notatũ eſt. In tempore igitur illo quieto & amabili plaudent manibus populi & magno ex affectu animi erumpent ſublatæ in cœlum gratiarũ actiones, quas non ſolum mente ſed ore fundẽdas debemus intelligere. Modus verò plaudendi & gratias agendi prædicitur à Ioanne. Hîc enim clamabunt: *Factum eſt regum huius mundi Domini noſtri, & Chriſti eius.* Dominationem vniuerſi mundi, iam placata & liberata Eccleſia à vexatione Antichriſti, declarant iuſti fideles his verbis, meritò eſſe tributam Domino & Chriſto eius.

2. Theſſ.2. Eſa. c.11.

Beda. D. Tho.

¶ Per Dominum Pater æternus ſecũdum diuinitatem intelligitur. Sic D. Thomas. & vocatur Chriſtus eius, Redemptor noſter: ratione humanitatis vnctæ à patre. Pſalm.44. Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. quæ vnctio per gratiam collata eſt. Ita hunc locum tractat D. Thom. & alij.

Pater vocatur hic dñs noſter. D. Tho.

Pſal.44.

D. Tho.

Sed quoniam hæc dominatio & imperium perpetuum eſt, ſubditur: *& regnabit in ſecula ſeculorum.* Sic. Pſa. 44. & dominatio tua in generatione & generationem. hoc idem Dan.7. habe-

Pſal.44.

Dan.7.

betur & de regno Christi habetur Luc.1. Vbi dixit angelus regnabit in domo Iacob in æternum.

Hoc quidem regnum semper fuit in Deo & in Christo. Sed quia pulsis tyrannis impedientibus diuinum cultum plenius est manifestatum hoc Christi imperium, ideo dicitur, quod nũc factum est: quasi antea nõ fuisset. nempè quantum ad plenam manifestationem. Sic in precatione Dominica Math.6. dicitur: Adueniat regnũ tuum. Tunc enim res fieri dicuntur in sacra scriptura quando manifestantur: vt Math.28. Data est mihi omnis potestas. i. manifestatio meæ potestatis. Sicut & illud nunc cognoui quòd timeas Deum. Gene.22. ideſt, nunc manifesto.

¶ Dixit, regnum mundi. Vbi notandum quòd mundus multis modis dicitur scilicet pro omnibus creaturis Ioan.1. Mundus per ipsum factus est. & aliquando capitur pro hominibus siue bonis siue malis vt Ioã.3. sic Deus dilexit mundum. Quia quantum ad sufficientiam etiam reprobos dilexit, licet quantum ad efficatiam solos electos dilexerit. Capitur tertiò pro malis vt Ioan.1. Nunc princeps mũdi hũius ejicietur foras. In hoc loco videtur capi generaliter pro omnibus creaturis i. pro vniuersõ. ita D. Th. Licet Richardus, pro Ecclesia vniuersali hic mundum accipiat.

Quòd si quæratis quare nõ meminit spiritus sancti Ioannes, sed tantum patris, & filij, iuxta expositionem D. Thom. quam sequuti sumus? Ad hoc respondetur cum eodem D. Thom. Quòd quia sub nomine patris & filij intelligitur nexus & amor vtriusque, qui est Spiritus sanctus, & in præsentiarum agatur de dominatione, magis ad propositũ attinet dicere de patre, cui tribuitur potentia, quæ est dominationis fundamentum: quam de Spiritu sancto, cui bonitas tribuitur: & ideo non fit mentio Spiritus sancti. Quãdo verò fit mentio gratiæ & bonitatis tunc agitur de Spiritu sancto, vt ad Rom.8. Ipse spiritus reddit testimoniũ spiritui nostro quòd filij Dei sumus. De Christo autem est peculiaris ratio, quia illo tempore infideles conabantur eius nomen extinguere, & ideo de eius glorificatione & regno oportuit specialiter dicere. De voce, amen, dictum est in cap.1. supra. Est enim Hebræa quæ sumitur pro affirmatione certa. Rom.8. Apoc.1.

¶ Aliqui hunc locum ita explicãt: quoniam cap.10. dictum est in diebus septimi Angeli consumandũ esse mysterium Dei. i. Iudicium futurum, & retributione integra bonorum & malorum: Iure nunc sancti præ lætitia vociferantur & prædicãt Deum patrem iam cum Christo suo vbique regnare. i. destructum esse omnino regnũ peccati, quod sancti sæpè optauerant & orauerant: & nihil iam superesse quod Deo patri & Christo subiectũ non sit. Nam ante diem iudicij multis in locis, & in multis hominibus regnat diabolus: & multi Deo subijci nolunt. Quod egregiè explanat Apostol. 1. ad Cor. c. 15. his verbis. Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo, & patri: cũ euacuauerit omnem principatum & potestatem, & virtutem: oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus eius. & ad Hæbreos. 10. In sempiternum sedet in dextra Dei, de cætero expectas, donec ponantur inimici eius scabellum pedũ eius. In eo enim quòd omnia ei subiecit nihil dimisit Apoc.10. 2. expositio aptior. 1. Cor. 15. Hebr. 10. Hebr. 2.

non

Luc.1.
Math.6.
Mat.28.
Gen.22.
Ioan.1. Mundus in sacra scriptura variè sumitur.
Ioan.3.
Ioan.1.
D. Tho.

non ſubiectum eſſe: nunc autem nec dū videmus omnia ſubiecta eſſe. Hoc igitur nūc ſancti clamant, omnia iam ſubiecta eſſe Deo & Chriſto eius.

¶ *Et viginti quatuor ſeniores qui in cōſpectu Dei ſedent in ſedibus ſuis, ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt Deū dicentes: Gratias agimus tibi Domine Deus noſter omnipotens, qui es, & qui eras, et qui venturus es: quia accepiſti virtutem tuam magnam, et regnaſti.* Supra Apoc.4. Habitus fuit ſermo de.24. ſenioribus vbi notauimus quòd illo numero cōprehēdebamus omnes eminentes doctrina & dignitatē viros, tā in veteri teſtamento, vbi fuerunt. 12. patriarchæ, quàm in nouo, vbi fuere duodecim Apoſtoli: atque Ansbertus hìc hos ſeniores declarat ſicut in cap.4. quòd ſi de tempore illo felici & ſeculo aureo poſt mortem Antichriſti in Eccleſia ſuccedente ſit ſermo, magis ad rem alicui videtur loqui D. Thom. qui per ſeniores ſignificari exiſtimat in hoc loco prælatos, & doctores Eccleſiaſticos, qui aderunt in Eccleſia ſuperſtites poſt mortem Antichriſti, antequam iudicium vniuerſale celebretur. Eſt enim ſenior non ætatis ſed dignitatis appellatio, licet ethimologia ab ætate ſumatur. Sic Eſa.c.3. Dominus ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui, & principibus eius. Sed reddere oportet rationem quare ponantur. 24. Ad hoc reſpondet D. Thom. quòd duo denarius eſt numerus abundans & ſignificat perfectionem. Et quia in illis ſanctis viris erit duplex perfectio, & vtraque abundans, ſcilicet perfectio vitæ, & perfectio regiminis, ideo. 24. eſſe dicuntur.

Apoc.4. Ansber. D. Tho. Eſa.3. D. Tho.

Viri perfecti dicūtur in hac vita

¶ Hi ſeniores dicuntur eſſe in conſpectu Dei, quia Deum in cūctis quæ agunt præſentem attendunt. Ita ex Haymone exponit D. Thom. ſic Michęæ. 6. Eſt illud: indicabo tibi ô homo, quid Deus requirat à te. Diligere iudicium, & facere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo. Congruit illud Pſalm. 15. Prouidebam Dominum in cōſpectu meo ſemper. & illud Pſalm. 9. de improbo: non eſt Deus in conſpectu eius. & mox ſequitur effectus: inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore. Iſti ergo viri perfecti in ſedibus ſuis ſedent corā Deo, quia dignitates officiaq; ſua fideliter exercent, attendentes Deum ſpectatorem. Officia ſiquidem vocant ſedem: & ſedere, regere & gubernare ſignificat. ſedebitis & vos ſuper ſedes Mat. 19. Similis locus eſt. 2. Corin. 2. Non enim ſumus ſicut plurimi adulterantes verbum Dei, ſed ex ſinceritate, ſicut ex Deo coram Deo, in Chriſto loquimur. i. ipſiſſima verba loquimur Dei, nihil de noſtro doloſè addentes: quia Deum ipſum præſentem habemus & audientem ſua verba, referentes nos illa. Notat D. Tho. ex Grego. quòd qui præſunt indignitatib⁹ ſuperbè & cum dominatu, non ſedent in conſpectu Dei, licet ſedeant per verā dignitatem.

eſſe in conſpectu Dei & quare. Haymo. D. Tho. Mich.6. Pſal.15. Pſal.9. Officiū prę fulis vocatur ſedes, & ſedere idem eſt quod regere. 2. Cor.2. D. Thom. Gregor. Qui ſuperbè præſunt non dicuntur eſſe in conſpectu Dei.

¶ Hi ceciderūt in facies ſuas, in hoc locò videtur ſignificari quædam ſubiectio ad diuinam mageſtatem, qua iſti viri perfecti ſe totos ab ea dependere agnoſcunt. In eo quod ſunt, & in eo quod operantur. Atque viginti quatuor alij ſeniores, de quibus cap.4. ſuprà, procidentes & deponentes coronas ſuas in conſpectu Dei referuntur. Nam quantò aliquis excellentior eſt, tantò magis modeſtè de ſe ſentire & Deo omnia ſua accepta referre debet Eccleſ.3. quantò magnus es, humilia te in

Apoc.4. Quanto quis excellentior tanto humilior eſſe debet. Eccle.3.

te in omnibus. Quod humilitatis & modestiæ exemplũ docemur Ioã. 15. Sine me nihil potestis facere. 1. ad Corint. 4. Quid habes qđ non accepisti? de quo supra. c. 4. aliqua notauimus.

Ioan. 15. 1. Cor. 4.

¶Nec improbanda est Metaphora quam hìc attulit. D. Tho. vt in facies cadere, sit idem quod cadere in corda, per faciem enim cor significatur. Nã sicut ex facie cognoscitur homo: sic ex corde & conscientia cognoscitur an sit de ouibus & grege Christi. ceciderunt ergo in facies suas, i. in corda sua. q.d. boni pastores humiliabunt se in conspectu Dei, & corda sua prosternent coram illo. Sequitur adoratio latriæ postea soli Deo exhibenda. *& adorauerunt Deum.* Propterea magnificant Deum eo modo quo à creatura magnificari potest: scilicet per gratiarum actionem propter susceptа bona. Et hoc est quod dicitur *gratias agimus tibi.* In precatione siquidem apponi debet gratiarũ actio. 1. ad The. vlt. Sine intermissione orate: in omnibus gratias agite. Erunt autem bona magna tunc Ecclesiæ collata, pro quibus agere gratias Deo debeatur, scilicet quod alijs pereuntibus, hos viros seruauerit: quod perdiderit hostes fidei, suis autem fidelibus pacem restituerit. Alter modus magnificãdi Deũ est prædicando eius excellentiam, & hoc præstabitur ab istis senioribus. Deum enim sic compellabãt: *Tu es Domine Deus noster omnipotens.* In Domino presidentiam super vniuersa declarant: in eo quod est omnipotens, potentiam super omnia factibilia notant, & dicent: *qui es,* vt declarent naturam ipsam deitatis cuius est esse. & ratione cuius conuenit Deo possidere & subijcere omnia.

Thess. vlt

¶Hæc ergo tria quæ sunt honore summo digna de Deo confitentur: scilicet, vniuersalitatem præsidentiæ, sublimitatem naturæ, & infinitatem potentiæ. Hæc eadem tria specialius explicabunt seniores prædicti, naturam sic, *qui es, et qui eras,* vbi in verbo presenti, es. notatur immutabilitas Dei. Iacob. 1. Apud quem non est transmutatio & Exod. 3. Ego sum, qui sum. in verbo, eras, duratio sine principio & fine datur, intelligi. Quia præteritum imperfectum finem non habet. Ioã. 1. In principio erat verbum. Hic nota, quod nostri codices vulgati habent, *et qui venturus es.* Vbi designatur persona Christi ventura ad iudicium, & hoc modo confirmatur sententia supra posita quod illi seniores erunt in Ecclesia militanti, & in vita mortali quia non erit peractum iudicium vniuersale sed expectabitur. Adhuc tamẽ multi codices vulgati vt concedit D. Thom. Nõ habent hanc particulam: *qui venturus es.* Et Ansbertus quem alij recentiores sequũtur, tenentes qđ isti seniores erunt iam beati quando hoc dicent post iuditium vniuersale, hãc particulam tollit, sed profectò retinenda est lectio Græcorum codicũ & est vehemens coniectura, quia supra. ca. 1. & 4. eadem particula repetitur. Solet autem Ioan. idem verbum sæpè reiterare. Ratio subiungitur propter quam Deus debeat significari. *Quia,* inquiũt, *accepisti virtutẽ magnã.* Virtus hic non pro virtute morali sed pro potentia capitur quæ Græcè dicitur *δύναμις.* & est sensus quia ostendisti virtutem & potentiam in euertendo Antichristo, & eius satellitibus. Nã quando hostes Ecclesiæ impunè videntur grassari, & impedire diuinum cultum, tunc Deus deposuisse suas vires & potentiam videri potest. Et sic vide-

Iacob. 1. Exod 3.

Ioan. 1.

D. Thom. Ansber.

Apoca 1. & 4.

videtur Deus, vt ait Dauid, dormire tanquam potens crapulatus à vino. Sed postea cum exegerit suas vires, & oppresso hoste manifestat suã potentiam, & velut experrectus è somno insurgit in hostes. Tunc exurgere è somno dicitur: & accipere potentiã suam vt impios perdat. dicitur autem: accipit potentiam suam, siue accipere potentiam, humano more loquendo quando demonstratur. & vocatur magna, quia incomparabilis est. Psal. 88. Domine Deus virtutum, quis similis tibi? & Psalm. 84. Omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tibi? ideſt, potentiæ & virtutes creatæ cognoscent te esse longè superiorem. Addũt in prædicto hymno seniores: *et regnasti*, ideſt regnum adeptus es siue accepisti regnum & imperium. De quo retro diximus. 1. Parali. vlt. Tuum Domine regnum, tu es super omnes principes. Cæterum & si hæc omnia probabiliter dicta sint de tempore illo aureo post mortem Antichristi: probabilius videtur dici de illis. 24. senioribus à nobis. c. 4. explicatis, qui tempore iudicij in æterna beatitudine collocati in terram cadẽt & maximas Deo gratias agent pro tanto beneficio collato electis, & pro aduentu regni sui, quod quotidie aduenire optamus dicentes. Adueniat regnum tuum. Nec obstat quod dicant qui es, & qui eras, & qui venturus es. Nam in hac visione ostensa Ioanni vtuntur hi sancti periphrasi communi qua significatur Deus æternus, ac si dicerent: gratias agimus tibi qui æternus es. Præter hoc quod in nonnullis exemplaribus vt diximus non est: *& qui venturus es.*

Psal. 88. Pſal. 84. 1. Paralip. vlt.

¶ *Et irate sunt gentes & aduenit ira tua & tempus mortuorum iudicari, & reddere mercedem seruis tuis prophetis & sanctis & timentibus nomen tuum, pusillis et magnis, et exterminandi eos qui corruperunt terram.* Consequens est vt improbi & Gentilicè & Paganicè viuentes, qui ab Antichristo delusi, irrita cernentes sua consilia: vehementer doleant ex Christi regno. de his dicitur *irate sunt gentes.* vel, iratæ sunt gentes, scilicet videntes se inuitis, rebus suis priuari: & occidi: & ad Dei iudicium rapi. Alludit ad illud Psa. 98. Dominus regnauit iraſcantur populi: qui sedet super cherubin moueatur terra. Itaque hic non solum nationes aliæ ab Hæbreis dicuntur gentes: Sed & omnes prophanè viuentes homines, etiam si sint Hæbrei. Ita Richar. & D. Thom. Sed hanc iram & dolorem impiorum subsequetur mox ira Dei, ideſt vindicta, quæ quantum ad effectum ira dicitur: non est tamen passio nec perturbatio, quæ in Deo esse non potest. Sapien. 12. Cum tranquillitate iudicas, & hoc est quod cãtant in hoc cãtico seniores: *aduenit ira tua.* Quæ verba de aduentu ad iudicium vniuersale intelligunt omnes expositores. Vbi remunerandi sunt boni & mali pro meritis suis. Aduenit ergo ira tua, scilicet quam hactenus represseras: Dissimulans peccata hominum vt pœnitentiã agerent: nũc iã impios omnes plectis. Vbi notandũ quod secũdum priorem sensum, quando isti seniores in hæc verba prærumpent, nondum Christus Redemptor ad iudicium adit, sed quia breui venturus expectabitur tunc, ideò quasi de repreſenti loquuntur. Atque hoc de malis dictum est, in quos ira Dei est exercenda. Specialiter autem de bonorum & simul malorum remuneratione & pœnis sequitur mox. *Et tempus mortuorum.* Scilicet, vt resur-

Primus sensus. Psal. 98. Richar. D. Tho. Sap. 12.

gant: & vindicent se de inimicis suis; Quod tempus iussi sunt expectare c. 6. donec impleretur numerus electorum *iudicari*, id est, iudicâdi bonos & malos iuditio separationis, & retributionis. Verùm quia bonorum remuneratio magis intenditur à Deo, prius de ea dicitur, quàm de priuatione. Et hoc est quod sequitur: *reddere mercedem*. Quam dicendi formam veritatis catholicæ statuerunt aduersus hæreticos. In eo enim quòd præmium redditur quasi merces, significatur manifesta ratio meriti, & ea forma iustitiæ qualis inter Deum & hominẽ elevatum gratia diuina & munitum promissione Dei esse potest. Sic Paulus in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ: quam reddet mihi Dominus iustus iudex. sic Math. 5. Gaudete & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Redditur verò seruis Dei hæc merces vt Mat. 5. Gaudere & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Euge serue bone &c. Nam propter fidelitatem & rectè gesta negotia Domini redditur seruo merces. Sed indicatur mox ministeria aliqua dum dicit: *Seruis suis prophetis*. Quo nomine comprehenduntur, teste D. Thoma, omnes vates futurorum, prædicatores: Et omnes doctores, qui occulta mysteria annunciant, & prædicant. De quo supra cap. 10. aliquid notabamus. Additur generalior ordo sanctorum, quo etiam minus præclari sancti continentur & dicitur: *& Sanctis*. Qui scilicet inculpatè vixerunt, & additur præterea: *timentibus Deum* reddendam esse hãc mercedem: vt intelligatur quòd timentes Deum filiali timore sua gloria manet: qui scilicet, reuerentia magnâ erga diuinam potestatem affici-

Meritũ hic probatur.

Paulus.

Math. 5.

Math. 5.

Math. 25.

Apoc. 10.

A tur. De his dicitur Psal. 14. Timentes autem Dominum glorificat. & Psa. 30 Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timẽtibus te. Incipit quidem hæc dulcedo in hac vita perficienda in patria. Et additur æquitas, aliena ab omni acceptione personarum in eo iuditio seruanda, & hoc est quod dicitur *pusillis & magnis*. vt Psalm. 44. Virga æquitatis virga regni tui, i. æqua lãcea libratu-

B rus est Christus in eo iudicio & pauperum tabernam, regumque turrim. Vocatur verò pusillus in hoc loco, quem mundus vilem reputat, quem nec opes, nec genus, nec diuitiæ nobilitant; magnus illi opponitur; quem scilicet, mũdus suspicit & miratur. Sic Sap. 6. pusillum & magnum ipse fecit, vbi sapiens hoc idem quod hîc confirmat. & Iob. 3. paruulus & magnus ibi sunt. Loquitur autem de statu, qui

C est post mortẽ. Sequitur punitio exercẽda in eo iudicio. *Et exterminandi eos qui corruperunt terram*. Subauditur ex principio, & aduenit tempus exterminandi. i. aduenit tempus perdẽdi eos, qui praua doctrina atque moribus omnes homines corruperunt, obseruua. Exterminare est mittere extra terminos Math. 6. exterminant facies suas hypocritæ. Sicut enim exilium dicitur quasi ex solo patriæ depulsio,

D & dicitur exterris, quasi qui exterra depellitur relegatus: sic exterminari dicitur qui pellitur exterminis patriæ, in quo pœna damni & carentia patriæ cœlestis significatur. Relegãtur enim improbi à cõsortio beatorum. Apoc. 21. Nihil coinquinatum intrabit in sanctam ciuitatem Hierusalem. Math. 25. Ite maledicti in ignem æternum. & Mathæ. 3. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur & in ignẽ mitte-

Psal. 14. Psal. 30.

Psal. 44.

Sap. 6.

Iob. 3.

Math. 6.

Apo. 21.

Mat. 25.

Math. 3.

mittetur. Vbi vtraque pœna notatur damni & ſenſus. Dicuntur autem corrupiſſe terram aut exempli mali contagione, aut doctrinæ impuditate. ſic
Hiere. 51. Hiere. 51. Et ego ad te mons peſtifer, qui corrũpis vniuerſam terram. Nec verò ſoli iſti corruptores terræ puniẽtur, ſed & omnes mentaliter peccantes. Sumitur autem denominatio antonomaticè ab iſtis tanquàm à principalioribus peccatoribus. Etiam propter
D. Thom. excellentiam peccati. Ita D. Tho. Et aduertendum eſt quòd exterminator
Diabolus vocatur exterminator ſicut Chriſtus redemptor. vocatur diabolus. ſupra. c. 9. Sed Deus & Chriſtus Redemptor licet exterminare dicatur ſceleratos, non tamen dicitur exterminator quia diabolus quantùm in ſe eſt, intendit exterminare iuſtos & iniuſtos, impediendo illorum merita: & ratione huius affectus dicitur, exterminator. Sed Chriſtus potius intendit omnes homines ſaluos facere, & quaſi coactus, vt inquit
D. Thom. D. Thom. homines exterminat. Ideo non dicitur exterminator, ſed dicitur exterminare aliquos. i. malos exigente iuſtitia. Hoc eſt. 3. væ quod ſupra dixerat Ioannes.

¶ *Et apertum eſt templum Dei in cœlo: & viſa eſt archa teſtamenti eius in templo eius: & facta ſunt fulgura, & voces, et terræmotus, et grando magna.* Hęc eſt quarta viſio principalis ſeptem viſionum, quibus conſtat Apocalypſis &
Apoc. 12. continuatur cum cap. 12. ſequenti. Materia huius viſionis eſt prælium diaboli aduerſus Eccleſiam, & victoria Eccleſiæ contra illum.

Imaginaria itaq; viſione apparuit
Prima expoſitio cõmunis Per cœlum intelligunt patres & eccleſiã & ſacrã ſcripturam. Ioanni cœlum & in cœlo templum Dei apertum. Per cœlum ſignificari Eccleſiam tenet D. Th. & Ansber. vt ſupra. c. 4. dictũ eſt. Aliqui ſacram ſcripturam luminibus ſententiarũ diſtinctam intelligunt. Ita Richar. & Gagneius. nec ſe excludunt in ſenſu. Nam in Eccleſia & in ſacra ſcriptura apertũ eſt templũ Dei. i. manifeſta eſt incarnatio verbi. Eſt enim in templo quid occultum vbi Deus exaudire preces hominum ſolet. Sic eſt Chriſtus per quem exaudimur: & eius incarnatio eſt occulta: & ipſe ſuum corpus vocat templum. Ioan. 2. ſoluite templum hoc. De quo intelligitur ſpiritualiter illud Ezech. 14. Fili hominis oſtende templũ Dñi Iſrael, & cõfundantur ab iniquitatibus ſuis. Ibi autem in templo viſa eſt archa teſtamenti. i. perſona ipſa verbi incarnati, quæ per archam teſtamenti figurabatur. Quod tractat Paul. ad Hæb. 9. interpretando omnia quæ ibi erant in archa incluſa. In Chriſto enim ſunt omnes theſauri ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ Dei, ad Colo. 2. Sequuta verò ſunt fulgura. i. luces miraculorum, & ſanctitatis vitæ in ipſis prędicatoribus Eccleſiæ. Et poſtea voces. i. prædicatio ipſa poſt opera bona, & ſanctam vitam & deinde terræmotus. i. cõmotio cordium in audientibus. Et tãdem grãdo ſequuta eſt. i. calamitas magna perſequutionis contra omnes fideles. Et ſic multi paſſi ſunt martyria crudeliſſima, & decollati, hæc eſt prima expoſitio huius loci.

Ioan. 2. Ezech. 14. Hæbr. 9. Colo. 2.

Secũda intelligentia. his verbis Ioãnes videtur ſignificare oſtẽſum eſſe ſi
2. expoſitio. bi quãta ſanctorũ beatitudo futura ſit, quæ tanta eſt, vt cognoſci in hac vita ab homine nõ poſſit. Vtitur tamen ad hoc vt ſolet ſimilitudine veteris tẽpli in cuius penetralib⁹ archa fœderis ſeruabatur. Intelligẽtur hæc rectè ex verbis. c. 21. quę primo aſpectu pugnare videntur cum his, non tamen pugnant: ſed ea potius exponunt. Inquit igitur, de cœleſti Hieruſalẽ: & templũ non vidi in ea: Dominus enim Deus omnipotẽs templũ illius eſt, & agnus.

Apoc. 21.

non ergo negat templum esse in ea, sed qualia fiunt apud nos, vt per ea deuotio in Christum excitetur. templū quod est in cœlo est Deus ipse, & agnus. vt in Hierusalem nihil erat sacratius templo, ita in cœlo nihil est Augustius & sacratius Deo & agno. Templum ergo apertum est Ioanni & cū illustriori & sublimiori cognitione, quam de Dei natura & humanitate Christi habuit, demonstratum est ei quāta futura sint gaudia sanctorum. Et vt doceat altissimam esse cognitionem istam quam accepit, & vidisse se archana Dei quæ homini non licet loqui, dicit: visam esse archam testamenti Dei in templo eius, hoc est, reuelata fuisse sibi magna & recōdita mysteria. nam archa erat in intima parte templi, quæ dicebatur sancta sanctorum, & pariete ac velo magno tegebatur: nec a quoquam videri poterat nisi à summo sacerdote, idque semel in anno. Non dicit apertā esse archam: aut vidi quæ in ea erant, quoniam licet magna viderit, ipsam tamen Dei naturam vt à beatis aspicitur non vidit. Archa quæ erat in sanctis sanctorum, dicta est archa testamenti, siue archa fœderis quod idem est, i. legis. Quoniam facta est vt in ea seruarētur tabulæ legis quæ datæ sunt Moysi. Quemadmodum ergo templum Dei apertum est vt ostenderetur beatitudo sanctorum: Ita etiam facta sunt fulgura & voces & terræmotus & grando: vt indicaretur magnitudo pœnarum quæ impijs manebāt. Quandoquidem retributio bonorū & malorum pertinet ad tubam septimi Angeli. quamobrem voces non quaslibet sed terribiles, Dei ira, minisque plenas, intelligere debemus.

¶ Finis. Cap. XI.

Intelligentia Capitis Vndecimi Apocalypsis.

ET ostenderet mihi Dominus in illa sæuissima persecutione Antichristi electos esse seruandos: sed maximam populi Christiani multitudinem ab Antichristo esse superandam: datus est mihi in visione ab angelo calamus mensorius: & dictum est mihi surge: & metire templū Dei, quod iam destructum est in Hierusalem, & tibi modo ostensum vt olim erat: metire etiam altare, & adorantes in eo. Quo significare volebat angelus, esse metiendos & quasi numerādos in Ecclesia selectissima quæque membra eius, quæ non sunt Antichristo tradenda, neque eius ministris. Atrium autem quod est intra templum eijce, inquit, foras, & ne metiaris illud. Atrium, inquam, laicorum (quod & si intra templum esse dicatur, reuera extra id est quod propriè dicitur templum) ne coniungas, inquit, cū templo & altari: & ne metiaris illud sicut id quod verè & propriè templū vocatur: quo intellexi innumeros homines impios & sceleratos aliàs Chri-

Christiano nomine gaudentes, esse decipiendos ab Antichristo: & ideo angelus volens hoc significare prosequendo allegoriam addidit: hoc atrium cõmune non esse metiendum quoniam datum sit gentibus: ac si mihi apertius dixisset: quoniam obtinebitur & possidebitur ab exteris nationibus, hoc est, ab Antichristo, & eius ministris. Item addidit angelus: & ciuitatem sanctã Hierusalem, hoc est, Ecclesiam calcabunt, & oppriment gentes illæ satellitesque Antichristi, tres annos cum dimidio tyrannidi eius concessos. Et tunc dabo duobus testibus meis Enoch & Eliæ, vt prophetent diebus mille ducẽtis sexaginta amicti saccis. Habitu enim & facto, vti & verbo, pœnitentiam prædicabũt. Hi sunt duæ oliuæ, oleo Spiritus sancti & gratia vncti: & duo candelabra, hominibus per bonorum operum exempla lucentia: in conspectu Dñi per fidei & iustitiæ rectitudinem stantia. Et si quis voluerit eis nocere, inhibendo á prædicatione definito tẽpore à Deo sibi concessa, ignis cœlestis ad eorũ preces, imo & ad eorũ imperiũ descendet de cælo, qui deuoret eos: quemadmodũ olim deuorauit quinquagenarios cum suis militibus ad imperiũ Eliæ. Et si quis voluerit eos lædere sentẽtia eorũ ferietur: & igne de cælo cremabitur vt dictũ est. Hi, habent potestatem claudendi cælũ, ne pluat diebus prophetiæ ipsorũ: sicut olim eandem habuit Elias. Et potestatẽ habent super aquas, cõuertendi eas in sanguinẽ, & percutiendi terrã omni plaga, quoties voluerint, sicut habuit olim Moyses. Et cũ officiũ prædicandi, Christi aduentũ & pœnitentiã, ad quod missi sunt, cõpleuerint: bestia illa immanis Antichristus quæ ascẽdere dicitur de mari ob suã prodigiosam ferocitatẽ, & immensam iniquitatẽ, præmissis primũ disceptationibus, deinde blanditijs, demum gladio & persecutionibus pugnabit aduersus eos: et hoc modo cedentibus violẽtiæ tyrannorũ fidelibus, vincet illos, & occidet eos. Et corpora eorũ iacebũt in plateis ciuitatis magnæ, quã Hierusalẽ esse constat, quæ merito vocatur spiritualiter Sodoma, & Aegyptus: ob imitationẽ flagitiorũ quæ olim in Sodoma & Aegypto fiebant: vbi Dñs Iesus crucifixus est. Futurũ autẽ est vt inhumata eorũ corpora triduũ iaceant spectaculo multis nationibus & gẽtibus proposita: vt tantæ crudelitatis spectaculo deterriti fideles á fide deficiant, impij autẽ in errore confirmentur. ¶ Omnesque magistrũ Antichristũ sectantes & inhabitantes terrã, terrenis addicti concupiscentijs, mutuo se muneribus afficient, de nece prophetarũ sibi inuicem gratulantes. Quoniã ij duo prophetæ cruciauerunt eos tanquã terrenos homines: sua ipsorũ flagitia carpẽdo. Hi autẽ prophetæ, post tres dies & dimidiũ exsuscitabuntur ad vitã, & sta-

bunt super pedes suos, & timor magnus cadet super impios videntes eos. Et audient vocem magnā de cœlo dicentem eis: ascendite huc. & ascendet in cœlum in nube, vt qui Christū in morte imitati erant, imitarentur ascendentes in nube. Et in illa hora factus est terræmotus magnus, vt magis terreātur impij, & pœnitentiam agant, quod sanctis prophetis nō crediderint. Et decima pars ciuitatis Hierusalē facto illo terræmotu cecidit. Et occisi sunt in illo terræmotu innumeri homines impij. & reliqui, qui in ciuitate supererant, pœna aliorū territi dederunt gloriā Deo cœli confitentes iusta esse eius iudicia: & iuste occisos fuisse eos peccatores. Extribus væ, quæ prædixit superius aquila volans per medium cœlum, iam transierunt primum, & secundum nunc tertium supereſt, quod veniet septimo angelo tuba canente. Et factæ sunt voces magnæ angelorum videlicet, & animarum sanctarum dicentes: factum est regnū huius mundi, Dñi nostri, & Christi eius. Et regnabit Deus in secula. extincta Antichristi malitia: & veniente iudicio vere regnum in hoc mundo vna cum patre obtinebit Christus. Neque enim ante plene regnabat: maiorem imperij partem obtinente diabolo. Et 24. seniores, imo tota beatorum cohors qui sedent in æternæ beatitudinis sedibus, ceciderunt in facies suas, venerantes tantam magestatem: atque ex animo ei congratulantes, quod iam vbique regnatura sit, ac dicentes: gratias agimus tibi Domine Deus noster omnipotes, qui es, & qui eras, & qui venturus es. hoc est qui æternus es, & qui accepisti virtute tuā magnam, & regnasti. Quia manifestata, inquam, potetia tua regnum victo hoste diabolo & Antichristo adeptus es, rege maue te ostendisti & præstitisti. Et iratæ sunt gentes infideles ac reprobæ, & venit ira tua in eas: & tempus, in quo ferendum est iudicium de mortuis, quando non iam misericordiæ & pœnitentiæ sed iræ & iudicij locus est: similiter tempus premiandi bonos, pusillos, & magnos, i perfectiores & imperfectiores. Et tempus exterminādi eos, qui corruperunt terram suis abominationibus. Et post hæc, maxima hæc gratia mihi cōcessa est, vt aperiretur mihi templum Dei in cœlo: & vidi archam testamenti eius in templo illo: quo significare volo, mihi concessam fuisse peculiarem notitiam & cognitionem beatitudinis sanctorum. Et quemadmodum templum Dei apertum mihi est, vt ostenderetur beatitudo sanctorum: ita etiam facta sunt fulgura, & voces, & terræmotus, & grando, vt indicaretur mihi magnitudo pœnarum, quæ impios manebant.

CA-

CAPVT DVODECIMVM

Argumentum.

Hoc capite Ecclesiæ descriptio nomine mulieris parturientis, & draconis contra eam, filiumq; eius insidiæ continentur. Deinde ipsius, et filij a dracone præseruatio. Post modũ Michaelis, angelorumq; eius aduersus draconem, & eius apostatas angelos prælium, & triumphus. Eamq; ob causam gratiarum per fideles actio. Demum draconis aduersus mulierem, (quæ ob id in desertum volauit,) aduersus què omnes fideles exacerbatio.

ET signũ magnum apparuit in cœlo: Mulier amicta sole, et luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarũ duodecim, et in vtero habens: & clamat parturiens, & cruciatur vt pariat. Et visum est aliud signum in cœlo, & ecce draco magnus rufus, habens capita septem, et cornua decem: in capitibus eius diademata septem, & cauda eius trahebat tertiã partem stellarum cœli, & misit eas in terram, et draco stetit ante mulierem quæ erat paritura: vt cum peperisset, filium eius deuoraret. Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea: et raptus est filius eius ad Deum & ad thronum eius, et mulier fugit in solitudinem vbi habebat locum paratum a Deo, vt ibi pascat eam diebus mille ducentis sexagita. Et factum est prælium magnum in cœlo. Michael & angeli eius præliabantur cũ dracone, & draco pugnabat et angeli eius: & non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cœlo: et proiectus est draco ille magnus,

nus, serpens antiquus, qui A vocatur diabolus et satanas, qui seducit vniuersum orbem: & proiectus est in terram, et angeli eius cum illo missi sunt. Et audiui vocē magnam in cœlo dicentem, Nunc facta est salus & virtus, & regnum Dei nostri, B et potestas Christi eius: quia proiectus est accusator fratrum nostrum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerūt eum propter sanguinem agni, & propter verbum testimonij sui, & non C dilexerunt animas suas vsque ad mortem: propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Væ terræ et mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciēs quod modicum tempus habet. Et postquam vidit draco quod proiectus esset in terram, persecutus est mulierē quæ peperit masculum: & datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum in locum suum vbi alitur per tempus & tē- D pora & dimidium temporis a facie serpentis. Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tāquam flumē: vt eam faceret trahi a flumine. Et adiuuit terra mulierem, et aperuit terra os suū, et absorbuit flumē quod misit draco de ore suo. Et iratus est draco in mulierem: et abijt facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi. Et stetit supra arenam maris.

Caput. XII.

T signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim, & in vtero habens, et clamabat parturiens, & cruciatur vt pariat.

¶ Quarta hæc visio oppugnationes continet, quas Ecclesia catholica passura erat ab aduersarijs. Cum igitur Ioānes mentis excessu, & extasi, totus esset in cœlum intentus: signum magnum est illi ostensum in cœlo ipso: in quod oculos tota imaginatione de-

defixerat. *Signum*, inquit, *magnum appa-* A *ruit in cœlo.* Signum vocat & magnum. Nam præter ſpeciem & imaginem, quam ingerebat ſenſibus, magnarum rerum erat ſignificatiuum: nõ enim tantum erat magnitudo in ipſa figura quæ apparebat, ſed potius in re figurata. Significabat enim quod Eccleſia catholica per mulierem intellecta, cincta ſit ſole iuſtitiæ Chriſto: quę mutabilia calcat, arbitrans omnia vt ſtercora. Hoc myſterium præ ſe fert B hoc ſignum magnum, quod non in terra, ſed in cœlo apparere dicitur: & Philip. 3. meritò quidem, nam authore Paulo Apoſtolo, Eccleſię conuerſatio in cœlis eſt. Signum igitur audiamus.

¶ *Mulier amicta ſole.* Eccleſia catholica nomine mulieris in ſcriptura vocari, nemo eſt qui ambigat. Atquè duplici ex cauſa mulier appellatur. Tum quia viro iuncta ſit: tum quia fœcunditate funditur in fœtus. Eccle- C ſia enim catholica Chriſto ſponſo iũcta eſt: ipſa quidem eſſe dicitur ſecunda Eua, quæ ex latere Adam Chriſti Gene. 2. ſopore mortis in cruce dormientis educta fuit: vno militum lancea latus ſacrum aperiente: vnde fluxit ſanguis & aqua, quod myſterium explicuit, & interprætatus eſt nobis Apoſtolus Cap. 5. g Paulus in epi. ad Ephe. cap. 5. dicens: ſacramentum hoc magnum eſt, ego autẽ, dico in Chriſto & in Eccleſia. i. ſub D hac matrimonij inſtitutione, myſtice Chriſti, & Eccleſiæ latet vnanimis, & indiſſolubilis coniunctio. ſicut enim patrem, & matrem relinquit homo: vt vxori ad hæreat, ſic quodam modo patrem homo factus dereliquit Chriſtus, ſicut ipſe ait: exiui à patre & veni in mundum, non per deſertionẽ diuinitatis, ſed humanitatis aſſumptionem, & matrem ſynagogam, cui quatenus Iudæus ſuberat, dereliquit, vt vxori ſuæ. i. Eccleſiæ adhæreret. Quàm verò fœcunda ſit hæc diuina mulier, & quot genuerit, & quotidie gignat filios explicatione nõ indiget. Ipſa eſt mater illa de qua prædicebat olim Eſaias: lætare ſterilis quæ non pa- Eſa 54. a ris: erumpe, & clama quæ non parturis: quia multi filij deſertæ, magis quã Gala. 4. eius quæ habet virum. Eccleſia hæc illa eſt, quæ eſt ex gentibus, quæ prius erat deſerta, & ſterilis quamdiu abſq; viro fuit. Poſtea Chriſto iuncta per fidem multiplices progenuit fœtus, nec gignere deſinit ſemine verbi Dei. Pauli ea vox eſt ad Epheſ. 5. Eccleſia Epheſ. 5. ſubiecta eſt Chriſto. Deniquè eam vocat nunc vxorem, nunc virginem. Ibidem. Vocat vxorem dicens: viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, & traddidit ſe ipſum pro ea, vt ſanctificaret eam, mundans lauacro aquæ, in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata. Vocat eam virginem his verbis: deſpondi enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto. 2. ad Cor. 11. 2. Cor. 11. ¶ Quod ſi curam matrum reſpiciamus, qua nutriunt & fouent filios, iure & hac ratione per mulierem intelligitur Eccleſia: quę primo abluit aqua baptiſmatis infantem, quem ſuſcipit: fonte namquè baptiſmatis purificat ab originali tabo, fouet in ſinu, miris modis curam agit, nutrit vitæ verbo, veſtit virtutibus, educat ſanctis inſtitutionibus: flenti tergit proprijs ipſa manibus lachrymas, repromittit veniam, blanditur, baſiat, conſolatur & confirmat. Quod ſi inſolentior aliquando puer euadat, obiurgat, increpat, caſtigat: vtquè vitam in me-

lius

lius vertat hortatur. Agit sępè causam apud virum pro delinquente: excusat, defendit, abiectum reuocat, reconciliat, exhæredatum ob culpam restituit. Quæ omnia circa nos agit accuratissima ista, dilectissima mater nostra, tàm dulcis, tàm benigna, tàm suauis, dico Ecclesia: quæ sinu suo complectitur nos, & fouet, & subinde offert viro suo Christo.

¶ *Amicta sole.* Iam verò amicta sole dicitur hæc sancta mulier, ea prorsus loquendi forma qua vsus est D. Paulus ad Gala.3. dicens: quicumquè in Christo baptizati estis Christum induistis. i. quicumquè incorporati estis in Ecclesia per baptismum, Christum induistis. Et ad Romanos.13. Induimini Dominum Iesum Christũ. Ad Ephe.4. Induite nouũ hominem qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. De hoc amictu dicebat olim Esa.cap.52. Loquens cum Ecclesia sponsa Christi. Induere vestimentis gloriæ tuæ Hierusalem. Notatur vero in verbo induere, & in veste, & in amicta, larga quædam & abundans Christi Domini participatio. Amicta ergo dicitur Ecclesia illo sole, de quo Malachias prædixerat. Vobis autem timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ. Hic est oriens ille de quo Zacharias dicebat: qui visitauit nos oriens ex alto: illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent. Lucæ.1. cap. Hanc appellationem habetis in Origine Hom.11. in Iosue. & super Math. Home.3. & in Augu. Psalmo.120. & in Gregorio.34. Moral.cap.12. quo in loco sic ait: in scriptura cum figuratè sol ponitur, aliquando Dominus, aliquando persecutio designatur. Per solem quidem Dominus figuratur, sicut sapientiæ libro perhibetur, quòd omnes impij in extremo die iudicij, cognita sua damnatione dicturi sunt: errauimus a via veritatis, & lumen iustitiæ non luxit nobis, & sol non est ortus nobis. & Ioannes ait mulier amicta sole. &c. Hæc Gregorius. Sicut enim virtute solis omnia procreantur, & adolescunt, ita à Christo accepta virtute omnia incrementa Ecclesiæ, & multiplicatio spiritualis, puenit ac dimanat: propter Lucem doctrinæ quam Ecclesia à Christo accipit, qui est lux vera Ioan.1. Mulier ergo.i. Ecclesia induitur Christo, qui est verus sol iustitiæ, ac verus patris splendor.

¶ *Et luna sub pedibus eius.* Luna & mutabilitatis, & inconstantiæ symbolum esse docet, Eccle.cap.27. dicens: stultus vt luna mutatur. In luna siquidem mirabiles mutationes, & vicissitudines conspicimus: nunc est cornibus plena, nunc tota tenebrosa, nunc varijs defectibus obnoxia: quapropter rerum temporalium imaginem gerere affirmant patres inter quos est Basilius, & Rupertus. Bona igitur temporalia quæ caduca sunt sub pedibus posita habet mater Ecclesia. Illudquè Paul.ad Philip.cap.3. exanimo semper affirmat: omnia arbitror vt stercora. & meritò quidem hæc mundi bona, quæ externa nominantur, stercori comparantur. Stercora enim sub pedibus fussa calcantur, & si domi asseruentur, non benè, sed malè olent, in agro verò dispersa fœcunditatem maximam afferunt seminũ. Sic bona hæc temporalia sub pedibus esse debent: quæ si per auaritiam coaceruentur fœtent protinus vt stercora: sed si diffundantur, magnum prouentum afferũt modò sapienter, & sicut oportet, elee mosina viri quasi saculum cum ipso, ait

Gal.3. Rom.13. Ephi.4. Esa.52. Mala.4. Luc.1. Orige. Augu. Grego. Ecclę.27. Per lunam bona fluxa & temporalia significatur; quæ conculcantur ab Ecclesia. Fasi.ho.6. in Exame. Ruper. hic Phili.3. Ioa.1.

Eccles.27. & 29. Augu.

ait Ecclesia cap.27.&29. Sola misericordia comes est defunctorum, ex D.Augu.quem ibi citat Lyra. Hoc sæculo pecuniam in cœlestem patriam abeuntes portamus. Consonat hoc cũ illa consuetudine Ecclesiæ primitiuę, cum fideles perfectionem sectantes, diuenditis rebus suis prętium ad pedes Apostolorum deferebant. Actor. 4. hinc erat vox illa: ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te Mat. 19. Huius rei typum & imaginem expressam habemus in libro Geneseos. c. 24. vbi Rebecca puella, decora nimis, virgoquè pulcherrima hydriam in scapula sua portat. Quæ celeriter illam deponens potum seruo Abrahæ libentissimè præbuit: cumquè ille bibisset adiecit: quin & camellis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant. Rebecca pulcherrima Ecclesiæ nostræ imago & figura esse dicitur. De qua sponsus in canticis ait: tota pulchra es amica mea macula non est in te. Rebecca virgo intacta. Ecclesia catholica virgo appellatur à Paulo. Rebecca sponsa fuit Isaac, Ecclesia verò Christi, cuius typum Isaac gerebat. Rebecca hydriam ad scapulas portat: quo rejicere solemus res, quæ minoris sunt apud nos curæ & solicitudinis, sic Ecclesia catholica res huiusmodi caducas & vanas non ad scapulas, solum, sed sub pedibus habet. Et eadem libẽter poculum tribuit petenti. & addit quin etiam camellis tuis hauriam aquam: quibus verbis maxima facilitas & liberalitas dandi designatur. Sic Paulus 1. Timot. 6. dicebat: diuitibus huius seculi præcipe non sperare in incerto diuitiarum suarum. Ac si diceret præcipe vt res quas habent externas sub pedibus collocent: & addit statim: facilè tribuere. Hoc idem

Gen.24. Figura.

1.Thi.6.

A hortabatur & monebat in 1. Cor. c. 7. Qui emunt tanquam non possidentes, qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur. Est enim commiseratione maxima dignum, quòd cũ Deus optimus sub hominis pedibus subiecerit omnia mundi bona, vt Dauid ait Psalmo 8. Ipse tamen in tanto honore positus non intellexerit: sed similis prorsus iumentis insipientibus se ipsum rerum omnium oneri submittat. Ecclesia verò quæ in melius rationes commutat, lunam hanc sub pedibus gestat, & vt inquit Poeta, & sibi res non se rebus summittere curat. Notatur etiam his verbis, quòd bona temporalia sustinent in hac vita Ecclesiam, & ideo sub pedibus sunt quasi basis. Cum quo congruit illud Cant. 2. læua eius sub capite meo. nã per læuam & sinistram dei bona temporalia significantur, & quia hæc sustinent mortalem vitam Ecclesiæ: ideo dicuntur esse sub capite, vt in hoc loco sub pedibus.

1.Cor.7.

Psal.8.

Cant.2.

¶ *Et in capite eius corona stellarum duodecim.* Caput in hoc loco duobus modis accipi potest: nam aliquando sumitur pro initio, sicut cauda prò fine. Quod notabat Gregorius 1. Mor. 38. Quia primum membrum corporis est. Quæ locutio frequens est apud Hebræos Psalmo 39. in capite libri scriptum est de me. Psalmo 117. Factus est in caput anguli. & apud latinos id quoquè frequens est. Inde à capite repetere dicimus & similia. Sed ais: cur 12. stellis coronata dicitur, cũ extra hunc numerum fuit Paulus, & Barnabas, magna huius coronæ ornamenta? Respondetur per hunc numerum, Apostolorum numerum signari, quoniam 12. numerus electus est primum, atquè ideò mutandus non fuit

Primus sensus.

Gregor. 1. Mor. 38.

Caput in sacra scriptura prò initio sumitur sicut cauda pro fine. Psa. 39. Psa. 117.

fuit propter duos qui additi sunt. Præ sentim cum more sacræ scripturæ in maiori numero & vulgari minor intelligi soleat. Vt refert Augu. q. 47. in Exo. 72. fuerunt discipuli domini, totidemq; interpretes veteris testamenti, tamen 70. dici solent. Adde quod hîc numerus vniuersalitatem quandam complectitur. Sed causam hanc potissimã esse censeo, quod vbi certo numero ad aliquem effectum aliqui eligũtur, vbiq; obseruari videmus, vt etiam si pauci postea addantur prior ille numerus maneat immutatus. Sicut in nonnullis Hispanię ciuitatibus 24. seniores primùm creati sunt: deinde etiã si plures sint, quisq; illorum dicitur 24. Ita Cornelius Iansenius in cõcordia euangelistarũ. c. 146. putat collegium Apostolorum post Iudæ discessum dictum esse collegium. 11. Atq; ideò quamuis Thomas aberat dictũ est à Luca. c. 24. & inuenerunt congregatos vndecim. & Paul. 1. Cor. 15. ait: post hæc apparuit vndecim. Pró quo in græco est: Apparuit duodecim quam lectionem Augustin. libro. 3. de Consen. euangelistarum cap. vigessimo septimo Mutare non audet. quod si legitur, dicendum est numerum illum duodenarium etiam Iuda mortuo nomen suum retinuisse: vt Cagnei notat. Iudi. nono, etiam legimus. & occidit fratres suos filios Gedeon 70. viros. & tamen huic numero secundo, deerant Ionathan, & ipse Abimelech, à quo occisi sunt. Sed quoniam. 70. vulgo dicebantur numerus mutatus nõ est. Deniq; Apo. 21. legimus, & muros ciuitatis habens fundamẽta. 12. & in ipsis. 12. nomina. 12. Apostolorũ. & omnes vsq; hodie. 12. Apostolos vocant. Caput ergo Ecclesiæ illud initium significat quo

Augu.

Regula sacræ scripturæ.

Iansenius.

Luc. 24. 1. Cor. 15.

Augu.

Iud. 9.

Apo. 21.

12. Apostoli dicuntur corona stellarem duodecim Ecclesiæ.

A Ecclesia primitiua cœpit florere. & tunc emicurunt sub illis initijs. 12. stellæ. i. 12. Apostoli quib⁹ tanquã corona exornabatur tempus illud primitiuæ Ecclesiæ. Hanc expositionem attingit Anselm. & Lyra, & Beda, cui congruit illud Dan. 12. qui ad iustitiam erudiũt multos quasi stellæ in perpetuas æternitates. Apostoli ergo per doctrinam totũ orbem saltem inchoatiue in circuitu & in modum coronę docendo, B illustrarunt: ideo dicuntur esse in corona Ecclesiæ quasi stellæ.

Anselm. Lyra. Beda. Dan. 12.

¶ Altera expositio est, qua per caput intelligitur Christus Redemptor noster, dicente Paulo ad Colo. 1. Ipse est caput corporis Ecclesiæ. Hoc ergo caput, qui est Christus, ornatum fuit cõsortio, & comitatu duodecim Apostolorum, qui in modum coronæ ipsum cingebant. Et sicut corona ad honorem, & authoritatem capitis spectat: ita Apostoli, & Apostolici viri toti debent incumbere in authoritatem & honorem Christi: nec debet quærere tam quæ sua sunt, quam quę Iesu Christi. Iuxta illud Zachar. 9. circumdabo domum meam ex his qui militant mihi. Hos quærit Deus milites qui deo, & non sibi militent, hos vocat Paul. 1. ad Timo. 1. Militare bonam militiam. Item sicut Paulus ad Philip. 5. Eos quos instituerat vocat C gaudium meum & corona mea: ita etiam Christus Apostolos quos prius instituerat vocat coronam suã. Item coronæ nomine habetur respectus ad victoriam, quam Christus, ministerio Apostolorum reportauit in hoc mundo. Sic enim dixit Paulus. 1. ad Corinthios. 3. adiutores Dei sumus. Hæc ergo expositio est communior quam habetis in Ansberto, & in patribus citatis.

Secundus sensus Colo. 1. Caput Ecclesię Christus, coronatum. 12. stellis hoc est 12. Apostolis.

Zach. 9.

1. Timo. 1.

Philip. 1.

1. Cor. 3.

¶ Et

Per ſtellas cæleſtia per lunam terrena intelligi poſſumus.

¶Et obſerua quòd mulier iſta ſan A cta amicta ſole, quam vidit Ioannes, in capite habet ſtellas, quibus cœleſtia poſſunt etiam intelligi, ſub pedibus autem lunam inconſtantem, qua terrena ſignificantur. Electi enim præferunt cœlum terræ. Contra verò qui ſe ſceleribus contaminant, ſtellas ſub pedibus, lunam ſuper caput imponunt, hoc eſt, terram cœlo præferunt. In cuius rei figura Iſaac benedixit Iacob, & poſtea Eſau. Geneſis vigeſſimo ſeptimo. Sed benedictio Iacob, deo ita diſponente, incœpit à proſperitate cœli & terræ. Benedictio autem Eſau è contrario à proſperitate terræ & cœli. Electi enim, & in æternam beatitudinem prædeſtinati anteponunt illa terrenis voluptatibus. Reprobi verò externa mundi bona anteponunt cœleſtibus.

Electi præferunt cœleſtia terrenis, contra verò impii

Gen. 27. Figura.

¶ *Et in vtero habens, & clamabat parturiens, & cruciatur vt pariat.* Notandus eſt ordo rerum qui accidit mulieri parturienti: vnde ducta eſt hæc allegoria. Primus conceptus in vtero, deinde eſt clamor, poſt eſt parturitio, ideſt, nixus ad partum. Deinde ſequitur grauior cruciatus, & tandem parit. Conceptus hic fœcunditatem Eccleſiæ ſignificat. Nam ſuſcepto ſemine diuini verbi Eccleſia, mox concipit fœtum & prolem ſpiritualem, quòd vt paulò ante dicebamus cantabat Eſaias capite. 54. De qua re ſatis ſuperquè pater Auguſtinus libro primo, de Conſenſu Euangeliſtarum, capite. 31. & 18. de Ciuitate. capite. 29. Et Diuus Paulus, ad Galatas capite quarto, eumdem locum tractat. Hæc matris Eccleſiæ fœcunditas ſatis viſa eſt in die Pentecoſtes tot millibus ad fidem conuerſis, Actorum ſecundo. Hinc eſt quòd Paulus aſſerit. 1. Corinth. 4. Per Euangelium ego vos genui. Ecce igitur quoniam partũ mater noſtra in vtero habet.

Eſa. 54.

Augu. 1. de conſenſu. c. 31. & 18. de Ciuit.

Gal. 4.

Acto. 2.

1. Cor. 4.

¶ *Clamat verò parturiens.* Exhortando, prædicando & ad perfectionem excitando filios ſuos. Sunt enim illi Eccleſiæ clamores, quos refert Paulus ad Galatas quarto. Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Chriſtus in vobis. Cruciatur etiam Eccleſia prædolore dum proles ſpiritualis periculoſè editur. Intercidunt ſe enim ſæpè ſæpius in partu multa vitæ diſcrimina, multa pericula, dum homines impij, & infideles obſtant Eccleſiæ parturienti. De quo Diuus Paulus, ad Romanos nono, ait: veritatem dico in Chriſto Ieſu non mentior, &c. Quoniam triſtitia ineſt magna, & continuus dolor cordi meo. Et tandem addit: optabam anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. Quæ locutio hyperbolica à ſanctis dicitur. Mihi autem videtur & ſine hyperbole poſſe legi. Nam anathemata græcis dicuntur, ſacri ſceleſtiquè homines, qui ob vrbis luſtrationem, dijs, manibus & inferis mactabantur, ſi qua lues, aut calamitas ingrueret: qua huiuſmodi hominum internetione placatis dijs ſedatum iri putabant: ad cuius modi ſacrificia alludens Paulus clamabat parturiens, & dicens: vſquè adeo mihi dolet Iudæorum abiectio, quòd ſi Dei aduerſus illos iram, vel quo vis meo malo placare poſſem, optarem anathema eſſe, ideſt, quòd Græci dicun, ἀναθεματίζεσθαι. Hoc eſt, peſſundari, & exterminari à Chriſto, modò

Quid ſit Eccleſiam parturire.

Gala. 4.

Rom. 9. Explicatur locus Pauli nota.

Gagnæ.

sic illis prosim. Certè Hieronymus anathema sumit pro corporali occisione.

Act.20. ¶Sic etiam Actorum 20. Ecclesia per Paulum cum dolore parit & cruciatur per triennium. Vos scitis (inquit) à prima die qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, seruiens Domino, cum omni humilitate, & lachrymis, quomodo nihil subtraxerim vobis vtilium quominus annunciarem vobis. Et etiam notandus est locus 2. ad Corinth. 4. In omnibus tribulationem patimur: sed non angustiamur, persecutionem patimur, sed non derelinquimur, humiliamur, sed non confundimur. Et tandem concludit: omnia autem propter vos. Ecce dolores vt parturientis: vt dicitur Psalmo 47. Quod significare volens Dominus ait Ioannis 16. Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius, cum autem pepererit puerum, iam non meminit præsturæ propter gaudium. Sic mater Ecclesia illo exiguo tempore quo habuit in vtero terræ filium suum Iesum, clamabat vt pareret: magno enim mœrore tenebatur, vehementer animo discruciabatur, & vocem ad sydera tollens dicebat, exurge gloria mea, exurge psalterium & cythara. Et tandem tertia die magno gaudio perfusa peperit filium, & quem mortuum luxit, vidit immortalitate donatum. Luctus & dolor partus fuit breuis, sed gaudium fuit perenne. Sic Ecclesia semper cum dolore parit cæteros filios spirituales: & ideo Ioannes ait: quòd mulier nostra clamabat parturiens, & cruciabatur, vt pareret.

2.Cor.4.

Psa.47.

Ioan.16.

Psa.56.b

¶Et quamuis aduentu Christi ad hæc vsque tempora Ecclesia clamet parturiens: maximè tamen id continget extremis temporibus. Quando quosdam paritura est, non sine magnis doloribus. Clamabat igitur præ dolore, & cruciabatur, vt pareret: id est, vehementer affligebatur, causa pariendi: aut donec pareret. Eo enim tempore magna erit falsorum doctorum, & præcursorum Antichristi copia. Et multi potentes erunt Ecclesiæ impugnatores: ita vt ex infidelibus pauciss imi sint venturi ad Ecclesiam. Atquè ex ipsis Christianorum infantibus pauci sint baptizandi: parentibus à religione vera abhorrentibus. Qui autem siue ex his, siue ex alijs baptizabuntur, magnis cum laboribus & doloribus, & persecutionibus filiorum Ecclesiæ, Et prædicatorum veritatis, (quos tunc Deus mittet) baptizabuntur. Vt igitur illorum temporum peruersitatem peculiariter, & tenebras eorum intelligamus, ea quę præcesserunt de dignitate Ecclesię posita sunt. Quasi dicat, cum sola sit Ecclesia, quę luce Dei illustratur, & in qua homines liberi sunt, quia hęc mundi bona conculcant: Cum sit hęc Ecclesia quam Apostoli instituerunt ab initio: & quę in eorum fide semper mansit: paucos tamen filios pariet, maximè in illis temporibus vltimis: Eosquè non sine magnis doloribus.

Ecclesia vltimis tęporibus clamabit vt pariat.

¶Hunc eumdem textum iam explicatum de Ecclesia in sensu magis Germano, & literali applicant aliqui patres ad Beatam virginem. Nam Aretas, refert authores Græcos de hoc; & Diuus Bernardus post illos sermone de assumptione virginis, de virgine totum hunc locum exponit. &

Exponitur figura de B. virgine.

Aretas. Bernar.

Anſ-

Ansbertus hîc. Erit ergo principaliter A intelligenda de Ecclesia. Sed quia ea quę cõueniũt toti Ecclesię, etiã cẽsentur conuenire parti nobilissimæ, ideo fermè omnes loci scripturę, qui de Ecclesia vniuersali sunt, beatæ virgini applicantur à sanctis patribus. Vt totus liber Canti. canticorum. Meritò ergo dici poterit sensus etiã literalis in quo imaginem & signum esse virginis dicamus hoc quod hîc apparet Ioannidum inquit. B

¶ Signum magnum apparuit in cælo. Sacra enim virgo data fuit quasi signum Esaiæ septimo. Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: ce ce virgo concipiet. Vnde non ineptè Erasmus in annotationibus Mathæi primo Colligit, hoc datum signum significare rem esse nouam, & supra naturalem cursum naturæ, nempe quòd virgo non congressa viro concipiat & pariat. Et sic datur vt C signum nouæ redemptionis, & fœderis inter Deum & hominem. Nam cum ceu nouum signum polliceatur Deus, quid noui fuerat, si quæ prius erat virgo, postea congressa viro conciperet, ac pareret, id quòd est omnium commune? & Ezechiel. 44. Ideo vocatur porta clausa, quæ nulli aperitur: quia solus Dominus intrat & egreditur per eam. De qua Ambrosius de institutione virginum D cap. 7. & 8. Apparuit ergo signum magnum in cœlo, magnum. s. quòd virgo intacta pariat.

¶ Mulier amicta sole. Mulieris nomen ad virginem intactam etiam pertinet, quo nomine Redemptor vocat aliquando matrem suam. Ioannis secundo. quid mihi & tibi est mulier. & Ioannis. 19. Mulier ecce filius tuus.

Signũ magnum vt virgo pariat permanens virgo Esa. 7. Math. 1.

Ezech. 44.

Ambro.

Maria vocatur mulier. Ioa. 2.

Ioa. 19.

¶ Dicitur autem amicta sole virgo multis ex causis. Primo, quia Spiritu sancto superueniente in illam, subinde obumbrauit eam virtute altissimi velut amictus cingens totam. Vnde Angelus ait: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Lucæ primo. Christus autem dicitur hæc virtus altissimi. 1. ad Corinthios. 1. Christum, Dei virtutem, Dei sapientiam. Sicut ergo Christus dicitur sol, & virtus altissimi totam virginem cingens, ita virgo sanctissima dicitur gratia plena, Lucę primo, scilicet, plena gratia Christi solis. Hinc est quòd Cantico. sexto Virgo comparatur auroræ: quę est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens? Est enim aurora amicta sole, & licet videatur præcedere ortum solis: tamen ab ipso sole lucem accipit: sic virgo licet præcedat natiuitatem Christi solis temporalem, tamen ab ipso Christo accipit lucem gratiæ, & ideo dicitur amicta sole. Et licet vt habetur Hieremiæ. 31. Ipsa virgo circumdet solem Christum: Ibi enim dicitur: nouum creauit Dominus super terram, mulier circumdabit virum: in vtero enim Christus existens quantum ad sapientiam, & intellectum iam erat vir adultus, & tamen non horruit vtero & sanguine virginis circumdari. Sed ipse Christus circumdabat gratia sua ipsam virginem. illum enim cœli capere non possunt. 3. Regum. 8. Et ideo ipse, & circumdabat illam, & circumdatur ab illa, ipse amictus carne, & ipsa amicta sole. ¶ Prętera (vt verbis vtar Bernardi) amicta sole dicitur Maria: quia nimirum ipsa est, quæ velut alterum solem induat sibi. Quẽ admodum enim ille oritur indifferen

Amicta sole dicitur virgo multis de causis.

Luc. 1.

1. Cor. 1.

Luc. 1. Can. 6.

Hiere. 31.

3. Reg. 8.

D. Ber.

ter ſuper bonos & malos: ſic ipſa quo A què præterita non diſcutit merita, ſed omnibus ſeſe exorabilem: omnibus clementiſſimam præbet, omnium necessitates ampliſſimo quodam miſeratur affectu.

Luna dicitur eſſe ſub pedibus virginis & quare.

¶ *Et luna ſub pedibus eius.* Congruit potiſſimùm hæc ſententia virgini, in eius aſſumptione, quando ſupra choros Angelorum, & ſupra omnem creaturam fuit aſſumpta, vt Eccleſia cantat. Omnis autem creatura B vocatur luna, quia mutationi ſubiecta eſt. Nam & Angeli tranſmutationes accidentales ſuapte natura patiuntur. Et ideo dicebat Apoſtolus ad Romanos ſexto, omnis creatura vanitati ſubiecta eſt. Chriſtum autem non vocamus in hoc loco creaturam, licet eius humanitas fuerit creata, quia non eſt purus homo, nec pura creatura. Præterea, quia vaga & inſtabilia vt luna, terrena mundi bona, cœleſtis facta virgo calcauit, dicitur habere lunam ſub pedibus. ¶Aliqui per lunam intelligunt hæreticos: quia ſunt inconſtantes, & vagi, & vt patet ad Epheſios quarto. Circumferuntur omni vento doctrinæ fluctuantis. ¶Erit ergo luna, hæreticorum ſymbolum, quos Eccleſia ſub pedibus geſtat, quaſi fractos & conuictos, & præſertim ſacra virgo. De qua illud canit Eccleſia: cunctas hæreſes D ſola interemiſti in vniuerſo mundo.

Rom. 4.

Ephe. 4.

¶Tandem ſol & luna (inquit Bernardus,) non modò defectum corruptionis, ſed etiam ſtultitiam mentis: nonnumquam verò Eccleſiam præſentis temporis deſignare. Illam quidem propter mutabilitatem, hanc propter ſuſceptum aliunde ſplendorem. Vtraquè verò (vt ita dixerim) luna ſub pedibus Mariæ congrue ſatis intelligi poteſt. Alio tamen atquè alio modo, ſiquidem ſtultus vt luna mutatur, ſapiẽs permanet vt ſol. In ſole feruor & ſplendor ſtabilis, in luna ſolus ſplendor, atquè is mutabilis & incertus. Iure ergo Maria ſole amicta perhibetur, quæ profundiſſimum diuinæ ſapientiæ vltra quam credi valeat, penetrauit abyſſum, vt quantum creaturæ conditio patitur, luci illi inacceſſibili videatur immerſa, candidiſſimus ſanè, ſed calidiſſimus huius mulieris amictus. Inſipientia verò omnis longè ſub pedibus eius, vt penitus hęc longè ſit à collegio virginum fatuarum.

Eccl. 27. b

¶Iam ſi Eccleſia lunę magis videtur intelligenda vocabulo, quòd videlicet non ex ſe ſplendeat, ſed ab eo qui dicit: ſine me nihil poteſtis facere. Habes mediatricem expreſſam, C omnibus enim omnia facta eſt, ſapientibus, & inſipientibus copioſiſſima charitate debitricem ſe facit, omnibus miſericordiæ ſinum aperuit, vt de plenitudine illius accipiant vniuerſi: captiuus redemptionem, eger curationem, triſtis conſolationem, peccator veniam, iuſtus gratiam. Et hæc omnia hæc cœleſtis luna à ſole iuſtitiæ Chriſto accipit, &c. Hæc ex Diuo Bernardo.

¶Adde his, quòd luna velocius ad implet curſum ſuum cæteris planetis. Nam Saturnus circulum complet triginta annorum ſpacio, Iupiter duodecim annis, Mars duobus, Sol trecentis ſexaginta & pluribus diebus, Venus, & Mercurius, fere eodem tempore, luna verò paulò pluribus. 27. dieb⁹, citius ergo luna cæteris ſtellis compler curſum ſuũ. Ideo igitur virgo ſanctiſſima ſubtus pedes ſuos lunam habe

bere dicitur, vt inde colligamus qua velocitate,& celeritate ad Deum acceſſit.

Coronaſtellarum in capite virginis eſt corona virtutum.

¶*Et in capite eius corona ſtellarum duodecim.* Non ſatis eſt viro perfecto mala vincere,& quaſi habere lunam ſub pedibus ſuis,ſed debet inſuper coronari omni perfectione. Non enim ſufficit declinare à malo,ſed opus eſt facere bonum. Et ideo poſtquam de Beata Virgine dictum eſt, quòd pedibus calcat mutabilia, addit Ioannes , quòd eſt coronata virtutibus omnibus. Nam per has ſtellas virtutes ſignificantur, lucent enim virtutes quaſi ſtellæ, & illuminant mentis tenebras. Et ideo tenebræ pro vitio accipiũtur. Numerus verò duodecim, fructus duodecim Spiritus ſancti ſignificat:qui habentur Apocalyp. vltimo , vbi dicitur quòd lignum vitæ profert duodecim fructus. Hos fructus ſpiritus ſingulatim refert Paulus ad Galat.5.duodenario numero. Fructus(inquit)ſpiritus eſt charitas, gaudium,pax,&c.

Gala.5.

Per has.12 ſtellas. 12. priuilegia virginis ſignificãtur.

¶Diuus Bernardus tractans hunc textum ait:has ſtellas.12.priuilegia virginis deſignare quas prærogatiuas vocat,inuenire (inquit) eſt in Maria prærogatiuas cœli , prærogatiuas carnis , prærogatiuas cordis.& ſi fuerit numerus iſte per quaternarium multiplicatus,habebimus ſtellas duodecim , quibus reginæ noſtræ diadema præfulgebat vniuerſis , & ſic eas diſtinguit. Quatuor primi quaternarij ſtella prima rutilat in Mariæ cõceptione:nempe quia præter ætatem, & vim naturalem parentum eius fuit concepta.Secunda,in Angelica viſione.Tertia,in Spiritus ſancti præuentione. Quarta,in filij Dei inenarrabili conceptione. Quatuor aliæ ſtellæ, quatuor alia priuilegia carnis præfigurant. Prima,ſcilicet , quòd fuit virginitatis primiceria,ideſt , fuit dux & anteſignana virginitatis. Secunda quòd fuit ſine corruptione fœcunda. Tertia , quòd ſine grauamine grauida,& ideo abire potuit cum feſtinatione in montana , Lucæ ſecundo. Quarta , quod ſine dolore puerpera. Sunt alia quatuor priuilegia cordis per cæteras ſtellas ſignata, manſuetudo pudoris,deuotio humilitatis, magnanimitas credulitatis , ſic dicitur: Beata quæ credidiſti, quia perficientur quæ dicta ſunt tibi à Domino Lucæ ſecundo.Martyrium cordis , ſic dicitur : tuam ipſius animam pertranſibit gladius,Lucæ.2.

Luc.2.

Luc.2.

¶*Et inuenta eſt in vtero habens.* Hæbraiſmus eſt.pro,inuenta eſt grauida,nimirum ſuperueniente Spiritu ſancto,abſquè virili opere. Et ideo meritò Chriſtus dicitur flos æditus ex virga.Eſaiæ.vndecimo. Virga enim florem concipit & parit ſine vlla corruptione:ſic etiam Chriſtus vocatur flos campi,& lilium conualium Cant.ſecundo. Quadratquè illud virgini.venter tuus ſicut aceruus tritici. Cant.ſeptimo.vallatus lilijs : Lilia enim ſunt candida externè,quæ eſt puritas carnis in virgine. Internè autem habet virgulam quamdam auream qua internè charitatis ardor datur intelligi.

Virginitas cum fœcunditate eſtenditur

Eſa.11.

Cant.2.

Cant.7.

¶*Et clamat parturiens, & cruciatur vt pariat.* Non poteſt hoc referri ad eos dolores qui parientibus accidũt:nam ſacra virgo nullum doloris ſenſum in partu perpeſa eſt,idq; inter prærogatiuas virginis. D. Bernardus attulit. Nam de virgine illud poteſt dici Eſa.66.antequam parturiret, peperit.Græca verò ſcholia referũt hæc

Quid ſit virginẽ clamare parturientem.

Eſa.66.

verba ad eas anxietates quas passa est, dum vidit sponsum turbari, cognito vtero virginis, adulterium veritus. Math.1. Quin etiam in ipso partu verosimile est, quod licet non in corpore, tamen in animo dolorem habuit, dum rām incommodo loco & tempore Deum infantem videt corporaliter nasci, & tunc se habuit in dolore admodū parturientis. Præterea, Beata virgo reuera in vtero terrę habuit filium suum, quando post mortem sepultus est, & tunc etiam clamabat: vt eum ex vtero ante luciferum iterum pareret. Clamores parturientis erant voces illæ: exurge gloria mea, exurge psalterium, & cythara. Cui Dominus: exurgam diluculo. Tūc cum dolore maximo, qui suam ipsius animā pertransiuit, iterum genuit filium suū: qui raptus est post. 40. dies in cœlum. Iam verò ad aliud signum breuiter explicandum accedamus.

Math.1. Psa 70.

¶ Et visum est aliud signum in cœlo, ecce draco magnus, rufus, habens capita septem, et cornua decem. Imprimis illud aduertendum in dracone astutiam fortitudine coniunctam notari. Nam teste Hieronymo, leo apertè irascitur, draco occultè insidiatur, quo nomine diabolum significari certa res est, vt inferius interpretatur noster Ioānes. hic est draco ille, quem vates Esaias leuiathan vocat. c. 27. In die (inquit) illa, visitabit Dominus in gladio suo super Leuiathan serpentem vectem, ideſt, oblongum, instar vectis. Principem huius mundi, comparat sanctus propheta principi piscium, quem vocat serpentem oblongum, quod ditio diaboli fere totum orbem occupet, & quòd astutus sit, & calidus maximè. Vnde pro Leuiathan vertit 70. draconem. Vocatur autem draco magnus, quòd diabolus magnæ sit potestatis. De qua sanctus Iob ait. c. 29. non est potestas quæ comparetur ei, & apud Ezech. c. 29. sub figura Regis Aegypti diabolo dicitur: ecce ego ad te draco magne. &c. Ea de causa in post. epistola ad Cor. c. 4. Vocatur diabolus Deus huius seculi. & ad Ephe. 2. Princeps potestatis aëris.

In draconе astutia fortitudine coniuncta notatur Hiero.

Diabolus vocatur draco magnus & rufus & quare. Esa. 27.

Iob. 29. 2. Cor. 4. Eph. 2.

¶ Rufus verò apparet draco iste propter eius sanguinolentū ingeniū, mutat enim omnium tyrannorū corda in cędes omnium bonorum. Vnde Dominus apud Ioannem. c. 8. eius prauos mores depingens ait: ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit. Ioa. 8.

¶ Habere autem dicitur capita septem. Tum quod habeat septem peccata capitalia: quo numero, vt author est Grego. 31. Moralium. c. 31. omnium peccatorum vniuersitas significatur. Hi sunt septem spiritus nequam, & immundi, de quibus Dominus aiebat apud Math. c. 12. Cum spiritus immundus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inueniens; assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant in domo à quo exierat. Hæc sunt capita septem, ideſt, dæmonia septem, quę à Magdalena eiecta sunt. Luc 8. Tum etiam, septem capita habere dicitur draco iste. i. septem reges, Dei Ecclesiam à mundi exordio persequentes. Vnde. c. 17. volens Angelus explicare Diuo Ioāni hæc septem capita & decem cornua, ait: septem capita, septem reges sunt, quinquè cecidērunt, vnus est, & alius nondum venit: quo numeroso septennario significare voluit de more scripturæ omnium tyrannorū vniuersitatem. Primum igitur caput vniuersitatem principum significat, qui

Quare diabolus dicitur habere capita. 7. Grego.

Math. 12.

Luc. 8.

qui ab Adam vſque ad Noe regnaue A runt. Secundum verò caput cœtum tyrannorum, qui à Noe vſque ad Abraham. Tertium, eorum qui ab Abraham vſque ad Moyſem. Quartum, eorum, qui à Moyſe vſque ad exilium Babilonicum. Quintum caput ſignificat eos, qui ab exilio Babilonico vſq; ad Chriſtum legem Dei perſequuti ſunt. Sextum caput adhuc ſupereſt eorum regnum, qui à Chriſto vſque ad Antichriſtum, Dei perB ſecuti ſunt & perſequentur Eccleſiã. Septimum verò caput nondum venit, & cum venerit, ait Ioannes, oportet illũ breue tempus manere. Hoc, Antichriſtum ſignificat, qui tribus tãtum annis cum dimidio regnaturus eſt. Et quia diabolus tum, ſeptem capitalibus vicijs: tum, vniuerſitate tyrannorum eſt victoriam de multis reportaturus, idcirco dicitur habere in capitibus ſuis diademata ſeptem.

Quid per cornua. 10 draconis intelligatur.

C ¶ Quid verò per cornua decem intelligat ipſemet angelus explanauit cap. illo. 17. his verbis: decem cornua quæ vidiſti, decem reges ſunt, qui regnum nondum acceperunt, ſed poteſtatem tanquam reges vna hora accipient poſt beſtiam. Per hæc ergo decem cornua intelligendi ſunt omnes reges impij, & ſcelerati, qui tempore Antichriſti futuri ſunt, qui ideo numero decennario ſignificantur: tũ, D quòd hic numerus, ſicut ſeptenarius, in ſcriptura vniuerſitatem ſignificat. tum etiam, quòd impij hi reges ac ſceleſtiſſimi, Chriſti Domini ac ſeruatoris decalogum, decemq; præcepta ſunt oppugnaturi.

¶ Et cauda eius trahebat tertiã partem ſtellarum cœli, & miſit eas in terrã.

Prima expoſitio.

Poteſt hoc verificari in primo angelo, qui dicitur Lucifer, & in multitudine angelorum quę ad modum ſtellarum cum ipſo Lucifero cœlum illuſtrabat, eã multitudinem traxit de cœlo, & ad infinitas partes mũdi præcipitem dedit. Trahere dicitur quaſi per vim, quia præter ipſorum naturalem inclinationem peccauerunt. Et per caudam ſuperbia, & excellentiæ appetitus ſignificatur. Ducitur autem hæc metaphora à ſerpentibus, & dracone, qui ſolent caudis certare. Et dicitur tertia pars cecidiſſe, quia vna pars eſt aſſiſtentium angelorum, ſecunda eſt miniſtrantium, & tertia eſt reproborum qui ceciderunt. Hanc intelligentiam D. Thom. explicauit ex quorumdam ſententia.

2. ſenſus planior & aptior.

¶ Eſt altera communior intelligẽtia vt per caudam impoſturæ & fallaciæ ſignificẽtur, quibus diabolus per hæreticos & falſos doctores; & præſertim per Antichriſtum vtitur ad ſe ducendos fideles in Eccleſia, qui ſicut ſtellæ lucent. Cauda enim eſt infima pars animalis, quę turpitudinem ſignificat, & in ſcriptura capitur pro infima parte reipublicæ. Deut. 28. Cõ Deut. 28. ſtituet te Dominus in caput, & non in caudam. Ita Rupertus, Auguſtinus Ansbertus. & de iſtis ſtellis, ideſt, fidelibus dicitur Iob. 3. Quod obtenebratæ ſunt, obtenebrentur (inquit) ſtellæ caligine eius, ideſt, hypocritæ qui lucent per opera ad oculos hominum. Hæ ſunt quæ cauda draconis trahuntur, ideſt, extrema perſequutione diaboli trahuntur: hæ obtenebrantur, quia malitia hoſtis ſic præualet eis, vt apertis malis inuoluantur, quales intus, tales exterius, glo. Et dicitur mitGlo. ri in terram, quia fallacia diaboli ad amorem rerum terrenarũ ſunt aliqui pellecti, de quibus Pſa. 16. oculos ſuos Pſal. 16. ſtatuerunt declinare in terram.

Rupert. Auguſt. Ansber.

Iob. 3.

¶ Et cecidit vna pars, scilicet illi, qui aliquando fuerunt boni, & lucebant sicut stellæ, & fallacia dæmonis improbi facti sũt. & hæc est vna pars. Alia pars est bonorum, qui non seducuntur, & tertia est infidelium. Vnde Gregorius explicans hæc verba. 32. moralium. c. 12. sic ait: cœlum namq; est Ecclesia, quæ in hac nocte vitæ præsentis, dum in se innumeras sanctorum virtutes continet, quasi radiãtibus desuper syderib⁹ fulget, sed draconis cauda in terram stellas deijcit, quia illa Sathanæ extremitas per audaciam assumpti hominis, hoc est Antichristi erecta, quosdam quos velut electos Dei in Ecclesia inuenit obtinendo, reprobos ostendit. Stellas itaque de cœlis in terram cadere, est: relicta nonnullos spe cœlestium illo duce ad ambitum gloriæ secularis inhiare. Hinc Daniel sub Antiochi specie contra hanc draconis caudam loquitur, dicens: deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas, & vsque ad principes fortitudinis magnificatus est, & ab eo ablatus est iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius. De fortitudine quippe, & de stellis deijcit, cum nonnullos & luce iustitiæ resplendentes, & virtute operis robustos frangit, qui vsque ad principem fortitudinis magnificatur, quia contra ipsum authorem virtutis extollitur. Iuge verò sacrificium tollit, quia studium cõuersationis Ecclesiæ in eis, quos ceperit, interrumpit. Vide cætera apud Gregorium explicantem. hanc caudam Behemoth, de qua Iob. c. 50. dicitur: stringit caudam suam quasi cedrum. Quibus verbis ostenditur, quòd tota virtus diaboli in Antichristo stringatur, qui in fine mundi causa erit omnis malitiæ. Ad eandẽ rem facit quod idem Gregorius ait lib. 4. moralium cap. 14. inter explicandum verba illa obtenebrentur stellæ caligine eius. In scriptura (inquit) stellarum nomine aliquando sanctorum iustitia, quæ in huius vitæ tenebris lucet, aliquando verò hypocritarum fictio demõstratur, qui bona quæ faciunt ad percipiẽdas laudes hominibus ostendunt. si enim rectè viuentes stellæ nõ essent, nequaquam Paulus discipulis diceret ad Philipenses. 2. In medio nationis prauæ, & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Rursus si inter eos qui recta agere videntur, quidam de actione sua retributionem fauoris humani non quærerent, nequaquam stellas Ioannes ruere à cœlestibus videret, dicens: misit draco caudam, & traxit tertiam partem stellarum. Draconis enim cauda stellarum pars trahitur, quia extrema persuasione Antichristi quidam qui videntur lucere, rapientur. Stellas namque in terram trahere, est eos qui videntur studio vitæ cœlestis in hærere, ex amore terreno, iniquitate aperti erroris inuoluere. De his ergo dicitur: obscurentur stellæ caligine eius, id est, eos, qui ante humanos oculos quasi bonis operibus splendent, malitia antiqui hominis obscurare præualeat, & hoc quod ante humana iudicia sumpserat lumen laudis deponant. Caligine quippe noctis obscurantur, cum eorum vita aperto errore confunditur, vt nimirum tales etiam foris in actione appareant, quales apud semet ipsos intus diuino parere iudicio non formidant. Hæc Gregorius. Vel dicendum, non de vniuersis Christianis, nunc verba fieri, quum dicitur cecidit tertia pars stellarum (nam) maior

e

Gregor. 32. mora. c. 32.

Gregor. 4. mora. c. 14

Philip. 2.

Dan. 8. c.

Gregor. lob. 50.

ior pars tunc cadet Christianorum) sed de his, qui tanta præstabunt sanctitate vt stellæ dici mereantur. Ex quibus tertiam partem dici posse tunc casuram, mirabile est.

¶ *Et draco stetit apud mulierem, quæ erat paritura vt cum peperisset, filium eius deuoraret.* Siue Ecclesiam, siue virginem intelligamus, optimè quadrat hic locus cum illo Geneſis. 3. Vbi Dominus draconem castigaturus ait: inimicitias ponam inter te & mulierem, & inter semen tuum, & semen illius, ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaueris calcaneo illius. Has inimicitias exercens serpens stat antè mulierem parituram: vt filium mox natũ deuoret. Ecclesia quidem parit Christum in cordibus fidelium, sed dæmon studet Christum extinguere. Et vt bestiæ feræ solent dentibus laniare prædas, sic dæmon studet ne in cordibus iustorum dominus adolescat, sed mox deleatur, quod. 1. Petr. 5. dicebatur: aduersarius (inquit) vester diabolus tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. In verbo, stare, notatur animi intentio ad nocendum.

Gene. 3.

1. Pet. 5.

¶ Hoc etiã quadrat personæ Christi, quem mox vt natus est ex virgine, Herodes dæmonis minister conatus est occidere, & eundem per omnes occasiones dæmon est sequutus, vt in deserto tentationibus vexãs Mathæ. 4. Et postea in Apostolis, & omnibus fidelibus Christum non cessat inuadere.

Matth. 4.

¶ *Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea.* Dicitur Christus masculus propter fortitudinem. Ita Esa. 9. Et vocabitur nomen eius admirabilis, Deus fortis, & ideo de illo dicitur Genes. 3. Ipse cõ teret caput tuum. Idem etiam est si legamus ipsa: nã ipsa virgo per Christum frangit caput diaboli ad Rom. 16. quem Dominus Iesus conteret sub pedibus vestris. sic cantabat Abacu. 3. percussisti caput de domo impij, denudasti fundamentum eius vsque ad collum. 1. primas suggestiones diaboli. Ecce fortitudinem masculi, qui dicebat Ioannis. 12. nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Per Christum enim expulsa est idolatria ex orbe, & etiam nunc eijcitur per Christum.

Esai. 9.

Gene. 3.

Rom. 16.

Abac. 3.

Ioan. 12.

¶ Et dicitur recturus omnes gentes in virga ferrea. Quod futurum est potissimùm in die iudicij propter sententiam inflexibilem. de virga ferrea diximus. c. 2. & dicitur Psa. 2. Et etiam opus virtutis nomine masculi intelligitur, & hos masculos pro sua virili curat diabolus assummere & deuorare: sicut rex Aegypti omnes masculos Hæbrearum quando nascebantur extinguere studuit. Exodi. 1.

Apoc. 2. Psa. 2.

Figura.

Exod. 1.

¶ *Et raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius.* De Christi persona optimè hoc exponitur à D. Thoma quòd Christus raptus est. i. eleuatus supra humanæ naturæ conditionem inquãtum homo ad Deum. i. ad hoc, vt manifestetur esse æqualis patri. Nam ante Ascensionem non ita manifestum erat hoc. Et ideo in Ascensione raptus est. Ioan. 20. Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum.

D. Tho.

Ioan. 20.

¶ Adhuc magis spiritualiter Ansbertus exponit hunc locum: vt Deus ascendat in corda fidelium ad Deum, cum illorum cõuersatio in cœlis est. ad Philippen. 3. Vt isto modo liberẽtur iusti à dracone deuoraturo partum.

Ansber.

Philip. 3.

Et

¶ *Et peperit*, inquit, *filium masculum qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea. Et raptus est filius eius ad Deũ & ad thronum eius.* ¶ Si virò aliam huius loci interpretationem desideras audi quid aliqui in hunc locum scribant. Peperit, inquit, filium masculum. Fortes enim viros esse oportet, vt verè masculos, quos omni tempore, & maximè tempore Antichristi paritura est Ecclesia, vt persecutionũ magnitudini resistere valeant. Sed filium dicit potiusquàm filios, seruata partus muliebris proprietate, quo plerunque vnus effondi solet. Deinde etiam paucitatem indicare voluit eorum qui tunc nascentur: si comparentur cum multitudine pereuntium. Aut certè filium dicit: quoniam idem est de vno & de multis iudicium. Et vt vnum draco deuorare cupit, ita etiam omnes qui ex Ecclesia nascuntur, appetit vt deuoret. Simile est illud Mathæ. 22. Intrauit autem rex vt videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali: in vno multi significantur: sed satis fuit vnum dicere: quoniam idem de cæteris similibus intelligendum est. Tales ergo filios fortes paritura est tunc Ecclesia: de quorum singulis dicitur: quod recturus erat omnes gentes in virga ferrea. Vnde hoc Christus docuit superius. cap. 2. dicens: qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes: & reget eos in virga ferrea. Et tanquam vas figuli cõfringentur. Per hunc ergo filium masculum, quem mulier peperit: possumus etiã intelligere electos, qui simul cũ Christo iudicabunt nationes: & dominabuntur populis, punientque Christi aduersarios.

Math. 22.

Apoc. 2.

¶ *Et raptus*, inquit, *est filius eius ad Deum & ad thronum eius.* Maximam eo tempore futuram diaboli persecutionem, in eos qui tunc conuertentur, & baptizabuntur, satis ostensum est ex illis verbis: & draco stetit ante mulierem, quæ erat paritura: vt cum peperisset, filiũ eius deuoraret. Quoniam igitur qui tunc nascentur, partim blandiris & promissis: partim etiam omni tormentorum genere tentabuntur: ac denique paulatim occidentur, aut calamitatibus fracti morientur: Rectè ait: & raptus est filius eius ad Deum: per mortem scilicet. Vnde D. Ambrosius. Rapiuntur quotidie filij Ecclesiæ, idest, mẽbra Christi ad Deum & ad thronum eius, cum post mortem ad cœlestia producuntur. Hi enim videntur esse, de quibus cap. 7. dictum est: quousq; signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Sed quod addidit. *Et ad thronum eius*: putabit quis soli Christo conuenire, qui sedet ad dexteram patris. Sed de omnibus electis rectè dici fatebimur, si recordemur eius quod capite tertio dictum est, qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo. Rapti ergo dicuntur ad thronum Dei, quia & tormentis & tentationibus, quasi à draconis faucibus erepti in cœlum sublati sunt, hæredes Dei, cohæredes autem Christi, eiusdem gloriæ participes.

¶ Sed hoc in præsenti, iure quæritur (si hic sensus est sequendus huius loci) quare hæc Ioannes verbis adeò ambiguis exposuerit, vt nõ ijs de quibus dicuntur conuenire videantur, sed Christo? quod multum negocij attulit expositoribus: vt alij, de Christo ipso dici putarint: alij, ita interpretarentur vt dicerent Ecclesiam pare-

re

re Christum cum parit electos, omnia primùm de Christo dicta existimantes: vt inter explicandum ostendimus. Sed quibusdam placet nullo modo hæc dicta esse de Christo, sed de electis membris eius. Primùm quidem quoniam cum de partu extremi temporis sermo sit, nihil necesse erat subitò ad Christi natiuitatem trã sire. Deinde secundò quoniam Ecclesiam parere Christum in electis multum Allegoricum est, nunc autem historiam quærimus. Tertiò, quoniam si verborum proprietatem spectemus non potest de Christo dici: vt cum peperisset, filium eius deuoraret: nec enim Christum deuorare poterit, quem vincere, aut subijcere sibi non poterat, quamuis occidi fecerit: sicut sanctos de quibus nunc loquitur occidi fecit sed non deuorauit: licet deuorare, hoc est, sibi subijcere conatus est. rapti siquidem dicuntur ad Deum, non deuorati. Quia intra corpus eius non sunt missi, quod propriè deuoratorum est. Nec illud quidem in Christum quadrat: & raptus est filius eius ad Deum. De Enoch quidẽ, & de Elia rectè hoc diceretur, qui quasi vi quadam externa & nihil agentes, aliena virtute sublati sunt. Christus autẽ propria virtute ipse ascendit, aut quatenus homo assumptus est à Deo, non raptus. Deinde filius mulieris raptus dicitur, quasi liberatus & ereptus ab insidijs & cruciatibus draconis. Ita enim rapti dicuntur qui ab imminenti periculo liberantur: vt Sap. 4. Raptus est ne malitia mutaret intellectũ eius. & .2. Thi.3. quales persecutiones substinui, & de omnibus eripuit me Dominus. Christus autem cum assumptus est ad Deum, & thronum eius non est raptus ex insidijs draconis: quoniam nihil iam pati poterat à dracone, sed vitam habebat immortalem: cui draco nocere nullo modo poterat. Cum hoc autẽ verũ etiam est prudentissimè Ioan. vsum fuisse verbis quæ possent magna ex parte accommodari ad Christum: atque ita eundem illos exitum manere passionum: vt sicut sotij fuerunt dolorum & persecutionum, ita sint & gloriæ. Nam & Christum recèns natum perdere diabolus voluit per Herodẽ membrum suum, & post mortem assumptus est in cœlum & sedet à dextris Dei. Math.2. Mar.vlt.

¶ Et mulier fugit in solitudinem, vbi habebat locum paratum à Deo, vt ibi pascat eã diebus mille ducentis sexaginta. Quid mulieri acciderit rapto filio attendamus. Solitudo hîc dicitur vita perfecta, quæ constat abdicatione rerum temporalium, & diuinarum rerum contemplatione occupatur, quam mox, posquàm Christus redemptor ascendit in cœlum Ecclesia magna ex parte secuta est. De qua vita est illud Oseæ.2. ducam eam in solitudinem, & loquar ei ad cor. De hac vita, & fuga in solitudinem est illud Psalm.54. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Vbi notãdum est, quòd qui hanc solitudinem petit, debet esse procul à fluctibus mundi, & properare in modum fugientis: nã vult, & non vult piger, Prouerb.13. ideo hæc mulier fugere dicitur in solitudinem. Et manet in ea solitudine, qui propriæ concupiscentiæ abnegatione nihil mortale desiderat, sed expectat eum, qui liberat hominem à pusillanimitate, & magno animo facit. Sic solitudinis locus paratus est à Deo. Mathæ.11. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam Prima intelligentia communis Oseæ.2. Prou.13. Math.11.

Sap.4. 2.Thim.3.

ficiam vos, de qua refectione hîc dicit, vt pascat eam. i. in riuis, & in paschuis vberrimis. Psal. 22. in loco Paschuæ, ibi me collocauit. Et hic pastus vsu sacramentorum, & præcipuè Eucharistiæ, etiam interna spiritus dulcedine constat. In huius rei figuram, & typum synagogam velut ex Aegypto fugientem duxit in desertum, & ibi pauit manna de cœlo Exod. 16.

Psal. 22.

Exod. 16.

¶ Pasta est autem Ecclesia diebus mille ducentis sexaginta. Est notandum, quòd hac dierum summa conficiuntur tres anni cum dimidio. Sensus ergo est, quòd per tres annos cum dimidio pascitur Ecclesia diuinitus in tribulationibus, siue in præsenti ætate, siue tempore Antichristi, quia pascitur doctrina, quam Christus prædicauit tres annos cum dimidio, nam incœpit anno trigesimo ætatis suæ inclusiuè, vt habetur Lucæ. 3. & mortuus est ante annum trigesimum tertium ætatis suæ. Sed iam ad aliam expositionem accedamus.

Luc. 3.

¶ *Et mulier fugit, &c.* Dicendum ergo est, quòd his verbis significare vult Ioann. electorum fugam, qua ante Christi aduentu facta per operationē Sathanæ fugient præcipui omnium qui in Ecclesia fuerint: à ciuilibus turbationibus mundanisque voluptatibus fugientes annos tres & dimidium. Magnitudo igitur persecutionū Antichristi prænunciatur quarum timore magna pars fidelium ad desertum cōfugiet: donec finiatur regnum & vita Antichristi. Verùm hoc per anticipationem dicta sunt. Nō enim tunc mulier fugit in desertum: sed postquam draco proiectus est in terram victus à Michaele: sicut paulò post ait: & postquàm vidit draco quòd proiectus esset in terram, persecutus est mulierem: & datæ sunt illi alæ vt volaret in desertum. ¶ Cæterum legendum est *vt ibi pascant eam*, non in singulari. *vt ibi pascat eam.* Vt ex Græco & ex autoribus intelligitur. Loquitur autem de episcopis & prędicatoribus veritatis, qui cum illis qui fugient verſabuntur: & eos verbo & sacramentis pascent.

A

¶ *Diebus*, inquit, *mille ducētis sexaginta* Vel secūdò dices: quòd totidem dies datæ sūt prædicationi Enoch & Eliæ: vt vidimus. cap. 11. Prophetabunt, inquit, diebus mille ducentis sexaginta. Quare ab illis Ecclesia ex parte pascetur: quibus tamen alij addentur coadiutores. Sed cum dies isti tres annos & dimidium integros non conficiāt, quibus regnaturus est Antichristus, hoc quibusdam videtur significari, aut iustos non ipso die primo regni Antichristi fugiturós esse insolitudinem, sed paulò post: apertius iam eius iniquitatem & potentiam cognoscentes. Aut certè antequàm impleantur tres anni cum dimidio, cum Enoch & Elia latebras relicturos, & exemplo illorum confirmatos, in mortem & pericula ruituros.

B

C

¶ Verùm huic expositioni aduersari videtur quòd de eadem re postea scribit Apostolus in hoc ipso cap. & datæ sunt mulieri alæ duæ vt volaret in desertum, in locum suum: vbi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis. Falsumque erit dicere dies numerari, quòd non erant integri anni & menses. Videmus enim illud tempus, per annos & menses cōputari. Ad hoc respōderi potest, vtrūque verum esse quia charitate feruentiores, & fortiores solitudinem relinquent: cum Enoch & Elias occidentur: timidiores adhuc manebunt in

D

solitu-

solitudine donec cõpleantur tres anni cũ dimidio, ideſt, donec audiant mortuum eſſe Antichriſtum. Cum igitur Eccleſia his & illis conſtet, meritò vtrumque dictum eſt.

¶ *Et factum eſt prælium magnum in cœlo. Michael, & angeli eius præliabantur cum dracone.* Aliqui exiſtimant locum iſtum ſignificare bellum ciuile, & inteſtinum, inter bonos & malos angelos in initio ſuæ creationis: nam diſcordibus animis, mali affectabant ſibi non debitam excellentiam, & boni Deo ſubiecti in rationis modulum ſe continebant. Primùm abinitio intellexerunt angeli decreuiſſe Deum mittere filium ſuum hominem factũ, qui eſſet tam hominum quàm angelorum ſcopus, huic ergo diuino homini inuidentes mali angeli decreuerunt eum interficere. Quod inſinuare volens Chriſtus apud Ioannem.c. 8. ait Iudæis: Vos ex patre diabolo eſtis, ille homicida erat abinitio, & in veritate non ſtetit. Homicida (inquit) erat hominis, qui futurus erat Deus, mortem eius appetendo. Fuit ergo ex tunc homicida Chriſti, nõdum enim erant homines conditi: vnde addit, quòd in veritate non ſtetit, quòd verbum caro fuerit, cui ſe ſummittere noluit. Vocatur autem prælium magnum: tum quòd eſſet de re magna, vel potius de re omnium maxima, hoc eſt, de aduentu filij Dei in humana carne: tum etiam, quòd eſſet certamen, & contentio inter ſpiritus fortes, & magnos, decertantes fortiſſimis armis, hoc eſt, acutiſſimis rationibus. Michael enim, & angeli ſuæ factionis, Catholicis rationibus præliabantur cum dracone. Draco verò reſiſtebat, ſophiſticis, malignis, atque inuidia plenis argumentis: ſed tãdem victus proiectus eſt de cœlo. Sed de hoc certamine non aptè hic locus exponitur: nam iam mulier pepererat, & Eccleſia ſecundum aliquos in ſolitudinem fugerat ante hoc prælium. Ideò magis conſentaneum eſt dicere, ſequendo communem modò patrum ſententiam, quòd prælium hoc ſit, quòd continetur in Eccleſia & perdurat vſque ad Antichriſti tempora incluſiuè, cum Michael in adiutorium populi Dei venturus eſt, vt dicitur Daniel. 12. In illo tempore (inquit) conſurget Michael princeps magnus, qui ſtat pro filijs populi ſui. Eſt vero Michael princeps angelorum qui hominibus opitulantur. Daniel. 10. Ibi angelus malus aduerſatur angelo Danielis cuſtodi. Sed tandem adiuuante Michaele, victor euadit Danielis angelus. Dani 12. Dan. 10.

¶ Eſtque hoc prælium magnum propter rem maximam pro qua certatur, ideſt, pro ſalute æterna, ideſt, propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis. ad Hæbræos. 1. & eſt in cœlo, i. in Eccleſia, quæ regnum cœlorum dicitur. Ita Beda, & Ricardus. Hæbr. 1. Beda. Richar.

¶ *Et draco pugnauit, et angeli eius.* Reſiſtentia, qua aduerſus pietatem, & bonorum angelorum auxilia Eccleſiæ præſtita, dæmon reſiſtit, hæc pugna eſt. Et nihil refert, ſiue per miniſtros angelos, ſiue per miniſtros homines malos id conficiatur: omnes enim ſunt angeli eius. Non præualet tamen diaboli conatus aduerſus eos, quos Deus ſeruat. & hoc eſt quod ſequitur.

¶ *Et non præualuerunt, nec locus eſt inuentus eorum amplius in cœlo.* Ad Epheſios. 4. Paulus exhortans ait: Nolite locum dare diabolo, ne ſcilicet præualeat. & Iacobus cap. 4. Reſiſtite dia- Ephe. 4. Iac. 4.

bolo,& fugiet à vobis. De hac re vide Richardū: nam in Ecclesia, quæ hīc vocatur cœlum, diabolus, & mali hō mines grassantur, & nocent pijs: sed tamen prædestinati tandem vincunt, & in illis non regnat diabolus: quia licet aliquando cadant & peccent, tamen tandem resurgunt cautiores, & vincunt. Vnde Paulus ad Romanos. 6. monet dicens: Non regnet peccatū in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. Hoc est regnare diabolum in eos, quos captiuos tenet ad ipsius voluntatem, vt. 2. ad Timothæum. 2. dicitur. Quamuis ergo traxit diabolus cauda tertiam partem stellarum, sed sublimiores & perfectiores, idest electos, nullo modo aliquo tempore, neque tempore Antichristi, deijcere poterit: vt tandem ruant & vincantur. Dicitur autem non esse inuentum locum alicuius in cœlo more sacræ scripturæ: quando ipse in loco non inuenitur. Psalm. 36. Vidi impium super exaltatum, & eleuatū, sicut cedrus libani, transiui & ecce nō erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Dan. 2. quæ rapta sunt vento, nullusque locus est inuentus eis.

Richar.

Rom. 16.

2. Tim. 2.

Psal. 36.

Dan. 2.

¶ *Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & Sathanas, qui seducit vniuersum orbem, & proiectus est in terram, & angeli eius cum illo missi sunt.* Expressit vt potuit interpres vim Græci articuli, qui additur dictioni, *draco*, & dictioni *magnus*, & similiter cū postea dicatur cū articulo. *serpens antiquus*, perinde intelligere debemus ac si vertisset: *serpens ille antiquus.*

Nomina diaboli plura.

¶ Nomina hæc diabolus, & Sathanas. cap. 2. sunt exposita. Hic ponuntur quatuor nomina, draco, diabolus, Sathanas, serpens antiquus. Serpens antiquus dicitur, quia sub serpentis forma seduxit primos homines. Est enim in serpentibus summa astutia, & ideò cō gruè sub illo animali delituit, deceptu rus homines.

Diabolus serpens dicitur & quare.

¶ Proiectus dicitur in terram. i. in terrenorum hominum corda, qui terreno amore tenētur. Et quadrat illud Genes. 3. quòd in pœnam fuit diabolo dictum, terram comedes. Ita Richardus & Beda. Et est altera expositio, vt hīc terra vocetur infernus. Nam Iob. 10. Infernus vocatur, terra miseriæ & caliginis. In infernum ergo diaboli & angeli eius. i. eius sectatores relegantur post tempora Antichristi, & in iudicio, Math. 25. Ite in ignem æternum, qui paratꝰ est diabolo, & angelis eius. Attulit ex Gregorio. D. Thomas hāc intelligētiam: sed ipse priorem magis probat. Seducere verò dicitur vniuersum mundum. i. maximam eius partem. De quo loquendi modo infra dicemus cap. sequenti. I. ita dictum est: *seducit*, quod dicat, eius ingeniū & officium esse, seducere homines. sic prima Thess. 3. dicitur. Ne forte tentauerit vobis, qui tentat.

Gene. 3. Richar. Beda.

Terra & homines terrenos & infernū significat.

Iob. 10.

Math. 25.

Grego. D. Tho.

1. Thess. 3.

¶ *Michael & angeli eius preliebantur cum dracone, et draco pugnabat, et angeli eius, et non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cœlo. Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Sathanas, qui seducit vniuersum orbem.* His verbis satis docet Ioannes bellum intestinum quod in hac vita mortali geritur inter diabolum & electos. Dracones icti ab Elephātis horribili sibilo personāt. Ni-

Nihil enim aptius nomine draconis ferocis animalis,& venenoſi ſignificari intelligemus, quàm diabolum, qui neſcit miteſcere,& ſemper malarum, & noxiarum cogitationum venena diffundit.Et ideo in hoc loco vocatur draco magnus. Elephanti autem iuſtos ab angelis cuſtoditos & adiutos ſignificant, & antequam manſueſcãt, & multò magis poſt mãſuetudinem. Ante quidem,quoniam ex Plinio li.8. c.1.Diſcimus,ex omnibus animalibus proximi ſunt humanis ſenſibus,ineſtque in illis probitas quędam,& prudẽtia,& æquitas,& religio. Poſt manſuetudinẽ verò,quia cum ſint natura feri, tamen magiſtrorum imperio obtemperant,& ita erudiũtur, vt vti ratione videãtur.Sic iuſti depoſita feritate magiſtris Eccleſiæ obediunt,& ita ratione vti docentur,vt omnia,quæ vidẽt, contemnentes,& quæ alijs gratiſſima ſunt faſtidientes, cœleſtia ſequantur, & ita cupiditates à ratione abhorrẽtes coercent, vt ſoli inter homines verè ſapiant, ſicut dè Tyreſiæ Thebani vatis anima eſt apud Homerum,hãc ſolam ſapere, cæteras vmbras volitare. Præterea elephanti ſanguine vuæ excitantur ad prælių, & mirabiliter pugnant,vt eſt in.1.Macha. Et elephantis oſtenderunt ſanguinem vuæ ad acuendos eos in prælium.Et ſtatim ait, ſingulos portaſſe ſingulas turres liggneas, & ſuper eis machinas:in turribus autem fuiſſe viros bellatores, & magiſtrum beſtiæ. Similiter enim iuſti ſanguine Chriſti excitati, in gladios, & in haſtas, & in ignes ruunt. Turris non lapidea, aut ferrea, ſed lignea,eſt lex Euangelica,cuius iugum ſuaue eſt,& onus eius leue. Machinæ ſunt præcepta, & conſilia, quibus aduerſariorũ doli,& artes, quaſi arces euertuntur. Viri bellatores ſunt virtutes,præſertim Theologicæ. Magiſter beſtiæ eſt ipſa Spiritus ſancti perſe, & perſuos eruditio, & ipſa angelorum manuductio.Cum igitur ab huiuſmodi elephantis victi dracones omnes in die iudicij in ignem detrudentur æternum,horribili ſibilo perſonabunt, & ſine fine lugebunt. Tunc proijcietur draco iſte magnus, ſerpens iſte antiquus,qui vocatur Sathanas in ignem æternum,vt non ſeducat amplius gentes.

lib.10.Odyſſ.

1.Mach.6.

B

C

D

¶ Hunc ergo locum ad rem exponendo dicamus. Quòd pugna illa draconis cum Michaele in cœlo, fuit tentatio multiplex diaboli, per Antichriſtum intendentem ſanctos ad partes ſuas adducere. Quæ & maxima & diuturna fuit. Hac ergo finita, & ſanctis ſemper ſtantibus, diabolus & Antichriſtus deſperabunt poſſe illos ſibi conciliare. Et deinceps,aut eos relinquent, aut certè perſequentur vt inimicos : non vt ad ſe adducant, ſed vt quaſi inimicis noceant. Qua perſecutione ſancti magis in bono confirmabuntur, & ardentius Chriſtum amabunt. Propter igitur hanc victoriam ſanctorum cælites clamãt:

¶ Et audiui vocem magnam in cœlo dicentem: nunc facta eſt ſalus,& virtus,& regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius: quia proiectus eſt accuſator fratrũ noſtrorum,qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri,die ac nocte.

¶ Nunc, inquit, *facta eſt ſalus, & virtus,& regnum Dei noſtri, & cætera.* Ideſt,nunc apparet ſalus, quam Deus in homines efficit, ſaluos eos faciens,& *virtus*,quæ Græcè dicitur Dynamis,ſcilicet,quã hominibus præbet

'Intelligentia prædictorũ magis apta.

ad pugnandum: & quam ipse habet ad protegendum & liberãdum suos: *& regnum*, quoniam omnes diaboli artes non valuerunt efficere, ne ipse regnaret in ijs quos elegerat. Victus enim est & proiectus in terrã diabolus.

¶ *Et potestas*, inquit, *Christi eius*, ideſt, nunc apparet quàm potens sit Christus, & quàm potens gratia eius. Sit etiam Deo nostro, inquiunt, maxima gloria, quia victus est & proiectus ille, qui fratres nostros sæpè vincebat: & ad peccata adducebat: de quibus eos postea semper apud Deum accusabat. Ex hoc discimus diabolum cum nos ad peccatum allexit, non solum in morte accusare nos, sed etiam ad diuinam iustitiam clamare semper, vt nos æternis pœnis puniat. Quẽ admodum ipse punitus est. Sed si nos eius accusationem præueniamus, accusantes nos metipsos ex animo, nihil est quòd eius accusationem timeamus. Cæterum hæc verba, *accusator fratrum nostrorum*, Aretas & Ansbertus, & Haymo, & alij, non solum hominum esse volunt sed etiam angelorum. Qui nos quamuis alterius naturæ simus, fratres vocare non dedignãtur. Quoniam Christus fratres vocauit & eiusdem gloriæ cum ipsis participes futuri sumus.

Aretas. Ansber. Haymo.

¶ Cæterũ, his verbis docemur peccata nostra nequaquam nostrum latere aduersarium, qui accusat nos apud Deum omni tempore: sed peculiariter accusat præsules, & principes. Quod significare volens Dominus, ait Zacharias propheta. c. 3. Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum, stantem coram angelo Domini: & Sathanas stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei. In præsules enim magis sæuire desiderat, Sathan. Hi enim multos habent sibi à diabolo paratos laqueos, de multis rationem reddituri. Lege Grego. in prima parte libri pastor. curæ. Verùm quamuis Sathan stet à dextris, & vehementer, & verè accuset nos ne timeamus, si corã angelo Domini steterimus. Angelos custodes inuocemus, nam ipsi pugnãt pro nobis: Michael & angeli eius, semper preliantur cum Sathana & angelis suis. Ipsi ferunt preces nostras, lachrymas, & ieiunia.

Zacha. 3.

Grego.

¶ Quòd si hunc locum generaliter interpretari velimus, non illum ad solam victoriam de Antichristo reportatam restringendo: dicẽdum est his verbis lætitiam piorum hominũ, & etiam angelorum bonorum significari, vt ait Primasius, qui postquam cognouerunt & intellexerunt celebratam esse redemptionem per Christum Redemptorem nostrum, & in Ecclesia esse facultatem remittendi peccata per sacramenta, mirè exultãt. Nam hac via pellitur diabolus ab Ecclesia, & ab electis, & stabilitur regnũ Christi. & hæc est potestas tunc ostẽsa, quando Mathę. vlt. dicitur: data est mihi potestas in cœlo & in terra: eũtes ergo prædicate Euangelium omni creaturæ qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.

Intelligentia communis.

Prima.

Math. vlti.

¶ Est verò optima intelligentia quorundã, quòd de expulsione idolatriæ, qua diabol⁹ colebatur vt Deus, sit hic sermo: nam per Christũ præcipuè, & per suos electa est idolatria ex toto orbe, vbi Mahometani, Iudæi, & Christiani imperant. Omnes enim hi idola abominantur. de quo Christus ait: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Etiam nunc ex Indorum prouincijs per Christianos in nouo orbe expellitur, de quo supra dicebamus.

¶ Ac-

D. Tho. Accusat die ac nocte diabolus iustos, i. in prosperis & aduersis accusabiles facere contendit.

¶Accusat verò die ac nocte, quod D. Thomas ex Gregorio intelligit in prosperis, & aduersis mala suggerendo, facit homines accusabiles, & illos accusat, satagit per prosperitatem mollire, per aduersa frangere. Vnde iure Paulus dicebat. 2. Corinth. cap. 2. Nam ego quod donaui propter vos in persona Christi, vt non circumueniamur à Sathana, non enim ignoramus cogitationes eius. Quales sunt cogitationes Sathanæ, nunquid frustra Iob timet Deum, cuius (inquit) tu vallasti omnem substantiam, colit (inquit) te, sed non gratis, alioqui tange cuncta quæ possidet, & videbis quomodo in faciem benedicat tibi. ac si diceret: animaduerte, quòd non ad vsum Domini, substantiam suam possidet, sed ad vsum substantiæ Dominum suum colit. Accusat fratres nostros aduersarius iste die ac nocte, ideſt, in prosperis & in aduersis accusabiles nos ostendere contendit. Sed quia Iob ipsum nedum flagella attigerant, hunc vndè in nocte accusare posset non habebat, vndè dicit: tange cuncta quæ possidet &c. Extende (inquit) paululum manũ tuam &c. Paululum verò manum expoſcit extẽdi: quia exteriora sunt quæ postulat auferri. Neque enim Sathan se aliquid multum facere putat, nisi cum in anima sauiat. Igitur maximas gratias Deo meritò referunt cœlestes habitatores, quòd proiectus sit in infe ros tantus iste accusator. lege Gregorium lib. 2. moralium. c. 6.

2. Cor. 2.

Grego.

¶Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni, & propter verbum testimonij sui, & non dilexerunt animas suas vsque ad mortem: propterea lætamini cœli.

Sanguis Christi multis modis est nobis causa vincendi.

Prima causa victoriæ est sanguis Christi, qui sanguis multis modis est nobis causa vincendi. Vnus modus est meritorie, nobis enim tanquam per causam vniuersalem omnia bona prouenient à sanguine, & à passione Christi. ad Ephesios. 1. Benedixit nos Deus in omni benedictione spirituali in Christo, ideſt, per Christum. Alter modus est tanquam causa exemplaris, ex cuius imitatione vincimus aduersariũ. Ita Beda, Anselmus, D. Tho. & hoc est illud. 1. Petr. 4. Christo in carne passo, vos eadem cogitatione armamini. Hac cogitatione armamur per fidem vt vincamus, vt Ioannis. 5. Hæc est victoria, quæ vincit mũdum fides nostra. Et præterea alia causa ex parte hominis, quæ est confessio intrepida eius fidei. Ita quòd cum capitis, & vitæ discrimine, audeamus eam veritatem testari. vnde Actorum. 4. dicitur. Virtute magna reddebant Apostoli testimonium Iesu Christi, & hoc est non diligere animas suas vsque ad mortem, anima capitur pro vita corporis, & sic est sensus: non ita dilexerunt proprias vitas, quin illas Christi confessione posthaberent. & Actorum. 20. Non facio animam meã pretiosiorem quàm me: de quo Ioãnis. 12. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

Ephes. 1.

Beda. Ansel. D. Tho. 1. Pet. 4.

Ioan. 5.

Acto. 4.

Acto. 20. Ioan. 12.

Proiectio diaboli est causa summæ lætitiæ beatis.

¶Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Familiaris est hæc prosopopœia, & fictio personæ in scripturis, cum cœlis & rebus inanimatis sensum, & mentem tribuit scriptura, vt Hierem. 2. Obstupescite cœli super hoc, & Deuteron. 32. Audite cœli quæ loquor, audiat terra verba oris mei. & Esa. 1. Audite cœli, auribus percipe terra. Est exaggeratio causæ lætandi, proiectio enim diaboli summę lætitię est causa omnib⁹ beatis cœlicolis, quę si fieri posset ipsos inanimatos cœlos

Hier. 2. Deut. 32.

Esa. 1.

afficeret. Si enim gaudium est in cœlis de salute vnius peccatoris pœnitentiam agentis Lucæ.15. Quantum erit gaudium de salute multorum hominum, qui vicerunt draconem. Luc. 15.

¶ Væ terræ & mari, quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens, quod modicum tempus habet.

Voce magna, quam supra Ioannes audisse affirmat, hæc etiam sententia insonuit, qua per illam interiectionem væ, causa exprimitur doloris. Doleat ergo terra & mare, terra, idest, terrenorum amatores, & mare, idest, qui fluctibus feris maris huius diuagãtur. Quia ergo diabolus expulsus ex electorum animis inistorum possessionem venit, ideo istis, væ dicitur.

¶ Et habet iram magnam diabolus, appetitumquè vindictæ propter expulsionem acceptam, & quia præsentis vitæ est modicum tempus, satagit breuitatem temporis diligentia & celeritate compensare. Iste est cõmunis sensus huius loci. Ita Ansbertus, & Richardus. Hoc idem explicãs Gregorius inquit. 34. Moralium. cap. 1. Extrema mundi diabolus tentaturus aggreditur, quia tanto fit feruentior ad sæuitiam, quãto se viciniorem sentit ad pœnam. Considerat quippè, qđ iuxta sit, vt licentiam nequissimæ libertatis amittat: & quantum breuitate temporis angustatur, tantum multiplicitate crudelitatis expanditur. Sicut de illo in hoc loco dicitur, væ terræ & mari quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens qđ modicum tempus habet, &c. Tunc ergo in magnæ iræ feruorem se dilatat, ne qui in beatitudine stare non potuit, in damnationis suæ foueam cum paucis ruat. Tunc quicquid nequiter valuerit, callidius exquirit. Tunc cer-

quãto magis instat tẽpus iudicii tãto magis satagit diabolꝰ iustos vincere.

Ansber. Richar. Grego.

A uicem superbiæ altius erigit, & per damnatum illum quem gestat hominem, omne quòd temporaliter præualet, nequiter ostendit. Vide Gregorium.

¶ Et postquam vidit draco, quod proiectus esset in terram, persecutus est mulierem, quæ peperit masculum, & datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum in locum suum, vbi alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis.

B ¶ Duæ istæ alæ subsidia sunt spiritualia, quibus Ecclesia vtitur in sui defensionem. Siue ergo intelligamus scripturam in duo testamenta diuisam, siue dilectionem Dei, & proximi, siue vitam actiuam, & contemplatiuam: omnia ista exercitia spiritualia, sunt alæ, quibus eleuata Ecclesia liberatur à persecutione dæmonis. Ita Richardus, & Anselmus. De hac fuga in desertum supra, hoc cap. diximus. Tẽpus verò, & tempora, & dimidium C temporis secũdum communem sententiam pro toto tempore durationis Ecclesiæ sumitur, quo Ecclesia alitur à Deo, sed quia alitur doctrina prædicata à Christo per tres annos cum dimidio, ideo dicitur, quod illo dumtaxat tempore alitur.

Duæ alæ mulieris duo testamenta, dilectionẽ dei & proximi vitã actiuã & cõtẽplatiuã ꝯgnificant.

Richar. Ansel. Prima intelligentia

¶ Est altera intelligentia, quæ probatur à D. Thoma, quòd hic agatur de tempore Antichristi, quando Ec- D clesia fatigata, spiritualiter reficietur à Christo: tunc enim temporis Ecclesia volabit ad cœlum per contemplationem, vbi nutrietur, quandiu durabit Antichristus. Et quia, vt supra. c. 9. dicebamus, persequutio Antichristi creditur duratura tres annos cum dimidio, ideo alenda dicitur Ecclesia à Deo, per tempus & tempora, & dimidium temporis, quòd est idem quòd per tres annos & dimidium.

Altera intelligentia accomodatior.

¶ A fa-

¶ *A facie*, inquit, *serpentis*, ideſt, Antichriſti, in quo erit diabolus, quem vocat ſerpentem.

Eccleſiæ quare dentur alæ aquilæ magnæ. Thre.4.d.

¶ Perſtando ergo in iſta explicatione de tempore Antichriſti, libet hæc verba explicare prolixius. *Et datæ ſunt*, inquit, *mulieri alæ duæ aquilæ magnæ*. Volatus aquilæ velox eſt & validus. Thren.4. Velociores fuerũt perſequutores noſtri aquilis. Atque in altum tollitur: ſicut legimus in Abdia

Abdiæ.c. 1.b.

ſi exaltatus fueris vt aquila, & ſi inter ſydera poſueris nidum tuum, inde detraham te. Atque ita facilè aquila deuitat perſequentium inſidias. Prouer.

Prou.23.a.

23. Ne erigas oculos tuos ad opes, quas nõ potes habere, quia facient ſibi pennas quaſi aquilæ, & volabunt in cœlum. Quoniam igirur Eccleſia tunc tẽporis celeriter fugiet inimicos ſuos, quaſi pennis aquilæ vtens, & aquilæ magnæ, quæ fortior eſt & velocior, alæ aquilæ magnæ datæ illi dicuntur. Nec dicuntur eſſe nunc datæ alæ columbæ, de quibus ſcriptum eſt Pſal. 54. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam? Quoniam columbæ timidæ ſunt, mulier autem nõ timore fugit, quaſi pati pro Chriſto nolit: quo nihil ſibi gratius, aut vtilius eſſe ſentit: ſed quomodo Apoſtoli & martyres fugiebant, vide licet gratificari Deo cupiens, ne penitus nomen Chriſtianum extingueretur: & Chriſtus deſineret in terra adorari. Scit enim Deum velle vt vſque ad finem ſeculi fideles maneãt, & quę diaboli malitia perdidit: reſtituant. Pennas ergo habet aquilæ, quia non timore, ſed amore Dei volat, & ſemper Deum intuetur: & conuerſatione in altum tollitur: neque perſecutione deijcitur. Et vt rectè hæc faciat duas alas habeat, oportet: quoniam aquila & ſi fortis ſit, non poſſet ala vna corpus graue leuare. Ita electi, quia corpus habent peccato ſubditum & terreſtre, leuare non poſſunt, & euadere perſequutiones illas, niſi duas, quas diximus, alas aquilæ habeant.

Quare nõ dentur Eccleſiæ alæ columbæ.

Pſal.54.

¶ Sed magna hîc oritur dubitatio, quoniam quæ modò diximus videntur ea tollere, quæ hactenus dicta ſunt. Si quidem draco victus à ſanctis proiectus eſt in terram, ideſt, ad terras, terreſtres homines oppugnando deſcendit: poſt hęc, ait Ioannes: & poſtquam vidit draco, quod proiectus eſſet in terram perſecutus eſt mulierem quæ peperit maſculum: & datæ ſunt mulieri alæ duæ, aquilæ magnæ, vt volaret in deſertum. Si iam deſijt pugnare cũ illis, quos in cœlo eſſe dixit: & verſatur in terra, inter eos qui electi non ſunt, & Antichriſto cadent, ſicut Dominus prophetauit Math.24. Ita vt in errorem inducãtur ſi fieri poteſt, etiã electi: quomodo mulier fugit in ſolitudinem: aut quomodo non columbæ pennas habet, ſed aquilæ? Reſpondeo. Aliud eſſe pugnare, quod ſpe victoriæ fit: aliud perſequi ſine pugna, deſperata iam victoria. Diabolus pugnabit prius cum electis, vt eos ſibi per Antichriſtum ſubijciat: deinde victus deſcendet ad pugnandum, cum Chriſtianis terreſtrem vitam & à lege Dei abhorrentem degentibus, vt Chriſtum abnegent, & ad Antichriſtum deficiant: & prævalebit. De hoc dictum eſt: factum eſt prælium in cœlo &c. At mox eoſdem ſanctos hoſtiliter perſequetur, & quantum poterit, lædet: non ſpe victoriæ, ſed odio & deſperatione. Et propterea non dixit: pugnabit cum muliere: ſed perſecutus eſt mulierem. In muliere autem, illi ipſi intelliguntur, qui prius in cœ-

Dubitatio magna.

Reſpon.

Math.24.

lo esse dicebantur. De ea enim dictũ est: & signum magnum apparuit in cœlo mulier amicta sole. Sed quoniã illi quorum conuersatio est in cœlo, corpore in terra sunt, & simul cum terrestribus viuunt, mixti enim modo sunt ciues Hierusalem, & ciues Babylonis.)

¶ *In locum*, inquit, *suum*. Quẽ Deus ei parauit vt liberaretur in eo, nec tamen intelligendum est omnes sanctos in vnum, & eundem locum confugere: Sed in vnaquaque prouintia sæuiente persecutione Antichristi electi fugient ad loca tutiora & solitaria illius prouinciæ.

¶ *Vbi agitur per tempus & tempora & dimidium temporis.* Agitur verbo Dei, vt diximus. In eo autem quòd ait: *per tempus & tempora*. More hebræorum, & chaldæorum loquitur. Qui tempus aliquando pro anno accipiunt. Vt Dan. 4. donec septem tempora mutentur super eum. Et inferius: septem quoque tempora mutabuntur. Et cap. 7. ait Dan. & madẽtur in manu eius vsquè ad tempus & tẽpora & dimidium temporis. Et c. 12. Vsquè quo finis horum mirabilium? Et audiui virum qui indutus erat lineis in tempus & tempora, & dimidium temporis. Ira adnotant hoc D. Hieron. & Theodoretus in duo postrema loca Danielis. Vnde Hieron. cap. 7. Dan. sic ait: tempus annum significat, tempora, iuxta hebraici sermonis proprietatem, qui & ipsi dualem numerum habent, duos annos præfigurant. ¶ In hanc autem solutionem pugnant codices hebræi, inquiunt nõ nulli, & Græci. In quibus, *tempora* semper plurali numero dicuntur. In chaldæo cap. 7. Danielis, & in hebræo c. 12. & vtroquè in loco in græca translatione ne. Et hìc apud Ioannem. καιρὸν. & καιρὸς. Imo verò græci rarò duali vtũtur nisi in versu. Chaldei eum non habent, nisi forte mutuatum ab hebræis: sed nequè hebræi eo vti solent, nisi in omnibus rebus quas natura, aut ars binas facit, vt aurium, oculorum, &c. De re quidẽ nulla est dubitatio, quoniam ipse Apostolus apertè explicat. cap. 13. cum ait. Et data est ei potestas facere menses. 42. Et cap. 11. iam legimus: & ciuitatem sanctam calcabũt mensibus. 42. Sed cur in temporibus, duo anni & non plures significentur, longè difficilius est. Hieronymi me verba cogunt vt putem eo tempore quia nulla puncta erãt apud hebræos, aut chaldæos lectum esse. cap. 7. Hidanaim. &c. 12. Mohadaim nomine duali, nõ autem Hidaim, aut Mohadim, vt nunc legitur. Atquè hoc non esse nouum apud Hebræos indicat illuò Gene. 49. Isachar asinus fortis accubãs inter terminos. Vbi vt duo termini intelligerentur, dualis numerus est hodie in libris hebræorum, vnde aliqui transferunt habitãs inter duos ordines. Alij inter duos fines, alij inter duas sarcinas, siue duo onera. In græco autem, aut dualem esse positum dicendum est, aut certè pluralem pro duali vsurpari. Vt sæpè fit: sicut in loco citato Gene. 49. Et in Psal. 67. Vbi dicitur si dormiatis inter medios cleros. 70. interpretes plurali numero verterunt: cum sit apud hebræos dualis. Atquè idem faciũt quoties in hebræo est numerus dualis. Sed si plurali legatur, vt nunc habent chaldaica, & hebraica, & græca exemplaria, quibusdam ira respondendum esse placet. Pluralẽ quia inter coarctatos numeros ponitur, per eosdem coarctari, vt quàm minimum possit, significet.

similitudo sequitur

quid per tempus & dimidium temporis in sacra scriptura intelligatur

Dan. 4.

Gen. 49.

Hiero. Theodore.

cet. Nam quia tempus dicit, & postea dimidium temporis, numerum valde definitum, & certum significare vult: quare pluralem quem interponit coarctare volet quàm maximè potest, vt duo tantùm significet, alioquin nihil definitum indicaret.

¶Et misit serpens ex ore suo post mulierem, aquam tanquam flumen, vt eam faceret trahi â flumine.

¶Ecclesiam, quam diabolus assequi per culpam nequiuit, obruere aquis tribulationis conatur. & quia ex inspiratione diaboli procedit hæc persecutio, ideo dicitur ex ore serpentis flumen procedere. Per os enim aspiramus, & inspiramus. Habet verò suas aquas, & sua flumina Spiritus sanctus, quib⁹ rigat Ecclesiam, fluminis enim impetus lætificat ciuitatem Dei. Psal. 45. Et flumina de ventre sanctorum, & iustorum in vitam æternam salient a dicuntur. Ioann. 7. Et fons etiam dicitur scaturire Ioan. 4. Cæterum serpens, dei improbus æmulator, etiam habet sua flumina vexationum, quibus iustos in culpas rapere molitur. Psalmo. 123. Cum irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos. Et Psalmo. 92. Eleuauerunt flumina Domine, &c. Et Psalmo. 68. Saluum me fac Domine, quoniam intrauerunt aquæ vsquè ad animam meã: & Esa. & Pro eo quòd abiecit iste populus aquas Syloe, &c. Propter hoc ecce adducet Dominus aquas fluminis Assiriorum. vbi captiuitatem intelligit, teste Hieronymo, per aquam. Non ita flumen hoc Ecclesiam assequitur, sed post illam sequitur. Quia licet corporaliter vexetur Ecclesia in martyribus, non tamen transfertur in culpam. Sic Beda, Ansber. & D. Tho. & alij.

Habet suas aquas Spiritus sanct⁹ quibus rigat Ecclesiam.
Psal. 45.
Ioa. 7.
Ioa. 4.
Habet diabolus sua flumina tribulationum.
Psa. 123.
Psa. 92.
Psa. 68.
Esa. 8.
Beda.
Ansber.
D. Tho.

¶Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen, quod misit draco de ore suo. Terra hæc secundum Bedam, D. Thomam, & Ansbertum, Christum significat, aut ratione carnis terrenæ, aut vt ait Anselmus propter stabilitatem. Adiuuat itaquè Christus Ecclesiam, in se ipso summ ẽdo mortem, & afflictiones omnes: & hoc modo meritoriè facit vt Ecclesia ab illis liberetur. Et etiam exemplum viuendi tribuit Ecclesiæ. 1. Petri. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum. Et quia gratulanter susceptit passionem in se, dicit, quòd aperuit os suum ipse Dominus, & absorbuit flumen tribulationum, qui sanè in resurrectione consumpsit eas omnes aquas. Aymon cũ hac expositione conuenit. Terra, inquit, significat humanã naturã vnde primo homini dictum est, illud Gen. 3. terra es, & in terram ibis. per terrã ergo in hoc loco caro nostri redemptoris intelligitur, qui cum in forma dei esset, formã serui accepit. Hæc terra mulierem adiuuit, quia ipse primus omnes fluctus humanæ persecutionis pertulit & deuicit. Hinc est illud Psalmi. 109. De torrente in via bibit, propterea exaltauit caput. Et illud Ioa. 16. confidite, quia ego vici mundum. &c.

Primus sensus. Beda. D. Tho. Ansber. Terra christus hic vocatur & quare.
1. Pet. 2.
Aymo.
Gen. 3.
Psa. 109.

¶Alter sensus est, vt terra hæc significet perfectorum hominum multitudinem, qui in se recipiunt passiones, Acto. 21. dicebat Paulus, ego nõ solũ alligari, sed mori paratus sum propter nomen Domini Iesu. Altera expositio est, vt per terram intelligamus principes seculares, quia vt contigit tempore Constantini, coactis concilijs Ecclesiam adiuuarunt: sic habetur in Collectaneis, & ita Rupertus. Sed pla-

Secundus sensus.
Acto. 21.
Ruper.

planior huius loci mihi sensus videtur, his verbis significari nũtios, & satellites Antichristi ad sanctos reducẽdos missos: in medio itinere à terra esse absorbẽdos ad cõsolationem sanctorum, & terrorem impiorum. Augustinus Homi.10. absorta aqua, de persequutoribus facta vindicta est. Sũt qui putent persecutores, absortos dici, quoniam mortui & sepulti sunt. At nõ propriè id dicitur. Quoniam qđ absorbetur, motu quodam & vi absorbentis rapitur & trahitur. Vnde Deutero.11. dicitur cognoscite, inquit, signa quæ fecit, &c. Dathã, & Abiron, filijs Eliab, qui fuit filius Ruben: quos aperto ore suo terra absorbuit, cum domibus & tabernaculis. De eisdem scriptum est, num.16. Dirupta est terra sub pedibus eorum, & apperiens os suum deuorauit illos, cum tabernaculis suis. Eisdem vocabulis nunc Ioan. vtitur. Quid igitur mirum, si quod tunc accidit, detrahentibus Moysi, & Aaron, tempore Antichristi accidat exercitui persequenti sanctos?

¶Et iratus est draco in mulierem, et abiit facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi, et stetit supra arenam maris. ¶Initiatur ira diaboli aduersus Ecclesiam, quia videt non potuisse illam superare, quam optabat delere, atquè cum perfectiores Ecclesiæ videat diabolus ereptos, ad infirmiores se conuertit: vt illos saltim corrumpat. Et tamen dicũtur esse de semine Ecclesiæ, quod sunt regnati, non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbum Dei viui. 1. Petri. 1. Atquè signanter conatur peruertere bonos, & aduersus eos, qui seruãt mandata Dei aciem dirigit: vt fecit primis parentibus, quos ad transgressionem solicitauit, Gene. 3. Ideo dicitur, quòd abijt facere prælium cum reliquis de semine eius qui custodiunt mandata Dei. ¶ Dicendum. quòd sancti, qui in locis Antichristo finitimis versabantur, fugerunt indesertum: & illi capti nõ sunt. Propterea iratus draco, quod efficere non potuisset, quod volebat, curauit persequi eos, qui in remotioribus regionibus degebant: Antichristumquè excitauit, vt ad eos mitteret persequutores. Hi sunt igitur aduersus quos diabolus nunc præliari dicitur. Nam de remotioribus verba fieri, satis indicat cum ait: & abijt facere prælium cum reliquis.

¶Item eos oppugnat, qui cum cõseruatione mandatorum habent animosam fidei confessionem, quod vocatur hic testimonium Iesu Christi secundum Richardum, & Anselmũ, & alios. & prius opera posuit, quàm fidem, ratione maioris dignitatis quæ est in charitate, & eius operibus secũdum Aymonem.

¶Cæterum stetit diabolus, & immoratus est, velut in possessione propria super arenam maris, nam arena quæ malè inter se vnitur, & in fructuosa est, infideles significat, super quos diabolus stat: atquè super eos, veluti super arenam graditur. Hęc expositio est communis. ¶Alia litera, quam sequitur: D. Thom. habet sedit pro stetit. Nã diabolus ad tempus relinquit iustos, & in malis quiescit, aut quia est ita Dei voluntas, aut vt incautos, & securos bonos postea opprimat. De hoc D. Thomas. Hanc esse prophetiam turcarum aliqui existimant, qui veluti arena maris multiplicantur, super quos diabolus sedet, & residet, de hoc legenda sunt Colle-

Augu. Deut.11. Num.16. Ioã. Richar. Anſel. Aymo. D.Tho. D.Tho. 1.Pet.1.

ctanea. ¶ *Et ſtetit ſuper arena maris.* Prædicta huius loci expoſitio myſtica magisquàm literalis videtur. Præcipuè cum continuo ſequatur in.cap. 13. *Et vidi de mari beſtiam aſcendentem.* Deinde quum draco abierit ad faciẽdum prælium cum ſanctis, quorſum dicitur: & ſtetit ſupra arenam maris, ideſt, multitudinem impiorum: cum nihil aliud addatur. Difficultas ſanè oritur ex deprauata lectione: nequè enim legendum eſt, *ſtetit*, ſed ſteti primæ perſonæ: vt patet ex Græco, ἔστην. Ita legitur apud Aretam, & ſimiliter in codice complutenſi legitur *ſteti*, in prima perſona. Et Rupert⁹ eodem modo legit: & interpretatur. Nõ ergo dicit draconem ſtetiſſe ſuper arenam maris, ſed ſe in ipſum ductum fuiſſe: vt ſæpè contingit prophetis. Vt Ezech. c. 8. & Dan. 8. & ipſi Ioan. c. 17. Et abſtulit, inquit, me in ſpiritu in deſertum, & vidi mulierem, &c. Quorſum autem ductus fuerat ad arenam maris ex his verbis continuò ſequentibus. c. 13. fit manifeſtum. Ioan. enim ait: & vidi beſtiam de mari aſcendentem, &c. Vt ergo videret beſtiam ductus eſt in ſpiritu ad littus. Quare caput. 13. hîc incipiendum erat, vt incepit apud Aretam, Rupertum, & Richardum.

Aretas. Ezech. 8. Dan. 8. Ioa. 17. Aret. Ruper. Richar.

¶ *Finis. Cap. XII.*

Intelligentia Capitis duodecimi Apocalypſis.

Acramẽtum magnum mihi oſtenſum eſt in cœlo. Nã oſtenſa eſt mihi mulier amicta ſole, hoc eſt, Eccleſia amicta Chriſto vero ſole, & habens ſub pedibus ſuis terrena omnia quæ velut luna mutantur: & in exordio ſuo pro corona habebat duodecim Apoſtolos, tanquam duodecim ſtellas: Imo ornatum erat caput eius, ideſt, Chriſtus, corona duodecim Apoſtolorum. Deinde coronata erat duodecim ſtellis, quia ſplendet omnibus virtutibus, & donis in ſtellis ſignificatis. Hæc mulier, hoc eſt, Eccleſia grauida erat, conceperat enim Chriſtum in ſuis fidelibus, ſiue conceperat filios, & quotidie concipit ſpirituales in illo vno filio ſignificatos, & clamabat, atq; quotie clamat, vt de filiis diaboli filios Dei pariat, & producat. & peculiariter in tempore Antichriſti clamabit eadẽ cauſa. Et ſtatim viſum eſt aliud myſterium, ecce diabolus, draco quidem magnus, cum magnam habeat poteſtatem, & cruentus, habens. 7. peccata capitalia. 7. què regna quibus á mundi principio electos infeſtauit et perſecutus eſt. Atquè de ſuperatis per hæc. 7. capitalia regna victoriæ diademata geſtãs. Habẽs etiã decẽ cornua, hoc eſt, decẽ re-

reges qui non dum venerunt, venturi tamen sunt. Cauda sua, hoc est, astutia sua fideles multos, qui quasi stellæ lucent in Ecclesia premebat: mittebatque eos in terram: dum terrenis eos delectationibus tenebat in ecensos. Diabolus iste Ecclesiam, Christum in fidelibus, siue fideles ipsos parere cupientem, instanter impugnat. Imo Christum, quem illa in cordibus fidelium parit, quod ad electos attinet: siue ipsos fideles deuorare cupit: illos per peccati suggestionem recenter in Christo natos extinguendo. Et peperit Ecclesia Christum in cordibus fidelium, filiũ verè masculum, & virilem, qui impios in virga ferrea, hoc est, austero damnationis iudicio reget. Item peperit filios verè masculos, & in virtute viriles, qui in die iudicii impios potestate sibi tradita sunt iudicaturi. Atq; virga ista ferrea condemnaturi. Is ergo filius, quem in nobis parit Ecclesia, raptus est ad Deum & ad thronum eius in ascensione. Ipse quoq; fidelium cætus, Ecclesiæ filius raptus est in cælum, & rapietur tempore Antichristi, quando aduersus dæmonis insidias mente in Deum feratur, gratiam & robur impetraturus. & quando ab Antichristo & à suis persecutus occisus per mortem rapiatur in cœlum quo perpetuò quiescet, & feratur ad thronũ Dei. Tunc mulier ista, hoc est, præcipuus cætus electorũ fugit, in solitudinibus errans ob tantam sæuiciam Antichristi & suorum, vbi fere tribus annis cum dimidio pascetur verbo doctrinæ ab Enoch, & Elya, & aliis viris sanctis. Et factum est in Ecclesia tempore Antichristi prælium spirituale maximum: nam Michael, & angeli eius tàm cælestes quam iusti, qui angeli vocantur, præliabantur defendendo Ecclesiam, subsidiis spiritualibus, cum diabolo, & angelis suis visibilibus, & inuisibilibus: Et non præualuerunt diabolus, atq; reprobi ministri eius aduersus iustos aut Ecclesiã, quæ fundata est super firmam petram. Et parta victoria, proiectoq; diabolo, & suis satellibus in infernum, siue in homines terrenos, cælites meritò canunt, nunc apparet salus, quam Deus in hominibus efficit, saluos eos faciens: nunc apparet virtus & potestas, quã hominibus præbet adpugnandum: & quam ipse habet ad eos protegendum. Nunc apparet regnum, quoniam omnes diaboli artes nõ valuerunt efficere, vt non regnaret in electis suis. Etiam nunc proiecto diabolo manifestata est potestas christi eius: quia victus atquè proiectus est foras, qui dies noctesq; accusare non cessabat fratres nostros ante thronum Dei, vt æterno supplicio afficerentur. Sed sui compos factus non est: nam ipsi per merita sanguinis christi, & per imitationem eius vicerunt tentationes suas: et per aper-

tam

tam fidei confessionem de christo:nihil facientes vitas suas propter illū. Propterea ò vos cæli viriq3 cælestes lætamini de proiectione diaboli, & Angelorum eius.Contrà autem,væ hominibus terrenis,vagis, & stabilibus,quia expulsus diabolus ab electis,atrocius in vos sæuiet ,tantò magis indignatus,quantò magis,ac magis instare tempus iudicii intellexerit. Cæterùm,quantò fortius ab Ecclesia fideliumq3 cordibus diabolus eiicietur,tantò eos acrius corporali vindicta persequetur:sed non deerunt Ecclesiæ aduersus illum remedia,nā datæ sunt mulieri,hoc est, Ecclesiæ duæ alæ,hoc est,duo testamenta,aut duæ dilectiones,Dei,& proximi , aut duæ vitæ,actiua & contemplatiua,vt à terrenis,vt aquila, in cælum volet toto tempore vitæ suæ,quo alitur doctrina, quam Christus tribus annis cum dimidio docuit.Item sicut huic mulieri datæ sunt duæ alæ aquilæ quo fugeret in desertum,ita Ecclesiæ dabitur tunc,eam persequente Antichristo,velocitas maxima qua fugiat in solitudinem hinc , inde, & sic euadat á persecutione,toto illo tempore quo Antichristus regnauerit,hoc est,tribus annis cum dimidio. Quo tempore verbo Dei vt superius diximus pascetur.Et misit suggestione sua aduersus Ecclesiam dæmon flumen persequutionum,vt vel sic á fide cogeret electos deficere. Sed diuina prouidentia factum est,vt terra subitò aperiretur,& huiusmodi persecutores in flumine significatos absorberet:sicut olim aperta est, & absorbuit Dathan,& Abiron cum domibus & tabernaculis.Vidēs autē diabolus quòd nihil proficeret in fideles sibi propinquos:abiit ira maxima commotus in longincas regiones ad præliadum cum alijs fidelibus, Ecclesiæ filijs,custodientibus mandata Dei,& profitentibus fidem eius. Post hæc ego Ioannes steti super mare,& vidi quæ statim referam.

RR

CAPVT DECIMVM TERtium. Argumentum.

Nomine beſtiæ, Antichriſti, cæterorumq́, eius, et diaboli ſatellitum habitus deſcribitur: eorumquè blaſphemia, & impietas, & pugna aduerſus ſanctos. Deinde ſpecialiter Antichriſtus, & eius ſatellites, & prædicatores manifeſtantur cum poteſtate etiam inſolita miracula faciendi, vnde ad ſimulachri beſtiæ adorationem, & eius characterem geſtandum pene omnes compellent.

ET vidi de mari beſtiam aſcẽdentem, habentem capita ſeptem, & cornua decem, et ſuper cornua eius decem diademata, et ſuper capita eius nomina blaſphemiæ. Et beſtia quam vidi, ſimilis erat pardo, & pedes eius ſicut pedes vrſi, et os eius ſicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem ſuã, et poteſtatẽ magnam. Et vidi vnum de capitibus ſuis quaſi occiſum in mortem: & plaga mortis eius curata eſt. Et admirata eſt vniuerſa terra poſt beſtiam. Et adorauerunt draconem qui dedit poteſtatem beſtiæ: & adorauerunt beſtiam, dicentes. Quis ſimilis beſtiæ? & quis poterit pugnare cum ea? Et datum eſt ei os loquens magna & blaſphemias: et data eſt ei poteſtas facere menſes quadraginta duos. Et aperuit os ſuum in blaſphemias ad Deum blaſphemare nomen eius, et tabernaculum eius, et eos qui in cœlo habitant. Et eſt datum illi bellum facere cum ſanctis, & vincere eos. Et data eſt illi poteſtas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem: et adorauerũt eam omnes qui inhabitabant terram, quorum non ſunt ſcripta

ta nomina in libro vitæ agni, qui occisus est ab origine mũdi. Si quis habet aurem, audiat. Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet: qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Hic est patientia & fides sanctorum. Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra: et habebat cornua duo, similia agni, & loquebatur sicut draco. Et potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu eius: & fecit terram, & habitantes in ea, adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis. Et fecit signa magna, vt etiam ignem faceret de cœlo descẽdere in terram in conspectu hominum. Et seduxit habitantes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ, dicens habitantibus in terra, vt faciant imaginem bestiæ, quæ habet plagam gladii, et vixit. Et datum est illi vt daret spiritum imagini bestiæ, et vt loquatur imago bestiæ, et faciet vt quicũque non adorauerint imaginem bestiæ, occidantur. Et faciet omnes pusillos, et magnos, & diuites, & pauperes, et liberos, & seruos habere characterem in dextra manu sua, aut in frõtibus suis: & ne quis posset emere aut vendere, nisi qui habeat characterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis eius. Hic sapientia est. Qui habet intellectum: computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est: et numerus eius sexcenti sexaginta sex.

Gen. 9.a
Math. 26.c

A B C D

Caput. XIII.

ET vidi de mari bestiam ascẽdentem. Quæ hactenus visa sunt de draconе magno tot capitum, qui deuorare conabatur illius sanctæ mulieris filium: & illo rapto ad Deum, tàm grande commisit prælium cum his, qui habent testimonium eius, iam pridem impleri cepta esse ante nos luce clarius est. Adhuc vna tribulatio futura est, inqua cæteræ omnes, quæ præ-

cesserunt, recapitulabuntur, omnium tribulationum sæuissima, quæ fiet sub Antichristo, quando reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis: qui aduersabitur, & extolletur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus, cuius aduentus erit secundum operationem sathanæ in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis, his qui pereũt, eò quòd charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent, testante Apostolo. 2. ad Thessa. 2. Immittet (inquit) illis Deus operationem erroris, vt credãt mendacio: vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Illa, inquam, vna & suprema tribulatio modò supereſt. De illo ergo filio perdito, dequè extollentia eius, prodigijsquè mendacibus, tribulationum insuper arietibus, præsens hæc visio demonstratur.

2. Thes. 2.

¶ Vidi, inquam, bestiam. Per bestiã istam Antichristũ intelligi, affirmant patres multi. Bestia enim generale nomen est agno contrarium. Quo significatur, quòd populum Christi peculiarẽ inexorabili odio persecutura sit bestia hæc truculenta, & immanis.

Bestia erit Antichristus agno Christo cõtrarius.

Gag. Collect.

Ascendentem de mari. Ansbertus annotauit hîc alio textu sic legi: ascendentem ab abysso. Abyssus autem in scriptura multipliciter vsurpatur. Primò abyssus dicitur, infinita aquarum congeries, quæ fundum non habeat. ἄβυσσος, quasi, ἄνευ βύσσου. Iones enim, βύσσους dicunt, ἀντὶ τοῦ βυθός. adhũc modum accipitur, Psalmo. 35. Iudicia Dei abyssus multa. Iudicia enim Dei, quibus omnia dispensat, gubernat, & diiudicat, profunda sunt, & inperuestigabilia, quæ nullus valeat humanus intellectus perscrutando inuenire: quemadmodum abyssus immensa, cuius profunditas cognosci non potest. Sic etiam aliqui intelligunt illud Psalmi. 41. abyssus abyssum inuocat. Est enim tàm vetus quàm nouum testamentum abyssus impenetrabilis. Vna autem abyssus aliam inuocare dicitur, propter vtriusquè testamenti consonantiam. Vnus enim veteris testamenti locus exponitur, & intelligitur per alium noui testamenti, & vna propheria per aliam, & sic vna prophetia aliam inuocat. Secundò, abyssus in scriptura pro inferno capitur, quomodo sumitur apud Lucam. cap. 8. Vbi dicitur, quòd dæmones rogauerunt Christum, ne imperaret illis, vt in abyssum irent, hoc est, in Tartarum: quem locum sciebant sibi destinatum in extremo die. Tandem abyssus, pro seculo hoc nequam, ac cordibus impiorum sumitur. Sic sumit Augustinus abyssum Psalmo. 103. Vbi vates regius ait: fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi. Abyssus sicut vestimentum amictus eius super montes stabunt aquæ, ab increpatione tua fugient. In quæ verba Augustinus ait: omnis aqua diffusa per maria, flumina, antra occulta, abyssus dicitur, hæc vt vestis terram circumdat: quæ tempore diluuij tantùm creuit, vt montes operiret: sed cum prophera dicat: super montes stabunt aquæ, & non dicat: super montes steterunt aquæ non vt de præteritis, sed vt futura post Prophetam annunciat. Mystycè ergo de diluuio, & abysso persecutionis loquitur: quòd diluuiũ montes etiam deprælsit: & quasi sub aquis fuga latebant Apostoli Ecclesię

Abyssus multipliciter in sacra scriptura.

Psa. 35.

Psa. 41.

Luc. 8.

Psa. 103.

Glo. interlin. Aug. Psa. 103.

mon-

montes:ſed hoc non diu, quia ab in- A
crepatione diuina fugerunt aquæ per
ſecutionum. Hoc igitur modò abyſ-
ſus ſecundum aliquos hîc accipitur.
Antichriſtus ergo de mari aſcendit, ſi
ue de abyſſo, quando de ſeculo hoc
nequam, & vitiorum profunda Abyſ
ſo, in ſuperbiam, & ferociam ſe erigit.
Ait ergo noſter Ioānes.

¶ *Vidi beſtiam de mari aſcendentem.*
ideſt, Antichriſtum de populo vitio- B
rum ſeſe erigentem. Et meritò illum
appellat beſtiam propter ſuam fero-
citatem, & immanitatem. Vnde ob-
ſerua, quòd beſtia in malam accipi-
tur partem, pro fera crudeli & noxia
quo modò etiam latini accipiũt, cum
dicunt: pugnare cum beſtijs, aut mitti
ad beſtias. Vt legimus etiam 1. Cor. 15.
Si (ſecundum hominem) ad beſtias
pugnaui Epheſi. Vnde beſtiarij dice-
bantur qui cum beſtijs pugnare dam
nati erant. Hinc à Seneca Ludus be- C
ſtiariorum nuncupatur, quo beſtiarij
depugnabant. Cicero pro Seſtio, præ
clara ædilitas, vnus leo, ducenti beſtia
rij. Quòd etiam indicat nomen græ-
cum, θηρίον, quo ſemper vtitur noſter
Ioan. Et propriè accomodatur ad ea,
quæ veneno aut morſu nocent: pro-
pterea Antichriſtus beſtia dicitur pro
pter eius crudelidatem, & ferocita-
rem: & eandem ob cauſam Dan. 6.
quatuor illa regna, quatuor beſtiæ di- D
cuntur: vt ait Hieron. ibi. Reprobi e-
tiam, & ſcelerati homines appellan-
tur in ſcriptura beſtiæ. Ad Titum. c. 1.
Apoſtolus ait: cretenſes ſemper men
daces, malę beſtiæ, ventres pigri. Re-
fert enim Paulus dictum Epimenidis
Cretenſis, qui appellatur à Paulo, pro
pheta Cretenſium, per ironiam, vel
iocum, eò quòd fuerit poëta illorum.
Nullum enim diſcrimen eſt inter e-

beſtia in malam partem accipitur in ſcriptura.

1. Cor. 15.

Hiero.

Ad Titũ. 1

quum qui non diſcernit inter hor-
deum, & triticum, & hominem vitijs
deditum. Ideo dicebat Dauid: nolite Pſa.
fieri ſicut equus & mulus, in quibus
non eſt intellectus. Hæc ſunt beſtiæ,
de quibus myſticè dicebat Iob. c. 40. Iob. 40.
Huic montes herbas ferunt, omnes
beſtiæ agri ludent ibi. Sublimes enim
& elati homines per montes ſignifica
tos, elephanti, hoc eſt, Diabolo her-
bas ſuarum voluptatum, quibus paſ-
catur, afferunt. Et quemadmodum a-
nimalia in montibus congregantur
ad ſui ſecuritatem, & otium: ſic etiam
ſub hominum ſublimium, & ſuper-
borum protectione, homines more
beſtiarum viuentes, ac ſæuientes ſecu
ri requieſcunt. In cuius typo teſtatur Dan. 4.
Dan. cap. 4. Se vidiſſe ſubtus arborem
habitare animalia, & beſtias. Hæc de
niquè ſunt beſtiæ de quibus olim prę Eſa. 35.
dicebat Eſa. cap. 35. Non erit ibi leo, &
mala beſtia non aſcendet per eã. Hac
via quæ eſt Chriſtus, non ambulabit
diabolus, nequè eius miniſtri: ſed am-
bulabunt per eam, qui liberati fuerũt
nimirum à peccatis, & per Chriſtum
redempti. Per leonem intellige dia-
bolum: de quo ait Diuus Petrus. Ad- 1. Pet. 5.
uerſarius veſter diabolus tanquàm
leo rugiens, circuit quærens quem de
uoret. Per malas beſtias, infideles, cæ-
teroſquè homines ſceleratos diaboli
ſatellites.

¶ *Aſcendentem*, inquit, *de mari*. Ple
risquè expoſitoribus videtur eò dici
hanc beſtiam de mari aſcendere, qđ
de reprobis exeat quos in mari ſigni-
ficari credunt, vt modò dicebamus.
Nos autem explicemus id quod ſecũ
dum ſermonis proprietatem obſerua
mus. Nam cum de mari exeuntem
hanc beſtiam viderit noſter Ioan. re-
ctè & accomodatè non exeuntem

dicit, sed ascendentem: quod littus superius ipso mari sit. Atque ideo semper in sacra scriptura qui intrant in mare dicunt descendere, qui exeunt dicuntur ascendere. Vt psalmo. 106. Qui descendunt mare in nauibus facientes operationes in aquis multis. Esa. 42. Qui descenditis in mare, & plenitudo eius, & supra. cap. 11. Bestia ascendit de abysso. & Dan. 7. Vidit bestiam ascendentem de mari. Sed ais: quid ergo est quòd Dauid ait: Psalm. 105. & irritauerunt ascendentes in mare, mare rubrum. Ad hoc dico primũ, in hebræo non esse ascendentes, sed irritauerunt super mare in mari rubro: vt ex hebræo vertit, & super mare dictum est pro, iuxta mare. Vt Psal. 136. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus. tamẽ septuaginta interpretes posuerunt ascendentes, habentes rationem situs loci. Est enim Aegyptus humilis, ideoquè egredientes ex ea versus desertum Arabiæ ascendunt. Itaquè non de aqua loquitur, sed mare vocat littus maris, quod superius Aegypto est. Et in quo Deũ irritauerũt, flentes quod educti essent ex Aegypto, Exod. 14. Quòd verò per mare, sæculum istud intelligatur probari potest ex illo quod Dan. ait: cap. 7. Vidi, inquit, in visione ea nocte & ecce quatuor venti cœli pugnabãt in mari magno. & quatuor bestiæ grãdes ascendebant de mari, diuersæ inter se. In quem locum, Hieroy. ait: mare autem mundum istum, Sæculumquè significat, salsisquè maris fluctibus redundantem. Sicut Dominus in parabola sagenæ missæ in mare interpretatur. Ista Hiero. interpretatio vera est: nam præterquam quòd parabola confirmatur, vt ipse ait: Daniel palàm exponit: prius siquidem ait: & 4. bestiæ grandes ascendebant de mari: & postea ita interpretatur. Hæc quatuor bestiæ magnæ, quatuor sunt regna, quæ ascendunt de terra. Ex cornibus autem bestiæ. 4. Danielis, ortum est cornu paruulum quod significat Antichristum. De quo ait: aspiciebam & ecce cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos, & prævalebat eis. Non est ergo dubium bestiam quam vidit Ioã. ascẽdere de mari, de terra ascendere, siue de sæculo ipso pleno fluctibus amaris, & tumultibus: quod idcirco verè mare vocatur.

¶ Arbitror etiam propterea dici ascendere de mari, quòd subito & quasi ex improuiso apparebit eius potestas, & quòd maxima futura est, atquè terribilis, & qualis antea non fuerat. Sumpta similitudine, à maris terribilibus belluis, quæ subito exire solent ex mari: & prodigiosa forma atquè nouitate terrere, ac terræ nocere. Qđ ex parte intelligi potest ex his quę Plinius scripsit de crocodilo, & hippopotamo, lib. 8. c. 25. Atq; hoc etiam de bestijs Danielis similiter intelligendum est.

Habentem capita septem et cornua decem: et super cornua eius decem diademata, et super capita eius nomina blasphemiæ. Obserua diligenter, quòd id qđ in hoc loco de antichristo dicitur, dictum etiam est de diabolo capite duodecimo. Et ecce, inquit, draco magnus, rufus, habens capita septem & cornua decẽ. & in capitibus eius diademata septem. Sed diabolo optimè hæc omnia conueniunt, propter membrorũ eius varietatem, & multiplicitatem: sed in Antichristo quomodo hęc conuenire possunt, cũ vnum sit tantum membrum diaboli? Respondetur, optimè hæc omnia illi con-

Psa. 106.
Esa. 42.
supra. 11. Dan. 7.
Psa. 105.
Psa. 136.
Exo. 14.
Mare mũdum significat.
D. Hiero.
Math. 13.

conuenire: nam vt diximus ibidem illa omnia ad tẽpora Antichristi maximè conueniunt, & pertinent. Et sicut Antichristus membrum diaboli est: ita oẽs illi reges sibi subditi, membra sunt quodammodo ipsius Antichristi. Et ipse propter excellentiam malitiæ & iniquitatis caput eorũ dicitur. Atq; ita vocatur à Gregorio lib. 32. moralium ca. 22. De quo scriptum est Abacuc. 3. percussisti caput de domo impij. i. de domo diaboli. Quod caput est Antichristus vt ait Hieronymus in expositione secunda illius capitis. Hoc explicat Diuus Thomas eleganter tertia parte quæstione octaua, articulo septimo, & octauo. Quomodo diabolus sit caput malorum omnium: & quomodo Antichristus membrum cum sit eius, dicatur esse caput. Sicut enim caput Christi est Deus: & tamen ipse est caput Ecclesiæ: ita Antichristus est membrum diaboli, & tamen est caput malorum, propter perfectionem malitiæ, quæ tanta erit in illo vt omnes impij qui illum præcesserint, sint quasi quędam figura Antichristi. Secundum illud quod Paulus scribit 2. ad Thess. cap. 2. Mysterium iam operatur iniquitatis. Ait ergo noster Ioannes de illo.

Grego. li. 32. mor. c. 22.
Abacuc. c. 3.
Hiero.
D. Tho.
2. Thess. 2.

¶ *Habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, et super capita eius nomina blasphemiæ.* Dicitur ergo Antichristus habere capita septem, sicut & draco, propter omnia septem mortifera peccata quibus erit contaminatus. Imo quia septennarius numerus perfectus est, per septem hæc capita vitiorum vniuersitas significatur, qua erit fera ista imbuta, sicut draco, hoc est diabolus pater eius. ¶ Præterea per capita regna designantur, (vt annotauit Rupertus.) Habebat ergo draco septem capita, hoc est regna, quibus infestauit Ecclesiam. Totidem habere dicitur hæc immanis bestia. Capita draconis hæc sunt. Regnum Aegyptiorum, quod Israelitis erat infestum: regnum impiæ Iezabelis & posteriorũ eius persequentium propheras Domini: regnum Babiloniorum: Nabuchodonosore rege populum Dei abducente, & auream statuam, quam fecerat, adorare cogente. Regnum Persarum, & Medorum, quibus regnantibus voluit Aman perdere omnes Iudæos. Regnum Grecorum Antiocho regnante crudelia nimis exercentiũ. Regnum Romanorum sub Nerone & Domiciano, atque alijs Ecclesiam Dei persequentibus. Regnum deniq; Antichristi omniũ sæuissimum. Hæc sunt capita draconis. Totidem ergo habebit Antichristus. Habet enim sub se vniuersa regna numero septennario significata, superiorumque regnorum sic tyrannides in se recapitulatum est monstrum hoc horrendum, quod omnium sex regnorum sæuitia vtatur, vt etiam captiuitate opprimat populum Dei, perinde atque Pharao olim. Abducet autem à veritate multos, seque ab eis adorari faciet vt Nabuchodonosor statuam erectam: internitionem minabitur sicut Aman: faciet impias direptiones vt vterque Antiochus: occidet vt Nero, Domitianusque, & supra quàm hi omnes. Vt ergo hoc insinuaret Ioannes ait hanc bestiam habere capita septem.

Per 7. capita 7. regna Antichristi intelligũtur etiã. Sicut alia 7 regna significabãt 7. capita draconis.
regna diaboli annumerãtur. Exod. 3. 3 Reg. 18. Dan. 3.
Hesth. 3. 2. Mach. 10.
2. Mach. 3.
Math. 24.
Antichristi tyrãnis omniũ tyrannorum præcedẽtium tyrãnidem superabit.

¶ Dicitur præterea hanc bestiam habere cornua decem. Habebit enim decem subsè reges per hęc cornua significatos, contra decem Dei præcepta agẽtes: quæ per Psalterium decem cordarum, vt ait D. Augustinus, signi-

Antichristus habebit cornua 10. ideſt 10. ſubſe reges contra 10 Dei præcepta agentes Auguſt.

Psa. 32. ficantur. De quo ait Dauid Psal. 32. in Psalterio decem cordarū psallite illi.

Gag. pin. Dan 7. Per cornua verò reges intelligi edocemur à Daniele. c. 7. dicente: porrò cornua decem, decem reges erunt, qua tropo vsus est noster Ioānes hic.

¶ Cæterum non sine causa super hæc decem cornua, esse dicuntur decem diademata: cum solum septem, super septem capita habere draconē scribat, & affirmet Ioannes. Habuit igitur draco septem capita. 1. septem regna superius enarrata, quorū quintum fuit Græcorum, quod mortuo Alexandro in quatuor partes fuit diuisum, è quibus solum diadema quod habuit Antiochus infestum fuit populo Dei. Diadema imperium est: nam obid regum capitibus diademata imponuntur, vt imperia eorum designent, quibus par sit subiugari cæteros, quorum habenas tenent. Et quia quot erunt reges Antichristo subiugati, tot erunt huius impietatis ministri, ac decalogi impugnatores, ideo decem cornibus eius decem diademata imponuntur, ideſt, tot infestationis ministros obtinebit, quot reges sibi subiectos habebit, nullusque ab huiusmodi infestatione abstinebit.

Quare super. 10. cornua, ideſt 10. reges Antichristi sint. 10. diademata & super. 7. capita draconis non sint nisi. 7. cum habuerit etiā draco cornua 10.

Collect.

¶ *Et super capita*, inquit, *eius nomina blasphemiæ.* Siue vt Græca lectio habet ὀνόματα βλασφημίας. nomen blasphemiæ. Vbi accipitur singulare pro plurali de more scripturæ. Regna igitur Antichristi habere dicuntur nomen blasphemiæ siue blasphemū. Primò, quod omnia illa regna adorabunt illum, tanquam verum Deum. De illo enim ait Apostolus. Quia extolletur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Quibus verbis vult Paulus, quod nō tantum verum Dei cultum, sed & omnem alterius, præterquam sui, tollet idolatriam. Ipse siquidem solus, Dei nomen vsurpare contendet: ipsumq; solum regna eius, numero septennario signata, tanquam verum Deum colent, quæ maxima blasphemia est.

Quare regna Antichristi dicantur habere nomē blasphemū

2. Thess. 2.

Explicatur locus Pauli.

¶ Secundò super capita eius nomina blasphemiæ inesse dicuntur, quia non modo Antichristus ipse, sed omnia eius regna aduersus Deum, & aduersus eius Christū blasphemare non verebuntur. Affirmabunt enim Christum Dominum non esse Deum, sed magum, & in principe dæmoniorum eiecisse dæmonia, edisseq; cætera miracula, quod omnium maximum crimen, & scelus est. Vnde seruator aiebat apud Mathæum. c. 12. Omne peccatum, & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiæ non remittetur. Siue vt Græca editio habet: spiritus autem blasphemia non remittetur, vbi spiritus est gignendi casus. Ac si aperte diceret Dominus: omne peccatum & conuitium remittetur hominibus, at conuicium in spiritum sanctum nō remittetur ei. Tale fuit illud: in Beelzebut principe dæmoniorum eijcit dæmonia: tale illorum de quibus. D. Ioannes ait in prima sua Canonica. cap. 4. Omnis spiritus qui soluit Iesum ex Deo non est, & hic est Antichristus, de quo audistis quoniam venit. Soluere autem Iesum nihil aliud est quàm aliquid eorum quæ illi propria sunt auferre, vel scilicet diuinitatem auferre, vel humanitatem detrahere, quod ab hæreticis & Iudæis factum est, quorum vnusquisque meritò vocatur Antichristus à Ioanne, cum spiritum habeat Antichristi habentis in capitibus suis nomina blasphemiæ. Ipse enim, atque

Matth. 12. Exponitur locus.

1. Ioan. 4. Explicatur locus.

Gag.

atque omnia regna, & omnes princi- A pes & ministri eius dissoluent Iesum, affirmãdo non fuisse verum Deum, nec veram habuisse virtutem miracula edendi. Ipse enim, & omnes principes eius non solum blasphemabunt in Spiritum sanctum soluendo Christum, sed habebunt spiritum blasphemiæ, vt nostra editio legit apud Mathæũ loco modo relato. Totus enim erit in peccatis conceptus, totus in peccatis natus, totus totum vitam in sceleribus, & peccatis degens, ita vt iure optimo non vtcumque peccator, sed homo peccati vocetur à Paulo. 2. ad Thessa. 2. Quando reuelatus, inquit, fuerit homo peccati, filius perditionis, sicut ille dicitur homo Dei, qui omnes suas animi, & corporis actiones in Deum dirigit: sic bestia hæc homo peccati dicitur, quia omnia in se, tanquam in Deum verum diriget: nihilque boni in Deum verum & in Chri C stum eius referet: sed potius hoc pro certo apud se statuet, nullum honorem, nullum cultum creatori suo exhibendi. Et hoc est habere spiritum blasphemiæ, qui de facto non remittetur ei. Vexilla siquidem diaboli, & Antichristi eius stemmata, & coronæ eorum, erunt hæreses, conuicia in Deũ, atque cætera vitiorum genera: & de hoc maximè gloriabũtur. Atque hoc est gestare bestiam diademata, & nomina blasphemiæ in capitibus, & in cornibus suis. Cæterum de hoc spiritu blasphemiæ: siue de peccato in spiritum sanctum satis diximus in commenta super Luc. cap. 12. in illa verba: omnis qui dicit verbum in filium hominis remittetur illi, ei autem qui dixerit in spiritum sanctum non remittetur ei.

2. Thess. 2. Quare Antichristus vocatur homo peccati.

¶ Et bestia, quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius, sicut pedes vrsi, & os eius sicut os leonis. Hac monstruosa figura significare vult Ioannes (vt in summa nunc dicamus) quòd omnis crudelitas quæcunque vlquam fuit aliquando, siue etiam excogitari possit, futura est in illo, sine vlla exceptione, vt ipse sit solus vnicum totius malignitatis exemplum. Nunc singulas eius partes perpendamus.

Antichristus describitur tanquam mõstrum horrendum ingeus.

¶ Imprimis ait: quòd bestia ista si- B milis erat pardo. pardus animal est velocissimum, quod præceps fertur ad sanguinem: pardus bestia est maculis distincta, cuius fœmina appellatur panthera, quæ fallax quidem est, & amaritudine plena, & humani sanguinis auida. Sunt qui existiment idẽ esse pardum ac pantheram, fœminã autem pardalim vocari. Aiunt multa animalia sectari pantheram, eius odore ac pulchritudine delectata: quæ ab ipsa capiuntur, & dilaniantur, eamq; esse eius in venando solertiam. Qua propter Aegyptij eos qui propria vitia tegebant, & figuram virtutis ostendebant, imagine pantheræ notabant. Eas ob causas Daniel. cap. 7. Regnum Græcorum comparauit pardo, nam si pardus animal fuit velocissimum, nihil fuit victoria Alexandri magni celerius, nihil concitatius, ab Illyrico quippe, & Adriatico mari, vsque ad D Indicum oceanum. gãgem fluuium, non tam prælijs, quàm victorijs præcucurrit: & sex annis Europæ partẽ, & omnem Asiam sibi subiugauit. Benè ergo bestia similis pardo describitur: quia in ea malignitas bestiæ, & velocitas quæ erat in Alexandro in subiugandis regnis demonstratur: vt promiraculo fiat, quanta celeritate vniuersum orbẽ sibi subijciet. Pardus est maculosus, sic Græcorum regnũ macu-

Pardus animal velocissimum. præceps fertur ad sanguinẽ eius mores describitur.

Quare Aegyptij hypocritas imagine pantheræ notabãt? Dan. 7.

Alexandri magni velocitas in subigendo regna.

maculosum dicitur: tum, propter varias regiones, & oras, quas Alexander subegit, tum etiam, propter labes & vitia, quibus se maculauit ac polluit. Iam etiam ob causam bestia pardo similatur, quod innumeras, variasque nationes in manitate barbaras suæ ditioni subijciet: quod varijs, peruersisque moribus erit prædita. Denique si pardum, pantheramq; multa animalia sequuntur: eius pulchritudine delectata, quæ ab ipsa dilaniantur: non dubium hujusmodi fuisse Græcorum regnum vt historiæ prodiderunt. Hujusmodi etiam esse futuram hanc bestiam, nemo similiter est qui ignoret: tegebit enim propria vitia, & virtutũ imaginem ostendet, vt tali pulchritudine homines delectati eam sequantur: & tandem ab ea capiantur, & perdantur: ideo meritò pardo similis dicitur.

¶ *Et pedes*, inquit, *eius, sicut pedes vrsi.* Vrsus animal est calidum, sagax, astutum: viribus pollens, in labore patiẽs, & in victu parcum. Vrsus in ortu suo deformis est, authore Plinio, sine oculis, sine pilis, sine cruribus. At mater eum lambendo sensim ita cõformat, vt perfectum reddat. Propterea Daniel eodem c. 7. comparauit regnum Persarum vrso. Fuit enim sagax, potens, crudelis, vt author est Trogus Pompeius, & Xenophontes. Præterea hoc Persarum regnum initio sui dominatus, sordidum fuit, & abiectum: sed tempore labente ita illud prudentia in moribus expolluit, & in arte militari instruxit, vt paulatim ad summam nominis claritatem perduceret. Talis erit bestia ista sagax, crudelis, tales erunt pedes eius. Sed qui erunt pedes eius? nisi impij eius satellites per totum mundum discurrentes, parati ad effundendum sanguinem, & ad conculcandum sanctos. Vrsis enim vis est in pedibus calcandi. Quemadmodum regni olim Persarum pedes erant: Primus, Aman Agagites, deinde posteriores, quia rege Assuero crudeles epistolas de occidendis Iudæis deferre festinabant, vt primo quoque tempore sanguis eius funderetur. Pedes ergo eius sicut pedes vrsi, id est affectus crudeles nimis, & ministri domino crudeliores. Ministri, inquam, eius sagacissimi, viribus præstantissimi, labori minimè parcentes, de victu potuque non curantes, dum modo de fidelibus victoriam reportauerint. Pedes item eius, sicut pedes vrsi. Nam omnes Antichristi satellites, barbaros, abiectos, & rudes huius dominatus initio existentes, seculi prudentia ita in moribus dolabit, & in arte bellica erudiet, vt paulatim & sensim ad supremam nominis magnitudinem deducat. Iure igitur optimo pedes Antichristi pedibus vrsi comparantur. Præterea, pedes vrsi fortissimi sunt, quibus rectus incedit more hominum, & cætera animalia conculcat: ita Antichristus ad omnia solertissimus humanitatem simulabit, & quasi homo ambulare videbitur, sed vrsi tamen malitiam, & crudelitatem habebit: & omnes viros virtute præstantes pedibus conculcabit: vt dicitur Danie. 7. pedibus suis conculcabat. &c.

¶ *Et os eius*, ait, *sicut os leonis.* Leo præter hoc quòd cæteris animãtibus rationis experribus excellentior iudicatur ac fortior, apertã crudelitatẽ terroremq; & immanitatẽ secũ fert. Hinc est qđ Dauid sciẽs parari sibi insidias ab

Pardus animal varium, quibus de causis pardo similis dicatur Antichristus.

Pardus animal crudele, quibus de causis Antichristus pardo similis dicatur.

Vrsi vitæ qualitates, Plinius.

Dan. 7. Regnũ Persarum Antichristi cõparatur vrso & quare. Trogus Pompeius Xenophõtes.

Leonis proprietates.

ab impio Saule(vt author eſt Hieronymus cum omnibus Hæbræis, vel ab impio Abſalonne (vt exiſtimant Baſilius,& Chriſoſtomus) ad Deum confugiens ait: Domine Deus in te ſperaui, ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me, ne quando rapiat, vt leo, animam meã, vbi anima accipitur pro vita de more ſcripturæ. Hoſtem ſuum leonem vocat propter eius crudelitatem, & ferociam. In eandem ſignificationem ſumitur ab Hieremia, cum ait Threno 3. Vrſus inſidians factus eſt mihi, leo in abſconditis. Vbi per has duas beluas ferociſſimas(inquit Hieronymus)nimis doloſam,& crudelem perſequutionem antiqui hoſtis exprimi: qui per miniſtros ſuos, alium blandimentis, alium minis, alium verò ſupplicijs à ſemita veræ fidei ſubuertet: & a ſpe cœleſtis auxilij, quaſi deſolatos atterere cupit. Eandem ob cauſam Dauid ait Pſalm.9. Sedet in inſidijs cum diuitibus vt interficiat innocentem. Ecce diabolus quaſi vrſus inſidiatur, admodum quo diuites inſidias parant pauperibus, vt eos per vſuras, & fœnora, bona ſenſim & paulatim conſumendo interficiant: ita diabolus vrſus effectus,& mores diuitum imitatus, nunc vnam, nunc alteram virtutem à fidelibus aufert: vt tandem tanquam leo immanis, & ferox in abſcondito inſidietur eis in ſpelunca ſua. Hanc leonis nam ferocitatem ſignificare volens Dominus, alloquitur peccatoribus apud Oſeam. cap. 13. in hunc modum. Ego ero eis quaſi leœna, ſicut pardus in via Aſſyriorum: occurram eis quaſi vrſa raptis catulis: & cõſumam eos ibi quaſi leo &c. Aiunt(inquit Hieronymus)qui de beſtiarum ſcripſere naturis: inter omnes feras nihil eſſe vrſa ſæuius, cum perdiderit catulos. Non ſolum ergo pantheræ, pardi, & vrſæ ferociam comminatur Deus, ſed leonis quoque, & omnium beſtiarum, quæ gignuntur in ſaltibus. Hîc mecũ & cum D. Hieronymo conſidera obſecro: quòd qui in Euangelio credentibus loquitur: venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos: iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue: nunc per prophetam incredulis, & nolentibus agere pœnitẽtiam, pãthera, pardus, vrſa, & leo efficitur. Neque eſt quare obſtinatus peccator cõquæratur de Dei miſericordia, & bonitate: nam ipſe eſt ſuæ perditionis cauſa. Ideo ſtatim Dominus addit: perditio tua ex te Iſrael: tantummodo in me auxilium tuum.

¶ Secundum hanc eandem ſignificationem pardus & leo capiuntur in Cant. cap. 4. vbi ſponſus inuitans ſponſam Eccleſiam inquit: veni de libano ſponſa mea, veni de libano, veni coronaberis de mõtibus pardorum, de cubilibus leonum. In quæ verba legendus eſt Gregorius, Richardus, & Beda. Cæterum per libanum intelligit locum vbi floret, & decoratur Eccleſia Catholica. Sicut enim dicitur libanus à candore: ita eſt Eccleſia candida à lauacro Chriſti. Abhoc ergo libano, hoc eſt, lauacro regenerationis, & renouationis vocatur Eccleſia, vt corona cœleſti decoretur. Præterea vocatur, vt veniat de cubilibus leonũ, & de montibus pardorũ: Ideſt, è medio infidelium & crudelium, & hypocritarum. Dæmones etiam ſunt leones & pardi, quia nunc aperta iniquitate ſæuientes quoſdam decipiunt: nunc blandis conſilijs & varijs fraudibus rectos ſeducunt: ſicut & leones feroces, & pardi vario colore reſperſi

Baſil. Chryſoſt. Pſal.7.

Anima pro vita.

Threno.3.

Hiero.

Pſal.9.

Oſee 13.

D. Hiero. traditio.

Math.11.

Deus qui mitis eſt adſe venientibus: leo, pãthera, vrſa & pardus efficitur venire recuſantibus.

Cant c.4. Exponitur locus.

Grego 17. mor. c.20. Richar. Beda.

Vatablus

si sunt. Horum leonum seu pardorũ habitatio sunt iniqui homines, quorum peruersos mores dum ecclesia non solum non imitatur, sed fugit: & interdum tales exemplo, & doctrina, ad fidem, & virtutem trahit: de montibus & cubilibus leonum, atque pardorum coronatur, & æternis præmijs donatur. Hinc intelligetur illud Esaiæ cap. 11. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit, vitulus, & leo, & ouis simul morabũtur, puer paruulus minabit eos, ideſt, tempore Messiæ ob donum spiritus, & euangelicam doctrinam homines mutabunt improbos mores, & ferinam vitam, atq; ferociam leoninam in temperantiam, & mansuetudinem: ita vt vel puer minare possit eos sine metu, qđ nocebunt ei. Et ita contigit: nam pueris, hoc est, Apostolis, præsulibus, cæterisquè viris apostolicis propter deũ obtemperarunt leones illi, facti iam agni mansueti. Quod Paulo contigisse vidimus, in alijsquè mundi tyrãnis. En vides ex his alijsq; locis sacrę scripturæ, quo pacto leo ferocitatem apertam dicat. Propter hanc igitur ait Ioannes, quod os huius bestiæ erat, vt os leonis fœtidum, semperquè deuorare paratum. Huius leonis imaginẽ gerebat babylonicum regnum. De quo Daniel. cap. illo. 7. ait: videbam in visione mea nocte, & ecce quatuor bestiæ grandes: & prima quasi leæna. aut vt quidam ex Chaldæo transfert, & prima quasi leo. Qua figura regnũ Babylonicum designari certum est: & propter eius præstantiam, & propter eius immanitatem. Ita enim appellatur. cap. 5. Hieremiæ. Vbi vates ita inducit Deum cum Hierosolyma loquentem: eiusquè vastitatem nunciãtem. Malum ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam. Ascendit leo de cubili suo: & prædo gentiũ se leuauit. Vbi Aquilonem intelligitur Babylon: & per leonem Nabuchodonosor, qui erat Hierosolymam vastaturus. Similiter ergo leo iste crudelis, hoc est, Antichristus Hierosolymam, hoc est, Ecclesiam, dentibus, & vnguibus suis est dilaniaturus. & id circo habere dicitur os leonis.

Richar. Esai. 11. Declaratur locus

Quare os Antichristi cõparetur ori leonis.

Pla. d. 7.

Hiere. c. 5.

¶ *Et dedit ei draco virtutem suam, & potestatem magnam.* Græci addunt, καὶ θρόνον αὐτῦ, ideſt, & sedem suam. atquè ita legunt Aretas, & Primasius: imo & Irenæus libro quinto aduersus finem. singula sunt maxima annotatione digna.

Aretas. Primasius. Irenæ.

¶ Dedit (inquam) ei draco omnem virtutem suam, ideſt, dedit illi diabolus omnem suam potestatem seducendi, & quicquid ad hæc pertinet immittere in cor, vt est docere omnem calliditatem, malitiam, dolos, figmenta, & artes, quibus incautos decipere, seducereque consueuit. Hoc est quod Apostolus docet. 2. ad Thess. 2. Cuius (inquit) aduentus secundum operationem Sathanæ, in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus, his qui pereunt. In nouissimo enim tempore sciens diabolus draco magnus imminere sibi interitum & mortem æternã induet hominem impijssimũ, per quem signa & prodigia quædam Dei permissu edens: se apud homines commendet, vt adoretur, ac si esset verus Deus. Imitabitur enim Christum Dominũ. Nam sicut filius Dei diuinam suam naturam factus homo, signis & virtutibus demonstrauit. Ita Sathanas in homine isto apparebit: vt virtutibus mendacij ostendat se esse Deum. Atque hæc est, (vt Ambrosius est author) reuelatio mysterij iniquitatis

Dedit diabolus Antichristo omnẽ potestatẽ suã ad seducẽdum omni modo homines. 2. Thess. 2.

Colle&.

Sathanas pro sua vtili conabitur imitari Christum. In Antichristo.

D. Ambro.

tatis. Cum enim apparuerit Antichri-
ſtus, cognoſcetur ipſe eſſe quaſi eorũ
Deus, quos prius eius nutu, vulgus vt
deos coluit: quorũ ſit ipſe ſupremus.
Quod ſignorum virtutibus ſuadere
conabitur. Ideo portẽta mendacij vo-
cauit D. Paulus. Quæ licet fortaſſe ve
ra prodigia erunt, breui tempore fa-
cta applicando actiua paſſiuis: per ea
tamen ſe vult credi, quod non eſt: vt
decipiat quos eſt circumuenturus.
Quod ſi quæras quo pacto talia ede-
re, & efficere poterit? memineris ma-
gorum Pharaonis, qui dracones fece-
runt: qui aquas in ſanguinem verte-
runt, qui ranas ex aqua produxerunt,
vt ſacra narrat Hiſtoria Exod. 7. & 8.
capite. Sed vt Auguſtinus eſt author,
illa fecerunt, vel verè, vel apparenter:
quæ permiſſi ſunt facere: nõ quæ ſua
virtute facere potuerunt. Nam & ſi
poſſunt dæmones appropinquare a-
gentia paſſis, vt depotentia materiæ
educatur naturaliter anima ſenſitiua:
hæc autem non poſſunt ſubitò, & in
inſtanti facere, ſed per multas tranſ-
mutationes: quæ tempus exigunt, &
poſtulant. Deo tamen permittente
multa poſſunt quæ humanas vires ex
cedunt: quando naturales vires inte-
græ in illis permanſerint. De qua re
lege. S. Thomam. 1. parte. quæſtione
114. articu. 4. & de triplici miraculo-
rum genere. quæſtione. 105. articul. 8.
Lege eundem, ſecũda ſecundæ, quæ-
ſtione. 178. articu. 1. & 2. Hanc ergo vir-
tutem edendi ficta aut vera prodigia,
ſed breui tempore facta, applicando
actiua paſſiuis, dabit draco magnus
beſtiæ. Hoc eſt, Antichriſto. Dabit
præterea virtutem ſuam, hoc eſt, vim
nocendi, non ſolum Antichriſto, ſed
miniſtris ſuis omnibus, qualis à Deo
data eſt diabolo nocendi Iob. Sicut e-

Exponitur hoc nõ modo Antichriſtum miracula fingere. Exo. 7. & 8. D. Aug.

D. Thom.

nim permittente Deo ſubitò à diabo-
lo bona omnia dirupta ſunt, & ſerui
occiſi, filij oppreſſi, & ipſe in carne vl-
cere peſſimo percuſſus: ita permit-
tente Deo hanc vim nocendi homi-
nibus transferet diabolus in homine
peccati.

Gag. Cæliua.

¶ *Dedit*, inquit, *ei thronum ſuum, ſiue ſedem ſuam.* Hoc ſecundum dedit dia-
bolus Antichriſto ſedem, ſcilicet, do-
minandi ſuper omnia regna mundi.
Nam, ſicut ipſe eſt rex ſuper omnes
filios ſuperbiæ: ita beſtia illa facta eſt
regina ſuper omnes filios perditio-
nis. Et ſicut olim voluit diabolus a-
ſcendere in cœlum, & ſuper aſtra
Dei exaltare ſolium ſuum, & eſſe ſi-
milis altiſſimo: ita teſte Paulo extol-
let ſe ille ſupra omne quod dicitur
Deus. Ita vt in templo Dei ſedeat, o-
ſtendens ſe tanquam ſit Deus: aut ſi-
cut legit Diuus Hieronymus, extol-
let ſe cõtra omne quod dicitur Deus,
aut numen, aut religio & cæt. Neque
enim (Athanaſio authore) eſt idola-
triam induturus ille, quin potius ſicut
alter Nabuchodonoſor omnes deos
exterminaturus eſt de terra, vt aliàs di
ximus, & eorum cultum: vt vel ſolus
colatur vt Deus.

Dedit diabolus Antichriſto poteſtatem dominãdi ſuper omnia regna mundi. Iob. 41.

2. Theſſ. 2.

D. Hiero.

Athana.

¶ *Et dedit*, inquit, *ei poteſtatem ſuam.* Ecce tertium quod draco daturus eſt
beſtiæ, poteſtatem videlicet ſuã, quæ
tam magna eſt, vt nulla ſuper terra
poteſtas ei conferri valeat. Iob. 4. Con
ſidera hic mecũ rogo Antichriſti cũ
Chriſto pugnantem collationem. Ha
bet Chriſtus omnia à Deo, habebit &
ille omnia à diabolo. Item Chriſtus
plenus gratia & veritate, ita ille ple-
nus futurus eſt peccato & iniquita-
te. De plenitudine Chriſti nos om-
nes accepimus Ioannis. 1. De plenitu-
dine mendacij illius accepturi ſunt

Iob. 4.

Antichriſti cũ Chriſto pugnãs collatio.

Ioan. 1.

filij perditionis vniuersi. Ad hæc, consummabitur in illo iniquitas omnis & peccatum: sicut veritas in Christo, & gratia consummata sunt. Et quemadmodum Christus ingenti gloria sedet in throno Dei, & data est illi omnis potestas in cœlo, & in terra: ita ille sedebit in throno diaboli regnans cũ illo. Denique sicut spiritus Christi operatur in omnibus sanctis mysteriũ veritatis, & bonitatis immensæ: ita spirit⁹ perditionis iniq; operabitur in omnib⁹ iniquitatis ministris, & magistris plus minusvè. nam ad vnum corpus capitis Antichristi omnes mali pertinent ab initio: sicut ad vnum corpus mysticum Christi, omnes pij qui sunt & qui erunt, & qui futuri sunt. Postremò, quemadmodum Christus vt homo accepit à Deo potestatem edendi vera miracula, quę nemo alius potuit: ita ille à diabolo, quo authore vsurus est, accipiet potestatẽ in prodigia magna, ac mirabilia mendacia. Tum exeo quod finget se ea diuina virtute ędere, quamuis Sathanæ potius astutia, quibus etiã efficacissimè seducet plures. Hæc ex collecta.

Collect.

¶ *Et vidi vnum de capitibus suis, quasi occisum in morte, & plaga mortis eius curata est.* Capita diaboli omnes reprobi sunt, numero septem capitum designati, sed vnum ac præcipuum caput ipsius Antichristus erit, quod vidit Ioannes quasi occisum. Finget enim se mortuum, vt simulata resurrectione fidelibus imponat. Vnde subdit: & plaga mortis eius. I. plaga mortifera & lætalis eius. Est enim Hebraismus plaga mortis eius. Hęc igitur plaga curata est. Plaga quidem nõ vera, sed apparens. Finget enim se mortuũ & occisum, quemadmodum occisus est Christus, vt simulata resurrectione Christum se mentiatur. Ita Beda, Richardus, Pagninus, & collectanea. Tanta quippe erit (inquit Haymo) temeritas in illo damnato homine, vt ad illudendos animos paruulorum, imitatione veri capitis Christi occisum se dicat. Propterea ne fortè veritas putetur, magis autem illusio, nequaquam affirmando dicit, sed præmittitur, quasi, aduerbium videlicet similitudinis, vt per hoc (sicut diximus) non veritatis esse, sed mendacij designetur res.

Vnum ex 7. capitibus diaboli Antichristus. Antichristus finget se redi-uiũ à mortuis.

Beda. Richar. Pagninus. Collect. Haymo. Collect. Gag.

¶ Quod vt rem exactius intelligas, animaduerte: quod præcipuum miraculorum Christi fuit, seipsum propria virtute suscitare: quo miraculo probare contendit Paulus ad Romanos cap. 1. Christum esse verum filiũ Dei, declaratus (inquit) siue prædestinatus est filius Dei, ex resurrectione mortuorum. hoc significare volens aiebat ipse Psalm. 3. Ego dormiui, & somnũ cœpi, & resurrexi. Ego (inquit) dormiui, & somnum cœpi: quia oblatus est quia ipse voluit, vt vates quidam ait: & resurrexi, scilicet me ipsum propria virtute. Hoc etiam est quod Iacob pater eius prædixerat, vt sacra refert scriptura Gene. c. 49. Catulus leonis Iudà, ad prædam fili mi ascendisti: requiescens accubuisti vt leo, & quis suscitabit eum? ad prædam ascendit seruator noster, quando infernum debellauit, quod nemo alius potuit. Prętera, requiescens accubuit, & moriens sepultus fuit, sed vt leo. Non enim ideo perdidit fortitudinem suam nec amisit deitatem. Id verò quod subdit: quis suscitabit eum? Ad resurrectionem pertinet, qua non ab alia sed à propria virtute excitatus fuit. Habuit enim po-

Præcipuũ miraculũ Christi seipsum sua virtute suscitare quo ostendit se esse Deũ. Rom. 1. Psa. 3. Esa. 53 Gene. 49 Exponitur Beda.

te-

testatem ponendi animam suam, & resumendi. Hoc idem mysterium voluit Dominus intelligere cum apud Ioannem. c. 3. publicè dixit: soluite templum hoc, & in tribus diebus reædificabo illud. Ego (inquit) reædificabo & non alius. Quod impossibile videbatur Iudæis, quantò magis si intelligerent mysterium resurrectionis, de quo Christus Dominus loquebatur. Maximum ergo miraculorum Christi fuit seipsum sua, & non aliena virtute suscitare. Nam alios suscitare, infirmos curare, multaque alia miracula edere, multi sancti suis precibus & Dei nomine potuerunt: at seipsum excitare ex mortuis, nemo potuit nisi solus Christus. Quo argumento maximè probauit se esse verum Deum, dignumq; vt ab omnibus coleretur, & vt in nomine eius omne genu flecteretur. Quod optimè intelligens draco magnus dabit operam, vt caput eius, hoc est, Antichristus quasi occisus & vulneribus, plagisque affectus videatur, & tertia die quasi è mortuis resurgens viuus appareat, quod fecisse Symonem magum tradit Beda in hoc loco. Vt vel hoc vno miraculo credatur esse Christus, verusq; Deus. Vnde obserua etiam, quòd non sine magna causa Christus Dominus aromatibus vngi, magnaque pompa sepeliri voluit à viris nobilibus ciuitatis, vt omnibus constaret verè mortuum fuisse. Antichristus minimè morietur, sed mortem finget, & tertia die apparens se resurrexisse affirmabit. Quo figmento ignaram multitudinem, & imperitam impiorum decipiet.

Ioan. 10.

Antichristus conabitur virtute diaboli imitari veram Christi resurrectionẽ falsa quadam apparentia vt existimetur esse deus quod olim fecit Symõ Magus.

Quare Christus post mortẽ vngi voluerit, & magna põpa sepeliri.

¶ Hæc quidem expositio communis est sanctorum, quam siquis tueri

2. explicatio huius loci.

A velit, dicere debet, quòd quando Ioannes ait: & *vidi vnum de capitibus eius quasi occisum.* Ille genetiuus, *eius* referre debet draconem, hoc est, diabolum: de quo modo dixerat: & *dedit ei draco virtutem suam.* Vnde addit: & *vidi vnum de capitibus eius:* scilicet de capitibus draconis *quasi occisum.* Et tunc dices, quòd vnum de septẽ capitibus draconis fuit Antichristus quem bestiam vocarat. Sed reuera in hoc loco, in his verbis, & *vidi vnum de septem capitibus eius quasi occisum.* Illa dictio, *eius*, bestiam referre videtur. Quod si hæc bestia est Antichristus, habens capita septem, & vidit vnum de capitibus eius quasi occisum: inde sequitur, quòd non intelligantur hæc verba de Antichristo. Non enim dicit bestiam esse occisam, sed vnum de eius capitibus. Deinde, cum capite decimo septimo Ioannes dicat, septem capita esse septem reges, necesse est in hoc vno capite regem aliquem intelligi ex his, qui præcursores & membra erunt Antichristi. Præterea, istorum sententiam si rectè attendamus refellunt verba ipsa. Non enim dicit Apostolus fuisse occisum hoc caput, sed percussum grauissimè ad mortem, ideſt, vt moreretur: & ideò ait: quasi occisum, quia parum abfuit à morte: & quoniam non fuit occisum, ideò nec resurrexisse dixit: sed tantum ait: & plaga mortis eius curata est, ideſt plaga illa, quæ certè lætalis erat.

¶ Quare dicendum est ex decem vniuersi orbis regibus, qui designantur in decem cornibus, tres esse occidendos ab Antichristo, reliquos septem ei quoque

ſponte ſua eſſe ſubijciendos. Hos ſeptem, qui Antichriſto ſubditi regnabunt: & ipſi exiſtimo in ſeptem beſtiæ huius capitibus ſignificari. Quod
Dan 7. ex capite ſeptimo Danielis affirmari poteſt. Vbi beſtia illa magna atque terribilis decem cornua habere dicitur. Et ecce (inquit) beſtia. 4. terribilis & habebat cornua decem, ideſt, decẽ reges & conſiderabam cornua, & ecce cornu aliud paruum, ideſt, Antichriſtus, & tria de cornibus primis euulſa ſunt à facie eius, i. tres reges ex his decem occiſi ſunt & ſuperati ab Antichriſto: vbi nota quòd de capitibus nihil dixit: quoniam reuera ſeptem capita in illis decem cornibus continentur. Sed Ioannes vt res fieret planior, decem cornua cõmemorat, quia priuſquam veniat Antichriſtus, vniuerſus orbis decem regibus parebit: ac ſimul etiam, ſeptem capita ponit, quoniam poſt eius aduentum & victoriam, ſeptem tantum relinquentur. Quare eleganter dicit in hoc capite: & ſuper cornua eius diademata decem, quoniam potentiſſimi erunt reges iſti decem ante aduentum Antichriſti, ſed ſuper capita ſeptem non dicit eſſe diademata, ſed nomina blaſphemiæ, quoniam & ipſi ſerui erunt Antichriſti, tametſi reges appellãtur: & pro diadematibus tantum habebunt nomina blaſphemiæ. Quoniam cum ipſi ſint ſectatores Antichriſti, dicent ſe regnum Chriſti euerſuros, & orbem liberaturos ab eius tyrannide: vocabuntque ſe Redemptores mundi atque alia nomina blaſphemiæ addent. Atque hoc neceſſariò affirmandum ita eſſe ex eo confici videtur, quòd de ſuperiorum ætatum regibus Ioannes intelligi non poteſt: quãdoquidem plagam iſtius capitis curatam dicit eſſe à beſtia, ideſt, ab Antichriſto: & ob eam cauſam plurimi fieri incipiet Antichriſtus abhominibus. Ita enim ait: Et plaga mortis eius curata eſt: & admirata eſt poſt beſtiam vniuerſa terra. Et adorauerunt draconem qui dedit poteſtatem beſtiæ. Sicut olim Chriſto miracula faciente homines Deum laudabant, qui dedit illi poteſtatem. Neceſſe eſt ergo vt de aliquo rege illius temporis intelligatur, qui faueret Antichriſto: quãdoquidem ab illo curatus eſt. Tunc autem nulli reges erunt præter iſtos ſeptem: vnus ergo ex illis erit. Ex quibus etiam intelligitur ſeptem capita huius beſtiæ, ideſt, anti Chriſti non eſſe eadem, quæ tribuuntur beſtiæ illi cap. 17. ideſt, diabolo. Quoniam licet per illa quoque reges ſignificentur vt ibi Apoſto. docet: reges illi iam præceſſerant magna ex parte. Ibi enim legimus ſeptem capita ſeptem reges ſunt, quinque ceciderunt: vnus eſt, & alius nondum venit. Cæterum videtur in hoc loco vnum de capitibus poni, pro primo, de more ſcripturæ. vt cap. 6. & vidi quòd aperuiſſet vnum de ſeptem ſigillis, ideſt, primum. Primus ergo ex illis, ſiue dignitate & operibus, ſiue qui prior ſe Antichriſto dedit, percutietur lętali plaga vt apparet, quam poſtea vocat plagam gladij, quod fortè in bello continget quod geret Antichriſtus cum illis tribus regibus Aegypti & Affricæ, & Ethiopiæ: & ab Antichriſto virtute diaboli mirabiliter curabitur, ita vt quaſi à morte ſuſcitatus videatur. Quem ſenſum confirmare videntur ſequentia.

¶ *Et admirata est vniuersa terra post bestiam.* Numquid non erunt multi qui bestiæ fidem non adhibeant? erūt sanè. Quare ergo affirmat & ait Ioannes, quòd admirata est vniuersa terra? Ad hoc primò dicendum interdum in scriptura propositionem vniuersalem non intelligi vniuersaliter, & absolutè vt Gene. 41. dicitur: Omnis terra venit in Aegyptum, idest, bona eius pars. De qua re vide quę annotauimus Lucæ. 1. In illa verba: exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Quia ergo bona pars terræ, siue maior pars terræ admirata est, viso tanto prodigio, non intelligens figmentum: ideo ait Ioannes, quòd admirata est vniuersa terra. Secundò dices terram posuisse Ioannem pro terrenis, qui eum sequentur: iuxta consuetūdinem scripturæ, tanquam terrena sapientes, nihilque cœleste habentes vacui lumine spiritus. Sic terram explicant Beda, & Richardus, Pagninus, Cælius, & alij patres.

propositio vniuersalis in sacra scriptura nō semper vniuersaliter sumitur Gen. 41.

Luc. 1.

Terra pro terrenis.

Beda. Richar. Pagninus. Cælius.

¶ *Et adorauerunt draconem, qui dedit potestatem bestiæ.* à bestia transitum facit ad draconem, authorem videlicet sceleris principalem, qui operabitur in bestia Antichristo vniuersa: vt cum terreni corde ac spiritu, à bestia, sapientia sermonis, & miraculorum magnitudine seducti, admirentur: cogitatione statim ferantur in authorē draconem, internè illum obsidentem: tribuentes illi diuinum honorem: eò quod talem dederit vicario suo, hoc est, bestiæ Antichristo potestatem: à quo erunt illi, & virtus, & potentia, & diuitiæ multæ nimis.

¶ Causam tanti erroris posuit Apostolus. 2. Thessalon. 2. Repulsionem charitatis fidei, dicens: eò quod charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent: ideò mittet illis operationem erroris, vt credant mendacio. Est ergo in homine libertas arbitrij recipiendi vel non recipiendi gratiam Dei, quæ in omnes desuper æque collucet: licet non omnes æque recipiant eam. Nam quia illi veritatem recipere noluerunt, iusto Dei iudicio in errorem mittentur, quibus Deus gratiam suam negabit: quia recipere noluerunt: cum poterant. Sicut enim misericors est Deus, ita & iustus. Ad misericordiam pertinet largiri desiderantibus gratiam, ad iustitiam negare non desiderantibus, vt Chrisostomo placet. Negabit ergo, & negat de præsenti, quicunque eam recipere nolunt. Nolunt qui non desiderant, non flagitant, vim non faciunt pro ea assequenda. Qua forma rectè dixeris, quia adorauerunt draconem, idcirco errare permittentur, vt adorent & bestiam.

2. Thess. 2. Causa quare tot decipiantur ab Antichristo.

Est in homine libertas recip. ē di. l non recipiendi gratia Dei.

¶ Sed dices, quo pacto impij adorant draconem diabolum, quem sæpè execrantur? Enim verò adorant eum, cum peccata amant, & faciunt, etiam si ipsum interim execrentur. Omnis (inquit Dominus) qui facit peccatum, seruus est peccati, facit qui amat, & delectatur. In quo adorat libenter peccati authorem, cui addictus seruus fit. Dicitur ergo, & admirata est vniuersa terra post bestiam, & adorauerunt draconem, idest, adorabunt, quia admirabuntur post eam. Ideo autem admirabuntur, quia videbunt Antichristum, non solum diuitijs & potentatibus, verum etiam electorum signis admirabilem. Si solum potentia seculari, diuitijsque, & virtutibus signorum communiretur, forsitā contēni posset. Rursum si solū

Impij quo modo dicā tur adorare diabolum.

Ioan. 8.

virtutibus signorum, & non seculari potentia præstaret, parum forsitan adueteretur. Modò quia vtrisque, ideſt, & potentia, & virtutibus omnibus antecellant, meritò omnis terra admirabitur: vt dicat quæ ſtatim ſubiungit Ioannes.

Cælius.

¶ *Quis ſimilis beſtiæ, & quis poterit pugnare cum ea?* Pape, quam admirabilis, quam potens, quanta virtute eminens, vt nulla vis ei conferri poſſit: nec quiſquam cum ea decertare audeat: non conſiderantes miſeri homines, primùm eſſe multoante à Chriſto redemptore noſtro præmoniti, ne in errorem labantur. apud Mathæum ſiquidem ait: tunc ſiquis vobis dixerit: ecce hic eſt Chriſtus aut illic, nolite credere. Surgẽt enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna, & prodigia, etiã vt in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi. Ecce prædixi vobis Hoc idem admonuit Paulus, tum aliàs, tum 2. ad Theſſa. 2. Nec etiam ſecundò animaduertentes infœlices mortales, quod eo potentior ſit Deus, qui quondam alia capita omnia draconis ſuperaret. Demerſit enim Pharaonem in mari: impiam Iezabelem præcipitauit: Nabuchodonoſor eiecit ex hominibus: Balthaſarem eius filium nocte peremit: Aman in patibulo ſuſpendit: Antiochum putredine inteſtinorum perire fecit: Neronem denique miſerè è vita migrare voluit: quare non mirum quòd hic qui ſex capita draconum confregit, poſſit & ſupremum confringere in Antichriſto, vt non ſtulta admiratione dicant: quis ſimilis beſtiæ, & quis poterit pugnare cum ea?

Math. 24.

2. Theſſ. 2.

Obſeditur quam diu miles ſit ad

¶ Sed interim conſidera quid iuſti dicant: & quid reprobi. Iuſti dicunt A Deo, quis ſimilis tui in fortibus Domine? & rurſum tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi? Pſalm. 75. Hi verò de beſtia prædicant, quis ſimilis beſtiæ, & quis poterit pugnare cum ea?

miratio iuſtorum & reproborũ Collect. Pſalm. 75.

¶ Sed aduerte quòd ante hanc acclamationem ait Ioannes, quòd adorauerũt beſtiam, ideſt, Antichriſtum ſe ei humiliantes, credentes vere reſurrexiſſe: ſicut diſcipuli Dominum poſt reſurrectionem adorauerunt, vt B Mathæus ait capite vltimo: abierunt (inquit) in Galileam, & videntes eum adorauerunt. Ita Diuus Thomas hic. Cuius explicationem modò ſequimur. I. adorauerũt illum eò quòd crederint primum regem ſibi ſubditum ſuſcitaſſe à mortuis.

Math vlti.

D. Tho.

¶ Secũdò eſt intelligendum, quòd in miraculis edendis, & in ſignis fictis, non hominum ſalutem, non Dei gloriam, ſed ſuam ipſius dum taxat æſtimationem quæret Antichriſtus. C Edebat Chriſtus vera miracula, & ſtatim dabat populus gloriam Deo, quam totis viribus procurabat Chriſtus. Vnde ipſe ait Ioannis 8. Ego non quæro gloriam meam: Hinc fuit quòd cum mulier quædam viſis tot, tantiſque miraculis, atque audita tam admirabili doctrina dixiſſet: beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti: ſtatim Chriſtus veluti reiiciens propriam gloriam, inquit: quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Contra verò, vt modò dicebamus non Dei, ſed ſuam gloriam quæret Antichriſtus: eritque ſui voti compos, quando reprobi homines adorabũt eum: & dicent quis ſimilis beſtiæ? Ipſi dicent (inquit Beda) quis ſimilis Chriſto, aut quis illum poterit vincere? Nam quem Io. vocat beſtia vocabunt ipſi Chriſtum.

Chriſtus non quærebat gloriã ſuam ſed Dei. Antichriſtus è contra.

Ioan. 8.

Luc. 11. d

Beda.

¶ Et

¶ *Et datum est ei os loquens magna, et blasphemias.* Licèt affirmat Ioanes qd olim prædixerat Daniel.cap.7.dicens se vidisse bestiam quartam, terribilẽ, habentem cornua decem, & vnum cornu paruum ortum de medio eorum habens oculos, cui datum fuit os loquens grandia. D. Hieronymus ait: per cornu istud intelligi Antichristũ. Quem sequuntur fere omnes patres, qui hunc locum exposuerunt. Dicitur autem Antichristus cornu, propter eius superbiam, & potentiam: sed paruũ, quia ignobilis erit enim obscuro loco natus. Sed quamuis sit paruus in principio: postea tamen crescet dæmonis fauore: suamquè potentiam longè, latèquè propagabit. Oculos habere dicitur cornu istud, propter ingenij vim & perspicatiam, & acumen quod habebit. Denique os habebat loquens grandia, ideſt, habebat os verbis superbissimis plenum, ac si dicat: loquetur aduersus Deum, & homines: erit, inquam, loquens grandia, hoc est, superbus, maledicus, iactabundus, fallax, & minax, & diuinitatem sibi sumet, & arrogabit.

Antichristus habebit os loquens magna de se & blasphemias de Christo. Dan 7. Exponitur locus. D. Hiero.

Antichristus dicitur cornu paruum & quare.

¶ Vnde obserua, vsum sacræ scripturæ, quòd loqui magnalia, nõ solum est blasphemias in Deum, et in cælites iactare: sed etiam tumidè et superbè loqui: siue de suis laudibus quis loquatur, siue inimicis comminetur, siue hostibus victor insultet. Et hoc est in sacra scriptura magnificare os, magnificare linguam, dilatare os, loqui sublimia. Vnde Abdias cap.1.ait: & non magnificabis os tuum in die angustiæ. & DD. Psalmo.11. disperdat Deus vniuersa labia dolosa, & linguã magniloquam, & Psalmo.37. Dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt. Psalmo 34. Dilatauerunt super me os suum: dixerũt euge, euge, viderunt oculi nostri. Ex his cernitur mendosè legi in eodem Psal. in multis exemplaribus, induantur cõfusione & reuerentia qui maligna loquuntur super me: cum legẽdum sit, qui magna loquuntur magnificatur, ideſt, qui magnifica verba loquitur contra me. Atquè etiam ex Græco constat, quòd significat magna loquẽtes. His modis omnibus intelligendũ est, Antichristum magna esse locuturum. Similiter etiam intelligere possumus loqui blasphemias in Deum, videlicet, & in sanctos in terris viuentes: Nam blasphemare propriè nihil aliud est quàm maledicere, vt in epistola Iudę Apost. non est ausus ei iudicium inferre blasphemiæ. Ad Titum. 3. admone illos principibus, & potestatibus, subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare. 1.Cor.4. Blasphemamur, & obsecramus: hoc est ergo quod in hoc loco Ioãnes ait. Et datum est ei os loquens magna, & blasphemias. Deum enim, & homines lingua petulantissima consectabitur. Aduerte, quemadmodum enim seruator pollicetur suis os, & sapientiam, cui non possint contradicere aduersarij, vt refert Lucas.cap.21. Ita diuinitatis æmulator draco insanus supplantabit mira astutia suos aduersus regnum Dei, vt multi seducantur ex ea, qui omnibus technis, & artibus vtetur aduersus pios. Dabitur autem Antichristo os, ideſt, facultas loquendi ingentia, & blasphemias: quæ erunt commenta fallacia aduersus sacra instituta euangelij, & ipsum Christum: quem tollere de cordibus fidelium contendet: & legem euangelicam rescindere: in quæ erit ei os magna loquens,

Loqui magnalia in sacra scriptura quid sit. Quidnam sit magnificare os, magnificare linguam, dilatare os

Abdi 1.

Psal.11.

Psa 37.

Psa.34.

blasphemare in sacra scriptura idem est quod male dicere. Ad Titũ.3

1.Cor.4.

Luc.21. sicut christus pollicetur suis os, & sapiẽtiã ita diabolus præbebit Antichristo os, & sapientiã, siue astutiam & sagacitatẽ,

quens in magnitudine, vt diximus superius, temeritas nimia loquendi blasphemias exprimitur. Magna loquitur qui tumido ore superba loquitur, erũpitque in blasphemias; siue inconuicia & maledicta: quoniam ex superbo ore blasphemiæ & maledicta prodeunt. De huiusmodi superbis ait Dauid Psalmo 72. Posuerunt in cœlũ os suum, & lingua eorum transiuit in terra. Quid est in cœlum ponere os, nisi blasphemare Deum cœli: qui ait cœlum mihi sedes est. Blasphemare autem Deum cœli, est honorem eius vsurpare creaturæ: aut negare quod illi conuenit: tribuere quòd non conuenit. Primo modo blasphemabit Antichristus Deum, extollens se supra omne quod dicitur Deus, & in templo adorare se faciens. Secundò blasphemabit, negans Deum Saluatorem Iesum Christum esse, & quòd non remisserit nos, &c. Tertiò denique quòd fuisset seductor. Id quod primùm Iudæi quoque impingebant ei. deinde quòd deo odiosus esset, ideoque nec clamantem è cruce eum exaudire voluisset. Hoc igitur est quod prædicens Ioãnes noster ait: & datum est ei os loquens magna & blasphemias.

Psal. 72.

Multis modis blasphemabit Antichristus Deum & Christum eius.

¶ *Et data est ei potestas facere menses.* 42. idest, annos tres cum dimidio, hoc idem prædixerat Daniel. cap. 7. his verbis: & tradentur in manu eius, vsquè ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Hoc est, dabitur siue permittetur ei hæc potestas in sanctos Dei tres annos cum dimidio. Per tempus iuxta hebræorum consuetudinem (vt superius dixi) intelligitur annus: & per tempora duo anni, & per dimidium temporis anni dimidium. Regnabit enim Antichristus annis tribus cum dimidio. Hoc idem

Tẽpus vltimi Antichristi

A significauit Ioãnes supra. 12. præcedẽti cum ait datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertũ in locum suum: vbi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis. Hæc mulier (vt diximus) est Ecclesia, cui data sunt duo testamenta, quibus veluti alis semper sapientia, & contemplatione feratur in sublime, & à cœtu infidelium in solitudinem se recipiat, magna cum celeB ritate, ac si haberet alas aquilæ. Vbi permanebit tribus illis annis cum dimidio, quibus est serpentis, hoc est, Antichristi tyrãnis duratura. Sic enim libet exponere hunc locum: licet nos superius aliter secundum sententiam aliquorum patrum exposuimus. Idẽ præuiderat idem Ioãnes eodem. cap. dicens: mulier fugit insolitudinem vbi habebat locum paratum à Deo: vt ibi pascat eam doctrina EC noch, & Elya, & alijs, diebus mille ducentis sexaginta, qui dies eamdem ferè summam temporis efficiunt. Non durabit multò amplius Antichristi sæuitia: nam vt verbis vtar Christi apud Mathæum. 24. Nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabũtur, ac vt Dauid ait Psa. 9. Nõ in finẽ obliuio erit pauperis: patiẽtia pauperũ nõ peribit in finẽ. Quãquã Deꝰ videatur suo D. rũ obliuisci, eorũque calamitates contemnere: nõ tamen permittet eos perpetuò vexari, & anxietatibus vrgeri, nec tyrãnos in vitæ perpetuitate impunè grassari. Qui enim in viros pios ac iustos ventos excitãt, & ad eorum perniciem abutuntur potentia, pœnas luent immanitatis suæ, & ad eorcas inferorum tenebras detrudentur. Indigni sunt luce, qui lucis largitorẽ aspernuntur, ipsi autem viri pietate

Math. 24.

Psa. 9.

Calamitas iustorũ nõ diuturna.

prę

præſtantes beatitudinem conſequentur cœleſtem, quos in cœlum merita vocabunt.

¶Sed aduerte, quòd hæc poteſtas data eſt ei. Sed à quo dabitur? non dubium quin à Deo, à quo ſolo ſunt omnia: qui vltra non poterit niſi ad præfinitum tempus menſium. 42. vel viuere, vel agere. Quod non ita intelligas velim, quod malam voluntatem immittet illis Deus, non vtiquè eſt ipſe author peccati, Sed quia vice flagelli permittet venire malum in filios, quos intendit caſtigare ex dilectione qua ardet ſalutem omnium: vt hoc omnes in meliorem vitam experge faciat, & vt conuertantur vniuerſi à malitia ſua quam multiplicatam videt valdè in ſuis, quæ aliter deleri nõ poterit: ſed nec corrigi: vt verum ſit, quia ſæpè vſu venit, vt vnum malum ſit ruina ac pernicies mali alterius. Noſtro ergo emolumento fiunt omnia quæcumquè à Deo fiunt: cuius iudicium, & altitudinem conſilij mirari poſſumus, diſcutere non poſſumus. Satis nobis fuerit credere omnia in bonum noſtrum fieri quæcumquè fiunt à Deo. Quoniam ipſi cura eſt de nobis. 1. Petr. 5.

1. Pet. 5.

¶*Data eſt*, inquit, *poteſtas facere*. Notandum, quòd facere abſolutè vtũtur hebræi, pro eo quod eſt, quidquid vellit facere, ita vt nemo impedire poſſit. Vt. 1. Regum. 26. Benedictus tu fili mi Dauid, & quidem faciens facies, & potens poteris. Dan. 8. Vniuerſa vaſtabit, & proſperabitur, & faciet. Quare vicioſè poſitum eſt in verbis Apoſtoli apud Aretam. & data eſt ei, poteſtas faciendi prælium. Cum ſenſus ſit: regnabit, & quicquid volet, faciet nemine impediente menſes. 42. ideſt, per ſpacium trium annorum cum dimidio. Aliqui ita interpretãtur data eſt ei poteſtas facere. 42. menſes, i. viuendi, vel tranſigendi. 42. menſes.

1. Reg. 26. Dan. 8. Aret.

¶ *Et aperuit*, inquit, *os ſuum in blaſphemias ad Deum*. Regius vates Pſalmo. 62. ait: Laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obſtructum eſt os loquentium iniqua. Ac ſi apertius diceret: idcirco tàm Rex quàm cæteri Dei ſerui lætabuntur in Deo, quoniã confuſſos videbunt impios: quoniam obſtructa erunt ora eorum, qui ſolent loqui impia contra Deum. Quod ſi hoc ita eſt, vt verè eſt: quid eſt quod hic affirmat Ioãnes quòd Antichriſtus aperiet os ſuum in blaſphemias ad Deum? ad hoc facilè reſpondebis ſi tempora diſtinxeris. Loquitur enim vates de tempore illo, quo propter zelum maximum iuſtorum, ac piorum hominum Deum verum colentium, nemo aut blaſphemare, aut per deos falſos iurare audebat. Hoc namquè habet natura ſua virtus, vt malorum hominum ora obſtruat. At Antichriſti tempore omnes impij, & ſcelerati homines blaſphemare in Deum, & in nomen eius non verebũtur. Nam nequè Deum timebũt, nec homines reuerebuntur. Audient iuſti & tacebunt lugentes, & dolentes qđ minimè valeãt tãto malo ſuccurrere.

Pſa. 62. Exponitur locus.

¶Præterea animaduerte, quàm cõtrarius domino futurus ſit is homo peccati. Nam de domino legitur: & aperiens os ſuum docebat eos dicẽs: beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Multoties beatos prædicans eos, qui exemplo ſui, virtutes imitarentur. Antichriſtus verò aperiet os ſuum in blaſphemias ad Deum, blaſphemare nomen eius. Diuerſi enim ſpiritus diuerſa profe-

Math. 5.

Diuerſi ſpiritus diuerſa proferũt dogmata, bonus bona, & malus mala.

ferunt pro more suo dogmata: vt bonus, bona profert: malus, mala. Domino dicente: Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala. Math. 12. & cap. 7. Non potest arbor mala bonos fructus facere, nec arbor bona malos fructus facere.

Math. 12. & 7.

¶ *Blasphemare nomen eius.* Obseruatur, nomen Dei erat illud nomen ineffabile, tetragramatôn, ideſt, quatuor literarum iehouah. huius nominis mysterium occultarum antiquis, Christus Dominus manifestauit. Continebant enim quatuor illę literę mysterium sanctissimæ tryadis, & incarnationis verbi, ut apud Mathæum diximus. c. 1. quod publicè patefecit Christus dicens: ego & pater vnum sumus Ioan. 10. Item solus non sum, sed ego, & qui misit me pater. Io. 8. Ité de Spiritu sancto loquens dixit: paracletus autem Spiritus sanctus, quem pater mittet in nomine meo, ille vos docebit omnia. Ioa. 15. denique ait: baptizantes eos in nomine patris & filij, & Spiritus sancti. Math. vltimo. & hoc est, quod idem Dominus dixerat: pater manifestaui nomen tuum hominibus. Contra igitur nomen hoc erigetur malignus ille homo peccati, vt fidei salutaris subruat fundamentum, se què ipsum in cœlum euehat. Sed de hoc nomine Dei, inferius exactius dicetur. c. sequenti.

Primus sensus. Nomé Dei quatuor literarú præ dicatum à Christo & manifestatũ blasphemabitur ab antichrist. Math. 1. Ioa. 10. Ioa. 8. Ioa. 15. Math. vlti.

¶ Præterea, nomen Dei blasphemare dicitur, eò quod pro sua virili conabitur è mundo eijcere nomen Christi: de quo loquitur Paulus dicens, dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, vt omnis lingua cõfiteatur, quòd Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Sic ergo erigetur, vt loquatur: sic loquetur, vt neget Christum Dei filium esse, quem Paulus Dei virtutem, & dei sapientiam pleno ore protestatur. 1. Cor. 1.

Secundus sensus. Philip. 2. Antichristus conabitur tollere è mũdo nomẽ & fama christi suis maledictis & blasphemijs. 1. Cor. 1.

¶ *Et tabernaculum*, inquit, *eius*. Per tabernaculum imprimis intelligitur Ecclesia militans: de hac intelligens Dauid Psalmo. 45. ait: sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Ecclesia militans dicitur tabernaculum, sicut Ecclesia illa triumphans appellatur ciuitas: quia in illa ciuitate cœlesti ciues quiescunt, lætantur, gaudent, nihil periculi timentes: at in hac mortali vita Ecclesia peregrinatur, certat, & perpetuum bellum gerit. Idcirco per tabernaculum significatur: quod esse solet habitaculum pugnantium. De quo tabernaculo meritò potest dici illud psalmographi: domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Intuebatur enim spiritu Dei tabernaculum, hoc est, Ecclesiam, cuius imago erat tabernaculum Domini, cum hæc dicebat. Non solum ergo impius Antichristus conuicia dicet in Deum, & in nomẽ sanctum eius, sed etiam in Ecclesiam militantem. Item synagogam suam sceleratam, veram Ecclesiam, sanctam & chatolicam nomina bit.

Primus sensus. Tabernaculũ Dei Ecclesia dicitur militans. Psa. 45. Ecclesia triumphãs dicitur ciuitas. D. Dho.

¶ Secundò per tabernaculum dei intellige tabernaculum materiale lapidibus erectum, deoquè cõsecratũ: Quod demoliri vbiquè conabitur Antichristus, atquè eius satellites. qd si aliquod stare fecerit, eò erit, vt in medio illius sedeat. Sedebit (inquit Paulus) in templo Dei ostendens se tanquam sit Deus. 2. Thes. 2.

secundus sensus. Tabernaculũ tẽplũ materiale significat. Antichristus tẽpla destruet. 2. Thes. 2.

¶ Tertiò per tabernaculum inquit S. Thomas) intelligi potest caro sanctis-

3. sensus. Tabernaculũ vocatur caro Christi.

ctiſſima Chriſti,inqua tanquam in tabernaculo peregrinus & miles habitauit. Vnde vbi noſtra æditio habet
Ioa.1. Ioã.1. & verbum caro factum eſt & habitauit in nobis,græca lectio habet: habitauit in tabernaculo inter nos. huic ſoli poſuit Deus tabernaculum ſuum,hoc eſt, carnem ſuam. Blaſphemabit igitur Antichriſtus dicens: Chriſtum non Deum,ſed purum ho
Ioa.1. minem fuiſſe,non curans quod Ioã.1. dicat: Deus erat verbum:neccurans quod Paulus ſcribat:in ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter,ideſt,realiter & verè.

Iuſti dicuntur habitare in cœlo *¶ Et eos qui in cœlo habitant.* Iuſti ſunt qui habitare dicuntur in cœlo: nam & ſi corpore terram terunt, corde verò verſantur in cœlo:ſicut enim ſol in cœlo habitat, quamuis terram tangat ſuo ſplendore & lumine:ſic iuſti,qui lux ſunt mundi,deſiderio, cogitatione, & mente viuunt in cœlo, C quamuis commorentur in terris.No
Philip.3. ſtra conuerſatio(inquit Paulus)in cœlis eſt.Philip,3.Contra verò homines ſceleribus coinquinati corpore, & mente in terris habitant,& ideo Deo placere non poſſunt. Vnde Paulus ad
Rom.8. Romanos.8.ait:qui in carne ſunt Deo placere non poſſunt. Vos autem in carne nõ eſtis,ſed in ſpiritu. Non ergo ſolum blaſphemabit fera illa peſſima aduerſus Deum, & aduerſus Ec- D
Gal.9. D.Tho. cleſiam eius, ſed aduerſus ſanctos & iuſtos homines.

¶Præterea,non ſolum conuicia in numera proferet aduerſus iuſtos in terra corpore commorantes:ſed, qđ execrabilius eſt,aduerſus ſanctos iam in cœlo Deo fruentes.Sed quid obſecro mirum hoc, quando iam noſtris temporibus videmus hæreticos quã plurimos,qui contra Deum in ritibus Aſacris,& cõtra nomen Dei,& tabernaculum eius,& ipſos quoquè ſanctos, qui iàm ſunt in cœlo relati, nõ deſinunt os blaſphemum aperire? Quos miſſerrimè perituros dubium eſſe nõ debet.Antichriſtus igitur publicè prędicare nõ dubitabit, ſanctos omnes, qui perſecutionem paſſi ſunt propter juſtitiam,nõ ſolum nõ eſſe beatos,ſed grauiſſimas pœnas in inferis dare. D.Tho. Cælius.

¶ *Et datum eſt illi facere bellum cum ſanctis,& vincere illos.* Datum eſt (inquit),ideſt, permiſſum eſt,niſi enim permitteretur, pilum nõ proficeret: proficiet autem,quia permittetur excitaturus bellum ſæuiſſimum aduerſus ſanctos. Sed ais:quare Deus ſanctos ſuos permittat impiorũ perſecutionib⁹ vexari? Cui quæſtioni facilis eſt reſponſio.Permittũtur ergo ſancti vexari in hoc mundo, primò,vt probentur ſicut aurum in igne: Sapien.3. Dan.12. 1.Petr.1. ſicut Chriſtus igne paſſionis probatus eſt, vt ad regnum glorioſior perueniret.Secũdò, vt maior Dei dilectio erga illos innoteſcat, vt ſuperius docuit Ioã. cap.3. circa finem,& Paulus ad Hebræos.12. Tertiò,ad oſtendendam mũdo ipſorum patientiam,ſicut in ſancto Iob.Quartò, ad meriti augmentum ſic Thobiam. Quintò,ad virtutum illis collatam cuſtodiam. Sic Paulus.2.Cor.12. Sextò,ad ſuſcipiendæ pœnitentię propeccatis ſuadelã:ſic Dauidem. Quia verò reprobi,quos odit Deus, talia re media nõ percipiunt, probantur indigni vita vtiquè æterna qui modô tanquàm dilecti à Deo creduntur: nec corriguntur à vijs eorum peſſimis, vt nõ ſalui fiant.Sed veniet tempus, vt quibus nunc iratus Deus,per tribulationum immiſſionem videtur, tunc placatum inueniant. Reprobi autem qui

Tribulationũ immiſſarũ in ſanctos cauſæ Sap.3. Dan.12. 1.Pet.1. Ioa.3. Ad Hebr.12. 2.Cor.12.

qui facere plus sibi modo dum existimant, tunc experientur infernum, implacabilem, atque crudelem eis versum: vt ira, quæ nunc misericordi ter à sanctis incipit, in reprobis sine misericordia saeuiat. Vnde Petrus ait: tempus est vt incipiat iudicium à do-
1.Pet.4. mo Dei. 1.Petr.4. Quod perinde est ac si diceret apertius: in hoc seculo electi iuxta occultum Dei iudicium miris afliguntur modis, quorum afflictio desinet in reprobis, vt cùm Deus electos suos temporaliter vrat, repro
Psa 74. bos cruciet æternaliter: iuxta illud qđ Dauid ait Psalmo.74. Et inclinauit ex hoc in hoc: verum tamen fex eius nõ est exinanita, bibent omnes peccatores terræ. Quibus verbis docere vult propheta, quòd seueritas iudicij quæ incipit à sanctis, desinet in peccatores, nõ simpliciter, sed fæcis impuritate.

Sancti & victi sunt corpore nõ tamẽ animo, nam semper insidiantur. ¶ *Datum ergo est*, & permissum Antichristo, *bellum facere cum sanctis, & vincere illos.* Hoc autem quod posterius additur: & vincere illos, non ita est intelligendum, quòd à fide deficient electi, sed quod ita erunt abiecti & persequuti, vt videantur à mundo tanquam victi, quando omnia quæcumquè volet Antichristus facier. Sic etiam olim Apostolis, & martyribus eueniebat, de quibus tamen dicitur: sancti per fidem vicerunt regna, ad
Hebr.11. Hebræos.11. Qui adeò nõ sunt victi, quod etiam victores dicantur impietatis tyrannorum.

¶ Vnde Ioãnes ait in prima sua ca-
Ioa 5. nonica.cap.5. Hæc est victoria quæ vicit mũdum fides nostra. Quæ tũc demum vincet & in nobis, si firmiter manserimus, quemadmodum martyres, & nõ vacillantes tanquam à vento agitati. Qui vacillat similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, vt

A Iacobus ait. cap. primo. Vincet igi- Iacob.1.
tur Antichristus electos Dei, occidẽdo & persequendo corporaliter. Vincetur tamen ab illis perseuerando in fide.

¶ *Et adorauerunt eum omnes habitãtes terram.* Omnes dixit, sed inhabitãtes terram, ideſt, homines terreni, recedentes (inquit) à te in terra scribentur. De his enim intelligi locũm hunc docent verba sequentia.

B ¶ *Quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ agni, qui occisus est ab origine mundi.* Obseruandum est, quòd Liber vitæ & liber mortis.
omnes electi sunt scripti in libro vitæ agni, qui liber appellatur cœlum Lu- Luc.10.
cæ.cap.10. dicente Domino: gaudete & exultate quoniam nomina vestra scripta sunt in cœlo. Cõtra verò reprobi scripti sunt in libro mortis de
Psa.68. quibus ait Dauid. Psalmo.68. deleantur de libro viuẽtium, & cum iustis Declaratur locus.
C nõ scribantur. Ideo deleri debent. Quia delectio eorum, est nõ scriptio. Quia igitur impij nõ scribentur cum iustis, ideo deleri debent de libro vitæ. Vnde illa cõiunctio, &, accipitur pro, ideſt, deleãtur igitur de libro vitæ, &, ideſt, cum iustis nõ scribantur. Hũc librum mortis, vocat Hieremias terram (vt supra dictum
Da n.12. est.) De hoc libro vitæ intelligens Daniel.cap.12. ait: in tempore illo saluabi
D tur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. & Paulus ad Philippẽses.4. capite ait: quorum no-
Philip.4. mina scripta sunt in libro vitæ, & noster Ioãnes superius capite.3. & infra c.21. meminit huius libri.

¶ Obserua secundò, quòd duplex est liber vitæ alter, in quo illi sunt scripti, qui secundum propositum æternæ prædestinationis sunt electi ad vitam æternam à quo nunquam delen-

tur:

tur:alter,in quo illi ſunt ſcripti,qui ſe cundum præſentem iuſtitiam ſunt in gratia:à quo delentur per peccatum mortale,quam ob cauſam aiunt quidam authores,librum vitæ ſcriptum apud Ezechielem capite.2. Scriptum eſſe intus & foris:vt intus ſcripti, ſint prædeſtinati: qui numquam delebuntur:foris verò illi,quos & deleri, & deletos iterum ſcribi, nihil prohibet.De hac ſcriptura quæ foris eſt,interprætantur illud quod dixit Moyſi Exod.capite.32. Qui peccauerit mihi delebo eum de libro meo. Cæterum de quo libro loquatur Moyſes: aut quomodo verba eius ſint intelligenda,cum dixit:in capite illo, Domine dimitte eis hanc noxam, aut ſi non feceris , dele me de libro tuo quem ſcripſiſti:res dubia eſt. Legite Pintum Danielis capite.12. Vbi multas affert expoſitiones ſanctorum patrum.

Ezech.2. quid ſit librum ſcribi intus & foris.

Exod.23.

¶In hoc igitur loco non loquitur, D.Ioannes de libro ſecundo vitæ,ſed de libro primo,in quo ſcripti ſunt electi.Hunc librum vitæ D. Auguſtinus libro.20.de Ciuitate Dei, ait eſſe Dei notitiam,qua prædeſtinauit eos, quibus præſciuit ſe daturum vitam æternam.

Liber vitæ quis dicatur Augu.

¶Alij dicunt hunc librum vitæ,eſſe ordinem diſpoſitionis diuinæ : & ſcientiam prædeſtinationis eorum, qui ſunt ad vitam æternam præordinati.Alij aiunt eſſe conſcriptionem electorum in mente diuina.

¶*Agni qui occiſus eſt ab origine mundi.* Dicitur autem agnus occiſus ab origine mundi. Quia licet fuerit occiſus in tempore,prædeſtinatus tamen eſt ab origine mundi, quando, videlicet,peccauit Adam, non quia iam ante omnia ſecula non fuerat prædeſtinatus Chriſtus, vt occideretur pro peccatis. Nam ſicut ab æterno Deus prædeſtinauit Chriſtum ex ſemine Dauid futurum:ita etiam ab æterno prædeſtinauit eius mortem pro peccatis. Quia præſciuit hominem caſſurum,quem prædeſtinauit creandum.Sed quia mors Chriſti quæ erat in prædeſtinatione æterna Dei,ſtatim vt peccauit Adam, & doluit pro peccatis,per fidē infuſſam illi applicata eſt,ſicut medicina morbo:ideo dicitur agnus occiſus ab origine mūdi.

Primus ſecius. Quare dicatur agnus occiſus ab origine mundi.

¶Nec probarim quorundam conſtructionem per hyperbaton , vt *ab origine mundi* cum particula *ſcripta*, conſtrueretur hoc modo. *Quorum nomina non ſunt ſcripta ab origine mundi, in libro vitæ agni qui occiſus eſt:* & ſi idem Ioannes inferius capite.17.dicat: & mirabuntur inhabitantes terram, quorum non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ à conſtitutione mundi.Nō inquam,probarim hanc conſtruuonem:nam ſic ſenſus ſpiritus (vt author Collectaneorum ait)prorſus inuerteretur:vt clarum & perſpicuum eſt,ſublato tanto ſacramento. Nam ſi Ieſu Chriſti Domini noſtri paſſio, & mors , ſtatim vt primus parens Deum offendit,ipſi per fidem adhibita vt medicina non fuiſſet, hocq; illi non innotuiſſet,facilè deſperaſſet:nec Dei prouidentia proceſſiſſet, qui hominem ad ſuam condiderat beatitudinem.

Gagne. & Beda.

Infra.c. 17

Secūda expoſitio.

¶Cæterum Ansbertus, & alij patres per figuram affirmant occiſum fuiſſe agnum ab origine mundi in Abel,quando Abel à Cayn fratre occiſus,Chriſtum præfigurabat à Iudæis fratribus occidendū.Item ſicut in ſuis patitur Chriſtus,ita in ſuis occiditur: vnde eſt illud : Saule Saule cur me

Act.7. perſequeris. Actorum nono. Quare dicendum eſt, non in ſe occiſum fuiſſe Chriſtum ab origine mundi : ſed in ſuis membris. Fuit enim occiſus in Abel (vt modò dicebamus) perſecutus in Abraham, venditus in Ioſeph, exul in Moyſe, qui (vt ait Paulus) prætulit improperium Chriſti omni theſauro Aegyptiorum. Fuit etiam Chriſtus occiſus ab orbe condito in victimis, oblationibus, hoſtijs, ſacrificijs, quæ Chriſtum venturum, mortemquè ſubiturum adumbrabant, eumquè futurum eſſe, verum illud ſacrificium oſtendebant, quod ſe in crucis ara pro nobis deuouit atquè conſtituit, vt mundi crimina deleret. ¶Sed quid obſecro erit de electis, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ agni? &c. Numquid adorabunt etiam beſtiam? Ad hoc audi quid apud Mathæum dicat Dominus. Erit enim tribulatio magna ita vt in errorem ducantur. (ſi fieri poſſet) etiam electi, quæ ſermonis dubitatio (vt Diuus Gregorius ait) in electis exprimit trepidationem mentis. Dicitur ergo, ſi fieri poteſt, quia trepidabunt, & tamen dicuntur electi, quia non cadent. Reprobi ergo tunc cadent, & non tandem reſurgent.

Pſa.49. Math.24. Grego.

¶ Siquis habet aurem audiat, qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet. & qui in gladio occiderit: oportet eum gladio occidi. Hic eſt patientia, & fides ſanctorum.

¶Quoniam præmiſerat fore, vt in electos bellaret, & eos vinceret Antichriſtus, & opprimeret: ne deſperandi occaſio fidelibus daretur. Conſolationem, his verbis ſubdidit dicens: ſi quis habet aurem audiat: qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet. Ac ſi diceret: futurum eſt enim, vt quoſdam exilio multet Antichriſtus. & ad ſeducendum captiuos teneat: ſed qui captiuos fideles tenuerit, ipſe in tenebras exteriores captiuus ibit. Iuſtus namquè eſt Dominus, & juſtitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Pſalm. 10. In qua enim menſura menſi fuerimus, remetietur nobis. Vt Chriſtus ait Mathæ. cap. 7. Hinc eſt quod olim Dominus apud Eſaiam. cap. 33. Regi Senacherib dicebat: væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis? Verè Reges, & Imperatores ſi non digna imperio quod Dei nomine gerunt, facere ſtuderint, prædones ſunt, quibus calamitas, & perpetua miſeria prædicitur ab Eſaia, dicente Senacherib Regi: væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis, vt quod injuria intuliſti, tu ipſe iuſtiſſimè recipias? Sub typo verò Senacherib Antichriſti euerſio per Chriſtum efficienda his etiam verbis Eſaiæ intelligenda eſt. Quod apertè indicare volens Diuus Ioannes in hoc loco ait: qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet. Vnde ad idem ſubdit Ioannes: & qui in gladio occiderit, oportet eū gladio occidi. Quem locum ſi ad Antichriſtum referamus intelligunt patres aliqui, tàm de gladio ſpirituali, quàm de corporali. Antichriſtus enim innumeros interficiet gladio malæ perſuaſionis: quo interficitur anima. Alios verò quàm plurimos innocentes gladio materiali quo interfecturus eſt duos illos eximios Prophetas, Dei què Euangeliſtas, Enoch, & Elyam. Forſitan de primo gladio ſpirituali loquebatur regius ille vates cū dicebat de gladio maligno eripe me. Potius n. volebat liberari à gladio impiorū ſpirituali, quo animæ

Pſa.18. Math.7. Eſa.33.

quomodo Deus cōſolatur ſuos cum afflīguntur.

in

Antichristus occidetur & gladio materiali, & gladio spirituali.

interficiũtur, quàm à gladio materiali. Quoniam potentior est ille magisquè formidandus quàm ille. Quia igitur Antichristus quosdam innocentes occisurus est gladio materiali, eodem etiam gladio oportet eum occidi. Occurret enim Dominus in gladio forsitan materiali, vt exterminet eum: qui solebat fidem sanctorum, itemquè patientiam explorare tormentis, vt requies non daretur illis. Occidetur etiam gladio spirituali à Christo Domino, vt testatur Paulus 2. ad Thessalonicenses 2. his verbis; quem Dominus interficiet spiritu oris sui. Alludit enim Paulus ad prophetiam Esaiæ cap. 11. vbi dicitur, spiritu labiorum suorum interficiet impium. Quæ verba retulit Hieronymus ad Antichristum, quem Dominus Iesus interficiet in postremo aduentu, spiritu oris sui. ¶ Vbi interim aduerte, Paulum, locum Esaiæ referentem, non dixisse: spiritu labiorum suorum, sed spiritu oris sui. Est enim familiaris mos iste Euangelistis, & Apostolis, retento sensu verba mutare, vt Stephanus Actorum 13. Inuenio Dauid seruum meum, adiecit, filium Iesse. Id quod Diuus Hieronymus multoties annotauit. Christus igitur (aiunt tàm Propheta quàm Apostolus) interficiet impium Antichristum spiritu oris sui, siue spiritu labiorum suorum. quippè per Angelum Michaelem (vt aliqui existimant) Antichristus interficiendus est: quem, spiritum oris Christi vocat scriptura. Quia vt verbo Domini cœli firmati sunt: ita Angeli verbo Dei conditi. Vel quia ad nutum Christo omnes Angeli seruiunt. Præterea interficiet impium spiritu labiorum suorum, hoc est, A verbo suo confundet, & interimet eum. Vbi considera periphrasin verbi Dei. Spiritus enim labiorum suorum dicitur Verbum Dei, est validus ille, & accutus gladius quo superbi Goliath caput amputatur, hoc est, quo diabolus atquè Antichristus eius vincitur, & interficitur. Quare meritò noster Ioannes de illo atquè de eius satellitibus intelligens ait: qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Quod si hæc sententia B certa est, vt certum est, væ homicidis omnibus. Nam stat sententia, qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi, & stat lex illa, quicumquè effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius Genesis nono. Atquè eam ob causam ait Dominus Petro, gladium euaginanti, & præscindenti cuiusdam Iudæi auriculam: emitte gladium tuum in vaginam: o- C mnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Vbi subaudiendum est secundum legem, quæ iubet homicidas interfici. Licebat enim Petro naturæ lege Christum iustum, & innocentem defendere, cum vim vi reppellere omnibus licitum sit. Sed Christus Dominus, cum vellet pro nobis bibere calicem, quem dederat illi pater: volẽs Petrum à defensione aliàs iusta retardare, adduxit illi in D memoriam legem latam aduersus homicidas dicens: omnes qui acceperint gladium gladio peribunt. Qua iustè vel injustè vterentur Iudæi si Petrus aliquẽ tũc occidisset. & vt illũ magis à pposito remoueret subiũxit dñs: calicem, quem dedit mihi pater, non vis, vt bibam illum? Caueant igitur, vt ad rem redeamus, omnes qui alios iniustè occiderunt, quoniam gladio ęterni suplicipij occidentur.

Spiritus labiorũ Christi est periphrasis verbi Dei. Figura.

Væ homicidis nam si gladio occidit, gladio peribit

Gen. 9.

Explicatur locus.

1. Thes. 2.

Et est Locus exponitur. D. Hier.

Solẽt Euãgelistæ, & Apostoli retẽto sensu verba mutare. Act. 13. Psa. 88. D. Hiero.

Nota. Michael vocatur spiritus oris Christi.

quòd si objicias: damnatorum animę semper viuunt, quomodo ergo occidentur? Cui dicendum est, damnatos occisos dici, non propter naturalis vitæ amissionem, sed propter angustiæ tartareę acerbitatem, quæ tanta est, quod viuere in ea mors sit. Vnde Diuus Augustinus, libro. 7. de Ciuitate Dei optimè ait: nam & si anima in pœnis viuit æternis, mors est potius æterna, quàm vita. Item damnati meritò occisi dicuntur, quod priuentur vita illa mellifiua, & sempiterna, quę Deus est. Vnde idem Augu. in eodē. lib. ait: summa mors animę est, aliena tio à vita Dei in æternitate supplicij. Ita D. Thomas hic.

Augu. li. 7. de Ci. Dei

D. Tho.

¶ *Hic est patientia, & fides sanctorum.* Ac si diceret: in hoc patientiam habere debent, & fidem credentes. Quia, scilicet, si nullum malum impunitum, nullum etiam bonum futurum est irremuneratum, vt Gagneius explicat. Præterea, hîc ostenditur materia profectus Ecclesiæ. Quia tribulatio erit eius materia. Ad hunc autem profectum concurrent, & patientia in sustinendo, & fides in informando. Nam fides cum dilectione patientiam ipsam informabit, & esse meritoriam faciet. Patientia ergo nobis maximè necessaria est, quæ excitatur in aduersis, vt Paulus ait ad Romanos quinto, tribulatio patientiam operatur. Vnde Diuus Gregorius: Sancti corporalem pœnam lucra putant: quia per hanc, æternam euadere non ignorant. Fides etiam nobis necessaria est, quæ probatur aduersis, sicut aurum igne. Vnde Petr. ait: prima Canonica. cap. 1. Modicum nunc si oportet contristari in varijs tentationibus, vt probatio vestrę fidei multò prętiosior auro, quod per ignem probatur: hęc est quæ docet, & aduersa pati iuuat. Hæc est, quæ docet vitia fugere, virtutem sectari: & ostendit simul & præmium, & suppli cium. Hęc est, quę vincit mundum, vt Ioānes ait. 1. c. 5. Hęc igitur est fides sanctorum, qui sunt à fęce peccatorum synceri, & immaculati, mundo què mortui. Vnde Isidorus: sancti viri ita huic mundo moriuntur, vt soli Deo viuere delectentur.

Patientia nobis necessaria est & tolerantia.

Rom. 5.

Fides nobis necessaria quę probatur aduersus. 1. Pet. 1.

Fidei laudes.

2. Ioa. 5.

Isidorus.

¶ *Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat duo cornua similia agni, & loquebatur sicut draco.* Diuus Gregorius. 33. Moralium. cap. 26. Docet his verbis hypochritas depingi: quorum prædicatio (inquit) tędarum lampadibus comparatur. Iob cap. 41. cum dicitur: sicut tędę ignis accensę. Tęda enim cum accenditur, odorem quidem suauem habet, sed lumen obscurum: ita isti prædicatores Antichristi, quia sanctitatis sibi speciem arrogant, sed tamen opera iniquitatis exercent: quasi blandum quidem est quod redolent, sed nigrum quod lucent: olent enim per simulationem iustitię, sed obscurum ardent per nequitiæ perpetrationem. Quorum simulationis malitiam Ioannes in hoc loco breui descriptione comprehendit dicens: vidi aliam bestiam descendentem de terra, habentem duo cornua similia agni, & loquebatur vt draco. Priorem quippè bestiā, ideſt, Antichristum superiori iam descriptione narrauerat, postquem etiā hęc alia bestia ascendisse dicitur: quia post eum multitudo prædicatorum illi⁹ ex terrena potestate gloriatur. De terra quippè ascendere, est de terrena gloria superbire, quę habet duo cornua agni similia. Quia per hypochrisin sanctitatis, eam, quam in se veraci-

1. expositio grægo. qua deleri buntur hypocritarū mores. Grego. lob. 41.

ter

ter Dominus habuit, singularem sibi ineſſe & ſapientiam mentitur, & vitam. Sed quia ſub agni ſpecie auditoribus reprobis ſempiternum virus infundit, rectè ſubditur, & loquebatur vt draco. Iſta ergo beſtia, ideſt, prædicantium multitudo, ſi apertè vt draco loqueretur, agno ſimilis non appareret, ſed aſſumpſit agni ſpeciem, vt draconis exerceat operationem. Quod in illo loco Iob vtrumquè per tædarum lampades exprimitur. Quia et obſcurum ardent per effectum malitiæ, & quaſi ſuaue redolent per ſimulationem vitæ. Sed nequaquam æſtimandum eſt, quod tunc ſolum Antichriſti prædicatores apparebunt, & nunc ab humanis deceptionibus deſunt. Modò namquè priuſquàm per ſemetipſum appareat, nonnulli illum vocibus, pleriquè autem moribus prædicant. An prædicatores ſimulationis illius non ſunt qui cum ſacros Dei ordines obtinent, fugientem totis deſiderijs mundum tenent: qui virtutis eſſe oſtendunt, quæ faciunt, ſed vitium eſt omne quod agunt? Hæc Grægorius. Modò ſingula verba perpẽdamus.

¶ *Et vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra.* In beſtia ergo illa ſeptem capitum, Antichriſtum in ſe accepimus. Nunc autem beſtia hæc terreſtris, corpus prioris deſignat, eos videlicet, qui eum pro ſua virili prædicaturi ſunt, vt affirmant multi patres. Omnium ergo doctorum impiorum impias doctrinas prædicantium, typus eſt beſtia hæc quæ de terra aſcendere dicitur, quia de terrenis ſuis concupiſcentijs, vnde terrenam ſuam fragilitatem agnoſcentem humiliari oportebat, in altum ſuperbiæ, & ſingularitatis, licet occultè & per hypochriſin ſe erigit, vt Gagneius ait. Præterea, etiam de terra idcirco aſcendere dicitur: quia Doctores hj terrena ſapientia erunt præditi, quam animalem, & diabolicam vocat Iacobus, ſolo terrenorum affectu ad docendum moti. Qui etiam terrenis commodis & diuitijs, quibus pollebunt, in ſuperbiam abutentur, ambitione gloriæ ac auaritia fœdiſſimè laborantes. Vnde Grego. dicebat: de terra quippè aſcendere, eſt de terrena gloria ſuperbire.

Beſtia iſta deſignat cætũ Antichriſtianorum.

Gagne.

¶ *Et habebat*, inquit, *duo cornua ſimilia agni.* Duo cornua agni, duo ſunt ſcripturæ teſtamenta, quæ agnum Chriſtum, & naſciturum prædicunt, & natum proferunt, quæ ſibi vſurpabunt pſeudo illi prophetæ, ad ſua ſenſa corrumpentes ea, quemadmodum & omnes hærerici. Ita Primaſius quem refert author Collectaneorum, & Gagneius, & Richardus, & alij.

Duo cornua agni duo teſtamenta.

Primaſius. Gagne. Cælius. Richar.

¶ Poſſunt etiam per hæc duo cornua ſimilia agni intelligi doctrina, & miraculorum virtus, in quibus Chriſti potentia demonſtrata fuit. De quo dicitur Lucæ vltimo: qui fuit vir propheta potens in opere, & ſermone coram Deo, & omni populo. Hęc in Chriſto imitabuntur monſtra, vt Antichriſto obediant omnes. Falſa enim doctrina ſua, & falſorum prodigiorum virtute decipient multos. Vnde Chriſtus ait Mathęi vigeſſimo quarto. Surgent enim pſeudoChriſti, & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi. Vnde quemadmodum olim magi Pharaonis, hoc eſt, Iamnes, & Mãbres, vt Paul. explicuit. 2. ad Timoth. 3. Suis magicis incanta-

Duo cornua agni doctrina & virtus miraculorum.

Luc. vlt.

2. Timo. 3.

tionibus reſtiterunt Moyſi: ita & iſti reſiſtent veritati, homines corrupti mẽte, reprobi circa fidem: ſed vltra non proficient, vt verbis vtar Pauli: inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit. Tertiò per hæc duo cornua agni, hoc eſt, Chriſti ſapientia in doctrina, & ſanctitas in vita intelligi poſſunt. Nam ſicut agnus in doctrina & ſanctitate vitam ſuam perfecit, atquè gentes ad ſe traxit: Ita ſimilia cornua ſe habere ſimulabit hæc beſtia. Fingẽt enim pſeudoprophetę iſti doctrinam veram, & ſanctitatem. Vnde. D. Gregor. in hũc locum ait: prædicatorum Antihriſti multitudo, eam quam in ſe veraciter Dominus habuerit, ſibi ſingularem ineſſe ſapientiam, & vitam mentietur.

Duo cornua agni ſapientia Chriſti in doctrina & ſanctitas in vita.

D. Grego.

¶ *Et vidi*, inquit, *aliam beſtiam aſcendentem de terra, & habebat duo cornua ſimilia agni, et loquebatur ſicut draco.* Aliter alij hũc locum explicant vnde hanc beſtiam Irenæus lib. 5. vocat armigerum Antichriſti, quem pſeudoprophetam vocat poſtea Ioãnes. & de quo inquit, loquebatur quaſi draco, & poteſtatem primæ beſtiæ omnem faciebat in conſpectu eius. &c. Ex quo videtur intelligi prædicatorem aliquem magnum ſignificari, præcurſorem Antichriſti: qui eloquẽtia ſua, & potentia ad prodigia faciẽda, & ſimulatione ſanctitatis populorum multitudinem adducturus ſit ad eumdem Antichriſtum. Etenim Dominus Ieſus præcurſorem in primo aduentu habuit Ioãnem: in ſecũdo habiturus eſt Elyam: ita Antichriſtus hunc præcurſorem habebit. Quæ explicatio probabilis videtur nõ ſolum quod illam ſequatur Irenæus, quem ſequitur Aretas, ſed quoniam ita de ea ſemper loquitur ſicut de vno: vt cap. 19. & apprehẽſa eſt beſtia, & cum ea pſeudopropheta, qui facit ſigna coram ipſo, & continuò viui miſſi ſunt hi duo in ſtagnum ignis. Vbi cum articulo ponitur in Græco pſeudopropheta, ac ſi diceret: pſeudopropheta ille.

Secundus ſenſus huius loci. Beſtia iſta erit armiger Antichriſti & eius ante ſignanus & præcurſor Irenæus.

Aret.

¶ Cæterum cur dicitur aſcẽdere de terra? Beda & alij aiũt idem hîc ſignificari in terra, quod prius ſignificatum eſt in mari cum dixit: & vidi de mari beſtiam aſcẽdẽtem. At cur prius aſcẽdere de mari dixit, nũc de terra, ſi idem in vtroque ſignificat? Beſtia ergo illa de mari aſcẽdit, vt in initio huius capitis diximus, quoniam inuſitata forma, & inuſitato terrore ſubitò hominibus apparebit. Quæ videtur in terra nõ magna videbitur, nec terribilis forma, ſed agno ſimilis: neque ſubitò cum poteſtate erumpet vt Antichriſtus, ſed paulatim ſe in animos, & in beneuolentiam hominum inſinuabit. Itaquè vt terra & mare nũc quaſi cõtraria cenſentur, ita aſcenſioni ſecũdę beſtiæ cõtraria eſt aſcenſio primæ.

Beda.

¶ Præterea aſcendere de terra dicitur, quod ex paruis ortum principijs, multum creſcit: & latè ſe per terram effundit. Vt Gene. ſecũdo, dicitur: ſed & fons aſcendebat de terra, irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ. Oſeæ ſecũdo, & congregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael pariter, & ponent ſibimet caput vnum, & aſcendent de terra. Rectè ergo de terra aſcẽdit, qui in initio ſolus videbitur, & poſtea incredibilem horum multitudinem habebit ſequentem. Qua phraſi & nos vtimur cum dicimus: a ſe lebantado del poluo de la tierra. Quando quis ex humili principio magnus eſt factus.

Aſcendere de terra quid ſit in ſacra ſcriptura. Gen. 2.

Oſeæ. 2.

ctus. Cornua verò in hac beſtia nõ reges ſignificant, vt in decem oſtendimus draconis, aut primæ beſtiæ. Cornua igitur quibus hæc beſtia nocebit ſunt ſermones ſimplices, & manſuetudinem, ſanctitatemque redolentes, & poteſtas, qua res mirabiles & prodigioſas efficiet. Quæ, quia non violenta ſunt, ſed blanda, & manſuetudine plena, ſimilia agni cornibus dicuntur. Cornua enim agni nõ ſunt recta, & acuminata, ſed recurua, & tenera & minimè apta ad nocendum.

Cornua beſtiæ quid ſignificent.

In agno Chriſtum ſignificari diximus in priori explicatione, ſed etiam poteſt hìc accipi non pro Chriſto, ſed pro animali, quoniam ſemper agnus cum Chriſtum ſignificat articulum habere ſolet in Græco, quem in hoc loco non habet. Scio ſine articulo poni agnum. ca. 5. & vidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio ſeniorum agnum ſtantem, tanquam occiſum: verùm ideo ſine articulo ponitur quia indefinitè accipitur. Ac ſi diceret: vidi quendam agnum, cum nondum explicauerit quis ſit. Ita cap. 1. dixit: & in medio ſeptem candelabrum aureorum ſimilem filio hominis. & cap. 12. mulier amicta Sole. Et poſtea: & ecce draco rufus. &c. Et peperit filium maſculum. & cap. 13. Et vidi de mari beſtiam aſcendentem. In his locis & in alijs huiuſmodi, non additur articulus, quia res quædam indefinitè ſignificantur. Vt quidam homo, quidam draco, & quędam beſtia. Et tamen poſtea de eiſdem rebus loquens articulis vtitur: quia iam notæ, & definitæ ſunt. Vt agnus ille, videlicet de quo dixit. Et draco ille, & mulier illa. &c. Ita nunc cornua dicit eſſe agni cornibus ſimilia. i. cuiuſdam agni.

Supr. c. 5.

Atque ad hunc modum intelligi poteſt quod addit, *& loquebatur vt draco*. Vt per draconem non intelligat diabolum cum draco ſine articulo ponatur. Loquebatur igitur vt draco, quoniam licet agnus videretur externè ficta & ſimulata ſanctitate & manſuetudine: intus crudelitate & veneno draco erat. Atque ita ſuis verbis quaſi nocentiſſimo quodam veneno animos hominum inficiebat. Itaque non comparatur eius locutio locutioni draconis: neque enim draconis eſt loqui: ſed ipſe cum loquitur draconi comparatur, quia venenum infundit vt draco.

¶ Et poteſtatem prioris beſtiæ omnem faciebat in conſpectu prioris beſtiæ. Si per hanc ſecundam beſtiam, præcurſorem, vt diximus, Antichriſti intelligamus: vult dicere noſter Ioannes: qui faciebat eadem miracula, quæ Antichriſtus faciebat. Idque in conſpectu eius, ideſt, ipſo Antichriſto cernente & approbante. Vt charus ipſi Antichriſto & intimus iudicetur, atque vt vbique eum magnificet: ſicut Chriſtus laudauit Ioannem præcurſorem ſuum. Vel quod potius exiſtimo, in conſpectu eius, ſignificat, ante ipſum ambulans, ipſum proximè præcedens & viam illi parans. Sicut dictum videtur. Pſalm. 49. Ignis in cõſpectu eius exardeſcet. & Pſal. 17. Præfulgore in conſpectu eius nubes tranſierunt. & Pſalm. 67. Deus cum egrederis in conſpectu populi tui, cum pertrãſieris in deſerto. & Pſa. 79. Dux itineris fuiſti in conſpectu eius. Poteſtatem autem dixit, pro re quæ cum poteſtate fit, ideſt, pro miraculis. More vſitato Hæbræorum, qui nomina abſtracta ponunt pro ſuis concretis: modò actiuè modò paſſiuè ſumptis.

In conſpectu alterius eſſe. i. ambulare quid ſit in ſacra ſcriptura. Pſa. 49. Pſal. 17. & 67. 79.

Sed si per hũc pseudoprophetam cæ- A tum ministrorum Antichristi intelligamus vt in priori explicatione diximus, in idem recidit. Sed priorem expositionem prosequentes, ait Ioannes hãc bestiam locuturam esse sicut draconem.

¶ *Et loquebatur*, inquit, *sicut draco*. Porrò cornua quidem habebat bestia agni similia, sed vox longè diuersa. Quippe loquebatur vt draco. Draconem diximus, diabolum figurare ob malitiæ venenum & astutiam quoq; qui in dracone Euam seduxit: quia ex abundantia cordis os loquitur vt Dominus ait. qualisquisque sit, lingua prodit. Iacob prodijt est per vocem, & si tectus fuerit sub veste Esau: lingua Petrum manifestum fecit, sic & tinnitu suo æra quæque dignoscuntur. Cum ergo bestia agni cornibus luserit: tamen lingua eam prodet draconem, subdola, mendax, & seducens.

Qualisquisque sit, lingua prodit.

¶ *Et potestatem priaris bestiæ omnem faciebat in conspectu eius.* Considera obsecro diaboli astutiam, & sagacitatem in decipiendis hominibus, videns quòd Christus Dominus acceperit plenariam potestatem à patre in cœlo & in terra edendi miracula, & mundum regendi in virga ferrea: secundum illud: data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Videns etiam eam potestatem tradidisse Christum suis ministris, secundum illud: Ité & prædicate Euangelium omni creaturæ, qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur &c. Conatus est agere similiam Dei. Et imprimis dedit omnem suam potestatem bestiæ priori, hoc est, Antichristo vt superius audiuimus. Nunc autem bestia hæc consulit omnem suam potestatem secum

Diabolus semper conatur agere similiam Dei vt homines decipiat.

Math. vlt.

Marc. vlti.

dæ bestiæ, hoc est, præcursori suo, siue ministris suis. Nam ficta miracula, quę per Antichristum faciet diabolus: Antichristus per suum præcursorem & per ministros, & prædicatores etiam facturus est. Et hoc est quod ait: & potestatem prioris bestiæ omnem faciebat.

Præterea, animaduerte diaboli versutiam, in tantum enim peruersi prædicatores Antichristi, illum honorabunt, vt quicquid agant, se coram illo tanquam vero Deo, vbique existenti, atque omnia intuenti agere dicant. In quo etiam erit similiæ sanctorum, qui in conspectu Dei se versari dicunt, vt est illud: viuit Dominus in cuius conspectu sto. 3. Regum 17. & Apostolus: sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur. Et Abraham Dominus ait: ambula coram me & esto perfectus Genesis. 17. Item Esaiæ. 38. Ezechias Rex dicit, memento obsecro Domine, quomodo ambulauerim coram te, in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Hoc idem dicent, & facere simulabunt impij prædicatores, & ministri Antichristi, atque eius præcursor. Quid verò sequutum est ex abusu huius potestatis, docet D. Ioannes in sequentibus verbis vsque ad finem capitis.

3. Reg. 17.

Genes. 17. Esai. 38.

¶ *Et fecit terram, & habitantes in ea adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis &c.* Incipit Ioannes ostendere persequutiones ministrorum Antichristi, figillatim: quas libet hîc in summa referre. Prima ergo erit, quod prædicatores Antichristi facient homines eum adorare. Secunda, quod sedent ficta miracula, quibus multos à fide reducere inducent. Tertia, quod facient mortales statuam Antichristi

Narrãtur in summa persequutiones ministrorum antichristi

co-

colere. Quarta quod compellẽt mul A tos characterem ſiue ſignum Antichriſti portare. Prima igitur perſecutio erit, qua facier ſecunda hæc beſtia, hoc eſt, hæreticorum, & peſſimorum prædicatorum congregatio, nunc vi, nunc metu, nunc precibus, nunc donis, nunc denique promiſſis terram, & omnes habitantes in ea adorare beſtiam primam. Quid verò per terram, & habitantes in ea intelligatur incertum eſt. Per terram igitur, & habitantes in ea aliqui intelligunt, & ſimplicem vulgum quem terram vocat, & primores quos habitantes in ea appellat. Hos enim omnes ſeducere conabuntur prædicatores Antichriſti, vt eum adorent. Alij verò per terram corpora terrena: & per habitantes in ea, animas in corporibus habitantes intelligunt. Conabuntur igitur Antichriſti miniſtri, corpora, & animas miſerabili ſeruitute beſtiæ priori ſubijcere, vt quicunque apprehenſi fuerint, corpore & anima ſint captiui. Alij verò per terram, & habitantes in ea, intelligunt homines terrenos theſaurizantes ſibi in terra, nõ in cœlo. Hos enim promiſſis, & muneribus facilè ad adorandam beſtiam priorem trahent. Tãdem alij volunt vt coniunctio, &, expoſitiuè capiatur pro, ideſt, hoc ſenſu: fecit terram &, ideſt, habitantes in terra, diuinos primæ beſtiæ honores exhibere.

Prima perſecutio.

Quid per terram & per inhabitãtes in ea intelligatur.

Auth. Collect.

¶ *Cuius curata*, inquit, *eſt plaga mortis.* Ideſt, quæ ſe ſimulabit mortem reſurgendo viciſſe: vt annotauit Beda, & alij patres. Hunc enim ſcriptura nõ occiſum, ſed velut occiſum dixerat. Sicut de Iudęis dictum eſt: ipſi autem non intrauerunt in prætorium ne cõtaminarentur. Ioan. 18. Non enim Iudæi tantorum ſcelerum conſcij verè inquinari timuerunt: ſed quid ſimulaſſent, quaſi affirmans retulit Euangeliſta. Ita Beda.

Beda.

Beda.

Ioan. 18.

¶ Quæri poteſt quomodo præcurſor, quem diximus Antichriſti, vel cætus miniſtrorum eius fecit adorare beſtiam primam, cum ante eius prædicationem ſcriptum ſit, & admirata eſt vniuerſa terra poſt beſtiam, & adorauerunt draconem, qui dedit poteſtatem beſtiæ, & adorauerunt beſtiam B dicentes: quis ſimilis beſtię? Poſſumus reſpondere, illud per anticipationem eſſe dictum, & tunc factũ cum beſtia ſecunda aſcendit, & fecit ſigna illa. Probabile tamen putant nõnulli ante aſcenſum ſecundæ beſtiæ homines nõ tam in adorationem Antichriſti, quàm in magnam quandam admirationem eſſe excitandos, & adoraturos quidem eum vniuerſos qui aderunt, ſed ſubita adoratione: nõ quaC ſi ſe illi in perpetuum tradentes. At cũ præcurſor iſte prodierit, & cum magna ſpecie ſanctitatis poteſtatem prodigiorum coniungerit: animas eorum qui prius adorauerant confirmabit: & plurimos deinde quocunque profectus fuerit peruertet. Mirabiliter enim augebitur authoritas Antichriſti cum viderint hominem, quem ſanctiſſimum putabunt, eius laudes prædicare: & accepta ab eo virtute prodigia D facere. Hoc autem quod diximus ex vtriſque verbis cognoſci poteſt. Prius enim dicitur: & admirata eſt vniuerſa terra poſt beſtiam, & adorauerunt beſtiam dicentes: quis ſimilis beſtiæ, & quis poterit pugnare cum ea? quibus verbis admiratio magna oſtenditur: & ſubita quædam adoratio extorta quodammodo illa admiratione, potiuſquam voluntate. In ſecunda autem adoratione dicitur: & ſe

duxit

duxit habitãtes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ. Quæ verba deliberatam iam & voluntariam adorationem firmam que declarant.

¶Quod verò addit: cuius curata est plaga mortis: videtur facere ad priorem sensum vt iam explicuimus. Si verò secundum sensum sequamur: intelligenda sunt hæc verba in hunc modum. Cuius scilicet capitis curata est plaga mortis. Vnum enim caput Antichristi vulneratum fuit: & ideo eius dicitur hæc plaga, quæ curata est ab eo. Cæterum amplificabit Antichristi potentiam præcursor iste, prædicans semper regem illum ab eo fuisse suscitatum. Plaga verò mortis appellatur immortifera, læthalis. Est enim Hebraismus.

¶*Et fecit signa magna, vt etiam ignem faceret de cœlo descendere in terram, in conspectu hominum.* Inter alia signa quę præcursor ille, siue ministri Antichristi facient, illud erit cęteris mirabilius, quòd ignem facient descẽdere de cœlo in terram in conspectu hominum, quo probent falsam suam doctrinam. Vnde sicut olim Elyas, inuocato Dei nomine ignem de cœlo descendere fecit, super sacrificium, & super structũ lignorum coram omni populo, vt vnus Deus, qui fecit cœlum, & terram solus coleretur, reiectis omnibus alijs diijs gentium: sic impia bestia ista virtute accepta à diabolo imitari volens Elyam, ignem subitò faciet è cœlo descendere, vt vel viso tanto prodigio credatur bestia prima esse Deꝰ. Quod si à fidelibus & pijs hominibus non illi fides adhibeatur, intelligentibus diuino quodam spiritu eius falsitatem: tunc iterum faciet ignem de cœlo descendere, qui deuoret illos. Imitatus Elyam. 4. Regum. 1. qui super duos quinquagenarios descendere fecit de cœlo ignem, qui deuoraret eos. 4. Reg. 1.

¶Cæterum simia ista impia, hoc est, præcursor siue congregatio hæreticorum, imitari volẽs Christum Dominum, qui in die Pentecostes Spiritum sanctum in specie ignis misit super Apostolos, quo repleti cœperunt loqui varijs linguis magnalia Dei: qui & ipsi postea in eos quos baptizabãt, Spiritum sanctum simili ignis specie aliquoties visibiliter faciebant descendere, vt similiter omnibus linguis loquerentur: sic pseudoprophetæ isti facient vt ignis descendat de cœlo, Dei nutu cœlo eis obsequẽte, vt decipiãt, qui perfectè stare in Ecclesia sanctorum noluerũt. Et hoc dæmonum ministerio. Idquod etiam in veteri testamento feciſſe eos testatur patientissimi Iob historia, cuius tactas oues, pueros que ignis è cœlo proiectus assumpsit. Facient ergo ignem descendere in terram visibiliter, vt variè loquantur homines. Quod fiet siue ex varietate gentium, siue ex Sathanæ astutia execrabili, vt hoc quasi indicio donũ Spiritus sancti sese percepisse iactent. Simulabit ergo Antichristus mortem, & resurrectionem, & ascensionem vt secundum priorem expositionem ostendimus superius: & finget Spiritus sancti in specie ignis missionem: vt in hoc loco vides. Collect. D. Thom. Beda.

¶Hic tamen obserua, qđ Christus Dominus ignem charitatis & amoris venit mittere in terrã, vt omnes summa charitate connecteret. Huc tendebant omnia eius miracula. Non enim quærebat propriam gloriam, sed proximorum vtilitatem. Hinc est, quod apud Mathæum. cap. 11. ait: Ite renunciate Ioanni, quæ auditis, & vidistis, cœci

Bestia ista hoc est præcursor Antichristiũ faget miraculũ quod reuera christus fecit in die Pentecostes, vt in omnibus similis Christo videatur.

Christus Dei amore & electorum miracula ardebat nõ quęrens propriam gloriã, contrà verò Antichristus. Matth. 11.

cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur &c. Quibus satis ostendit ignem suæ charitatis. Non enim venerat perdere, sed mederi. Hinc est quod cum discipuli ei dicerent; apud Lucam.c.9. Domine vis dicamus, descendat ignis de cœlo, vt consummat eos, scilicet, Samaritanos nolētes Christum recipere, dicit eis: nescitis cuius spiritus estis: filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. At homo peccati cum venturus sit, animas perdere, & propriam gloriam quæsiturus, non ignem charitatis, sed fulgura, & fulmina emittet in terram, vt vel saltem terrore homines ad se trahat, atque hoc idem contendet secunda bestia, hoc est, præcursor vel ministri eius & prædicatores. Cæterum vide Gregorium.33.moralium.c.37. Aliter exponentem hunc locum: inter explicandum illa verba Iob. c.41. De naribus eius procedit fumus, sicut ollæ succensæ atque feruentis. Quibus verbis mystice designatur, quòd in persecutione Antichristi in errorem penè mittantur electi. De leuiathan (inquit) naribus fumus exit. Quia ex eius prodigijs mendacibus etiam bonarū mentium oculos trepidationis caligo confundit. Tunc namque in electorū cordibus, conspectis terribilibus signis obscura cogitatio conglobatur. Vnde hoc veritatis ore per Euangelium dicitur: surgent pseudochristi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. Quasi quidem iam errare, & in cogitatione titubare. Sed protinus (si fieri potest) subiungitur. Quia proculdubio fieri non potest: vt in errorem plenè electi capiantur. Vnde autem in hac fumi caligine, ipse etiam animorum fer-

Luc.9.

Grego.

Iob.41.

Math.24

uor exprimitur, quum protinus subinfertur: sicut ollæ succensæ atque feruentis. Velut enim olla feruēs, est vna quæque tunc anima, cogitationū suarum impetus, quasi spumas ardentiū vndarum sustinens, quas & ignis cœli commouet, & ipsa temporalis oppressio more ollæ intrinsecus clausas tenet. Vnde Ioannes quoque cum huius bestiæ signa narraret adiungit: ita vt ignem faciat de cœlo descendere. Ignem quippe de cœlo descendere est, de cœlestibus electorum animis sancti zeli flammas emanare. Hæc Gregorius. Sed hæc expositio nō literalis, sicut præcedētes, sed mystica est.

Grego.

¶ *Et seduxit habitantes in terra, propter signa, quæ data sunt illi facere in cōspectu bestiæ.* Dicens habitantibus in terra, vt faciant imaginem bestiæ, quę habet plagam gladij.

¶ Imprimis aduerte, Irenæum lib. 5. recitatis his verbis sic scribere. Hæc signa magica arte esse ab illo facienda. Quod docuit Paul.2.Thessa.2. Sed de hoc iam diximus. Sed cur dictum est. *Seduxit*, cum dicendum videretur, seducet. quidam legunt seduxit, vt Primasius & Ansbertus & Ambrosius. Alij, seducet. vt Haymo. Alij, seducit. Ego non dubito nostrum interpretem vertisse seduxit, sicut habetur in vetustiorib⁹ codicibus, & maximè in complutensi: nam quamuis in Græco sit præsentis, est enim πλανᾷ. idest, seducit: tamen omnia huiusmodi verba quæ apud Græcos sunt præsentis temporis ipse in præteritū vertit. Vt potestatem prioris bestiæ omnia faciebat: & statim: & fecit terram & habitātes in ea &c. Et fecit signa magna &c. quare consequēs erat vt simi liter verteret: *& seduxit*. Hoc autem fecit, quoniam videbat plerumque a-

2.Thess.2.

Primas. Anber. Ambro. Haymo.

po-

postolum futura verbis præteriti tem poris enunciare more prophetico. siue potius, vt aliqui putant, quoniam exemplaria nactus est emendatiora quàm quæ modo habemus.

Sed neque Græca lectio repudian da est, sæpe enim prophetiæ de futuris loquuntur verbis præsentis tempo ris: vt res certa esse, & non tàm prædici quàm geri videatur. Sic dicitur Malach. 3. Malach. 3. Ecce ego mitto angelum meum. Et pro eo quod dictum est Esa. 28. Ecce ego mittam in fundamẽtis Sion lapidem. Petrus. 1. epist. cap. 2. dixit: Ecce lapidem pono in Sion. 1. Petri.

¶ Cæterum his verbis vt faciant imaginem bestiæ, quæ habet plagam gladij, etiam ostenditur priorem sententiam quam modo prosecuti sumus esse planiorem. vt scilicet, Antichristus sit, & non rex aliquis sibi subditus, qui plaga sit quasi occidendus. Qui verò secundam sententiam tenent, aiunt: reuera ita esse quòd præcursor ille persuadebit hominibus, vt imaginem Antichristi faciant: eamque in templis adorent: sed quoniã rex iste, qui credetur fuisse resuscitatus, membrum erit bestiæ prioris, & vnum ex eius capitibus, ipsa bestia dicitur habere plagam gladij. Sed quicquid de hoc sit, hoc certum est, quòd præcursor, vel præcursores Antichristi persuadebunt hominibus, vt faciant imaginem bestiæ.

¶ Hoc ergo loco agit D. Ioannes de persecutione quantum ad statuæ reuerẽtiam. Compellent enim pseudoapostoli homines erigere Antichristi statuam, & imaginem vt modò dicebam. Quemadmodum enim Ecclesia Catholica imaginem Christi crucifixi facere, & erigere solet: vt à fidelibus terrena contemnentibus & in cœlo conuersantibus veneretur. Ita illa impia Synagoga Sathanæ imaginem bestiæ conflabit vt non à cœlestibus hominibus, sed à terrenis, & terræ habitatoribus adoretur. Et quẽadmodum Christi imago plagis est insignita: sic etiam Antichristi imago cicatrices, & vulnerum vestigia, quæ signa sunt mortis, quæ per gladium significatur, ostendet. Vnde Victorinus ait: auream Antichristi statuam, & imaginem in templo Hierosolymis, vt adoretur, collocandam: & vt facilius miseri homines ad idolatriã trahantur. Audi quid statim in litera subiungat. D. Ioannes. S. Thom. Victor. D. Ioan.

¶ Et datum est illi, vt daret spiritum imagini bestiæ, & vt loquatur imago bestiæ, & faciet, vt quicumque non adorauerint imaginem bestiæ, occidantur.

Imprimis aduerte, quòd hoc datum dicit bestiæ, hoc est, præcursori illi aut pseudoprophetis, vt immisso spiritu sathanico idolum illud execrabile responsa quoque dare faciant. Sed à quo hoc datum est? à Deo scilicet, permissiuè tamen, ex magna iracundia in peccatores: vt ludificentur perpetuis erroribus, qui apertam veritatem sequi noluerunt. Iam hîc vides, quòd iusto Dei iudicio permittuntur peccatores obstinati decipi, & propter sua innumera peccata in alia grauiora labi. Permittet Deus vt imago Antichristi loqui videatur. Iuste Dei iudicio permittuntur obstinati decipi, & in grauiora peccata labi. Cælius.

¶ Secũdò aduerte, quòd homines isti scelerati, & Antichristi ministri, non verum spiritum, nec veram loquelam imagini dabunt: nam statua viua non erit. Quamuis namque habeat malignum spiritum inhabitantem, minimè tamen statuæ vnitum & coniunctum, sicut anima nostra coniuncta & vnita est corpori. Habebit quidem statua illa spiritum diaboli vt

motorem, non autem vt formam perficientem. Præterea nec ſtatua hæc propriè loquetur: cum loqui propriè ſit cum intentione proferre, per organum rationali animę vnitum naturaliter. Sicut igitur olim dicebantur idola loqui, cum dæmones in eis reſponſa dabant: ſic dicetur loqui Antichriſti imago, diabolo in ea reſponſa dante, & futura prædicere conante. Vnde Aretas ait: hoc autem circa ſimulacra conſiderandum eſt, quòd multa eorum, & ſuadere, & loqui, ſcripta ſunt temporibus græcorũ operatione diabolica.

D. Tho.

Aretas.

¶Tertiò notabis, quòd beſtia hæc edictum faciet, vt qui ſtatuam Antichriſti non adorauerit, immaniter occidatur: cuius rei figuram habes Daniel. cap. 3. vbi refertur, quòd Nabuchodonoſor Rex fecit ſtatuam auream, & edicto publico præcepit, vt omnes adorarent eam, audito ſonitu tubæ, & fiſtulæ, & cytharæ. Quod ſi quis non adoraret, ſtatim mitteretur in fornacem ignis ardentis. Sic Rex iſte impius huius mundi erigere faciet ſtatuam ſuam in Hieruſalem: ad quam adorandam demulcebit aures hominum omni genere muſicæ, hoc eſt diuitijs, voluptatibus, dignitatibus, quibus innumeram ſceleratorum hominum multitudinem ad imaginem ſuam adorandam pelliciet. Quod ſi fideles & electi eam adorare noluerint, in fornacem ignis mittentur, atquè infinita tormentorum genera patientur. Eiuſdem etiam typus fuit rex ille ſuperbus Tyri. De quo Ezech. c. 28. ait: eleuatum eſt cor tuum, & dixiſti, Deus ego ſum. Huic ſimilis fuit Cayus Caligola Romanorum Imperator, qui ſimulachrum ſibi fecit ſtatui præcipiens, vt ab omnibus coleretur: vt ait Flauius Ioſephus. libro. 18. Antiquitatum. Auream imaginem fecit Nabuchodonoſor adorandam: auream etiam facient ſtatuam Antichriſti, ad maiorem diuitiarum ſuarum oſtentationem, inanem gloriam, & inſolentem vanitatem. Forſaſſe ideò ita inſtituet, vt qui Antichriſtum colere recuſauerint, ſaltem colant aurum ipſum, aurum quo Rex ille impius, & famuli eius pauperes alere deberent, templa Deo vero conſtruere: regnum Chriſti in pace, & iuſtitia continere, in fabricanda ſtatua ſuæ blaſphemiæ demonſtratrice conſummabũt, exemplo regis Babylonis.

Coget præcurſor Antichriſtibomines adorare imaginem eius. Dan. 3. Figura.

Ioſephus.

¶Denique, ſicut tres pueri nolentes adorare ſtatuam in fornace miſſi ſunt: ſic omnes Chriſti fideles ſtatuam Antichriſti adorare nolentes crimine contemptæ religionis, apud Antichriſtum, eius ſatellites deferre non dubitabunt. Vertent illis crimini quòd obedientiam abijcerent, & ſtatuam colere recuſarent. At in his quæ præceptis diuinis repugnant, cum nõ debeamus principibus obedire, iure quidem electi, tunc pſeudoprophetis illis non parebũt. Cum optimè nouerint, primum præceptum decalogi eſſe, non habebis deos alienos, non facies tibi ſculptile, non adorabis ea, nec coles. Exod. 20. Rurſum Deutero. 6. dait Dominus: Dominum Deum tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies. Quæ verba Chriſtus attulit apud Matheum. c. 4. ad diaboli tentationem refutadam. Vbi adorare & ſeruire intelligitur de obſequio & ſeruitute, quam Theologi latriam vocant. & quoniam quę hi præcipient, cum Dei præcepto non cohærebũt, potius volent fideles electi mori, quàm impijs hominibus obedire. ¶Cæterum in hoc loco niam

Electi enim adorabunt ſtatuã Antichriſti, quãuis occidantur, ſcientes ſolũ Deũ eſſe adorandũ, & non idola Exod 20. Deu. 6. Math. 4.

Ezech 28. Figura.

existimant ita legendum esse. *Et faciat vt quicunque non adorauerint, &c.* & ita habent Græci codices emendatiores. Et est sensus: *& datum est illi*, vt faciat, vt quicunque non adoraueriint imaginem bestiæ occidantur. Iam simulata sanctitas in apertam prorumpet crudelitatem.

¶ Et facient omnes pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos habere characterem in dextera manu sua, aut in frontibus suis.

Cõpellent satellites Antichristi omnes sibi subditos ferre imaginem & characterẽ eius in manu, aut in fronte.

¶ Ecce quarta persecutio, qua cõpellent Antichristus, & principes eius omnes sibi subditos, cuiuscunquè status, & conditionis sint, signatos signo, & nota Antichristi incedere. Vbi obserua mentem & calliditatem diaboli. Olim populus fidelis consignabatur signo corporali circumcisionis; vt ab alijs gentibus Deum minimè colentibus esset separatus. tempore etiã Christi omnes fideles signantur in fronte, signo crucis, quo muniuntur, & defenduntur ab insidijs hostium inuisibiliũ: signantur præterea in anima charactere quodam superno & spirituali, cum in baptismo profitentur militiam Christi & eius fidem. Vnde Paulus ait: credentes signati estis, spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Vt hoc signo separentur fideles ab infidelibus & dignoscantur: vt solent oues signari à dominis suis: vt vel illo signo ab alijs differant, & distinguantur. Vt etiam contingit in militibus, qui habent sua peculiaria signa, quibus ab alijs militibus sibi contrarijs seiungantur. Sic etiam omnes Antichristi milites, & sectatores in dextera manu, aut fronte, eius notam aliquam insignem portabunt: vnde se Antichristianos appellent: æmulationem in hoc pe-

Calliditas diaboli notanda.

Sphragis.

A tentes è scriptura, vbi præceptum est, verba, quæ ego præcipio tibi meditaberis sedens in domo tua: & ambulas in itinere, dormiens, aut consurgens, & ligabis ea quasi signum in manu tua. Deutero. 6. quod Iudæi carnaliter intelligentes, cartulis inscripta præcepta Dei gestabant in suis manibus: quatenus exinde ad Deum se pertinere crederent. Tamen si Deus id voluerit intelligi spiritualitèr, vt opere implerent, quæ scripta essent. Per B manus enim operationes intelligũtur eò quod manibus operamur corporis necessaria. Vnde etiã à philosophis manus, organũ vocatur organorũ. i. cęterorũ membrorũ, quasi mancipiũ, & in seruum deditum membrum, qđ multò peius Iudæis intellecturus est executurusq; infunesto opere Antichristus, qui inusto charactere signaturus est suos in frontibus & in manu C eorum dextera, vt palàm fiãt sui, hoc discrimine cogniti. Quibus corporalibus signis saris ostendent iniquitatẽ mentis suæ, & mala opera sua. Vnde D. Aymo. in fronte (inquit) fides exprimitur. Quẽadmodũ enim fides in Christũ est character sanctorũ. i. signũ. Ita malignitas in reprobis signum erit filiorũ perditionis. Habent ergo, (inquit) charactere in dextera manu, & in frontibus suis. Quia vbi debuerunt habere opera virtutum & fidei, ibi maximi criminis maculas contrahunt erroris. Ait ergo Ioãnes.

Deute.

Aymo.

Ioã.

¶ *Habere characterem in dextera manu sua, &c.* Characterem sucivi est in græco χαραγμα, notam impressam significare certum est. Dicitur enim charagma, siue character forma expressa ex alio: aut forma rei cuiuspiam impressa, qualis fit ex sigillo. Vt igitur Christianis, vt diximus,

mus,signum crucis infrontibus impri mitur ita Antichristus per hunc præcursorem,& eius ministros effinget,vt omnes qui sibi paruerint palàm signũ impressum portent.

¶Sed quæritur quis nam sit futur9 character? Primùm certũ est, nõ esse nomen Antichristi. Neq; literas, quibus numerus in nomine significatus, conficitur: vt putauit Hypolitus martyr in oratione de consumatione mũdi,de quib9 statim dicemus. Ait enim Ioã.nisi qui habent characterem, aut nomẽ bestiæ,aut numerum nominis ei9. Aliud ergo est character,aliud nomen,aliud numerus nominis.i. literæ numerum indicantes. Quibusdam probabile videtur,characterem futurum quo in sigillo suo vtetur Antichristus,& quem in annulo gestabit. & in supellectile sua. Solent enim reges proprium signum seu proprium characterem habere,quo literas obsignant:vt continuò regis esse agnoscãtur:idq; ferè semper in annulis gestãt. Esther.3. Vt Esther.3. tulit ergo rex annulum quo vtebatur,de manu sua, & dedit eum Aman,vt.s. signari literas iuberet,vt vellet.& postea addidit:& literæ signatæ ipsius annulo, missę sunt percursores regis ad vniuersas prouintias. Dan.6. Itẽ Dan.6.dicitur: allatusq; est lapis vnus,& positus super os laci, quẽ obsignauit rex annulo suo: & annulo optimatum suorum, nequid fieret cõtra Danielem. Dicerem characterem esse formã draconis,quem Antichristus adorare iubebit,vt diximus superius. Sed me & alios maximè mouẽt verba.c. 14. & siquis acceperit characterem nominis eius.exquibus conijcio characterem non futurum nomẽ eius,sed notam aliquam, quæ occultè nomẽ illud indicet:quo ipse maximè gloriabitur. Ita igitur erit character nominis eius,vt.c.14.scribitur,quia illud indicabit: & non erit nomen eius sicut scribitur in hoc.c.quia non constabit literis quibus apertè nomen illud solet scribi.

¶Aliter hęc loca cõciliari queunt.aliud est enim nomen eius prpriũ qđ est à parentibus inditũ,aliud quo ipse insigniri volet,& dignitatẽ suã indicari. De priori nomine nũ dicitur, nisi qui habet characterẽ,aut nomẽ bestię aut numerũ nominis eius.de posteriori dicitur.c.14.& siquis acceperit characterem nominis eius.i.notã aliquã nomen illud dignitatis indicantẽ. Quare mihi probabilissimũ cũ alijs viris peritis videtur,quod ex Primasio desumpsit Ansbertus,characterẽ futurum in in quo totũ Christi nomen cõpendio includatur. Quẽ ita signãt. De quo ita certus est Ansbertus,vt à Deo se accepisse indicet. Orans enim ait: & ecce dum orans loquor, præsentiam tui adesse cognosco,qui etiam inuocantes te, pia munera largiturus præoccupas dicens: anteq̃ me inuocauerint dicam,ecce ad sum. Quæ ergo à te mihi elucent perducã necesse est,ad cognitionem lucis. & quoniam nullum nomen magis amabit Antichristus,nullumq; sibi gloriosius putabit q̃ nomẽ Christi,siue Messiæ, quo Iudęos decipiet,& multos etiam Christianorum,&agerenos,quorum maxima& infinita penè turba est,character nominis eius,notam habebit,in qua compendio sit hoc nomen Christus,aut Messias. Sed potius erit Christus,quia nomen nobilius, & notius pluribus est. Pingitur autẽ character in fronte, siue indextera : quoniam



partes ſunt corporis principales : & oculis omnium expoſitæ. Frõs etiam ſedes eſt verecundiæ: in dextera fortitudo eſt. Qui ergo in fronte habet characterem, profitetur non pudendum ſibi eſſe, ſed glorioſum, talem ducem ſequi. Qui in dextera habebunt profitebuntur ſe milites eſſe Antichriſti, & totis viribus pro eius gloria pugnaturos.

Chriſtus ſignat ſuos charactere ſpirituali quo cognoſcuntur à deo, Antichriſtus ſignat ſuos ſigno corporali quo cognoſcũtur à diabolo.

¶ Vnde nota, quòd Antichriſtus notabit ſuos nota quadam corporea, tâm in fronte, quàm in dextera manu. At Chriſtus Dominus notat, & inurit ſuos fideles charactere ſpirituali: Et quando videt nos ſpiritu Dei ſancto eſſe inſignitos, cognoſcit nos tanquam oues proprias. At ſectatores Antichriſti, cum nõ in anima ſignentur ſigno Spiritus ſancti, ſed in fronte, & in dextera, & ſi ab illo, & à diabolo dignoſcantur, non tamen à Deo. Ideo admonebat Apoſtolus in epiſtola ad

Rom. 12.a

Romanos cap. 12. dicens: nolite conformari huic ſeculo. Eſt enim quædam forma ſeculi huius, quæ præterit: quoniam numquam in eodem ſtatu permanet. Rerum enim tranſitu completur huius mundi pulchritudo & decor. Alia eſt autem forma futuri ſeculi. Si ergo qui ſunt, qui amore huius ſeculi, nimioquè deſiderio tenentur: ſecundum formam huius ſeculi aptãtur: accipientes characterem beſtiæ, vel in manu, vel in fronte, & de imagine Dei pecunia Cæſaris facti. Hi ſunt, de quibus D. Paulus ait. 1.

Math. 22. 2. Cor. 3.

Cor. 13. Quòd portant imaginem hominis terreni. Qui verò hanc ſeculi figuram non reſpiciunt, & ad bona cœleſtia, quæ non videntur, oculos mentis conuertunt, prioraq; obliti, ad anteriora ſemper reſpiciunt, vt Paulus docet ad Philip. 3. hi transformantur, &

Phili. 3.

renouantur ad futuri ſeculi formam. Ex quo fit, vt non cognoſcat eos hic mundus, qui in maligno poſitus eſt, ſed potiꝰ eos odio inteſtino proſequatur: & ad interitum vſquè perſequatur.

¶ Et nequis poſsit emere, vel vendere, niſi qui habuerit charactẽrem, aut nomen beſtiæ, aut numerum nominis eius.

Primus ſenſus literalis.

¶ Primus huius loci ſenſus eſt, vt intelligatur de negociatione temporali. Interdicent tunc temporis Antichriſti miniſtri, nequis emere, aut vẽdere poſſit, qui nõ eum characterem, aut beſtiæ nomen, aut numerum nominis beſtiæ habuerit. ideſt, qui nõ dederit nomen in nomen ipſius, aut qui nõ accerſeatur inter eius ſatellites. Ita Gagneius. Vnde Chriſtus hoc prædicens apud Lucam. c. 17. ait: ſicut in diebus Loth, edebant, & bibebant, emebant, & vendebant, plantabant, & ædificabant. Qua die autem exijt Loth à Sodomis, pluit ignem, & fulgur de cœlo, & omnes perdidit, ſecundum hæc erit qua die filius hominis reuelabitur. Tũc igitur Antichriſtiani ferentes inſignia Antichriſti ædificabunt tã quam in æternum victuri, & ſua negociatione theſauros coacerbabũt, vt ditiſſimi fiant. Chriſti verò ſectatores ita opprimentur, & perſequentur de ciuitate, in ciuitatem, vt nec alimenta ſibi parare ad victum neceſſaria nedum negociari poſsint.

Gagneius. Luc. 17.

¶ Hunc ſenſum ſequitur Hypolitus martyr in oratione de conſumatione mundi, & Aretas & alij. Etenim quoniam magno cum labore poterunt omnes occidi, qui characterem habere nolent præ multitudine, & ne nimius crudelis videatur, rem exequi tabit Antichriſtus multò latius patẽtẽ, ideoq; multò nocẽtiorẽ: vt nemo qui-

quicquam emere aut vendere possit nisi fuerit suo charactere insignitus. Nam cum nemo viuere possit, nisi aut emat, aut vendat: ita infinitā multitudinem ad sui adorationem coget. Ita quid simile fecit in Christianos Iulianus apostata: vt scribit Nicephorus lib. 10. Eccle. c. 4.

a. sensus mysticus. Luc. 19. b. Math. 25. b

¶Secundus sensus est, vt de negociatione spirituali intelligatur locus iste, de qua locutus est Dominus apud Lucam & Mathæum dicens, datis â rege peregre proficiscenti talentis quibus negociarentur, serui sui: negociamini, dum venio. Prædicatores euangelici negociatores vocātur, qui bus Deus doctrinam Euangelicam contulit, aliaque dona gratuita, vt animas Deo lucrifacerent. Tanta ergo erit tribulatio, tantaque persecutio tempore Antichristi, vt non detur locus euangelicis negociatoribus, non insignitis charactere bestiæ. sed Christi, negociandi talento Euangelij. Ante aduentum Antichristi mulier sancta, & timorata sindonem faciebat & vēdebat: vt Salomon ait Prouerb. cap. vltimo. Hoc est Ecclesia Catholica negociabatur faciendo sindonem, & vendendo. In linteo sindonis subtilis, intextura sanctæ prædicationis, in qua molliter quiescunt fideles, intelligitur: cum in illa spe superna refoueantur. Præterea, per hanc filorum intexturam, charitatem, qua omnes connectimur, intellige. Hanc voluit Christus, hanc prædicauit semper. Hanc significare volens, ostendit Petro, (vt in actis narrat Lucas) linteum, in quo erant diuersa animalium genera: quia peccatorum animæ ad fidem, & pœnitentiam tractæ, vna fide, & vna spe, & vna charitate connectuntur: atque misericorditer in Ecclesia aggregatæ, blandæ fidei quieti continentur. Hanc ergo sindonem Ecclesia fecit, & vendidit: quia fidem quam credendo & amando texuerat, prædicando dedit: & ab infidelibus vitam rectæ conuersationis accepit. Hoc solo præcio vendebat Ecclesia sindonem. Vnde Esaias. cap. 55. ait: omnes qui non habetis argentum, properate: venite, emite, absque vlla commutatione. Ante aduentum ergo Antichristi veniebant gentes ad emendum hanc purissimam sindonem, qua quiescebant. Adueniente autem Antichristo cessabit hæc frequens fidelium negociatio, cessabit crebra prædicatio Euangelica, qua fila connectebant in fide, & spe, & charitate, eò quod non habebunt prædicatores Christi, characterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis bestiæ. De quo in sequentibus dicemus. Verum ista prædicatio Ecclesiæ non omnino cessabit in electis: quoniam, quoad potuerint talentum diuini verbi erogabunt. Ad has enim nundinas aduenient illi eximij negociatores Elyas, & Enoch: qui oculis hominum præclaras Ecclesiæ merces ostendent, & explicabunt, vt non solùm fidei Christianæ dediti, verùm etiam illi eas concupiscant, qui characterem bestiæ habere videbantur: domino de altero eorum loquente: Elyas veniens restituet vobis omnia: quæ omnia tunc fient. Aget enim tunc bestia pro virili, vt nomen sanctum Dei, quod inuocatum est super nos abradatur de frontibus Christianorum: & nomen suum execrabile inscribatur, ideſt, vt fides denegetur Christi: & Antichristi professio suscipiatur, vtque ad nutum eius operentur omnes. Scimus equidem in

Negocia spiritualia describuntur.

Prouerb. vltimo. Explicatur locus. Glo.

Act. 10. b

Esa. 55.

In baptismo recipimus characterē Christi, & nomē eius, & numerum nominis eius. & ideo idē cōnabitur facere Antichristus.

baptismo recepisse nos caracterem, id est, fidem Christi, & nomen vt Christiani dicamur, & numerum nominis eius, quando baptizati sumus in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Quod nomen est beatissimæ Trinitatis. Signaculo sanctæ Crucis in super consignati toties sumus, vt & characterem haberemus impressum semper in anima: & recogitaremus quia per crucem redempti sumus. In qua sola se gloriari astruit Paulus. Hunc igitur characterem, hoc nomen, hūc numerum nominis delere è mente fidelium conabitur bestia ista, & loco eius inurere suam notam, & suum nomen, numerumque sui nominis.

Cælius.

¶ *Hic est sapientia, qui habet intellectum computet numerum bestiæ, numerus enim hominis est, & numerus eius sexcenti sexaginta sex.* Hic, aduerbium est. Quasi dicat in hac re opus est acuto ingenio, & magna prudentia: qui ergo illam habuerit, computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis

Gaga.

est, quasi diceret: inquit Gagneius, nominari potest ista bestia, numerus enim hominis est, & non Dei, cuius sapientiæ non est numerus, vel est alius numerus, vt statim dicemus: quāquam ille se Deum mentiatur. Vel

Aretas.

vt Aretas ait: numerus hominis est, id est, nomen eius familiare, & non insuetum, neque occultatum, ac duplicem habens intellectum. Sed consuetus calculus, & inter homines cognitus. Vel aliter: qui habet intellectum computet benè: nam proprium est hominis intellectum habentis, & ratiocinantis numerare. Quod si benè numeret, ex numero in literis nominis incluso intelliget sit ne ille Anti-

Aretas.

christus. Non enim placuit, inquit Aretas, diuinæ gratiæ, vt nomen pestiferi hominis in diuino libro referretur in ordinem. Attamen, exercicij gratia multa possunt inueniri nomina iuxta beatum Hippolytum alioſque multos, qui hunc continent numerū: tam nomina propria quàm appellatiua. Quod si vultis scire numerum nominis eius, dico vobis, inquit Ioannes .666. esse.

¶ *Numerus eius sexcenti sexaginta sex.* Irenæus martyr multa de his scripsit

Irenæus plana. 333. 331.

libro quinto versus finem, vbi ait: hūc autem numerum nominis ostendit, vt caueamus illum venientem, scientes quis est. Nomen autem eius tacuit, quoniam dignum non est præconari à Spiritu sancto. Et superius sic ait: congruenter autem, & nomen eius habebit numerum, sexcentos sexaginta sex, recapitulans in semetipso omnem quæ fuit ante diluuium malitiæ commixtionem, quę facta est an-

gelica apostasia: Noe enim fuit annorum sexcentorum, & diluuium aduenit terræ. Deinde ait recapitulari etiā in hoc numero omnem idolatriam quæ fuit à diluuio, & prophetarum interfectionem, & succensionem iustorum, qui idolatriæ resisterunt. Nam statua illa erecta à Nabuchodonosor Daniel. cap. 6. Sexaginta cubitos habebat altitudinis, & sex latitudinis. Dan. 6.

Qui numeri coniuncti cum numero annorum Noe efficiunt sexcentos sexaginta sex. In hac statua omnis idolatria significata est, sed præsertim maxima illa Antichristi, qui solus ab omnibus volet, & ab vniuersis adorari. Et tres pueri missi in caminū ignis qui eā adorare noluerūt designant iustorū interfectionē, & cruciatū, quos patientur qui adorare nolent Antichristum. Sed iam ad numerum nominis veniamus.

Pro

Nomẽ. 4. literarum Iehouah erat nomẽ peculiare Dei.

¶Pro huius ergo explicatione notandum est primò, quòd Deus habuit olim inter alia nomina vnum ineffabile, quod græci vocarũt nomen tetragrãmâton, ideſt, nomen quatuor literarum, quod hebræi dicunt Iehouah, quo nomine ſignificabatur Dei natura ineffabilis. Chriſtus verò innumera habuit nomina, quorum præcipuum fuit Ieſus, quod vocatum eſt ab Angelo priuſquam in vtero conciperetur. Antichriſtus igitur ſuum peculiare nomen, ſiue ſua peculiaria nomina habebit. Quæ autem ſint hæc nomina ex numero ſexcenteſſimo ſexageſſimo ſexto colligemus.

Chriſtus numera habuit nomina.

¶Secundò notandum eſt, quod ſicut nomen Dei erat quatuor literarum: ita & nomen huius beſtiæ erit nomen aliquarum literarum, quę cõtinent hunc numerum, quem hîc refert Ioãnes.

¶Tertiò nota, quòd græci, in quorum lingua ſcripſit Ioannes Apocalypſin, numerant per literas alphabeti. Vnde ſicut apud nos. v, ſignat quinquè. c. centum. x. decem. &c. Ita apud Græcos. a. valet vnum. B. duo. g. tria. &c. Vſquè ad. i. iota, quæ litera. 10. valet quoniam licet nona ſit, alphabeto interponitur nota quędam in ſimilitudinem literæ latinæ. s. cum apice extenſo directè verſus dexteram in hũc modum. ſ. quæ valet ſex. literæ quæ ſequũtur iota, efficiunt denarios vſquè ad literam. ρ. r. vnde incipiunt centenarij, quos efficiunt literæ ſequentes vſquè ad finem alphabeti. Deinde millenarij incipiunt ab. α. alpha. cum linea Deorſum tendente.

¶Quartò notandum eſt, quòd ex literis græcis computantibus ſexcenti ſexaginta ſex, & ſimul coniunctis cõponuntur nomina Antichriſti. Ex his igitur ita intellectis patres nonnulli colligerunt hæc eſſe nomina beſtiæ, αρνῦμε, arnoyme, ανταμος, antemos, τειταν, teitan. Quibus gloriabitur beſtia. Nam arnoyme, ideſt quod latine nego, quo nihil aptius, aut competentius monſtro huic congruit, abnegaturo omnia, & reſciſſuro: vt rectè arnoyme, ideſt, nego ſit nomen eius. Quia ſi ex Dei ſpiritu dixerit aliquis: hoc bonum, & ſanctum, & rectum eſt: negabit ille, & dicet, nequaquam: quæ vox primũ in paradyſo ab ore ſathanæ excidit, quùm mulierem aggreſſus, tentationis virus illi impræſſit. Planè oſtendens beſtiam iſtam illius ſpiritu duci. ¶Antemos verò etiam vocatur, & meritò. Nam antemos græcè idem eſt quod latinè honori contrarius: & hoc ipſum illi optimè quadrat. Nam ſemper hæc immanis fera erit Chriſto ſeruatori contraria. Verum eſt tamen quòd nomẽ hoc ſcribitur apud græcos cum. i. vt ſignificet honori contrarius. in hunc modum, antimos. Et tunc non conuenit numero. Sed ſi. i. vertatur in. e. tũc rectè conuenit. ¶Teitan deniquè appellabitur. i. ſol, vel gigas. Impius ille homo peccati publicè dicet, ego ſum lux mundi vera, quæ illumino omnem hominem venientẽ in hunc mundum. Ego ſum, qui exultaui, vt gigas adcurrendam viam, à ſummo cœlo eggreſſio mea: quæ maxima blaſphemia erit. Ideo igitur teitan appellabitur. Sed ais: vnde colligunt patres eſſe hæc nomina Antichriſti? Ex numero, ſcilicet, ſexcentiſſimo ſexageſſimo ſexto, qui ex literis iſtorum nominum coaleſcit, vt ex ſequentibus patebit. Sed imprimis obſerua quòd ſi adictione, αρνου μαι, vltimum diptõgum, ι, abſtuleris & verſus in. s. dicẽ-

do ἀρνοῦμαι, numerum ipsum nomi-
nis reperies. Similiter si pro, ἀντιμος,
verteris in, ἀντεμος, vt diximus.

ἀρνουμαι. Arnoyme.

α	a	1
ρ	r	100
ν	n	50
ο	o	70
υ	y	400
μ	m	40
ε	e	5
		666

ἀντεμος. Antemos.

α	a	1
ν	n	50
τ	t	300
ε	e	5
μ	m	40
ο	o	70
ς	s	200
		666

Τειτὰν. Teitan.

τ	t	300
ε	e	5
ι	i	10
τ	t	300
α	a	1
ν	n	50
		666

¶ Ex his videmus nomina quę pro-
posita sunt eundem numerum habe-
re: eumque tribus illis literis Græci,
χξϛ, notari. ¶ Hebræi etiam per li-
teras numerant. Sed quoniam Euan-
gelista Ioānes græcè scripsit: nec Iu-
dæis scribebat, sed conuersis ex gen-
tibus, verissimum videtur id quod om-
nes sentiunt, græcis notis computari
debere nomen Antichristi. Sed no-
men græcum Antichristi futurum es
se, vt autores isti volunt, non est ne-
cessarium: cum ipse natione græcus
futurus non sit. Et sit valdè probabile
eum ex tribu sua dan, aut certe ex Iu-
dæorum nominibus aliquod acceptu
rum vt fieri solet. Satis igitur constat
ex dictis nō posse certum nomen ha-
beri cum tot in omnibus linguis inue
niri possint. Quorsum igitur Ioā. nos
numerare iubet, & numerum nomi-
nis docet? Respōdetur, vt cum de ali-
quo dubitari ceptum fuerit, numerū
nominis cōputemus: & si numerus
nō cōuenerit, certum sit illum nō esse
Antichristum. Et quamuis nūc no-
mē nesciamus, vbi ille venerit nume
rus inuenietur in nomine, quod cum
alijs quæ de eo dicta sunt conferentes
facilè intelligetur eum esse Antichri-
stū, aut nō esse. Hinc apertè colliges
quòd & si Martinus Lauter Antichri
stus nō sit, eius imago tamen sit, quan
do nō solum doctrina, & moribus, sed
& nomine illum repræsentat. Nume
ra numerum nominis eius, & inue-
nies 666, vulgo nāq; appellatur bestia
ista Martin Lauter.

M	valet	30	
a		1	
r		80	
t		100	
i		9	
n		40	
L	valet	20	
u		200	
t		100	
e		5	
r		80	

Quæ omnia conficiunt 666. præter
nomina prędicta affert Aretas alia no
mina tàm propria quàm appellatiua

cum-

eumdem numerum cõtinẽti propria quidem, vt λαμπέτις, lampetis, λατεῖνος, per dipthongum latinos. Vnde Irenæus sic ait lib. 5. prope finem. Sed & latinos nomen sexcentorum sexaginta sex numerum habet, quod nomen valdè verosimile est, quoniam verissimum regnum hoc habet vocabulũ. Latini enim sunt qui nunc regnãt. Appellatiua sunt, ὁ νικητής, idest, victor: & κακὸς ὁδηγὸς, idest, prauus dux. Vide Aretam. En vides, quomodo hæc elementa compacta in his nominibus, reddunt plenum numerum in textu expressum. Videlicet, sexcenta sexaginta sex. Qui numerus (vt ait author Collectaneorum) est typus omnium mundi temporum ab Adam, vsquè ad Antichristi exterminium. Nam imprimis sexcentenarius, figura est sex mundi ætatum, in quibus huius bestiæ membra aduersus Christi mẽbra pugnauerunt ab initio. Prima numeratur ab Adam vsquè ad Noe: secunda hinc ad Abraham: tertia ad Moysem, quarta ad Dauid: quinta ad transmigrationem in Babylonem. Sexta ad Christum Dominum. Denique sexaginta significant sex sigillorum tempora, quibus persecutiones experietur Ecclesia, de quibus in superioribus satis, superquè diximus. Sex residui, figuram tenent sex septenariorum, idest, quadraginta duorum mẽsium, quibus perditus ille Ecclesiam est persecuturus. Ex quibus colligitur quòd ipsius bestiæ spiritus à mũdi exordio mysterium iniquitatis sit operatus in reprobis. Deinde quòd omnia ferè sęcula sint diuisa numero senario. Septimumquè velut ablatum addatur, ad quod minimè sit bestia peruentura in suo senario deficiens. Tũc enim temporis adueniet verus Christus Dominus noster, qui vere in se credentibus Sabbatum cœlestis gloriæ præparabit: quanto tamen post hoc tempore, solus ille nouit, qui numero, põdere & mensura statuit omnia. Hoc vnum constat: quia post mortem Antichristi vincetur Sathanas, & sancti cum multa pace agent. Erit enim tunc Sabbatum, quale nõ fuit ab initio. Verum est tamen quòd tempore labente reuiuiscẽt vitia mul torum, qui quasi in æternum victuri plãtabũt vineas, ędificabũt domos, scortabũtur, aliena diripient, & cum nõ sperabũt, quasi fulgur edito tonitruo in tuba descendet Dominus ad iudicium. Dicatur igitur, hic est sapientia, qui habet sapientiam computet numerum bestiæ, numerus enim hominis est, & numerus eius sexcenti sexaginta sex. Vbi imprimis obserua, quòd alius est numerus Dei, alius hominis. Numerus Dei septenarius est, in quo requieuit Dominus ab omni opere, quod patrarat. Numerus hominis senarius est: sexto enim die creatus est homo, vt si inobediẽtia permãsisset, in septimo sabbatizaret, & requiesceret cum Deo. Ipse autem nõ obedire voluit. Quare numerus eius senarius, & nõ septenarius est. Ideo ait in hoc loco Ioãnes: siquis habet sapientiam computet numerum bestiæ, numerus enim hominis est, &c. Ac si diceret Ioãnes, qui præditus est prudentia, cum viderit bestiam, potentia, diuitijs præstãtem, magnificequè in omnibus triumphãtem, animaduertat, quia quicquid ait, quicquid operatur, non refert ad illam requiem. Nequè enim est de illa septima creatoris, de Dei verbo, de regno charitatis æterno, sed totum de creatura mundi citra septimam facta, de cõcupiscẽtia car-

Numerus Dei est septenarius & quare.

Numerus hominis senarius & quare.

carnis & oculorum, & de ſuperbia vi A ter, ille enim homo erit ſimpliciter
tæ. & ſic certò ſciat, quia beſtia iſta ho non Deus. Legite de his Collectane.
mo eſt nõ Deꝰ, quẽ ſe eſſe pollicetur: Bedam, & D. Thomam, inter alios.
numerus enim nominis eius nume-
rus hominis eſt nõ Dei. Senarius, ſcili
cet, ſimplex qui eſt creaturæ ſimplici

¶ *Finis. Cap. XIII.*

Intelligentia Capitis decimitertii Apocalypſis.

ECce ego Ioannes in ſpiritu raptus vidi beſtiam illam immanẽ, ſcilicet, Antichriſtum, ſeſe de profunda abyſſo, & mari vitiorum erigentem, & de pelago immenſo peccatorum aſcendentem, ac tám terribilem apparentem, quàm apparere ſolent beſtiæ maris, atq; habentem capita ſeptem, hoc eſt, omnium vitiorum vniuerſitatem: habentem etiam ſeptem capitalia regna: & decem cornua, ſiue decẽ ſubſe immaniſſimos reges, & acies contra decalogum agentes, decem coronis ob victorias tyrannicas decoratos. Et ſuper capita hæc, ſcripta erant nomina blaſphemiæ. Quia non modo Antichriſtus ipſe, ſed omnia eius regna Deum & Chriſtum eius blaſphemare non verebuntur. Et beſtia iſta mihi viſa eſt tãquam mõſtruum horrendum ingẽs: nam ſimilis erat pardo variis coloribus affecto, ob peruerſorum morum varietatem: & pedes eius ſicut vrſi, cui vis eſt in pedibus calcandi, ſic beſtia iſta ſanctos omnes, & pios homines ſuæ ætatis calcabit: os eius, vt leonis, cui vis eſt in ore & rictu. Sic fera iſta apertam in dilaniandis ſanctis oſtendet ferociam. Et vidi, quod dedit diabolus draco magnus, & antiquus, omnem virtutem nocendi ſuam, & poteſtatem Antichriſto: deditq; thronum, & ſedem ſuam, vt in ea tanquam rex regum ſederet, & in templo Dei poneret illam: vt extollat ſe ſupra omne quod dicitur Deus. Et rurſum vidi vnum, i. primum ac præcipuum ex multis alijs caput draconis prædicti, ideſt, diaboli, quaſi occiſum in mortem: vidi (inquam) Antichriſtum præcipuum caput diaboli, fingentem ſe mortuum, vt ſimulata reſurrectione fidelibus imponat, & admirati ſunt vniuerſi terreni homines: adeò autem, vt draconem diabolum, & beſtiam Antichriſtum adorauerint, putantes ei neminem poſſe reſiſtere. Et datum eſt ei os loquens fa-

ſtoꝛ

ſiosa & ſuperba, & blaſphemias in Deum & in Chriſtum eius. Datum eſt etiam ei, & permiſſa poteſtas faciendi quod voluerit, menſes. 42. hoc eſt, tres annos cum dimidio. Item non niſi blaſphemijs apertum os habuit, blaſphemare nomen Dei & Chriſti eius, & Eccleſiam eius militantē, & tanquam peregrinam in tabernaculis habitantem, & Apoſtolos, ac martyres, cæteroſq; beatos, ſeductores eos & impoſitores appellando. Datum præterea ac permiſſum eſt ei, facere bellum contra ſanctos, & vi armorum vincere eos, & interficere. Nulla erit gens, aut natio ab eius impetu ſecura. Data eſt enim illi poteſtas in omnem tribum & nationem, & adorauerunt eum omnes terreni homines, qui non ſunt ſcripti in libro æternæ præſcientiæ & prædeſtinationis, qui eſt liber agni, qui occiſus eſt aboriginē mundi in Abel, & in cæteris martyribus poſt eum, & qui occiſus eſt in mente Adæ, qui credidit pro peccatis ſuis & filiorum ſuorum occidendum. Cæterum ſiquis habet aurem audiat verba conſolatoria, Futurum eſt enim, vt quoſdam exilio mulctet Antichriſtus, & ad ſeducē dum captiuos teneat. Sed qui captiuos fideles tenuerit, ipſe in tenebras exteriores captiuus ibit, & qui gladio corporali innocentes occiderit, vt facturus eſt Antichriſtus, vel corporali occidetur, vel ſpirituali, vti Antichriſtus, quem interficiet Dominus ſpiritu oris ſui. & in hoc patientiam habere debent, & fidem credentes: quia, ſcilicet, ſi nullum malum impunitum, nullum etiam bonum futurum eſt irremuneratum. Et vidi alteram beſtiam, hoc eſt, præcurſorem Antichriſti, & prædicatorum eius cateruam, de terra ſiue terrenis concupiſcentijs in altum ſuperbiæ ſe erigentem, quæ habebat duo teſtamenta, quæ ſunt duo cornua agni Chriſti, quibus ſimulatam ſectam tueri contendat. Hæc autem immanis caterua loquebatur, ſicut diabolus draco magnus, blaſphema & impia: & poteſtate eadem vſa eſt, qua & beſtia coram ipſa. Ficta enim miracula, quæ per Antichriſtum faciet diabolus, per Antichriſti miniſtros facturus eſt. Tantaq; facturi ſunt ficta miracula, vt vulgus, & primores, atq; homines terreni, non ſolum corpore, ſed anima etiam cogantur adorare primam beſtiam, hoc eſt, Antichriſtum, cui curata eſt plaga mortis apparenter. Quinimo educto cælitus igne, et patratis in cōſpectu beſtiæ fictis miraculis, coget eos facere imaginē beſtiæ, cui ſpiritum vitæ dabunt, & loquelam apparenter quidem, loquente per eam, atq; illam mouente diabolo. Quin edictum faciet, vt qui illam imaginem non adorauerint occidantur. Præterea facient, vt omnes in dextera manu, aut in fronte Anti-

chri-

christi notam aliquam insignem ferant: vnde se Antichristianos appel lent: interdicentes, vt nequis negociari talētis materialibus, aut spiritua libus possit, qui non eum characterem, aut bestiæ prioris nomen, aut nume rum nominis bestiæ habuerit. Atq3 in hoc loco magna sapientia & pru dentia opus est. Quare qui illam habet computet numerum bestiæ, nume rus enim hominis est, & non Dei, & hic numerus sexcenti sexaginta sex. Quare si exempli gratia græcis literis conficiamus nomen bestiæ, aut nomi na eius, inueniemus eam vocari arnoyme, idest, nego: & antemos, idest, honori contrarius: & teitan, idest, sol. Quæ omnia quadrant Antichristo. Negat enim omnia, quæ recta sunt, vsurpatq3 sibi Dei honorem, & so lem mundi se esse prædicat. Cæterum literæ singulorum istorum nominū coniunctæ efficiunt apud græcos, numerum sexcentesimum, sexagesimū sextum. Atq3 numerus iste senarius numerus hominis est, & non dei: cuius sapientiæ non est numerus, aut si est numerus, est septenarius. In septimo enim die sabbatizauit Dominus & requieuit. At numerus senarius, nu merus est hominis. Sexto enim die conditus est homo, & quia peccauit, ad sabbatismum, idest, idem dei non peruenit. Quare multo minus ad hunc numerum antichristus accedit, & si se Deum esse affirmet.

CAPVT DECIMVMQVARtum. Argumentum.

Hoc capitulo describitur agnus, et virgineus cœtus agnum collaudans. Demum habetur Angeli prædicatio ad Deum adorandum coohortantis, & instans iudicium pro clamantis. Post modum per alterum Angelum spiritualis Babylonis euersio: & per tertium Angelum, eorum qui bestiam adorauerunt damnatio: & mortuorum in domino quies. Deinde iudicij per Angelum in falce metentis, & vindemiantis exe-cutio.

T vidi, & ecce agnus stabat supra mõtem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor milia habentes nomen eius & nomen patris eius scriptũ in frontibus suis. Et audiui vocem de cœlo, tanquam vocem aquarum multarum, et tanquam vocẽ tonitrui magni: & vocem quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem, & ante quatuor animalia, & seniores, et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor milia, qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribꝰ non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Hi sequũtur agnum quocunquè ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo et agno, et in ore eorum non est inuentum mẽdatium. Sine macula enim sunt ante thronum Dei. Et vidi alterum Angelum volantem per medium cœli habentem euangelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, et populũ,

Psa 145. a
Actu. 14. c
dicens magna voce, Timete Dominum, et date illi honorem, quia venit hora iudicii eius: et adorate eum qui fecit cœlum & terram, mare et fontes aquarum. Et alius angelus secutus est, dicens,
Esa. 21.
Hier. 51. a
C Cecidit cecidit Babylon illa magna: quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes. Et tertius angelus secutus est illos, dicens voce magna, si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterẽ in fronte sua, aut in manu sua: et hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius, et cruciabitur igne & sulphure in cõspectu angelorum sanctorum & ante conspectũ agni: & fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorũ: nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam et imaginem eius, & si quis acceperit characterem nominis eius. Hic patientia sanctorum est, qui custodiũt mandata Dei & fidem Iesu. Et audiui vocem de cælo, dicentem mihi, Scribe, Beati mortui qui in Domino moriuntur. a modo iam dicit spiritus, vt requiescãt à laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos. Et vidi, & ecce nubem candidam: et super nubem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronã auream, & in manu sua falcem acutam. Et alius angelus exiuit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem, Mitte falcem tuam et mete, quia venit hora vt metatur, quoniã aruit messis terræ. Et misit qui sedebat super nubẽ, falcem suam in terram: & demessuit eam. Et alius angelus exiuit de templo quod est in cœlo, habens & ipse falcem acutam. Et alius angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem supra ignem: et clamauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam, dicens, Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ sunt vuæ eius. Et

Matth. 13. e
Ioel. 3. c

mi-

miſit angelus falcem ſuam acutam in terram, et vindemiauit vineam terræ, et miſit in lacum iræ Dei magnum: & calcatus eſt lacus extra ciuitatem, et exiuit ſanguis de lacu vſquè ad frenos equorum per ſtadia mille ſexcenta.

Caput. XIIII.

ET vidi, & ecce agnus ſtabat ſupra montem Sion & cum eo cētum quadraginta quatuor milia habentes nomen eius, & nomen patris eius, ſcriptū in frontibus ſuis,

¶Hactenus vt vidimus, de immanitate draconis, & ferocia beſtiæ tàm prioris, quàm poſterioris diſſeruit D. Ioānes, nunc autem conſolatur Eccleſiam aperiendo præſentem viſionem, qua ſpiritualibus oculis vidit Chriſtū ſuis aſtantem: & draconem, ac beſtias Eccleſiam perſequentes, euertētē. Singula igitur verba exponamus.

¶*Et vidi, et ecce agnus aſtabat ſupra montem Sion,* Agnus vocatur in hoc loco Chriſtus: tum propter vitæ puritatem, & innocentiam: tum etiam quia tanquam agnus pro nobis oblatus eſt: vt in illo pater cæleſtis placaretur, nobiſquè peccata cōdonaret. Vnde Diuus Petrus ait: in prima ſua Canonica, capite. 1. ſcientes, quod non corruptibilibus, auro, vel argento redempti eſtis: ſed præcioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti: Quod ſi agnus iſte tanti emit nos, quid non faciet, vt vitam conſequamur æternam? Quid mirum quod aſtet, cuſtodiat, & adiuuet Ecclaſiam ſuam, quā tàm carè redemit? quare audi quid Ioānes addat. D. Tho.

¶ *Stabat,* inquit *ſupra montē ſiō.* Stare in ſcriptura, idem eſt quod iuuare. Vnde Actorum. cap. 7. dicitur: quòd ſanctiſſimus ille Stephanus vidit gloriam Dei, & Ieſum ſtantem, ideſt, paratum ad ferendum auxiliū. Si enim Dominus in tribulationibus aſtet nobis, non eſt quare timeamus. Vnde regius propheta aiebat: dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Stat ergo agnus iſte immaculatus ſupra montem Sion. i. Eccleſiam cui præſidet. Quid enim Sion (quę ſpeculans interpretatur) aliud ſignificat quā triumphantem illā Eccleſiam, quę iam reuelata facie gloriam domini ſpeculatur? Quid etiam per Sion, niſi Eccleſia militans intelligitur: quæ contemplationi rerum diuinarum dat operam, proſpiciens vētura, cauenda denuncians? De hoc monte in Pſalmo dicitur: mons Sion, ciuitas regis magni. Et Dominum in alio loco loquentem introducit. DD. dicens: ego autē conſtitutus ſum Rex ab eo, ſuper Sion montem ſanctum eius. Pſalmo. 2. Rex enim iſte eſt Chriſtus. Ita enim græcis interpretatur, qui Meſſias Iudęis eſt. Qui ita cōſtitutus eſt Rex à patre ſupra Eccleſiā, vt nec ad momentum quidem derelinquat eam. Iuxta illud: ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſquè ad conſummationem ſęculi Math. vlt. quod magnæ conſolationis nobis profecto Actor. 7. A ſtare idē eſt quod iuuare. ergo Chriſtus Eccleſiæ vt iuuet & profit illi. Pſa. 117. Gag. Pſal. 47. Pſal. 2. Math. vlt.

Gag. c. Agnus Chriſtus aſtat ſupra Eccleſiæ quam redemit.

1. Pet. 1.

est, etiam in medio vmbræ mortis positis, quando quidem præsentem vbiquè habemus dominum: qui est rex, & custos, & afflictis pius pater cõpatiens. Aitergo Ioanes: ecce agnus stabat supra montem Sion. ideſt, ecce Christus verus agnus præsidebat Ecclesiæ promptus & paratus ad illam iuuandam.

¶ *Et cum eo*, inquit, *centum quadraginta quatuor milia*. Prima opinio est Hieronymi lib. 1. aduersus Iouinianum versus finem, hoc in loco commemorari illos quos. c. 7. dictum est, credituros in fine seculi, ex omni tribu Israel. Eosquè futuros esse virgines. Sed licet numerus sit idem, tamen difficile est imò difficilimũ est creditu Iudæos omnes, qui in fine seculi conuertentur, virgines futuros esse, ita vt nullus eorum vxorem duxerit: cum rara semper fuerit apud Iudæos virginitas. Nec vllus opinior affirmabit, nullum ex coniungibus tunc esse conuertendum. Tunc etiam quæremus, cur de Iudæorũ virginibus mentio facta sit, ac non etiam eorum, qui ex gentibus conuersi virginitatem coluerunt? Præterea, vt Aretas arguit, si numerus horum millium, esset numerus illorum, de quibus prædictum est, certè id Ioannes, cum articulo protulisset, dicens: & cum eo numerus horum centum quadraginta quatuor milium. Secunda opinio est Aretæ dicentis: significare voluisse Apostolum eos, qui ex gentibus crediderunt: dum gratia diuini seminis, quæ in vno quoquè fuit Apostolorum, duodecies operata sit in millecuplo fructum perfectum fidei eorum, qui salui fiunt: quibus attestatur, quòd virginitatem præstiterint: quæ apud hebræos rara fuit. hæc ille.

Prima opinio Hieronymi probatur.

2. opinio Aretæ.

Sed reuera hoc creditu difficile videtur, ex tot. f. nationibus tãtum. 144. milia numerari: cum vel vna die vndecim milia virginum celebret Ecclesia, quæ martyrium cum virginitate copularunt. Tertia opinio est Bedæ, multorumquè aliorum patrum, & doctorum numerũ in hoc loco definitũ pro indefinito sumi. Cũ agno ergo est siue in Sion militanti, siue in triumphãti innumera multitudo sanctorũ, designata nõ sine mysterio in hoc numero, cuius singulæ partes perfectionem in scriptura præ se ferunt. De cẽtenario numero est illud: terra bona fecit fructũ centuplũ, & homo quidã habuit centũ oues. Rursum qui reliquerit domũ vel fratres, &c. Centuplũ accipiet, & vitã æternã possidebit. quadragenarius quoquè numerus in mysterio est cõsecratus. Moyses quadragesimo die legem accipere meruit. Elyas quadraginta dies peregrinatus ad montẽ Dei horeb peruenit. Christus. 40. dies ieiunauit & noctes. Quaternarius itẽ sacer est ob quatuor notissimas orbis partes; quatuor paradisi flumina, & quatuor euangelia. Millenarius summa perfectionis est. Vnde legimus, quòd verbum Deus mãdauit in mille generationes. Quid in mille generationibus, nisi generationũ vniuersitas complectitur? nã & in sacra Apocalypsi sancti cũ Christo mille annis regnare dicũtur. i. semper qui semper stãt cũ Christo. Quia igitur multitudo ista sanctorũ resplẽdebat in virginitate cẽtenario numero significata, & pollebat pœnitẽtia in quadragenario numero intellecta, & vigebat doctrina euãgelica per quaternariũ signata, & ardebat charitate: cuius perfectio per millenariũ ostẽdit, sine qua, vt Isidor. est author. 2. li. de sũmo bo

3. opinio.

De numero cẽtenario, Luc. 8. Luc. 15.

Matth. 19.

De numero quadragenario.

De numero quaternario.

Psal. 104. De numero millenario. Ruper. & Collect.

Isidorus

bono,quãuis quisquè credat, ad beatitudinem peruenire nõ potest, ideo vt Diuꝰ Thomas est author,centum quadraginta quatuor milia esse dicuntur cum agno. Secundum quam explicationem non vniuersus Ecclesiæ militantis,aut triumphantis cætus describitur,sed eorum, qui vna cum alijs virtutibus, virginitate insignes fuerunt. Quod ex literæ sequentis cõtextu ostendi potest. Hi sunt (inquit) qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. sed de hoc inferius. Ita Gregorius, & Diuus Thomas, Gagneius, & alij patres.

D.Tho.

¶ Deinde illud etiam aduertendũ est,quòd numerus hic positus, videlicet,centum quadraginta quatuor milia,licet vniuersitatem prædictorum iustorum exhibere possit: tamen visionis ordo expostulat: vt illos principaliter commonstret,qui pòst interitum Antichristi futuri sunt, reddita vniuersali pace Ecclesiæ,quęrit in septimo millenario,qui maiori parti sabbati filiorum Dei erit: & pacis communis totus(vt dictum est)ita author Collectaneorum.

¶ Sed quamuis patres prædicti,omnes angustias huius loci facilè sibi videntur euitare affirmando numerum in hoc loco finitum pro infinito accipi vt diximus:at non video vnde aut quomodo id probare possint. Non est enim iste numerus ex numeris qui ita accipi solent in sacra scriptura: quales sunt ternarius,senarius,septenarius,duodenarius. Tot verò numeros coniunctos,scilicet, centum quadraginta quatuor milia, pro infinitis poni non est probabile. Alioqui nullum numerum certum habebimus in sacra scriptura,neque habere poterimus. Nam omnes pro indefinitis vsurparent qui vellent. Vnde aliud est dicere milia milium, aut mille, aut milia, aliud est tàm definitè tot numeros signari. Quare hîc potius dicendum erit,hîc virgines numerari,qui illis extremis temporibus florebunt,tàm ex gentibus,quàm ex Iudæis qui conuertentur. Nam si ex gentibus tantum esse diceremus cum Areta, continuò quæri posset, cur non etiam ex Iudæis? Etenim sicut antea dicebamus,neminem ausurum esse affirmare,nullum ex ijs,qui coniuges erunt apud Hebræos crediturum: ita neque erit quispiam qui dicere audeat,solos coniuges ad Ecclesiam esse venturos, nullumquè ex eorum pueris, & puellis esse baptizandum. Post baptismum autem tàm breui tempore multos ex his virginitatem conseruare non est difficile. Rursus eodem tempore grassante vbiquè libidinum licentia centum quadraginta quatuor milia virginum vtriusquè sexus (ita enim intelligendum est,) inueniri satis optabile est. Nequè paruus numerus hic censeri debet. ¶ Sed quorsum commemoratio virginum ad id quod nunc Ioannes agebat: martyres potius videbantur commemorandi qui fortiter pro pietate accubuissent? Respondeo nec martyres esse præteritos, vt in hoc ipso capite videmus:sed virgines prius fuerunt recensendi, quoniam non solum cruciatus, & capitis pericula contempserunt:sed etiam integritatem mentis,& corporis accuratè seruauerunt. Quod cum sit omni tempore magnum: illo quo regnabit Antichristus erit multò maius & illustrius, propter magnitudinem tentationum,& licentiam libidinum vbiquè regnantium. Præsertim cum

4. opinio.

magnos viros illis cedere visuri sint: & hoc vnum sit ex maximis, & potentissimis telis Antichristi. Rectè ergo victores libidinum, qui in tot periculis & difficultatibus non castitatem modò sed etiam virginitatem seruauerũt, magno nũc in honore ostendũtur, apud agnum in cœlo. Vt qui hoc tempore certauerint, hac visione, atq; hoc honore confirmentur, ad resistendum diabolo, & ad pugnandum cum potentissima cupiditate.

¶ *Habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frõtibus suis.* impri mis nota. Cum dicit, *habentes*. genus mutauit interpres, quod facere solet. Dicendum ergo erat, *habentia nomen eius*. Sed quia in Græco pro, milia, ponitur chiliades, qđ fœmenini generis est, interpræs posuit, *habentes*, referendo ad nomen Græcum chiliades.

¶ Cæterũ, sicut Antichristiani, qui bestiam sequebantur, habere dicebantur in manu sua, & in frontibus suis nomen bestiæ: ita & qui sequuntur agnum habere dicuntur nomen eius, & nomen patris eius in frõtibus suis scriptum. Per frontem superius diximus, mentem intelligi. Sicut enim frons superior pars capitis semper detecta est: ita sanctorum mens detecta est Deo: estq; superior animæ portio. In frontibus ergo, ideſt, in mentibus suis, & corde suo sancti gerunt nomen patris & filij, & ex consequenti nomen spiritus sancti, quia amborum nexus est, & ita gerunt, quod profitentur publicè libera confessione, se patris & filij & Spiritus sancti vnius & veri Dei esse seruos. Summam, videlicet, trinitatem inessabili voce, qui in cœlo sunt laudantes: & qui in terra sunt glorificantes. In quem modum dictum est illud, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus & filijs Israel. Apo. 21

¶ Præterea, in frontibus gerunt nomen Iesus, quod est nomen agni, & nomen patris eius, quod est nomen tetragramâton, hoc est, ineffabile illud nomen quatuor literarũ. i. h. u. h. ideſt, Iehouah, quod, mysterium sanctæ triadis, atquè incarnationis filij Dei præsefert. Nam prima istarum literarum est. i. iod. quæ significat principium. Per quam significatur pater, qui est principium sine principio. Secunda litera est. h. he. quæ sonat esse, per quam significatur filius. Quoniã per ipsum omnia facta sunt. Tertia litera est. u. ua. quæ significat charitatem & amorem. & est coniunctio copulatiua: per quam significatur Spiritus sanctus, qui est amor, & charitas, & nexus: qui (vt verbis vtar Augustini,) nec patris tantùm, nec filij tantùm, sed simul patris, & filij spiritus dicitur, & charitas, siue sanctitas amborum esse agnoscitur. Vltima litera est h. he. quæ est etiam secũda: per quam diximus filium significari. Sed quoniam filius Dei vnigenitus sumpturus erat humanam naturam, duplicatur hæc litera, vt significet in Christo duas naturas, diuinam & humanam. Sed semper est vna litera, quia Christus est vna persona: sunt enim duæ naturæ, in vno supposito. & ponitur in fine hæc litera, per quam significatur humanitas: quoniam in fine, in nouissimis diebus, filius Dei humanam naturam ineffabili modo sibi copulauit. Hoc igitur est nomen Dei patris, quod sancti siue in cœlo, siue in terra degentes, in animo suo & in corde suo ferentes, palàm prædicant, & laudant.

Nomen Dei quatuor literarum exponitur. 2. sensus.

D. Augu.

¶ Tertiò habere dicuntur nomen eius, & nomen patris eius, quia à Christo 3. sensus.

sto dicuntur Christiani, & à Deo patre appellantur dij. Ego dixi dij estis vos, & filij excelsi omnes. Magna enim amoris vis, quæ Dei nomen suis amantibus communicare facit.

S. Thom.

¶ Quartò, habere dicũtur nomen eius, & nomen patris eius, ideſt, notitiam per fidem humanitatis agni, & notitiam per fidem diuinitatis patris. Nomen enim notitiam significat vel habẽtes nomen eius, &c. ideſt, fidẽ & charitatem (vt ait Gagneius) qua filij & hæredes Dei, cohęredes autem, & fratres Christi dicuntur, palàm & intrepidè præferentes, hoc enim significat. Tò in frontibus. Vide etiam quæ annotauimus superius. c. 3. in illa verba: & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei: & nomen meum nouum.

4. Ieſus.

S. Tho.

Gag.

¶ Et audiui vocem de cœlo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni: & vocem, quam audiui, sicut citharœdorum, citharizantium in citharis suis.

¶ In visione enim audiebat Ioãnes sanctorum, qui sunt in cœlo laudes, & quas Deo agebant gratiarum actiones, & sanctorum in terra existẽtium prædicationes sonoras, vehementes, atquè suaues. Quibus verbis satis apertè docet D. Ioãnes, qualitatem doctrinæ atquè vocis euangelicæ, quam emiserunt prædicatores apostolici per totum orbem, & emittent stante agno ac fœliciſſimè triumphante super Sion, in tempore illo, quod septimi millenarij fore confidimus, post interitum Antichristi, qui in numero hominis peribit, nec poterit ad Dei numerum peruenire, vt sabbatizet cũ fidelibus. Ait ergo Ioãnes. *audiui vocẽ de cœlo.* Meritò euangelica prædicatio, & doctrina, vox appellatur: nam vox propriè hominis est, & non bestiarum: cũ articulata sit, & ordinem, & distinctionem præ se ferat. Contrà verò ranarum vox cum confusa maximè sit, vox dicenda propriè nõ est. Iure etiam addit Ioãnes hanc vocem emissam fuisse, *de cœlo*. nam euangelica doctrina, quam Christi professores docent è cœlo venit. Atquè hoc idem insinuare volens Ezechiel Propheta cap. 2. ait. Et vidi, & ecce manus missa ad me: in qua erat inuolutus liber: expandit illum coram me: vt, scilicet, docuissem homines quod in eo intus & foris scriptum erat. Is ergo liber missus de cœlo euangelium præfigurabat. Spiritu enim Dei sancto locuti sunt sancti Dei homines.

Doctrina euangelica vox appellatur & quare.

Ezech. 2.

¶ *Vocem autem* audisse se dicit tanquam aquarum multarum. Quidam interprætantur tanquam multorum populorum siue tanquam magnę cuiusdam multitudinis. Quia aquarum nomine, populi nonumquam intelliguntur: quemadmodum intellexit Ioã. inferius. cap. 17. & Dauid. Psalmo. 76. viderunt te aquę Deus, viderunt te aquę, & timuerunt. Vide ea quę annotauimus superius. cap. 1. in illa verba: vox illius tãquam vox aquarum multarum. mihi autem cum Gagneio, atquè alijs patribus videtur alludere Ioãnes ad impetum multarum aquarum, cum rupi aut saxo illidunt. Tunc enim sonum edunt vehementem. Vocem ergo aquarum multarum vocat vocem sonoram valdè, & plenam affectionum. Quod etiam significãs ait: *Et tanquam vocẽ tonitrui.* Vt his verbis significet Ioãnes vocem euangelicam esse sonoram & vehementem. Vi enim maxima Spiritus sancti, & spiritu vehementi docent euangelici prædicatores Dei verbum.

Infra. c. 17. Psal. 76.

Gagne.

Vox euangelica voci aquarum multarũ & voci tonitrui comparatur & quare.

His enim verbis alludere voluit noſter Euangeliſta ad ſpiritus ſancti deſcenſum ſuper Apoſtolos, vt idoneos eos faceret miniſtros noui teſtamenti. Vnde Actorum. cap. 2. deſcribitur: & factus eſt repente de cœlo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus vehementis. Factus eſt (inquit) repẽte, hoc eſt, præter opinionem, nemine expectante, cum cœlum nõ tenebroſum, ſed ſerenum eſſet. Vt intelligeremus non naturalem fuiſſe tonitruum, ſed miraculoſum. & ideo non appellat eum tonitruum, ſed ſonum repentinum. Hunc autem ſonum de cœlo factum fuiſſe ait: vt intelligeremus factum fuiſſe ab eo, qui in cœlum, illis intuentibus aſcenderat, & promiſerat ſe miſſurum Spiritum ſanctum. & ſonus quidem hic, die Pentecoſtes totam illam domum repleuit: ſed poſtea exiuit in omnem terram, cum cœli, hoc eſt, Apoſtoli annunciarent omnia opera Dei in fines vſquè orbis terrarum. Obſerua autem, quòd aduentum Spiritus ſancti non alius præceſſit ſonus, quàm ſonus ſpiritus, vel venti vehementis: per hoc enim innuitur Spiritus ſancti operatio in ore prædicantium. Ventus ſiquidem elementum inuiſibile eſt, ſed tamen efficaciſſimæ operationis. Videmus enim ventum nemine obſiſtente, & mira celeritate totum perflare orbẽ: ſic Spiritus ſanctus inuiſibilis Deus, at latentis energiæ, ineffabiliſquè potentiæ eſt. Mira enim velocitate, ac celeritate, atquè incredibili ſucceſu, per vniuerſum orbem doctrinam ſuã propagauit: neq; quiſquam tàm fortis, vel potens, qui eius impetum reprimere, ardoremq; reſtringere potuiſſet. Eã igitur ob cauſam Ioãnes comparat vocem euangelicam voci aquarum multarum, & voci tonitrui magni. Non enim eſt regnum Dei, (vt verbis vtar Pauli) in ſermone, ſed in ſpiritu, hoc eſt, non tàm eſt prædicatio euangelica, quæ regnum Dei appellatur, in verboſitate, quàm in energia, & vehementia Spiritus ſancti: qui dat os & ſapientiam apoſtolicis prædicatoribus, cui aduerſarij eorum reſiſtere minimè poſſint. & hoc eſt, quod prædixerat Dauid Pſalmo. 67. dabit voci ſuæ vocem virtutis. & rurſum: Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Quod in Apoſtolis vidimus, & in Beato Stephano conſpeximus. Non enim poterant reſiſtere Iudæi ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur. Audiuit ergo Ioãnes vocem de cœlo tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni.

Actor. 2.

Explicatur locus.

1. Cor 4.

Pſa. 67.

ibidem.

Actor. 6.

¶ *Et vocem quam audiui ſicut citharædorum, citharizantiũ in citharis ſuis.* Quibus verbis ſuauitatem, & dulcedinem vocis euangelicę cum citharædorum cantibus comparauit. Vnde obſerua, quòd eſt in tonitruo, cui cantus ſuauis coniungitur, aliud myſterium: nam prædicatio euangelica nunc terrorem incutit: nunc ſuauitatem affert. Tonitruum erat Paulus cũ ita ſæuiebat aduerſus Corinthios, quod fornicatorem notorium inter Chriſtianos conuerſari paterentur: & cum Galatas inſenſatos dicit. Eſt et citharædus vbi dulciori quodam ſpiritu loquitur, dicens: conſolamini inuicem in his verbis: Et iuſtificati ex fide pacem habemus ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Rurſum: cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius: recõciliati autem ſalui erimus. ad Romanos. 5. Innumerabiles ſunt eius

Suauitas vocis euangelicę cõparatur vocicytharædorũ. terror eius cõparatur tonitruo.

1. The. 4. & Rom. 3. a

Rom. 5.

mo

modi consolationũ voces apud Paulum, vt plus cytharędus quam tonitruum tibi videatur. Per tonitrua ergo terrores comminationum, per cytharas lenitas gratiarum iure capiuntur: adhibitis illis, vt à peccatis fideles absterreantur. Hoc autem ne desperent, ne in conscientijs paueant. Cæterum secundum hanc explicationem locus iste de Ecclesia militanti, potius quàm de triumphãti capi debet: cum in illa, quæ est beatorum patria nihil terroris inueniatur: in hac, plurimum, propter infirmitatem carnis nostræ: dæmonum quoquè insidias, ac mundi illectamenta: tum multa, tum varia: vt vix suæ integritati quisquam possit consistere. Ita author Collecta neorum. Secundô dicere possumus hanc vocem ita vocari, quia hæc vox est concentus virginum, quæ maximè terrebit sectatores Antichristi, omni libidinum turpitudine coinquinatos: Non quod ipsi hanc vocem exteriorem audituri sint, sed hæc prophetia quam scripsit Ioan. cum prædicabitur, omnes impuri terrebuntur: sicut & nunc multi terrentur. Eadem ergo vox quę impijs erit terribilis, sanctis erit valdè suauis, cum præmia virginitatis enunciabuntur. Vnde Beda sic ait: cũ cytharæ istæ Dei, omnes sancti sint qui carnem suam crucifigentes cum vitijs & concupiscentijs, laudant eum in psalterio & cythara, quã tò amplius illi, qui angelico priuilegio castitatis totos se domino faciunt holocaustum: singulariter abnegãtes semetipsos, & tollentes crucem suam sequũtur agnum quocumquè vadit?

¶Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem Dei, et ante quatuor animalia, et seniores.

¶Notandum hîc est pro huius loci explicatione, quòd hæc particula quasi, in scriptura aliquando non negat veritatem rei, sed asseuerat potius cum pondere quodam, quomodo dicimus quasi vir fecit: vbi quasi approbat & affirmat illum virum esse qui tàm egregium opus fecit: quo etiam modo sumitur Ioã. 1. cũ dicitur: vidimus gloriã ei⁹ gloriã quasi vnigeniti à patre, id est, tãquà vnigeniti: hoc est, gloriam quam habere par est verè Dei vnigenitum. Primus ergo sensus huius loci sit, accipiendo illam particulam, quasi, modo iam explicato, quòd hi cantabant canticum verè nouum: quia de nouis Christi operibus ac beneficijs, quæ verè noua sunt omnia, inaudita prius seculo: Idquod solum debet esse Christi fidelium proprium canticum. Filij enim Ecclesiæ cantant quasi canticum nouum, quũ gratiam euangelicam vbiq; personãt: Quæ meritò sui canticum nouum fore putatur. Primò, quia antiquas legales illas ceremonias abijcit. Neomenias, sabbata quoq; ac circuncisiones, quæ in Christo sunt euacuata. Secundò, quia Christum nouum regem recipit olim promissum, omnia renouãtem. Tertiò, quia noua sacramenta, quibus sanctificamur, habet. Ad hæc, nouum canticum est, quod noui cantant filij Ecclesiæ, quia videlicet euangelium virginitatem præfert cęlibatui: & cælibatum cõiugio: quum huic triceſſimum fructum polliceatur, cælibatui sexageſſimum, virginitati tanquam virtuti præcellenti centeſſimum. Nec vana fide: vbi namquè & maius meritum, ibi maius præmium ac merces, quæ multa est in cœlis. Canticum vetus erat, ait Beda, Beatus qui habet sedem in Sion, & domesticos in Hierusalem. Nouum verò est:

Quasi in sacra scriptura varie sumitur.

Ioa. 1.

1. sensus.

Gagnę. Collect.

Beda.

est: lætare sterilis, quæ non paris. Et item dabo (inquit) eunuchis, dicit Dominus, in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus. Esa. 54. & 56.

¶ Aliquando etiam Tò, quasi, refert similitudinem quamdam rei. Vt ibi: mulier fortis quasi vir: atq; si hoc modo in hoc loco sumatur: significat hoc canticum, quod in via canunt fideles, similitudinem habere illius cantici noui, quod in patria canunt sancti de Christi triumpho & glorificatione sanctorum. Sed vt hunc locum ad propositam rem explicemus, dicerẽ ego, cum Cælio canticum hoc, quod cantabant illi centũ quadraginta quatuor milia, simile dici illi cantico, qđ beati cantant in gloria liberati ab omni discrimine, vt nihil vnquam vltra timeant. Ingens enim erat persecutionis Antichristi vis, ingens, & intolerabile periculum draconis: à quo, quia *sic liberati sunt beneficio Christi, quibus exinde contigit gloria sempiterna, gaudent in cœlis & cantant canticum nouum, videlicet, nouæ liberationis.* Similiter etiam Christi fideles post liberationem ab Antichristiana persecutione, quæ maxima erit in tẽpore illo, cantaturi quasi simile canticum sunt, quia quasi pro simili causa: Similis causa est, quia liberatio à periculo: quasi similis, quia cœlestes sine vlteriori metu: terrestres, quia cũ aliquo metu futuri.

¶ Aliquando deniq; Tò, quasi, significat proprietatem. Vt si dicas, hoc quasi meum est, ideſt, proprium mihi, quomodo in hoc loco potest etiã accipi. Cantabant enim Christi fideles quasi canticum nouum ideſt, peculiariter illis cõueniens. Sed ne exortes nos quoq; ab hoc quasi nouo cantico fiamus, dicatur & de nobis: cantabant quasi canticum nouum: canticũ antiquis auribus inusitatum. Ideoq; nouum, quod depulso comminationis metu, peccata modò gratis condonantur: & promissa hæreditas reddatur. Collect.

¶ *Cantabant autem hi omnes ante sedem Dei*, ideſt, ante angelos, qui sedes Dei dicuntur. & ante quatuor animalia, ideſt, quatuor Euangelistas: & ante seniores, ideſt, reliquos Apostolos, Patriarchas, & Propheras. quibus verbis significatur, vt quicquid in laudẽ Dei à fidelibus promitur, deo id totum placidum esse & angelis, ac euangelistis, cæterisq; sanctis primarijs approbatum. Approbant angeli, approbant euangelistæ, approbant Apostoli, & Prophetæ in suis scriptis eiusmodi canticum nouum. Quod si locus iste referatur (vt aliqui volunt) ad sanctos qui sunt beati, vt Sion sit sedes *beatorum, & centum quadraginta* quatuor milia, ij, qui virginitatem tũ carnis, tum mentis illibatæ seruarunt: satis constare cuiq; poterit quomodo sumatur illa particula, quasi. Sumitur enim tunc ista dictio primo modo: vt non tàm similitudinem, quàm veritatem ipsam dicat. Quo pacto dicimus tu pater amas me quasi filium. Sumitur etiam tertio modo: dicit enim quid proprium, quasi dicas: tu obijcis quod orationem produxerim, quasi tu idem non feceris, ergo beati illi nõ simile nouo cantant cantico: sed vt res est, nouum canticum: quod est assecutæ gloriæ: habentes de seruata virginitate, speciale præmium, qui est fructus. 100. qualem non capit corruptio, qualem & ipse Christus & sancta mater eius circumferunt in multa gloria, vt hoc sit proprij, illud verò ve- Gag. Collect.

rita

ritatis. Veritatis quidem, quia verè no A tum cantant virgines canticum: proprij, quia eorum est ita proprium vt non sit aliorum. Neque enim alij ita propriè habent virginitatis canticum. Atq; secundum hanc intelligentiam accipe quod sequitur in textu.

¶ *Et nemo poterat dicere canticum nisi illa cētum quadraginta quatuor milia, qui empti sunt de terra.* Vnde Beda ait: singulariter canticum agno cantare est, cum eo in perpetuum præcæteris fidelibus etiam de carnis incorruptione gaudere. Quod canticum cæteri electi audire possunt, dicere nō possunt. Quia per charitatem eorum celsitudini gratulantur: & si ad ingentia præmia non assurgant. Cæterum hoc de præmio accidentali, & laureola data pro virginitate intellige. Nam si de præmio essentiali sit sermo, multi coniugati, multi etiam, qui cælibatum seruauerunt, beatiores esse possunt multis virginibus: eò quòd maiorem charitatem, pluraq; merita habuerint, dū viuerent. Hi ergo virgines dicuntur empti de terra, ideſt, præcioso sanguine agni de terrena, & carnali conuersatione redempti, vt cū paulo, in carne degentes, extra carnem viuerent. Empti etiam sunt de terra, ideſt, de carnalibus hominibus qui terra vocātur, segregati: Redempti sunt non auro, vel argento, sed prēcioso sanguine D agni immaculati. 1. Pet. 1. Nisi empti essent, nil virginitas proficeret. Sed de hoc statim dicemus. Ad donum admirabile virginitatis sermonem conuertamus. Hoc donum est singulare, cuius tàm præclara est commendatio. Hinc est illa Beati Augustini vox exhortatoria à multis relata: pergite sancti Dei, pueri, & puellæ, mares, ac fœminę, cælibes, & innuptæ, pergite perseueranter in finem: laudate Dominum dulcius, quem cogitatis vberius: sperate fœlicius, cui seruitis instātius: amate ardentius, cui placetis attētius: lūbis accinctis, & lucernis ardentibus expectate Dominum quando veniat ad nuptias. Vos affertis ad nuptias canticum, quod cantabitis in cytharis vestris: vtiq; tale nemo poterit dicere, nisi vos. Sic enim vidit vos in Apoca. quidam præcæteris dilectus agno, qui discumbere super pectus solitus erat: ipse vos vidit duodecies duodena milia sanctorum cytharædorum illibatæ virginitatis in corpore, inuiolatæ veritatis in corde, sequimini cum virginitate cordis & corporis quocumq; ierit.

¶ Cæterum, vbi nos legimus, *nemo poterat dicere.* quum græcè sit, *μαθεῖν*, discere, vix dubium est, scribę oscitantia accidisse, vt hodie, dicere, legamus. C Etiam si apud Augustinum alicubi ita reperiatur, vt diximus. Certè, *discere*, expressum visitur in nonnullis codicibus veteris Typographiæ, ne quis fortè controuersetur.

¶ *Hi sunt, qui cum mulieribus nō sunt coinquinati, virgines enim sunt, hi sequūtur agnum quocunque ierit.*

¶ Licet sint qui de virginitate animi omnium beatorum hūc explicent locum, quam integram fieri, vel per D baptismum, vel pœnitentiam dicant: mihi cum mulierum cōmixtionem proponat, simplicius de vera virginitate loqui videtur: vt ad eam omnes incitet: de quibus ob meritum virginitatis ait: hi sequuntur agnum, ideſt, Christum quocumque ierit. Si enim de ministris suis in genere ille dicit: si quis mihi ministrat me sequatur, & vbi sum ego, illic & minister meus erit: rectè sequi illum dicuntur, qui virgi-

1. Pet. 1.

Commendatur virginitas.

D. Augu.

Ioa. 12.

Gagneius.

ginitatis exemplo illi ministrarũt. Ita Gagneius.

Virginitas maximè placet à Christo & quare.

¶ Vel hinc habes quantum placeãt Christo virgines: namq; ex omnibus, hi soli illum sequi commemorantur, quod sanè summæ atq; perfectæ gratiæ est indicium. Quum enim summa sapientia, qui est Christus Iesus, sit per se summa puritas, & candor lucis æternæ, speculumq; sine macula iuxta Deum, quemadmodum scriptura testatur, summam puritatem diligit pro cognata similitudine, eò quod similia vi quadam ingenita contrahantur. Vnde etiam in canticis sponsa loquitur dicens: dilectus meus cãdidus, & rubicundus Canticorum. 5. Quis dilectus hic sponsus Ecclesiæ est nisi Christus Iesus: qui est candidus per summam puritatem, rubicundus per summam charitatem, qua se in passione mortis sanguine proprio infecit: ideo virgines sequuntur agnum tanquam suum dilectorem, quocũq; ierit. Hæc author Collectaneorum. Cæterum de hac admirabili virtute virginitatis, quæ integritate mentis, & corporis constat differit D. Thomas. 22. q. 152. per totam, & author Collectaneorum hic. Lege Pagninum libro. 4. Isago. c. 35. Referentem Hieronymum multa de virginitate differentem.

Cant. 5.

D. Tho. Collect. Pagni. Isago.

¶ *Hi sunt qui cum mulieribus nõ sunt coinquinati.* Notabis hic ex Cypriano de virginibus, quòd non masculis tantùm continentiæ gratiam promittit Dominus, & fœminas præterit: sed quoniam fœmina viri portio est, & ex eo sumpta, atq; formata est, in scripturis ferè omnibus, ad protoplasmũ Deus loquitur, quia sunt duo in carne vna, & in masculo simul significatur & fœmina. Quod si Christum continentia sequitur, & regno Dei virginitas destinatur: quid est illis cum terreno cultu, & cum ornamentis, quibus dum hominibus placere gestiunt, dominum offendunt. Non cogitantes esse prædictum: qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus nihil fecit eos. & Paulus quoq; glorioſè, & sublimiter prædicans dicit: si adhuc hominibus placere vellem Christi seruus non essem. Continentia verò, & prudentia non in sola carnis integritate consistit, sed in cultus est ornatus honore pariter ac pudore, vt secundum Apostolum quæ innupta est sancta sit & corpore, & spiritu. Instruit nos Paulus & dicit, celebs cogitat ea quæ Dei sunt, quomodo placeat deo. Hæc Cyprianus.

Cypriano. Sub nomine virorũ virginitatẽ seruantiũ, fœminæ virgines intelligũtur.

Psa. 52.

Gala. 1.

¶ *Virgines enim sunt.* Iam hic vides apertam Velaniam hæreticorum nostri temporis, virginitatem, ac eius votum detestantium. Ecce in hoc loco aperte commendantur plurimi sancti, quod fuerint virgines. Legant præterea, miseri homines, & intelligant Paulum latè virginitatem commendantem in priori ad Corinth. c. 7. his verbis: de virginibus præceptum Domini non habeo, cõsilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Deo, vt sim fidelis, ideſt, gratiam apostolici muneris consecutus sum à Deo, vt fideliter illis consulam. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est hominem sic esse, ideſt, existimo ac decerno virginitatem rem esse bonam & egregiam, propter instantem necessitatem, ideſt, propter vrgentes rei vxoriæ difficultates, & molestias. Sic oecumenius Græcus. Quid ad hoc dicent hæretici virginitatem vituperantes, aut nuptijs non eam anteponentes. Nostram verò ex-

Cõtra hæreticos qui virginitatẽ & votũ virginitatis detestãtur.

1. Cor. 7.

po-

positionem Paulus ipse reddit, cum A regnum cœlorum: qui potest capere
statim subiungit: volo autem vos si- capiat.
ne solicitudine esse. Qui sine vxo- ¶ Sed existimant miseri homines
re est, solicitus est quæ domini sunt, falsim nullam se obligari posse voto
quomodo placeat deo; qui autem cũ virginitatis: cum Paulus, loco à no-
vxore est, solicitus est quæ sunt mun- bis adducto expræsse dicat: si nup-
di, quomodo placeat vxori, & diuisus serit virgo non peccat: sed audiamus
est. i. in multas solicitudinum partes, quid dicat Hieronymus aduersus Io-
miseriarumq; distractus, siue vt græca uinianum, libro primo, exponens
lectio habet, μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρ- hæc verba. Non illa virgo (inquit)
θένος. i. diuisa est vxor & virgo. i. iux- quæ semet Dei cultui dedicauit. Vir-
ta œcumenium non eamdem solici- B gines enim quæ post consecratio-
tudinem habent, sed diuersa sunt illis nem nupserunt, non tam adulteræ
studia, quia virgo cogitat quæ sunt quàm incestæ sunt. Et Theophila-
Dei, mulier quę sunt viri, vt statim do tus ex Chrysostomo, virginem hoc
cet Paulus. Ecce Paulus virginem cũ loco dicit, non eam, quæ Christo di-
vxore comparat, & ex vtriusquè stu- cata sit: hæc namquè si nupserit delin
dijs illis natura attributis, probat virgi quit non dubiè plurimum, hoc qui-
nes laudabiliores, ac deo gratiores, dem docet hic Photius quem adduc-
quàm nuptas esse. Status enim virgi- cit Gagneius.
nitatis natura sua magis paratus est ad ¶ *His sequuntur agnum quocunque*
curadum ea, quæ domini sunt, quàm *ierit.* Hic dubitari potest: quare hoc **Quare potius dicantur virgines agnum sequi hic quàm alij sancti.**
status matrimonij. & hoc est, quod C potius dicatur de virginibus, quàm
vult significare Paulus. Ex quo colli- de alijs sanctis: cum omnes alij se-
ges quanta sit virginitatis laus, quæ quantur agnum quocunquè ierit?
tàm excellentem virtutem in eo, in Ecclesia enim canit, ò quam glorio-
quo sit, requirat. Colligit deniq; Pau- sum est regnum, in quo cum Chri-
lus in fine capitis. Igitur qui matrimo sto gaudent omnes sancti, amicti stol
nio iungit virginem suam, bene facit: lis albis: & sequuntur agnum quocun
& qui non iungit melius facit. Quid què ierit. Sed in oppositum est quod
obsecro clarius & apertius dici potuit, Ioannes hic indicare videtur propriè
vt istorum vesania conuinceretur? hoc esse virginum. & eadem Eccle-
Mitto modò innumera clarissimorũ sia in hymno virginum canit: quo-
virorum exempla, quibus satis hic er D cumquè pergis virgines sequuntur, at
ror reuinci posset. Nam Dei matrem què laudibus passim te canentes cursitãt:
virginem fuisse nemo est inter catho hymnosquè dulces personant. Idem
licos, qui dubitet. Hoc idem de Hiere sentire videtur Augustinus, & omnes **D. Aug.**
mia, Elya, Ioãne Baptista, Daniele e- expositores. Deinde hoc etiam quæ-
xistimat Ignatius, Epiphanius, Hie- rendum hic est, an ita hęc sint intelli-
ronymus, & Ambrosius. Huius e- genda, vt sonãt: videlicet, Christũ per
tiam rei grauissimum testimonium cœlum discurrere nunc huc, nunc il-
habemus apud Mathæum, capite de- luc, & post eum ire virgines? Augusti- **D. Aug.**
Matth. 19. cimo nono, cum Dominus ait: sunt nus lib. de sancta virginitate, capite
eunuchi qui se castrauerunt propter 27. & duobus sequentibus hæc inter-

prætatur. Eius verba referunt, & laudant Primasius, & Beda, & Ansbertus. Quæ nos superius retulimus.

Idem Augusti. Et capite 27. quærit Augustinus, quò putamus ire hunc agnum, quò nemo eum sequi, vel laudeat, vel valeat nisi vos? Quò putamus eum ire? In quos saltus, & prata? vbi credo sunt gramina grandia, non gaudia seculi huius vana, insaniæ mendaces, nec gaudia qualia in ipso regno Dei cæteris non virginibus, sed à cæterorum omnium gaudiorum sorte distincta: gaudium virginum Christi, de Christo, in Christo, cum Christo, post Christum: per Christum, propter Christum, gaudia propria virginum Christi, non sunt eadem, non virginum quamuis Christi. Nam sunt alijs alia, sed nullis talia. Ire in hæc, sequi mini agnum, quia & agni caro vtiquè virgo. Quid enim est sequi, nisi imitari? Hunc in eo quisquè sequitur, in quo imitatur. Cæteri igitur beati sequuntur agnum, sed non quocumquè ierit: quia in gaudia virginitatis non sequuntur. Virgines autem in omnibus eum imitantur, & ideò quocumquè ierit sequuntur. Et Diuus Hieronymus in quarto tomo, in libello de virginitatis laude ait: de his & beatus Apostolus Ioannes loquitur, quòd sequuntur agnum quocumquè ierit. Quod ita intelligendum puto, nullum eis locum in cœlesti aula claudendum, & cuncta eis diuinarum mansionum habitacula reseranda. Verùm his res non dum satis explicatur. Quando quidè facilè his auctoribus obijcere possumus si ita intelligatur; nec virgines sequi isto modo agnum quocunq; ierit: nec aliũ iudicium esse de illis, quã de alijs beatis. Nam si in gaudia virginum non sequuntur agnum coniuges, aut alij non virgines: nec virgines sequuntur eum in gaudia martyrum, aut Prophetarum, aut Apostolorum, aut doctorum: atquè ita hæc mansio non referabitur illis. Hæc obiectio à nemine ex his quos vidimus soluitur. Potest tamen ita solui, si de omnibus virginibus verba intelligantur. Qui virginitatem amiserunt, non poterunt sequi agnum quocumquè ierit, quoniam illa recuperari non potest: at virgines etiam martyres esse possunt, & in cæteris alijs agnum imitari: vt meritò postea dicatur agnum in cœlo sequi quocumquè ierit. Hæc solutio colligi potest ex Augustino, in eodem libello capite 27. & duobus sequentibus. Verùm aliud est sequi posse, aliud reuera sequi. Omnes virgines hoc possunt, sed multi non sequentur in cœlo agnum quocumquè ierit. Idcirco melior quibusdam videtur interpretatio dicendo: virgines sequi agnum quocumquè ierit, quoniam virginum multitudine omnia virtutum merita inuenientur. Multi enim erunt martyres, alij doctores, & episcopi. &c. Sed si hunc locum non de omnibus virginibus intelligamus, sed tantùm de illis qui extremo tempore florebunt, vt superius tetigimus, aliter hæc videntur exponenda: vt illorum virginum merita commendare intelligamus, qui tantæ sanctitatis erunt, vt cum corporis & animæ integritate reliquas omnes virtutes copulent. De quibus statim ait: Hi empti sunt ex hominib' primitiæ Deo & agno: & in ore eorum non est inuentum mendacium; sine macula enim sunt, etcætera. Hoc quoniam cæteros virtutibus præstabunt, non est dubium magistros

D. Hiero.

ſtros aliorum futuros eſſe miſerrimis illis temporibus, & exemplo præituros, & ante omnes alios à miniſtris antichriſti torquendos & occidendos: nullamq; his coronam defecturam: vt meritò dicantur ſequi agnum quocumq; ierit.

Iuſti ante ſui iuſtificationem erant diaboli mancipia & non agni.

¶ *Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ Deo & agno.* Hic imprimis obſeruabis, quod virgines hi, cæteriq; Chriſti fideles & iuſti, ſui nõ erant: ſed potius diaboli mancipia, ſiue per actuale ſiue per originis peccatum. Empti tamen ſunt à Chriſto, vt ſui eſſent: vt illi ſeruientes regnarent. Vnde Paulus

2 Cor.3. ait: omnia veſtra ſunt: vos autem chriſti. Ideo ſui ſunt, quia Chriſti ſunt. Hæc eſt ſpiritualis libertas. De qua

2.Cor.3. ait Apoſtolus vbi ſpiritus domini, ibi libertas. Qua libertate, vt alibi ait idẽ

Gala.4. 1 Cor.6. Apoſtolus, Chriſtus nos liberauit. Empti ſumus pretio magno, vt idem

1.Pet.1. affirmat. & D. Petrus. 1. Canonica. c. 1. ait: non corruptibilibus auro & argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternę traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti, & incontaminati vt noſtri eſſemus. Hoc myſterium noſtræ emptionis volens ſignificare idem Dominus ait apud Ezechie. cap. 6. Secũdum

Ezech.6. quorundam tranſlationem: quoniã emi cor eorum fornichans & oculos eorum. Vbi noſtra verſio habet: quoniam contriui cor eorum, &c. Verbum enim in Hebræo & ſignificat cõterere, vt apud Eſaiam: contriuit Dominus baculum impiorum: & ſignificat emere: vt Gene. 41. omnes prouinciæ veniebant in Aegyptum vt emerent eſcas. Secundum ergo hanc tranſlationem erit iſtorum verborum ſenſus. Eorum cor, quod ſe dæmonibus tradiderat, eorumquè oculos, qui vanitatibus ſeruiebant, ego emi: eorum animos & oculos, meos feci, cum antea eſſent mundi, dæmonis, & carnis. Peccatores ſceleribus imbuti nihil habent ſuum, neq; cor, nec oculos, nec manus, nec pedes: cum omnia hæc vanitatibus & impietatibus tradiderint. At iuſti ideo ab agno empti ſunt: vt omnia hæc illorum ſint, & liberi facti ſequantur agnum, quocumq; ierit.

¶ *Hi*, inquit, *empti ſunt ex hominibus*, Porrò hæc vox, hominibus, hoc loco emphaſin habet. Quemadmodum & Eſaiæ 31. Aegyptus, homo & non Deus dicitur: ſic per contemptum dixit Pilatus oſtenſo Chriſto: ecce homo. Senſus ergo eſt: hi quos tàm ſublimes agnus fecit, vt ſoli Deo cantent, cum agno ambulent, impolluti & à carnis inmunditia, & à falſis dogmatibus Antichriſti: empti ſunt ex hominibus, ideſt, ex obſcuris illuſtres, ex terrenis diuini, & ex oppreſſis glorioſi facti ſunt. Quod maximum fuit opus Dei. Deniquè empti ſunt ex hominibus, ideſt, de impudica hominum cõuerſatione redempti: vt ne vna cum hominibus & carnalibus polluerentur. Sed ad quid obſecro hi empti ſunt ex hominibus?

Eſa.31. Homo in ſacra ſcriptura quid aliquando dicat. Ioa.10.a

Cælius. Gag.

¶ *Vt*, ſcilicet, *ſint primitiæ deo & agno*. Omnibus cõpertum eſt quid primitiæ ſint. Idq; imprimis ex Leuitico 23. Nume. 15. Deutero. 18. ſcimus etiam, quod ſegregabantur primitiua Deo, erantquè in vſum ſummi ſacerdotis. Sunt enim ex multis pauca, prẽcocia, & grata: quæ primum erant in frumẽto, vino, & oleo: deinde alijs etiam, priuſquàm illorum eſſet plenus ac liber vſus. Ex quo duo licet colligere. Primùm, quàm grata ſit Deo virginitas. Quemadmodum enim primitiæ erant præcipui fructus, & Deo grato-

Leui. 23. Nume. 15. Deut. 18.

Quàm grata ſit deo virginitas oſtẽditur.

tiores:ita virgines Deo & agno virgini sunt ex multitudine sanctorum electi,tanquam præcipui fructus:illique cæteris paribus gratiores. Vnde Augustinus ait:habent connubia bonum suum,non quia filios procreant, sed quia honestè,quia licitè,quia pudicè, sed quia socialiter procreant, & procreatos,pariter salubriter, instanterq; educât:quia thori fidem inuicem seruant,quia sacramentum coniugij non violant. Hæc tamen omnia humani officij sunt munera: virginalis autem integritas,& per piam continentiam, ab omni concubitu immunitas, angelica portio est:& in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio.Cedat huic omnis fœcunditas carnis,cedat pudicitia coniugalis.Et post pauca: profecto habebunt magnum aliquid præcæteris in illa communi immortalitate, qui habent aliquid iã non carnis in carne. Empti ergo sunt sanguine Christi,ex hominibus quos aliquando spurcitia carnis commaculauit:primitiæ,ideſt,gratiores Deo, & agno.

Augustin.de laude virginitatis.

¶ Secundum quod potest colligi illud est,quòd non omnibus contingat virginitas,neq; donum eius detur omnibus:Primitiua namq; ex multis pauca offerebantur Deo.Rara auis in terra est,nigroq; simillima cigno. Vt poëta Saty.ait:vnica phenix est virginitas. Pauciſſimi enim sunt virgines. Leuit.cap.2.dicitur:si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum domino, de spicis adhuc virentibus, torrebis igni,& cõfringes in morem farris:& sic offeres primitias tuas domino:fundens super eas oleum, & thus imponens.Virgines(vt in hoc loco vides)sunt hæ primitiæ.Et meritò spicis virentibus comparantur: Nam virginitas semper amœna, & viridis est,nũquam arescens:virginitas incõtaminata offertur.In eo verò quod dicitur,spicas virides esse torrendas igni,significare voluit Dominus nihil illi esse gratum,nihil offerẽdum, quod igne charitatis non sit tostum,& oleo misericordiæ,& thure deuotionis, & pietatis comitatum.

Non omnibus datur donum virginitatis.

Poeta.

Leuit.2.

Figura.

¶ *Et in ore ipsorum,non est inuentum mendacium.* Quidam Græci codices habent.δόλος,ideſt, dolus. Dionysianus codex,pseydos, ideſt,mẽdatium. Sed quid rogo est, quòd in ore eorũ non est inuentum mendatium? Nonne regius vates ait Psalmo.115.Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax? Ad hoc (missas modò facientes omnes propositiones vniuersales in scriptura,vt sæpè diximus, non semper vniuersaliter esse capiendas, cum constet neq; in ore Christi, neque in ore matris eius,nec in ore Ioãnis Baptistæ inuentum aliquando fuisse mendacium)ad hoc,inquam,dicimus, qđ quando hi virgines in cœlesti patria cantabant canticum illud nouum, nõ inueniebatur in ore eorum mendacium:totum enim quod terrenum erat in beatis,iam perijt:quale est mendatium proferre. Et quamuis homines de se mendaces, siue proni ad mẽdacium & inconstantes,& varij sint: tamen diuino spiritu afflati mentiri non possunt. Cœlestis enim spiritus, quo loquuntur sancti Dei omnes,veritatem docet, inspirat, & loquitur. Hinc fuit quod Christus Math.16. Petro dixit: Beatus es Symon Bariona: quia caro & sanguinis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. At humano spiritu ductus Petrus dicebat,quando Christus de morte sua futura,verba faciebat:domine,nõ erit ti-

Obiectio.

Psa.115. Exponitur locus.

Prima expositio.

Mat.16.

Math.16. tibi hoc. Cui Christus: vade post me Sathana scandalum mihi es: nô enim sapis quæ dei sunt. Cum ergo hæc dicebat Petrus: homo erat: & vt homo mendax loquebatur: cum verò illa priora dicebat, non ea vt homo, sed vt consors diuinæ naturæ proferebat. Cum ergo Beati non vt homines, sed vt dij in illa cœlesti patria loquantur, nec verbum ociosum, ne dum mendacium in ore ipsorum inuenitur.

Secunda expositio: ¶Quod si nõ de virginibus in cœlesti ciuitate commorantibus, sed in Ecclesia militanti degentibus sit sermo, facilè huic dubitationi respondebimus. Nam in ore eorum, qui non cõsenserunt mendacijs hæreticorum Antichristianorum, vt pariter & ipsi mendacia loquerentur in perfidia corrupti, non est inuentum mendacium. Nequè in ore ipsorum inuentum est mendacium, quos sanguis Christi purificauit. Quales fuerunt innocentes paruuli pro Domino occisi: neq; in ore eorum inuentum est mendacium, qui baptismi innocentiam perfectè custodierunt: neq; in ore illorũ, qui carnis & animæ puritatem omnino seruauerunt. Omnes enim isti ore ipsi sancti loquẽtes, veritatẽ fidei profitebantur. De quibus Ioãnes statim subiungit.

Ante thronũ Dei esse iustum quid sit. ¶Sine macula enim sunt ante thronum Dei, id est, placent Deo. Hoc enim est ante thronum Dei cõsistere, placere Deo: vt aliàs ostendimus. Potest & aliter. Thronus iudicium dei est: ante quem, sancti quandiu in hac carne mortali vitam degunt, se intelligunt consistere. Inquem modum si & nos intelligeremus, rarius peccaremus, rarius mendacium loqueremur. Nunc autem quia procul abesse nos ab hoc throno Dei existimamus. i. nõ aduertimus Deum vltorem fore nostrarum iniquitatum, frequentius peccamus, frequentius & mentimur.

Veritas cõmendatur. ¶Imitemur ergo sanctos istos, & in ore nostro nullum inueniatur mẽdacium, nam qui verax est, vt in ore eius numquam inueniatur mendacium, nihil ambiet, nulli adulabitur, nihil timebit, nihil magnum puta bit in rebus seculi, omnia contemnet, vni Deo totus inhærebit, ac deniquè erit omni ex parte perfectissimus. Ita de Christo dictum est. 1. Pet. cap. 2. qui peccatum non fecit, nequè inuentus est dolus in ore eius, & Dñs ait: de Nathanaeli Ioa. 1. ecce Israelita, in quo dolus non est. Psalmo. 31. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum: neq; est in spiritu eius dolus. Ecõ trariò dolus maximis sceleribus adiũgi solet. Psalmo. 5. virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus, & Psalmo. 108. Quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est. & deficiente veritate virtutes omnes deficere censentur. Psalmo. 11. Saluum me fac domine quoniam deficit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominum. Oseæ. 4. Audite verbũ domini filij Israel, quoniam iudicium domino habitatoribus terrę, nõ est veritas, & nõ est misericordia, & nõ est scientia Dei in terra, sed maledictum, & mendacium, & homicidum, & furtum, & adulterium innudauerunt: & sanguis sanguinem tetigit. Sed cum in omnibus hoc summæ laudis sit, multo maioris est in istis, quia nec minis, nec promissis capientur, vt virtutem & veritatem Christi docere desinant. Hos ergo tàm insignes viros imitari debemus, si sine macula esse volumus ante thronum Dei.

1. Pet. 2. Ioa. 1. Psa. 31. Psa. 5. Psa. 108. Psa. 11. Oseæ. 4.

¶Cæterum hæc verba, *Ante thro-*

num Dei. Codex Græcus complutenſis non habet: alij recentiores habent: & latina eſdem complutenſis tranſlatio. Sed delenda aliquibus videtur: quoniam neque in omnibus latinis codicibus leguntur. Neq; apud Hieronymum lib. 1. contra Ioui. neque apud Ambroſium. neque apud Aretam. Hiaronymus ita legit: & in ore eorum non eſt inuentum mendacium: & ſine macula ſunt. Quod autem ait: *ſine macula enim ſunt*, negat Ambroſius intelligi poſſe de his, qui in hac vita ſunt: quoniam ſi dixerim⁹ quod peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus. Quod ſi præcedentia reſpiciamus, dubitare non poſſumus quin de illorum ſanctitate, quam in hac vita habuerunt ſermo ſit. Nam ſi de puritate beatorum nunc iam tãtum loquitur, quid de his virginibus differit, qđ nõ æquè de reliquis omnib⁹ veriſſimè dicatur. Nemo ergo dicitur eſſe ſine leuioribus peccatis, pro quibus ſancti nõ ſolum humiliter ſed veraciter etiam dicunt: dimitte nobis debita noſtra. Sed maculam intelligit grauiorum peccatorum. Ac ſi dicat: eos ſingularem quamdam animæ puritatem habituros eſſe: quia nõ ſolum peccata mortalia non admittant, verum nec venialia grauiora: minora autem crebro bonis operibus, & lachrymis deleant. Atq; hoc quod nũc iam dicimus, facilè intelligemus, poſſe in hac vita per Dei gratiam obtineri, ſi Græcam vocem conſideremus, ἀμώμητοι, amomiti. Immaculati, irreprehenſibiles, quæ vox omnibus ſanctis in hac vita ſæpè datur. Ad Epheſ. 1. Sicut elegit nos ante mundi conſtitutionem vt eſſemus ſancti & immaculati. & in græco eſt eadem vox. Et Eraſmus vertit irreprehenſibiles. Ad Collo. 1. Nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibere nos ſanctos, & immaculatos, & irreprehenſibiles coram ipſo. 2. Petri 3. Satagite immaculati, & inuiolati ei inueniri in pace. vbi pro immaculati eſt in græco, ἀμώμητοι, amomiti, ideſt, irreprehenſibiles. Eadem voce latina ſimilibus græcis vocabulis reſpondente, ſæpè vtitur hoc modo noſter interpres. Vt ſapient. 1. Cani ſunt ſenſus Hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata. Iaco. 1. Religio mũda, & immaculata apud Deum & patrẽ, viſitare pupillos, & viduas in tribulatione earum, & immaculatum ſe cuſtodire in hoc ſeculo. En his iam intelligim⁹, *ſine macula enim ſunt ante thronum Dei*, ſiue incõſpectu Dei. Fortaſſe ab hominibus reprehendentur, ſed apud Deum qui intuetur corda, ſine macula ſunt. Cum autem dixiſſet, *Et in ore eorum non eſt inuentum mẽdaciũ.* ſimiliter dicere videbatur *ſine macula enim fuerunt.* Sed ſolet crebro quemadmodum verbis præteriti temporis ita & præſentis vti, ad futura ſignificãda, more prophetarum. Vt quod dicitur, perinde verum eſſe intelligatur, ac ſi geſtum eſſet: vt aliàs oſtendimus. Hîc etiam nota: rationem illius dicti, *& in ore eorum non eſt inuentũ mẽdacium.* reddi, in eo quod addit: *ſine macula enim ſunt*, Quoniã à viris perfectis qui deo ſimiles euadere cupiũt, nihil eſſe alienius quàm mendacium. Quia Deus veritas eſt, & veritatẽ maximè diligit, & mendaciũ deteſtatur.

¶ *Et vidi alterum angelum volantem per medium cœli, habentem euangelium æternum, vt euangelizaret ſedentibus ſuper terram, & ſuper omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum, dicens voce magna: timete dominum, & date illi honorem: Quia venit hora iudicii eius.* &

D. Ambr. Aret D. Hiero.

1. Ioan. 1.

Ephe. 1.

Ad Col. 1.

1. Petr. 3.

Sapien. 1.

Iaco. 1.

& adorate eum, qui fecit cœlum & terram, mare et fontes aquarum. Hæc omnia & quæ subdit D. Ioãnes ad seculũ illud aureum quod futurum est, post necem Antichristi pertinent.

¶ *Et vidi*, inquit, *alterum angelum.* Siue Angelum simpliciter. nam Dionysianus codex, vt Gagneius ait, non habet, ἄλλον, ideſt, alium, nequè de quodam Angelo in præsenti capite mentio facta est. vel dices quod alterum dicit ab eo, scilicet, qui ea quæ su perius prædixerat, ei ostendit. vel dices. D. Ioãnem in superioribus vocasse Christum Angelum: & meritò, nã ab Esaia vocatur Esaiæ. 9. Magni consilij Angelus. Quem appellauit in principio huius capitis agnum. Ideo modo significare volens vniuersitatem prædicatorum Domini & Christi, quæ tunc erit, ait: & vidi alterum Angelum. Certa res est Angeli nomine prædicatorem euangelicum designari: vt videre est apud Malachiam, cap. 2. dicentem: labia sacerdotis custodiunt scientiam: & legem requirunt ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est.

Supra. c. 10 Christus dicitur Angelus Esa. 9.

Beda. Richard. Collect.

Malach. 2.

¶ *Volantem per medium cœli.* Per medium cœli volare dicitur, vt ab omnibus videri possit, & audiri. vel, *volantem per medium cœli.* ideſt, per mediam Ecclesiam, quæ cœlum, & regnum cœlorum frequentissimè vocatur: prædicationis munus celeriter, & alacriter obeuntem. Quibus verbis docet Ioãnes & describit prædicatorum illius temporis ardens studiũ in officio, vt non defatigandi sint, nec cessaturi. tales erant Apostoli, tales Euangelici primitiuę Ecclesiæ concionatores, de quibus dicebat olim Esaias cap. 60. Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Quæ si ad Apostolos, cæteros q; euangelicos concionatores referas, verè & meritò retuleris. Vt nubes enim occissimè per totum orbem volarunt: ac hodie volant vt fidẽ Christi annuncient, ac pluuiam cœlestem emittant: qua irrigata terra, hoc est, corda hominum fructum ferat. Nubes fuit Paulus, qui vsq; ad Illiricum (quod Sclauoniam nostri vocant) se penetrasse testatur. Nubibus igitur eã ob causam comparantur. Item comparantur columbis volantibus ad fenestras sui columbarij, ob ingentem erga pullos suos amorem. Sic euangelici prædicatores & Apostoli, quibus Dominus aiebat: estote simplices sicut columbæ, ob ingentem amorem filiorum, quos gignunt Deo, velocissimè volant per totum orbem terrarum, euntes, & redeuntes ad columbarum, hoc est, Ecclesiam: in cuius baptismo olim adfuit Spiritus sanctus in specie columbæ, quando Christus baptizatus est. Est enim Ecclesia columbarium, vbi columbæ istæ mysticæ quiescunt, aluntur, & à noxijs vitijs defenduntur. & vbi alunt doctrina euãgelij pullos suos. i. fideles, quos aqua Spiritus sancti, & verbo fidei euangelicæ gignunt.

Rom. 5.

Prædicatores columbis compantur.

Beda. Richard. Collect. & alij.

¶ Hi sunt qui etiam cœli vocantur à regio vate. Psalmo. 18. Cœli (inquit) enarrant gloriam Dei. Vbi vocantur cœli, non solum, quia sunt sedes Dei, sicut est cœlum: secũdum illud quod scriptum est, cœlum mihi sedes est. Nec solum quod stellis virtutũ splendeant: sed quia maxima velocitate mouentur ad enarrandam non suam, sed gloriam Dei per vniuersam terram. Eamdem igitur ob causam eos in hoc loco Angelo volanti per medium cœli comparat. Qui verè si

Psa. 18. Prædicatores euangelici cæli vocantur & quare.

Plato. Prædicatores nubes dicuntur & quare.

apostolici sunt, mittuntur à Deo, non enim prædicarent, nisi mitterentur. Quomodo (inquit Apostolus) prædicabunt nisi mittantur? Ad Romanos. 10. Longè diuersi ab illis de quibus dominus apud Hieremiam. 23. ait: non mittebam eos, & ipsi currebant, nõ loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Vidit ergo Ioãnes post interitum Antichristi cætum prædicatorum volantem per totam Ecclesiam ad annunciandum euangelium æternum. Vnde subdit.

Rom. 10. Hiere. 23.

¶ *Habentem euangelium æternum.* Appellat euangelium, doctrinã Christi, quæ ob faustum, lætumq; iustificationis & redemptionis nũcium mortalibus mortuis allatum, rectè euangelium dicitur. Reuelatio ergo gratię Dei est euangelium, gratis peccatorem iustificantis per fidem viuam Iesu Christi: cuius vitam & miracula, & aduentum in carne, quatuor Euangelistę verissimè scripsere. Primus (vt ait Hieronymus) Mathæus Euangelium Hæbraicè scripsit anno Christi. 42. Secundus, Marcus anno sequenti græca phrasi, vt testis est Isidorus in Italia. Tertius, Lucas græci sermonis peritissimus in Achayæ partibus sub Theophilo Episcopo. Quartus, Ioannes in Asia rogatus ab Episcopis credentibus. Maximè verò quod nõnihil vrgeretur ab hæreticis. Sed de his plura differit author Collectaneorũ in hoc loco, atq; de inuentoribus literarum hebraycarum, grecanicarum, Syrorum, & Chaldeorum. &c.

Euãgeliũ quid significet. Grg.

D. Hiero. Mathæus Hæbraicè scripsit euangelium anno Christi. 42. Marcus anno sequẽti scripsit in Italia. Lucas in Achayæ partibus. Ioã. in Asia

¶ Vnde obserua, quod legem Ecclesiæ catholicæ vocat scriptura sancta euangelium per excellentiam: tũ ob excellentiam infallibilis veritatis ac certitudinis eius: tũ ob excellentiã boni lætiq; nuncij, quod nobis affert. Hinc est quod cum euangelij sit vna eademquè veritas, nunquam in scriptura sacra tàm veteris quàm noui testamenti nominatur euangelium in plurali, sed in singulari numero. Benè quidem Euangelistæ in numero multitudinis appellantur. Alios quidem dedit Apostolos, alios Euangelistas, ait Paulus ad Ephesios. 4. Benè quidẽ euangelizantes, in eodem numero dicuntur Esa. 52. quàm pulchri pedes euangelizantium pacem. At verò euãgelia non vocantur: sed tantum euangelium, eò quod omnes Euangelistæ idem annuncient: idemq; bonũ proponant. ¶ Cæterum scriptura variè euangelium cognominat. Nam D. Mathæus illud vocat. cap. 4. Euangelium regni, quòd annunciet ac polliceatur vnum quoddam regnum. Marcus. cap. 1. appellat euangelium regni Dei, quòd promittat non regnum quodcumq; sed regnum quoddam diuinum & cœleste: cuius etiam causa Paulus ad Romanos. 1. Regnũ Dei etiam nominat. Atq; idem Apostolus illud vocat euangelium gratiæ Dei Actorum. cap. 20. Tum, quod tàm admirabile & insuetum nunciũ mundus non meruit: sed Dei gratia & beneficio è cœlo allatum esse non dubitamus. Tum etiam & maximè, quod euangelium, in suis sacramentis afferat gratiam & misericordiam Dei. Item etiam, illud cognominat euangelium gloriæ beati Dei. 1. Tim. 1. Quod non solum sit gratiæ, sed etiam gloriæ ac perpętuæ fœlicitatis alacre nuncium. Denique Paulus euangelium pacis nuncupat in epistola ad Ephes. cap. 6. Imitatus Esaiam. cap. 52. dicentem: quàm pulchri pedes euangelizantium pacem. Sic autem nominatur, quod pacem ponat inter Deũ &

Quare sacra scriptura vocetur euangeliũ per excellentiam.

Euangeliũ regni. Math 4.

Euangeliũ regni Dei. Marc. 1.

Rom. 1.

Euangeliũ gratiæ dei Acto. 20.

Euangeliũ gloriæ beati Dei. 1. Timo. 1.

Euangeliũ pacis. Eph. 6. Esa. 52.

& hominem,& inter homines & angelos,& inter homines interſe. Imo etiam inter ſpiritum & carnem noſtram. Gratia ſiquidem euangelij lites illas antiquas dirimit inter corpus & animam. Quod eleganter docere, & diffinire volens Apoſtolus, ad Romanos.7.ait:condelector legi Dei ſecundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infœlix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Hanc ergo pugnam,hãc luctam,hoc inteſtinum & ciuile bellum, gratia Dei data per Ieſum Chriſtum dirimit:ſiue euangelium gratiæ Dei datum à Chriſto.Idcireo igitur illud vocabat Paulus euangelium gratiæ Dei, & euangelium pacis,quod amicitiam conciliet inter ſpiritũ & carnem, &c. Atq; tàm contrarios hoſtes pacificet, & componat. Ideo etiam Chriſtus princeps pacis ab Eſaia dicitur. Hinc intelligemus locum illum Apoſtoli ad Romanos.6.dicẽtis:peccatum vobis non dominabitur: nõ enim eſtis ſub lege,ſed ſub gratia. Appellat Paulus euangelium,gratiam,per metonymiam:eò quod ſit cauſa gratiæ,modo quo diximus.Contraponit enim euãgelium legi Moſaycæ, quæ gratiam de ſe nõ cauſabat,nec peccata dimittebat. Qua figura etiam vſus eſt Diuus Ioãnes.cap.1.dicens: lex per Moyſen data eſt,gratia autem per Ieſum Chriſtum facta eſt,ideſt,euangelium gratiæ. ¶Deniq;, vt ad rem loquamur appellatur hic à Ioãne euangelium Chriſti,euangelium æternum, quod ſit vltima voluntas,atq; teſtamentum vltimum teſtatoris Chriſti, cui alterum nõ ſucceder:Appellatur & æternum, quod æterna bona promittat. Hoc igitur habebat Angelus iſte.

Rom.7.

Rom.6.

Euangeliũ vocatur gratia figuratè.

Ioan.1.

Euangeliũ æternum.

¶*Vt euangelizaret ſedentibus ſuper terram.* Ideo euãgelium æternum habebat,vt euangelizaret,ideſt, vt illud hominibus annunciaret:eos què à terrenis tolleret ad cœleſtia,à temporalibus ad æterna:vt verba eius indicã. Quare meritô dicit, *ſedentibus ſuper terram.* Ideſt,hominibus cœli oblitis, & tantùm terrena curantibus. Hi enim dicũtur habitare terram, & ſedere ſuper terram. Lu.21.& ſuperueniat in vos repentina dies illa. Tãquam laqueus enim ſuperueniet in omnes qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. Vnde rectè Beda explicando verba hæc Ioãnis ſic ait:cõuenit eos qui cœleſti attolluntur volatu, terrenas quoquè mentes de ſede ſui corporis prædicando leuare.

Beda.

¶*Vt euangelizaret ſedentibus ſuper terram.* Ideſt,terram & orbem habitãtibus,ne immoremur,in myſtica ſignificatione.Id enim ſequentia verba explicant.

¶*Et ſuper omnem gentem,& tribum, & linguam, & populum,* Sicut enim Chriſtus Dominus aſcenſurus in cœlum,præcepit prædicatoribus ſuis prędicare euãgelium omni creaturæ: ita poſt interitum beſtiæ mittet Angelũ ſuum,hoc eſt,chorum prędicatorum fidelium euangelizare omnibus populis,& mundi gentibus, vt impleatur quod ipſe apud Mathæum dixerat:prædicabitur hoc euangelium in toto orbe,& tunc veniet conſummatio. Vnde latinius ſic diceres:vt euãgelizaret habitantibus ſuper omnem terram,& omni genti,& tribui, & linguæ,& populo.Atq; aduerte,quòd illa

Marc.vlti.

Math.24.

Gag.Bed.

la prima cõiũctio,&,sumit pro,ideſt, vt ſumi ſæpè in ſcriptura ſolet, quod ſuperius annotauimus. Item aduerte Ioãnem quidem Angelum vidiſſe hæc dicentem: ſed in Angelo tamen illo ſignificantur vt diximus, prædicatores à Deo miſſi, qui nuncij dei ſunt: & illis temporibus diabolo,& prædicatoribus Antichriſti pacem & ſecuritatem prædicentibus, diem iudicij iã iam adeſſe clamabunt. Ita intellexerunt Ticonius Ho.11.& Beda, & Ambro.& Ansbertus,& Anſelmus.

Ticonius. Beda. Ambro. Anſbert. Anſel.

¶ *Dicens voce magna: timete Dominum et date illi honorem quia venit hora iudicii eius. Et adorate eum qui fecit cœlum et terram, mare, et fontes aquarum.* Hæc erit vna omnium prædicatorũ tunc temporis vox, quare ſingula huius loci verba explicemus.

¶ *Timete dominũ*, à timore incipit: nam initium ſapientiæ timor Domini.& rurſum: qui timet Deum faciet bona.& alibi: timor Domini expellit peccatum. Dum enim peccatores nos eſſe intelligimus, à diuinæ iuſtitiæ timore, quo vtiliter concutimur (vt cõcilium Tridentinum docet) ad conſiderandam Dei miſericordiam nos cõuertimus, in ſpem erigimur, fidentes Deum nobis per Chriſtum propitium fore, illumq; tanquam omnis iuſtitiæ fontem diligere incipimus, ac propterea mouemur aduerſus peccata, per odium & deteſtationem. Ideo nõ ſine magna cauſa incipit Angelus iſte euãgelium à timore. Imprimis ergo prædicatores ſancti edocere credẽtes debent, timere Deum. Hinc Dauid Pſalmo.31. dicebat: timeat Dominum omnis terra. Et iure quidem: quia ipſe eſt, qui omnia noſtra mala, non ſolum manifeſta, ſed etiam occulta, prænoſcit. Scrutatur enim etiam

Timor ſeruilis ſanctus. Pſa.9. Eccle.25. Eccle.1.

Con Trid. ſeſſ.6.c.8.

Pſal.32.

A intima omnia & medullas oſſiũ. Iob. 42. Scio Domine, quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. Et Prouerbio. 5. ait Salomon: reſpicit Dominus vias hominis, & omnes greſſus illius cõſiderat. Timeamus præterea Deũ: quia defectus timoris multorũ malorum eſt cauſa. Vnde Eccleſiaſtici. 15. dicitur: qui ſine timore eſt non iuſtificabitur. Multorum ècõtra bonorum eſt author timor Domini vt in principio dicebamus, quod intelligens Ioſaphat dicebat iudicibus à ſe per ſingulas ciuitates conſtitutis: ſit timor Domini vobiſcum, & cuncta cum diligẽtia facite. Quod ſi timere meritò ſolemus dominos, qui nos multis, tum muneribus, tum pœnis afficere poſſunt: quanto magis timendus eſt ille, qui poteſt animas noſtras mittere in gehẽnam ignis, vt ipſamet veritas teſtatur apud Mathęum. cap. 10. Timor Cenim iſte pœnarum ſanctus eſt, à deo eſt, fons & initium noſtræ ſalutis eſſe ſolet. Quare meritò anathemate percutit Concil. Tri. eos qui gehẽnæ metum per quem ad miſericordiam dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccato abſtinemus, damnat. Hunc timorem habuiſſe ſanctum Iob verba illa demonſtant: ſemper quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deũ. Prædicabunt ergo tunc concionatores euangelici per totum orbem terrarum peccatoribus hunc timorem, quem appellamus ſeruilem, dicentes: timete Dominum quia venit hora iudicij eius, reddite præuaricatores ad cor. Prædicabunt etiam & hortabuntur homines pios & iuſtos, vt in timore, quem vocamus filialẽ permanere contendant: dicentes, timete vos ò viri pietate præſtantes, dominum quem tanto ardoris & amoris ſtudio proſequi-

Defectus timoris multorũ malorũ cauſa. Eccle. 15.

Timor dñi multorum bonorũ eſt author.

2. Para. 19.

Math. 10.

Seſſ.6. can. 8.

Iob. 31.

Timor ſeruilis commendatur.

quimini. Habent enim viri iusti eum timorem erga Deum patrem, quem habere solent filij dilectissimi erga parentes sibi dilectissimos. Hoc timore imbuta erat sancta illa Iudith. Hoc præditus sanctus ille Thobias, qui iubebat filio suo ne quemquam adhiberet mensæ suæ nisi timentem Dominum. Hoc denique Spiritus sancti munere decorantur omnes filij Dei: qui illum colunt, laudãt, atq; honore maximo afficiunt, quos imitari par & æquum est.

Iudith 8. Tob. 1.

Act. 10.

¶ *Et date*, inquit, *illi honorem.* Benè post timorem subiungit D. Ioannes honorem Deo exhibendum: nam vbi timor ibi & honor. Timeamus Deũ, & honor illi erit apud nos. Perijt Sathanas, quòd in cœlo, nec Deum timuit, nec illi gloriam, nec honorem præbuit. Peribunt Antichristus atque omnes eius sectatores ob eadem causam. Perdet Deꝰ omnes homines insanos mundi huius amatores, diffidentiæ filios, qui abominabili superbia tument, nec norunt glorificare nisi seipsos. Hi sunt sine Deo fide carentes, & sibi ipsis placentes, proterui, rebelles, Deo & hominibus cõtumelioſi, quos iudicabit & damnabit Dominus, quãdo tempus acceperit, & venerit hora iudicij eius. ¶ Cæterum impræsentiarum dare Deo honorem idem est, quòd dare illi gloriam. Vnde lectio græca sic habet, καὶ δότε αὐτῷ δόξαν, idest, date illi gloriam. Hunc verò honorem, hanc gloriam ex animo, & ex corde Deo exhibere debemus, nõ ore solùm: ne audiamus quod Dominus Iudeis dicebat: populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. Siue vt apud Esaiam nostra editio habet: populus iste labijs glorificat me, quod idem est. Qui Deũ nõ corde, sed tantùm ore, aut prædicant, aut laudant, aut honore prosequuntur, figurantur in Zelpha Liæ ancilla. Zelpha enim interpretatur os hians. Quare, vt Augustinus docet, prædicatorem fidei euangelicæ, quorum os hiat, & cor non hiat, cum in scripturis aduerterimus, hæc intelligitur ancilla Liæ. Scriptum est enim de talibus: populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. & talibus Apostolus dicit: qui prædicas non furandum, & furaris, & qui dicis non mechandum, mecharis. Ex corde ergo est Deus honorandus.

Figura.

Augustinus super Psal. 113.

Esa. 29.

Rom. 2.

Honor debitus Deo à nobis ex hiscens.

¶ *Quia venit hora iudicij eius.* Docet quare mortales timere debeant, & sibi cauere, deumq; honorare: quòd viderint venisse diem iudicij, quo antichristus & eius ministri iudicati damnatique sunt: quare nisi ad se redeant, simili iudicio peribunt. Vel aliter: quia venit hora iudicij eius, idest, in proximo est vt veniat. Iudicium est iã iudicium vniuersale: quando (vt verbis vtar Augustini) plus valebit pura corda, quàm astuta verba, & conscientia bona, quàm marsupia plena. Omnes enim videbimus iudicem Christum maiestate fulgentem, potẽtem, cunctis dominãtem: videbimus eum seuerum, grauem & maximo zelo indutum: nec timore flectetur, nec precibus, aut muneribus demulcebitur. Est enim potens, iustus & sapiens. Quãtum autem ad rem attinet, hæc admonitio fiet à prædicatoribus Christi post interitum Antichristi, & eius satellitum, vt nunc diximus, vt qui residui fuerint, sibi caueant, atque timore concussi conuertantur: & Deo honorem, & gloriam sibi debitam præbeant. Si etiam infœlicitèr iusso Dei iudicio, quo damnata est prima & se-

Quare mortales timere debeant & honorare Deũ, quia venit hora iudicij eius.

Matth. 15. Marc. 7. Esa. 29.

Aug.

secunda bestia, perire nolint.

¶ *Et adorate eum qui fecit cœlum & terram, mare, & fontes aquarum.* His verbis ostendit non satis esse Deū timere, atque illi honorem præstare: sed adhuc necesse est, vt eum pro dignitate colamus. Est enim rerum omnium etiam minimarum sator, & cōditor. Fecit siquidem cœlum, & terram, mare, & fontes aquarum, quæ minimæ res sunt: vt minima quæque nostri gratia illi curæ esse ostendat. Ad hoc idem hortabantur & incitabant Paulus, & Barnabas homines (vt narrat Lucas Actorum cap. 14.) dicentes: nos quidem mortales sumus, annunciantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, qui fecit cœlum & terram & mare, & omnia quæ in eis sunt. Summa euangelij est, vt conuertamur à vanis ad Deum viuētem. Vanum est quod in specie quidem videtur aliquid: sed effectu & fructu caret. Sic vanæ virtutes Philosophorū, vana pharisaica iustitia, vanū omne illud in quo extra deum confidimus: vanum quicquid extra Deum quærimus, cum vero cœlestique fructu careat, sic Esaias. Vana opera eorum. & Hieremias, leges gentium vanæ sunt, &c. Annunciant ergo prædicatores illi euangelici ab eiusmodi vanis conuerti ad Deum, scilicet, viuum. Quibus verbis pulchre Dei conditiones describunt. Primô nominant Deum in singulari: & si enim multi dei, & domini, nobis autem vnus Deus. Secundò Deum viuum, qui non solum viuit semper, sed vitam omnibus largitur, ad eorum differentiam, qui non viuunt, nec vitam tribuere possunt. Quod si quæras quis nam sit Deus iste viuus? Additur statim: qui fecit cœlum & terram. Vbi Dei omnipotentia satis ostenditur, ne quis putet vnum non posse vbique omnibus opitulari: Domini sunt cœlum, terra, mare, & omnia, quæ in eis sunt. Vbicunque igitur sumus in ipsius regno sumus, quare eum genu flexo adorare debemus. Quod si fecerimus, beati erimus. Nam beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in domino Deo ipsius, qui fecit cœlum & terrā, & mare, & omnia, quę in eis sunt. Vbi aduerte primam inter alias causas ob quam, bonum ac sanctum est fiduciā habere in Domino, hęc videlicet est: summa & immensa eius potētia: ideo ait: qui fecit cœlum, & terram, &c. Adorandus igitur est Deus adoratione latriæ, quia & omnipotens, vt in hoc nostro tex. Ioānes ait: sperandus est eandem ob causam, vt Dauid affirmat: contra verò non est confidendum in principibus, in filijs hominū, in quibus non est salus, vt idem in eodem Psalmo admonet.

¶ *Et alius Angelus secutus est dicens: cecidit, cecidit Babylon illa magna,* Hic aduertendum est vidisse paulò ante Ioānem quenadam Angelum habentem euangelium æternum, & euangelizasse super terram, & linguam, & populum, vt timerent Deū, & darent illi debitum honorem: modò verò ait: & alius Angelus secutus est dicens: cecidit, cecidit Babylon illa magna, vt hinc intelligamus quomodo verbi Dei prædicatione labitur mundus iste, vitia corruunt, & meretrix ista cadit, euangelizante Angelo, qui habebat euangelium in manu sua & dicente: timete Dominum, & date illi honorem, &c. Quādo igitur tantum emolumentum ex euangelica prædicatione nobis accrescit, tantumque fructū ex semine verbi Dei re-

Nō sat est Deū timere, & honorare, sed adhuc necesse est illi seruire.

Psa. 145.

Act. 14.

Explicatur locus.

Esa. 41. Hiere. 10.

Dei conditiones pulchrè describuntur à Ioāne

Verbi Dei prædicatione labitur mundus iste & eius vitia.

reportamus,rogemus dñm messis, vt A
mittat operarios in messem suã.Maxi
Luc.10. Maxima infælicitas est,dei verbo carere. ma profecto calamitas & infœlicitas
est, verbi Dei pabulo & cibo carere.
Amos.8. Vnde Dñs populum suum castigare
volens,ait apud Amos Prophetam.c.
8.Mittam in vos famem, non famem
panis, neque sitim aquæ:sed audiendi
verbum Dei: & commouebuntur à
mari vsq; ad mare, ab Aquilone vsq;
ad orientem, circuibunt quærentes
verbum Dei,& non inuenient. B

¶*Et alius angelus secutus est dicens: cecidit,cecidit Babylon illa magna, quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes.* Hic locus bifariã ad literam exponẽdus à nobis est.Primã ergo ex positionẽ cõmunẽ patrũ audiamus.

¶Quanta ergo lętitia,pereunte be-
1.expositio stia illa priori,& secũda,hoc est, Anti
christo,& eius ministris,totaq; impie
tate simul cõtrita,futura sit in Christi
ecclesia in illo seculo,hic vides.Primꝰ C
angelus i.primus ordo prędicatorum
Christi timere Dñm docuit.Nũc iste
secundus,qui secundũ ordinẽ concio
natorum euangelij figurat,prędicat in
genti alacritate dicens:cecidit, cecidit
Describitur lætitia Ecclesiæ post mortẽ antichristi victa Babylone hoc est mũdo. 1.Pet.vlti. Babylõ illa magna:siue vt quidã codi
ces græci habẽt,ciuitas illa magna.Ba
bylõ,qđ interpretatur cõfusio,Regnũ
significat peccati, atq; huius maligni
mũdi principatum.Hinc est qđ D.Pe
trus.1.Cano.c.vlt. vocat Romã nomi D
Roma vocatur Babylon & quare. ne Babylonis:dicẽs salutat vos Eccle
sia quæ est in Babylone coelecta.i.sa-
lutat vos Ecclesia quæ est in Roma,
quæ cum alijs Ecclesijs electa est ad fi
dẽ,& copulata.Romã appellat Baby
Gag. Collect. lonẽ propter idolorũ cõfusionem, vt
scholia græca,& omnes interpretãtur.
Dicebant olim milites Persarum, &
Esa.21. Figura. Medorũ,vt Esaias narrat.c.21.Deuicta
Babylone:cecidit,cecidit Babylon,&
omnia sculptilia deorum eius contri-
ta sunt in terra.Sic etiã post interitum
Antichristi & sectatorum eius clama
bunt per totũ orbẽ milites Christi,ce
cidit,cecidit Babylõ illa magna.i. iam
mundi principẽ,iã Antichristũ & om
niũ sceleratorũ confusionem subegi
mus. Babylon dilecta mea posita est
mihi in miraculũ,dicebat ibi Balthа-
sar.Babylõ,quia vertex Chaldaici im
perij erat,ideo plurimũ dilecta erat à
regibus Chaldaicis.Hæc(inquit)posi- Pala.
ta est mihi in miraculũ,dictio hebrai-
ca harada,quã nostra editio vertit mi
raculũ,stuporem hebræis sonat. Ait
ergo rex:Babylon quam summope-
re dilexi, versa est mihi in stuporem,
quia subuersa est,quia cecidit.Hoc idẽ
dicet princeps mũdi huius deuictus à
Christo:Babylõ dilecta mea versa est
mihi in stuporẽ:cecidit, cecidit mũdi
cõfusio, & impietas,ait noster angelꝰ.
Et nos cũ Dauide dicamus: deiecisti
eos Dñe deiecisti eos, dũ aleuarẽtur. Psa.72.
Et cum Hiere.c.51.Subitò cecidit Ba- Hiere.51.
bylon,& cõtrita est. Derelinquamus
eam,quoniam peruenit vsq; ad cœ-
lum iudicium eius, venite vertemus
in Sion opus Domini Dei nostri.

¶Interim hîc obserua,quod diuus
Augustinus docet,Psalmo.29. expli- D.Aug.
cans verba illa:quoniam pater meus,
& mater mea derelinquerunt me: &
Psalmo. 61. ibi: Verumtamen hono- In mundo isto duæ sunt ciuitatis, prima, quæ Babylõ dicitur. secũdaq; vocatur Hierusalẽ, vtraq; describitur. Aug. Psa. 29.
rem meum cogitauerunt repellere.
&.14.de Ciuitate.c.vltimo: duas esse
ciuitates : prima,quæ Babylonia di
citur.Secunda, quæ Hierusalem vo-
catur.Prima,societas est quædam im
piorum,ab oriente, vsq; ad occiden-
tem. Ipsa habet regnum terrenum.
Secũda est Hierusalem cœlestis,quæ
est sancta Ecclesia,cuius portio pere-
grinatur in terra. Omnes qui terrena

sapiunt, omnes qui felicitatem terrenam Deo præferunt. Omnes, qui sua quærunt, nõ quæ Iesu Christi, ad vnã illã ciuitatẽ pertinent, quæ dicitur Babylonia mysticè, & habet regẽ diabolũ. Omnes autem qui ea, quæ sursum sunt sapiunt: qui cœlestia meditãtur, qui cũ solicitudine in seculo viuũt, ne Deũ offendãt: qui cauẽt peccare, quos peccantes nõ puder cõfiteri, humiles, mites, sancti, iusti, pij, boni, omnes ad vnã ciuitatẽ pertinent, quæ regem habet Christũ. Illa enim in terra, quasi maior est tẽpore, nõ sublimitate, non honore: ciuitas illa prior nata, ciuitas ista posterior nata: illa enim incipit à Cayn, hęc ab Abel. Hæc duo corpora sub duobus regibus agentia ad singulas ciuitates pertinẽtia aduersantur sibi vsq; in finẽ seculi, donec fiat ex cõmixtione separatio, & alij ponãtur ad dexterã, alij ad sinistrã, dicaturq; illis:

Math. 25. venite benedicti patris mei, percipite regnũ, qđ vobis paratũ est abexordio mũdi. Illis autẽ ite in ignẽ æternũ qui paratus est diabolo & angelis eius. Fecerũt autẽ has duas ciuitates, amores duo: ciuitatẽ Babylonis terrenã amor sui vsq; ad cõtemptũ Dei: cœlestem verò, amor Dei vsq; ad contemptũ sui. Deniq; illa in se ipsa, hæc in Deo gloriatur. Illa enim quærit ab omnibus gloriã, huic autem Deus conscientiæ testis maxima est gloria. Illa in gloria sua exaltat caput suum: hæc dicit deo suo: gloria mea, & exaltãs caput meũ.

Aug. Psal. 61. Amor sui fecit ciuitatẽ Babylonis. Amor Dei fecit ciuitatẽ.

Aug. 14. de ciu. c. vlti. Illa igitur est Babylon, de qua modo angelus ait: cecidit, cecidit Babylon ciuitas illa magna.

¶ *Quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes.* Idest, quæ impietatis & idolatriæ furore inebriata, & cum dijs alienis (vero Deo, cui vni ad hærere debebat, relicto) fornicata: potauit omnes gentes, quando se inuicem Babylonis illius ciues, idest, membra diaboli ad impietatem, & idolatriam prouocauerunt.

Babylon, hoc est, regnũ diaboli inebriat suos ciues vino vitiorum.

¶ Pro maiori huius loci intelligẽtia obserua imprimis, quôd Babylõ ista, hoc est, regnũ diaboli, calicem aureũ habet in manu sua, quo inebriat omnes suos ciues: imo ipsa est calix iste: de hoc mysticè dicebat olim Hiere. c. illo. 51. Calix aureus Babylon in manu Dñi inebrians omnẽ terrã. De vino eius biberũt omnes gentes, & ideo cõmotæ sunt. Calix iste est omniũ impiorũ cõgregatio, diuitijs, dignitatib⁹, eloquẽtia sermonis irradiãs foris tanq; aurũ: intus verò, veneno & vino pestifero plenus est, quo se, suosq; inebriat.

Hiere. 51.

Calix omniũ impiorũ congregatio foris aureus intus veneno plenus.

¶ Secundò obserua, quòd vinũ huius calicis est ira, furor & fornichatio, ira ardor est sanguinis circa cor: vnde ipsum cor flãmas suscipit, atq; effercuescit. Fornichatio insaciabilis est cõcupiscentiæ pastus. Vnde in scriptura fornichatio nunc pro idolatria sumitur, vt ibi: perdes omnes, qui fornichãtur abste. Psal. 72. & Nume. 25. Fornichatus est Israel in Belphegor. Nunc propriè sumitur pro omni turpi congressu. Regnum ergo diaboli foris calix aureus est: intus verò plenus est ira, indignatione, furore. Plen⁹ est idolatria, plenus omni turpitudine, & immũditia. Hoc vino potabãt Antichristus eiusq; discipuli: hoc vino potauit omnes gẽtes quas ad se traxit, quousq; cecidit Babylon ista ciuitas magna. Sed, vt ad nos tota se cõuertat oratio, interim qđ Babylõ ista non cadit, sed stat: derelinquamus illã: quẽadmodũ olim dereliquerunt angeli Babylonẽ illam antiquam: imaginem, & typum huius impiæ Babylonis, cuius diabolus caput est. Fugiamus de

Ira quid sit

Fornichatio quid sit

Psa. 72. Nume. 25

Babylõ dũ stat, inuocabile est derelinquenda.

me

medio ipſius, vt ſaluet vnuſquiſq; aniA ma ſuam. Non taceamus ſuper iniquitate eius, quoniã tempus vltionis eſt à Dño, vicißitudine ipſe retribuet ei. & vos ebrij ſpergiſcimini & flete, & vllulate omnes qui bibitis vinũ in dulcedine. Vt Ioel hortat. c. 1. Iniquitas enim quã inebriamini à Babylone dulcis vobis apparet: cũ reuera venenũ ſit. Hoc igitur eſt vinũ, quo Babylon potauit omnes gentes.

Ioelis. 1.

¶ Hactenus hũc locũ explicuim⁹ ac B cipiendo pro Babylone, impiorũ congregationẽ: ſed ſi ita accipiamus multa erũt quę vel nullomodo, vel admodũ violenter exponentur. Nã qđ Ioã. ait: quę vino fornicationis ſuæ potauit omnes gentes, quo modo ciuitati diabolj, ſiue vniuerſo corpori malorũ cõuenire poteſt? quũ hæc ciuitas ſint ipſę gentes, quas illa potauit vino iræ fornicationis ſuæ. De eadẽ dicitur. c. 17. cũ qua fornicati ſunt reges terræ, C & inebriati ſunt qui habitant terrã de vino p̃ſtitutionis eius: & tamẽ reges terræ, & omnes qui ſunt inebriati, ſunt ipſa ciuitas diaboli: apparet ergo aliũ eſſe, vel aliã cõgregationẽ quę eos inebriat. Reſpondet Beda, ciuitas impiorũ ex omnibus cõgregata gentibus, ipſas getes. i. ſua mẽbra vino inebriat erroris. Atq; eodẽ modo cęteri exponũt. Quemadmodũ Eccleſia catholica cõgregatio fideliũ omnium dicitur, ciuitaſq; Chriſti: & cũ hoc verũ eſſe dicimus Eccleſiã ſuos filios gignere, alere potare vino ſanguinis Chriſti. Sed repugnare omnino aliqui exiſtimant huic ſenſui, quę legimus. c. 18. Ideò in vna die venient plagę eius, mors, luctus, & fames, & igne cõburetur. i. vna die tota finietur cũ ſuis. & tamẽ ſequitur: & flebunt & plangent ſe ſuper illã reges terræ, qui cũ illa fornicati ſunt, & in delitijs vixerũt: cũ viderint fumũ incẽdij eius lõgè ſpectates propter timorẽ tormentorũ eius. Huiuſmodi ſunt cętera quæ in eodẽ. c. ſequuntur, cũ ergo reges iſti ſint extra Babylonẽ, quia illã deplorabũt vno die cõbuſtam: & ſi ipſi pars eius eſſent, nõ cuenient vna die plagę eius: & cũ hi idem nõ ſint extra ciuitatẽ diaboli neceſſe eſt aliã eſſe Babylonẽ, aliã eſſe ciuitatẽ diaboli, ſiue malorũ. Atq; vt alia omittamus illud. c. 17. Septem capita. 7. montes ſunt ſuper quos mulier ſedet: quo modo poteſt de ciuitate diaboli intelligi, aut cur illa dicatur ſuper. 7. mõtes ſedere? & in eodẽ. c. & decem cornua quæ vidiſti in beſtia: hi odiẽt fornicariã, & deſolatã facient illã, & nudã, & carnes eius manducabunt, & ipſam igni cõcremabunt. Quomodo hoc poteſt ad ciuitatẽ diaboli referri, quã. 10. reges pro viribꝰ eã augere, aut tueri nitentur? His argumentis cõmoti aliqui alia in hoc loco via, incedendũ probabiliter putant. ¶ Pro cuius opinionis explicatione primũ notãdũ eſt, hoc nomen, Babylõ, hîc nõ ꝓpriè accipi, ſed figuratè, vt apertè Ioan. docet eodem. c. 17. dicens: & in frõte eius nomen ſcriptũ, myſteriũ, Babylõ magna. & cũ dicit, myſteriũ, myſteriũ indicat eſſe quod dicit. i. arcanũ quicpiã latere in nomine babylonis: neq; ita D accipi debere vt ſonat. Arbitrantur, ergo Romã, hîc, nomine Babylonis deſignari. Etenim cũ Babylõ ante aduẽtũ Chriſti reges haberet potentiſſimos, & populo Dei infeſtiſſimos, in eaquè Iudæi captiui ſeruili conditione drù vixiſſent, Apoſtoli Romam Babylonem appellarunt: quod Iudæos cæpiſſet, ſibiq; ſubieciſſet: & qđ eius imperatores totius orbis domini vehemẽter chriſtianos affligerẽt, & plurimos

explicatio totius loci de vrbe Roma.

Beda.

Babylon hic pro Roma accipitur, & quare.

eorum occiderent. Babylon ergo be-
nè ob has causas Romæ figura fuit.
D.Aug. Quarè meritò Augustinus scripsit.18.
de Ciuita.cap.22. Romam esse velut
alteram Babylonem. Altissima, inquit,
condita est Roma ciuitas velut alte-
ra Babylon,& velut prioris Babylo-
1.Petr.vlt. nis filia.Ideo Petrus,quod superius di-
ximus,epistola.1.eam Babylonem vo-
D.Hiero. to.1. cat:vt Hieronymus ait tomo.1.in Catalo-
go scriptorum in vita Marci,quod e-
Eusebius tiam sensit Eusebius lib.2.histo.Eccle
siasticæ, cap.19.Sequutus papiam Ioã
Nicepho. nis Apostoli discipulum, & Nicepho
Beda. rus lib.2.historię.c.15.& Beda in eun-
dem locum Petri.& in prohemio cõ
Eucume. men.in Marcum.& Eucomenius, &
D.Tho. sanctus Thomas,& alij ex recentiori
bus similiter in Apoca.Nomine Ba-
Victorinus bylonis Romam intelligi sæpè Victo
D.Hiero. rinus docet,& Hieronymus. Idem signifi
cat in illud Esaiæ.c.24.Attrita est ciui-
tas vanitatis,his verbis:atteretur ciui-
tas vanitatis, siue omnis ciuitas, vel
spiritualis Babylõ quæ sedet in.7.mõ-
tibus purpurata,cuius supplicia in A-
poca.Ioan.legimus. Pulchrèq; dixit
vrbem vanitatis, si enim de cœlo &
terra & de omnib⁹ quæ terrena sunt,
dicitur,vanitas vanitatum, & omnia
vanitas:quantò magis hoc de vna vr-
be dicendum est,quæ totius orbis pars
modica est? Idem apertius alludens
ad mulierem meretricem.cap.17.quæ
vocata est Babylon,in prologo libro D
rum diuinarum de Spiritu sancto quos
è græco vertit in latinum ait: cum in
Babylone versarer & purpuratæ me-
retricis essem colonus, & iure qui ri-
tum viuerem.Et in epistola ad Mar-
cellam quæ incipit,mensuram, &c.
Romam cũ Bethleem conferens ait:
& hic puto locus sanctior est Tarpeia
Rupe,quæ de cœlo sæpius fulminata

ostendit, quod Domino displiceret.
Lege Apoca.Ioannis,& quid de mulie
re purpurata,& scripta in eius fronte,
blasphemia.7.montibus,aquis multis,
& Babylonis cantet exitu, conuere.
exite (inquit Dominus) de illa popu-
lus meus,& ne participes sitis delicto
rum eius, & de plagis eius non accipiatis:Fugite de medio Babylonis, &
saluare vnusquisq; animam suam.Eã-
dem sententiam confirmat Tertullia- Tertul.fo.
nus,qui in li.aduersus Iudæos inquit: 217.& li.3
B sic & Babylon apud Ioan. nostrum, aduersus
Romanæ vrbis figuram portat. Pro- Marcionẽ
inde & magnæ,& regno superbæ, & pag.337.
sanctorum debellatricis. Huic conue
niunt aptissimè omnia,quæ de Baby-
lone dicuntur in hoc libro, vt suis lo-
cis videbimus. Quibus omnia confir
mabuntur. Atquè illud Ioan.cap.17. Ioa.7.
peculiariter Romę conuenit.7.capita,
7.montes sunt super quos mulier se-
det. Constat enim Romam super.7.
C montes fundatam fuisse. De quibus
Virgilius ait.

¶ Septemquè vna sibi muro circũdabit arces.& ouidius.
Sed quæ de septem totum circunspicit orbem.
Montibus imperii Romæ diuumquè locus.

Hi sunt *Palatinus*, ibi era templũ A-
pollinis:*Exquilinus*, ibi templum Sa-
rapidi:*Capitolinus*, ibi erat templum
Iouis: *Auentinus*, ibi erat templum
Dianæ:*Celius*, bi erat templum Clau
dorũ.*Viminalis*, Alio nomine vocat⁹
mons Ianiculus,& Vaticanus,ibi erat
templum Iouis Viminei.*Quirinalis*,
ibi erat templum Quirini.Hinc Ter-
tullianus in Apologe.o aduersus gẽ
tes.cap.35.ait ipsos quirites, ipsam ver
naculam.7 collium plebem conue-
nio. Optimus etiam conuenit quod

est

est in eodem.c.Ioan.& mulier quam vidisti est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.& Victorinus ait.7.montes sunt in quibus mulier sedet,ciuitas Romana.

¶At magna quæstio est & à patronis nostræ sententiæ nõ explicata:cur Ioan.tot mala prænuntiet huic vrbi, quæ licet tunc caput idolatriæ esset, nunc caput est sanctitatis, & catholicæ fidei præsidium. & cum Ecclesia duratura sit cum suo capite vsquè in finem seculi,locusq; capitis proprius Rome sit,eo ipso tempore quo Ecclesiã vastabit Antichristus, nulla vrbs, vt apparet,deo gratior futura est.Præterea,Ioãnes describit vrbem amplissimam,potentissimamq;,& locupletissimam,& orbis reginam. Roma autẽ nec talis nunc est, nec extremis temporibus futura videbitur, vt illi conueniat prophetia.Hoc posterius facilè solui videtur. Nec enim Romam describit qualis erit temporibus Antichristi,sed qualis tunc erat cum ipse scribebat.Vt illud ostendit.c.17. aquæ quas vidisti,vbi meretrix sedet,populi sunt, & gentes & linguæ.& deinde addit:& mulier quã vidisti est ciuitas magna,quæ habet regnum super Reges terræ.Hoc autem facit ad consolationem sanctorum qui in persecutione Domitiani grauissimè vexabãtur: & paulò post,multò grauius erãt vexandi in persecutione Trajani, & deinde in persecutionibus aliorum Imperatorum:vt bono animo ferrent omnia: scientes illam potestatem qua opprimebantur esse aliquãdo finiendam & cædes suas esse à Domino vindicandas. Deinde etiam admonere nos voluit,vt quamuis multas videremus eiusdem vrbis ruinas,& captiuitates,intelligeremus non dum omnino punita esse tàm immania eius facinora,donec finis sæculi aduenial: & dignum iudicium recipiat.æquum enim erat vt vrbs in qua tot martyrũ sanguis effusus est solo æquetur : & suorum sanguine tingatur. At si accuratius omnia pensitemus,nõ erit obscurum eandem vrbem propter peccata illius temporis plecti. Alioquin cur Christiani in ea viuentes vastandi essent propter peccata gentilium antè tot annos commissa:& succedẽtium Christianorum sanctitate delenta? Hoc colligo ex verbis.cap.18.& flebunt & plangent se super illam reges terræ , qui cum illa fornicati sunt. Nõ reges qui cum illa fornicati sunt tempore priorum Imperatorum,sed qui eodem tempore extremo fornicati sunt cum ea. Sequitur enim: cũ viderint fumum incendij eius longè stantes propter timorem tormentorum eius,&c. Quod ad eos qui iam diu mortui sunt non pertinet: sed ad viuentes.Præsertim cum dicat, & negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super illam:quoniam eorum merces nemo emet amplius. Propterea coguntur aliqui suspicari eo tempore quo dicessio fiet,& omnia regna terræ ad decem illos reges in decẽ cornibus bestiæ designatos defecient:Romam quandoq; à Vicario Christi defecturam ad vnum ex his regibus,atquè tũc idolorum cultricem futurã: fugatisq; Romano Pontifice atq; ijs, qui ei adhærebunt reliquis:& per mõtes atq; spelũcas latentibus,sicut olim fecerant antequàm Imperatores essent Christiani,summam idolatriæ atquè oium scelerum ac libidinum licentiam in ea futuram. Probabile est & propter magnam vrbis celebritatem,quæ Antichristi aduentum do-

mina terrarum fuerat, poteſt & ma-
ter Eccleſiarum & magiſtra: plurimos vndiq; eſſe venturos, & inde cultum multorum idolorum multaſque ſuperſtitiones accepturos, & multas vrbes illius contagio eſſe perdendas. Quæ omnia melius ex his quæ poſtea dicemus in ſequentibus capitibus intelligemus. Nunc ergo ait: *Cecidit cecidit Babylon illa magna*, id eſt, iam iam cadet & penitus ſubuerteretur, more enim prophetico, vt ſæpè ſolet, vtitur præterito pro futuro: vt certiſſimum eſſe ſciamus quod dicit. Habet etiam emphaſin pro nomen, illa, quæ oſtenditur in Græco multò apertius, vbi cum duplici articulo ponitur in hunc modum, *cecidit cecidit Babylon illa, vrbs illa magna*, quod egregiè in Romam conuenit, illa vrbs, quę otium ore per antonomaſiam vrbs vocatur: illa quæ vbiq; intelligebatur cum ſine addito dicebatur vrbs. Iam verò quod addit, *quæ à vino iræ fornicationis ſuæ potauit omnes gentes*. Aliter alij intelligunt quàm dictum eſt. Si enim eſſet ſenſus Babylonem cadere, quoniam errore idolatriæ, & aliorum vitiorũ vino inebriauit omnes gentes, diceret Ioan. quæ à vino fornicationis, & non diceret: quæ à vino iræ fornicationis potauit omnes gentes. Quare ſciendum eſt, quòd cum Deus iratus & pœnas de peccatoribus ſumpturus deſcribitur, cum calice pleno vini deſcribi: ex quo vnicuiq; propinet, quantum meretur, aut quantum ſatis eſſe iudicat. Ne quis videlicet exiſtimet fortè fortuna, aut temere & abſquè iudicio pœnas infligi peccatoribus. Præterea, per vinum, vt aiunt Euthimius, & Theodoretus, in Pſalmo. 74. Supplicia intelligunt, quæ æquè ac vinum, & vires hominum tollunt, & mentis armoniam diſſoluunt: & aberrare nos faciunt à via, quia calix (inquit) in manu Dñi vini meri plenus mixto, &c. Quem locum inferius exponemus. Hieremias. cap. 49. Ecce quibus non erat iuditium vt biberent calicem bibentes bibent, & tu quaſi innocens relinqueris? Non eris innocens ſed bibens bibes. & cap. 51. Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram. De vino eius biberũt gentes, & ideo cõmoti ſunt, ideſt, per Babylonem Deus punier omnem terram. & in hoc ipſo. cap. ait Ioan. & bibet de vino iræ Dei, quod mixtũ eſt mero in calice iræ ipſius: & cruciabitur igne & ſulphure. Senſus ergo ſecundus & legitimus eſt, ipſa bibet vinum iræ fornicationis ſuæ, ideſt, perſoluet pœnas debitas idolatriæ, quæ fuit in cauſa vt gentes biberent de eodem calice, ideſt, vt ſimiliter puniren tur gentes, & hoc eſt potare gentes vino iræ fornichationis ſuæ.

Hier. 49.

Hier. 51.

¶ Et tertius Angelus ſecutus eſt eos, dicens voce magna: ſiquis adorauerit beſtiam, & imaginem eius: & acceperit characterem in fronte ſua, aut in manu ſua. & hic bibet de vino iræ Dei, quod mixtum eſt mero in calice iræ ipſius. & cruciabitur igne, & ſulphure, in conſpectu Angelorum ſanctorum, & ante conſpectum agni.

¶ Tertius hic Angelus, (vt author Collectaneorum annotauit) tertium ordinem prædicatorũ poſt mortem Antichriſti præfigurat. Primus Angelus de timore admonuit, ne vltra homines peccarent timore correcti. Secundus de ruina Babylonis diſſeruit, vt homines ad maximas Deo agendas gratias pro victo diaboli regno, adduceret. Tertius hic Angelus admonet, nequis in priſtina Antichriſtia

fo. 164.

no-

norum delicta relabatur, si miserè cũ illis perire non vult. Singula nunc verba explicemus.

¶ *Tertius angelus secutus est eos dicens voce magna.* Vox magna, ardens prædicatorum desiderium est, & virtus fortissima in prædicanda veritate contra impietatem. *siquis adorauerit bestiam & imaginem eius.* Bestia ipse Antichristus est, imago verò eius, statua in honorem illius stulto populo erecta, de quibus satis diximus c. præcedenti: sicut de charactere in fronte aut in manu accepto & impresso. Minatur ergo mortem Angelus iste, omnibus qui impressum adduxerint characterem bestiæ, aut in manu, aut in fronte. ¶ Porrò falsi Christiani modò afferunt characterem, idest, formã ingenij eius, quod enim nos formam, græci characterem dicunt: qui confitentur se nosse Deum factis autem negant. Dum ergo nefandis operibus Christum abnegant, proculdubio antichristi sunt: contraria Christo facientes: vt similiter cũ Antichristo animadversione Dei atrocissima pereãt: ideo rectè subiũgitur in textu. *& bibet, &c.* Cęterũ vbi nos legim⁹, *siquis adorauerit*, græci legunt, *siquis adorat*, & vbi legimus *siquis acceperit*, legunt, accipit.

¶ *Et bibet de vino iræ Dei, quod mistũ est mero in calice iræ ipsius.* Obserua imprimis, in sacra scriptura vinũ aut calicem, iram siue punitionem Dei significare sæpè sæpius. Diuidit enim Deus vnicuiquè quasi ex calice, tantum pœnæ, quantum peccator meretur, aut quantum ipse satis iudicat. Psa. 74. Quia calix in manu Domini, vini meri plen⁹ misto, & inclinauit ex hoc in hoc: verũ tamen fex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ. Hiere. 25. Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis illum cunctis gentibus, ad quas ego mittã te. Et in hoc loco Ioãnis idem ostenditur apertius. Sic intelliges illud Math. 10. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Et Ioan. 18. Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Neque enim, vt nonnulli existimant, metaphora ibi à veneno sumitur, quod calicibus porrigi solebat, vt Socrati capitis damnato porrectum est, sed vnde diximus, vt tot testimonia scripturę sacræ testantur: neque enim veneni calix dicitur, sed vini. Talis ergo est locutio in Euãgelistis, qualis in locis indicatis, & qualis apud Hieremiam Threno. 4. Gaude, & lætare filia Edom, quæ habitas in terra hus, ad te quoq; perueniet calix, inebriaberis, atquè nudaberis. Atquè ita calix non semper significat mortem, semper tamen significat afflictionem, & pœnam à Deo immissam, cum in malam partem accipitur, nam in bonam etiam capitur interdum. Crescit autem oratio, & pœna augetur, si vinum merum, siue meracum dicatur, fortius enim est, vt in eo quod ex Psalmo. 74. attulimus. Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto. Ait ergo modò noster Ioãnes, & bibet de vino iræ Dei, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius.

¶ *Et hic bibet de vino iræ Dei, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius.* Quæ verba sic ordinat Gagneius. hic bibet de vino iræ Dei mero, in calice iræ ipsius: quod quidem vinum iræ Dei mixtum est. subaudi illi. Non enim intelligas vinum esse mixtũ mero. Sed quod merum vinum iræ dei, nulla temperatum aqua misericordiæ illi mixtum est. Idest, datum ad bi-

Falsi christiani dicũtur modo afferre characterem Antichristi.

Num. 1. Vinum aut calix in sacra scriptura irã siue punitionẽ Dei significare solet

Hie. 25.

Math. 10. Ioa. 18.

bibendum. Miscere enim dicitur, vt A rum virorum. Apud Homerum lib. 9. Odysseę. Impleuit eam Ambrosia, miscuitquè nectar rubens, &c. Inquè locum Didimus interpræratur verbũ illud, miscuit, pro infudit: ab antiqua consuetudine. In cornu enim infundentes bibebant, &c. Nectar autẽ in illis fabulosis deorum coniugiis aqua non diluebatur. Et lib. 2. eiusdem operis, inquit idem Homerus, is autem sex venientibus craterem miscuit vini suauis. & Plato in Philebo ait: dijs ò Protarche precantes misceamus. Neque enim dijs vinum dilutum libabant, sed merum vt est apud Virgilium: hic duo ritè mero libãs charchesia bacho: fundit humi. Vbi Seruius ait: ritè, id est, secundum ritum sacrificij, quod exigebat, vt libaret de mero bacho, id est, puro. Quod multorum veterum testimonio probat Barnabas Bresonius, lib. 1. de Formulis & solenibus populi Romani verbis. In his locis omnibus, vbi nos vertimus misceo, est verbum, κεράννυω. Eodem modo & latini vtuntur aliquãdo verbo, misceo, pro eo quod est propino. Vt Cicero. 2. de Finibus, dico ergo in eadem voluptate eum qui alteri misceat multum ipse non sitiens: & eum qui illud sitiens bibat. De eodem mulso, quod ex vino & melle fiebat Martialis ait:

Homerus. Didimus.

Homerus.

Plato.

Virgili. 5 Aene.

Seruius.

Martialis.

Attica nectareo turbaris mella falerno,
miscere decet hoc à ganymede merum.

Ita etiã dictu est Apo. 18. Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis: duplicate ei duplicia secundũ opera eius. In poculo quo miscuit, miscete illi duplum. Vbi in græco est verbum, κεράννυω. Cũ igitur ait: & hic bibet de vino iræ dei. Quod mixtum est, mero, sensus erit: bibet de vino mero iræ Dei, quod mixtum est, id est, infusum ad propinan-

Apo. 18.

Eras.

¶ Atquè si exactè vis hoc intelligere, obserua: quod Eras. hic ait, vbi nos legimus, quod mixtum est mero, græcè dicitur, τῦ κεκερασμένυ ἀκράτυ, vt mero, sic ablatiui casus & referatur ad Τὸ vino, nam græcis, κεράννυσθαι, dicitur quod infunditur in calicem bibituro, etiã si non diluatur aqua, aut alio potus genere. Et ita sensus erit: bibet de vino iræ Dei, quod merum est, & in calicem iræ eius infusum, vt peccatores bibant. Hanc Erasmi sententiam eruditè confirmat Antonius Geuara vir doctissimus in comment. in Abacuc, in illud. cap. 2. circũdabit te calix dexteræ Domini. Sciendum ergo est verbum græcum, κεράννυω, quo Apostol. hic. & c. 8. vsus est, & pro quo interpræs semper vertit misceo, deductum esse a nomine κέρας quod est cornu: quoniam veteres cornibus vtebantur ad potandum. Docet hoc Athenæus lib. 11. Dynosophistarum ante medium. Atquè hanc veterum cõsuetudinem probat authoritate Xenophontis, & aliorum. Et vas quo vinũ miscetur craterem appellat quasi, κερατήριον, à nomine κέρας, quod est cornu. Manet etiam nunc cornuum adhuc vsum fabrica. Hinc factum videtur, vt κεράννυω, significet infundere quod bibendum est, siue in cornu, siue in quodcumquè vas. Quod etiam confirmare videtur vsus grauissimo-

Antonius Geuara

Miscere apud græcos & latinos sumi solet pro infundere

B

C

D

E

F

G

dandum in calicem iræ ipsius, ideſt, in calice quo propinatur ijs quibus irā tus eſt. Erit enim hyperbaton, & ita ſunt verba ordinanda vt diximus: Quod in verbis Græcis manifeſtum eſt. Omnia quæ diximus confirmat Aretas dicens: merum furoris adfabre comparauit vino mero quod in calice mixtum eſt. Siquidem vinum merum facilius inebriare poteſt, quā quod mixtum eſt: & ſtatim ſubiungit. Verum ſi tale eſt, quo modo dicit vinum mixtum in calice? Manifeſtū eſt igitur quod, κεκέρασθαι ideſt, mixtum eſſe, nō ſignificat temperaturam aliquam ſed additionem: vt ſit iſte ſenſus: quod mixtum eſt, ideſt, appoſitū in cratere iræ.

Aretas.

¶At verò cōmunis ferè omnium expoſitio minimè contemnenda eſt. Habet enim plurimū probabilitatis, & forſaſſe multò plus quā prior. Tū, propter auctores ſuos, & multos & valde eruditos: tùm etiam, propter proprietatem vocabulorum, quam tenacius ſeruāt. Hæc autē eſt vt, κεραννύω, apud græcos, & miſceo apud latinos, non ponantur niſi cum res diuerſæ coniunguntur, & confunduntur. Plutarc. in conuiualibus quęſtionib⁹ li. 8. q. 6. verbum Græcum, κεραννύω, interpretatur per verbum latinum miſceo. At nequis fortè diceret miſcere accipi ab eo, pro eo quod eſt, propinare, docet ſe propriè accipere, miſcere, pro diuerſa confundere: & coniungere in vnum. Ex Homero id comprobans qui de vino loquens non eſt vſus verbo, κεραννύω, vt aliàs ſolet, ſed verbo, μίσγω, quod nō dicitur, niſi de rebus diuerſis in vnum confuſis. Cuius verſus interpretatio hæc eſt. Hæc autem in cratere dulce vinum miſcebat, videlicet, vinum cum aqua miſcebas. & ideo miſcere dicitur potiusq; fundi, aut infundi. Nec minus ſunt aperta verba Athenæi loco indicato qui fauere priori expoſitioni videbatur. Ita enim ait: priſcos fama eſt atq; primos homines boum cornibus olim bibiſſe. Liquet hoc ex eo quod adhuc dum aqua vinum permiſcent, ceraſſe, dicunt, & vas in quo vinum miſcetur craterem appellant; &c. Et Cælius Rodiginius, libro. 27. antiqua. lectionum. cap. 27. De eadem veterum cōſuetudine loquens Ceras. i. cornu, in eodem recenſetur ordine, quoniā boum cornibus in potu vterentur priores: cui rei argumentum, ideſt, quôd, κεράσαι, dicunt Græci promiſcere vino aquā. Euthimius etiā Græcus Auctor in Pſal. 74. illa verba, plenus miſto, ita interpretatur. Plenus miſericordia. Miſtio enim vini aqua, eſt miſtio auſteritatis miſericordia. Similiter & in Hebræo accipitur verbum, maſach, quod verti ſolet à. 70. interpretibus per verbum, κιρνῶ, vt in Pſal. 101. & potum meum cum fletu miſcebam. Vbi. 70. pro, miſcebam, tranſtulerunt, ἐκίρνων, per quod verbum Suidas, & alij interpretantur verbum, κεραννύω. Ex quo etiam colligimus authores accepiſſe, κεραννύω, pro eo qđ propriè ſignificat miſceo. Idem verbum eſt in Hebræo, & in Græco. Eſa. cap. 19. vbi ait: Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis, ſiue errorum: vt interpretatur Diuus Hieronymus, ideſt, varios errores miſcuit. Qui capitis virginem efficiunt. Atq; ita accipitur etiam verbum, miſcere, Prouer. cap. 9. cum dicitur miſcuit vinum, & poſuit menſam. & poſtea: bibite vinum quod miſcui vobis. Mulſum autem apud Ciceronem, & Martialem miſceri dicitur, vel quia mel cum

a. expoſitio cōmunis nō contemnenda.

Plutarch.

Homerus.

Athenæus.

Cælius Rodig.

Eraſ.

Euthimius.

Pſa. 101.

Eſa. 19.

Hiero.

Prouer. 9.

Cicero. Martialis.

cum vino miscebatur cum fiebat: vel certè cum bibebatur, aqua simul infundebatur ad vini vim temperandã. Longinquitate enim temporis vinũ, in mulso Meratius fieri testatur: Macrob. lib. 7. Saturna. cap. 12. Ita omnia, quæ diximus, & multa similia quæ in auctoribus occurrunt explicari possunt. Vt quod est apud Iuuenalem.

Iuuen. Saty 6. *Nescit eos nullibus emptus pauperibus miscere puer.*

Quod cur dictum sit altero ab hoc ipso versu explanat. *Quando ad te pernenit ille, quando vocatus est, calide, gelidæque minister.* Calidam aquæ cum frigida miscebant Romani. Homerus autem vinum, nectar vocauit: vt indicat epitetum rubens. Nam & multi nectar esse dicunt in Lydia factum, vt refert Cælius Rodiginus, li. 7. antiquarum lectionũ cap. 3. Atq; ibidem ait: Homerum ignorasse nectar esse potum deorum, quod verò, inquit, de nectare facta mentio, amplius sciendum, esse qui nectar interprætentur vinum in Lydiæ olympo concinnatum fauis promixtis, & floribus odoratis, sed nec Homerus esse deorũ potionem nectar nouisse, creditur. Hæc ille. Vinum igitur erat, & cum aqua mixtum est. Platonis verò verba in phillebo similiter videntur intelligenda. Dijs ò Protarche precãres misceamus. Vinum enim quod humi Dijs fundebatur merum erat: vt docuit Virgilius. Quod autem sacrificantes bibebant verosimile est cum aqua fuisse commistum, sicut id quod in mensa fundebatur, quam ob rem multò probabilior est hæc expositio & fortasse sola vera est. Verum cum vinũ ad supplicia, & calamitates accomodatur nusquam ei aquam admisceri intelligendum est, quæ vim il-

A li adimit, sed aliquid, quod aut horrorem faciat, aut deterreat, aut magis inebriet. Ad hunc ergo modum conuenientissimè hæc verba interprætabimur. & hic bibet de vino mero iræ Dei, quod mixtum est, aut facibus, aut potius altero vino mero. Nam vina dissimilia permixta, fortiora sunt ad ebrietatem. Atquè ideò non est additum cuius rei esset mixtio, quoniã iam positum erat merũ: & illud misceri intelligebatur. Ac ita fortè intelligitur quod Esa. 65. dictum est. Vę qui potentes estis admiscendum vinum, & viri fortes admiscendam ebrietatem, idest, ad ea miscenda quæ magis inebriant. Nempè dissimilia vina. Idẽ est iuditium de verbis, Psal. 74. Quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto. Calix est vini meri, sed plenus mixto, idest, mixtione, siue fœcum, vt quidam dicunt, siue dissimilium vinorum, vt ego arbitror, ad augendam ebrietatem. Hoc autem iuuat hanc posteriorem expositionem, qđ cum in Hebræo ad verbum ita sit: quoniam calix in manu Domini, & vinum merum est plenum mixtione: melius intelligitur vinum esse plenum mixtione, quàm calicem. Quod si priorem expositionem sequamur nihil refert calix ne plenus sit mixtione, an vinum ipsum. Idem enim est. Ar si non calicem sed vinum plenum mixtione dicamus: (quod vt dixi melius est, & sine vlla verborum transpositione exponitur) ruet prior expositio quæ mixtionem pro infusione, siue propinatione accipiebat. Ait ergo Ioan. *& hic bibet de vino iræ Dei, quod mixtum est, mero in calice iræ ipsius.* Vt de obserua, quod alio calice potat deos electos suos, alio verò reprobos. Illos enim potat non mero, sed vino

aqua

aqua ſuæ miſericordiæ diluto. Vnde DD. de hoc calice inebriatus dicebat: caſtigas caſtigauit me Dñs, & morti nõ tradidit me. Et Threno. c. 2. ait Hieremias: cogitauit Dominus diſſipare murum filiæ Sion. & tetendit funiculum ſuum, ideſt, expandit iuſtitiam, & punitionem ſuam ad menſuram. Mentur enim flagella citra condignum. At verò impios & ſceleratos, & in crimnibus obſtinatos potat: & inebriat Dominus vino iræ ſuæ mero, hoc eſt, non diluto aqua miſericordiæ qua vtitur erga ſuos, ſed mixto potius ſęcib⁹. Quod ſignificare volẽs Dauid ait Pſalmo. 74. Calix in manu Domini vini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hoc, verumtamen fęx eius non eſt exinanita: bibent omnes peccatores terræ. Calix hic (omniſſis alijs expoſitionibus) rãtum in malam accipitur partem. Neque contradictionem habet, quod dicit calicem eſſe plenum mixto vini meri. Poteſt enim vinum eſſe purum, hoc eſt, alienum ab omni aquæ admixtione, & tamen eſſe mixtum, ſiue quia turbidum & fœculentum, ſiue quia ex varijs vini ſpeciebus confuſum. Hunc itaque calicem dicit eſſe in manu Domini. Quia ex Dei diſpenſatione vnicuique ſua merces cõtingit: calicem autem vini, quia mentem inebriat, & à ſe ſe alienat: meri autem vini dici ad ſignificandam Dei vltionis efficaciam. Plenum autem mixto: ſiue ad ſignificandum horrorem diuinæ vindictæ, ſicut à turbido fœculento vino abhorremus: ſiue quia diuina vltio varias in ſe pœnas & calamitates continet. Et inclinauit (inquit) ex hoc in hoc. Hebræa tantum habent, & effudit ex hoc, ſcilicet, calice. At græca habent neutrum genus, ἐκ τούτου ἐκ τούτο. Proinde conuenit ſic intelligere: nempe calicem hunc in varias partes Deum inclinare: vt quæ omnibus ſufficiant impijs potandis. Ac ſi apertius his verbis dicere vellet propheta: ideo contra Deum nolite ſuperbire ò mortales, quia in manu Domini eſt calix iræ ac furoris ſui, plenus vino neq uaquam diluto, ſed fortiſſimo, vt pote meraco, eoque admodum turbido, atque variè permixto. Apud ipſum enim iam parata eſt impijs ſua portio admodum amara, quam tanquam portionem vini fortiſſimi & auſteri, ſed tamen valde turbidi, & obid ingrati epotare cogentur: ita vi eius inebriandi, vt omnes illorum vires, mentiſque armonia ſoluenda ſit. Et inclinauit Deus hunc calicem ex parte vna in partem aliam, quemadmodũ fieri ſolet, cum diuerſis idem calix propinatur bibendus. Ex hoc enim ſuæ retributionis poculo, propinauit Deus nunc ijs, nunc illis impijs, cum voluit, grauem eis pro ſuis demeritis calamitatem immittens. Verumtamen fęx ipſius calicis nondum eſt euacuata, nondum extremas vltionis ſui pœnas, quas adhuc reſeruat impios ſentire fecit. Has certè tanquam fæces impotabiles epotare nouiſſimè cogentur omnes peccatores terrę. De hoc calice frequens fit mentio in ſcriptura ſacra: vt Pſalmo. 10. Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum pars calicis eorum. Ita Eſaiæ. 51. Eleuare, eleuare, conſurge Hieruſalem, quę bibiſti de manu Domini calicem iræ eius: vſquè ad fundum calicis ſoporis bibiſti: & potaſti vſquè ad fęces. Quibus verbis exprimitur vehemẽs & grauis vindicta Dei: ſicut etiam exprimitur in hoc loco ab iſto tertio angelo, cum ait: & hic bibet de vino iræ

Dei,

Thren. 2.

Pſa. 74. Exponitur locus.

Calix in malam partem hic ſumitur.

Pſa. 10.

Eſaiæ. 51.

Dei, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius. Hanc eamdem rigidam vltionem volens dominus significare Hieremiæ, eadem vtens metaphora, præcepit illi dicens: Sume calicem vini furoris (siue meri) huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te. Et bibent, & inebriabuntur, & insanient à facie gladij, quem ego mittam inter eos. Quæ verba explicans Hieronymus ait esse indicium dominici furoris, vt omnes gentes, quæ contra Dei populum militarunt, bibant de calice furoris domini, de quo scribit Esaias contra Hierusalem. Scyphum furoris calicem ruinæ bibisti & euacuasti: propterea consurge. De hoc etiam calice vltionis ait Dominus apud Ezechielem cap. 23. Ciuitati Hierusalem, in via sororis tui, hoc est, Samariæ ambulasti, & dabo calicem eius in manu tua. Quasi diceret: pœna qua Samaria punita est, & tu etiam punieris, cuius scelera sectata es. Hunc meracissimũ calicem bibent in die iudicij omnes peccatores terræ ad sinistram domini collocati, postquã audierint: ite maledicti in ignem æternum. Tunc ibũt ij in supplicium æternum. Vnde volens explicare Ioannes calicem istum furoris Domini subiungit statim hæc verba.

Hiere. 25.

Hiero.

Esa. 51. f

Ezech. 23.

Matth. 25.

¶ *Cruciabitur, inquit, igne & sulphure.* Cum in inferno sint tot tantique cruciatus, tamque innumerabilia tormenta, quanta nec dici, nec æstimari possunt, breuiter tamẽ in his duobus omnia cõprehẽduntur. Est enim ignis non ad lucendum, sed ad vrendũ: Est & sulphur, quod & fomentũ præstabit igni & fœtorem: ac sic ex igne fœtor, & ex fœtore ignis procreatur, quorum alterum cum ad cruciandos malos sufficere possit, vtrumque tamen redundat, vt ardorem sustineãt, & fœtorem. Et quidem non immeritò, qui enim ad peruersa desideria ex carnis fœtore nunc ardent, dignum est vt post modum igne & sulphure puniantur: quatenus ex iusta pœna condiscant quid ex iniusto desiderio patrabant: nihil tunc iam sera futura cognitione in correctionem proficiẽte.

Damnatorũ pœnæ ignis & sulphur.

Collect.

huius rei habemus expressam imaginem Genesis cap. 19. Vbi pluit Dominus super Sodomam & Gomorrham ignem, & sulphur à Domino de cœlo, vbi magnificè describitur hoc domini iudicium. Nimirum, vt eo magis terrorem nobis incutiat. Primò, Dominus (inquit) pluit, ne quis hoc constellationi, aut astris ascribat, aut naturæ regionis illius, quemadmodũ aliqui voluerunt. Non natura regionis fuit, sed speciale iudicium Dei. Deinde pluit (inquit) Dominus à Domino, ideſt, supernè è cœlo, vel celitus, eo modo loquendi quo dicimus, venimus à consule, vel à me, ideſt, à domo consulis, vel mea. Potest tamẽ etiam ex hoc loco colligi pluralitas personarum in diuinis. Pluit enim dominus, ideſt, filius quem Abraham videns adorauit. Cum enim tres Angelos vidisset, vnum illorum tantum adorauit, hoc est, filium Dei imaginẽ angeli gestantem, & duobus alijs Angelis comitatum. Hic ergo Dominus pluit à Domino, hoc est, à patre de cœlo. Deinde ideo igne, & sulphure perduntur Sodomitæ, vt pœna respõdeat culpæ: sicut punientur, qui bestiã adorauerint: imo & qui diabolo seruientes damnati fuerint. Quia enim fœdo igne concupiscentiæ erga semetipsos exarserãt, meritò igne puniuntur. & quia fœtore peccati se oble-

Gene. 19. Declaratur locus.

Pluit Dñs à Dño. & celitus.

Pluralitas personarũ etiam colligitur.

oblectauerant, fætore item ſulphuris puniuntur. Et quia clamor eorum in cœlum aſcenderat, & peruenerat in conſpectum angelorum ſanctorum, & inconſpectum agni, vt ſtatim dicemus: rectè etiã è cœlo puniuntur, angelis, & agno intuentibus. Sic quantũ cunq; peruerſi ſimus, Deus peruerſitati noſtræ occurrere nouit, & iuxta peccati modum etiam plagas augere, vel temperare. Iam conſidera quàm terribilis rerum facies erit, cũ videant impij, & viderunt Sodomitæ cœlum aperiri, ignem & ſulphur cadere, nullum refugium eſſe. Conſidera item, quantus fuerit vllulatus & clamor peccantiũ, ſed ſera eſt pœnitentia cũ vocantem Dominũ audire, & ſequi per totam vitam nolumus. Poſt mortem enim nullus dolor, nullęq; lachrymæ proſunt. Fugiamus igitur iudiciũ dei, dum effugere poſſumus. Ecce nunc tẽpus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Prętęrea, qui adorauerit beſtiã, cruciabitur igne & ſulphure. i. igne etiam ſuę cõſcientiæ perpetuò illũ vrẽtis, & ſulphure. i. fœtore ſuarum libidinum: quæ tantò illi erunt fœtidiores, quantò in carne videbantur ſuauiores.

2. Cor. 6.

¶ Cruciabuntur, inquit, *in conſpectu angelorum ſanctorum.* Et ex conſequenti in conſpectu omnium electorum. Quod ideo fit, vt dũ impiorũ cruciatus iuſti cõſpiciũt: in Dei laudes impẽſius aſſurgãt, & gaudeãt: Sicut ſcriptũ eſt: lętabitur iuſtus cũ viderit vindictã Pſa. 57. ad eorũ ergo cedet gaudiũ, malorum ſuppliciũ. Quia videlicet, cernunt in ſe bonũ, quo ſupra meritum ſunt remunerati: & in illis ſuppliciũ, quod miſericorditer euaſerunt: & ſic gratulabuntur, & gratias miſericordi Deo agent, ob cuius bonitatem tanta mala euaſerunt, & tanta bona ſunt cõſecuti. Item beati videntes damnatorũ pœnas, non ſolũ non contriſtabuntur, ſed neq; eorũ miſerebuntur, quãuis clament, vociferent, voceſq; ad ſydera tollant: ſicut cũ epulo clamabat. Vt Lucas refert. c. 16. Nõ ſolũ non eſt eius miſertus Abraham, aliàs vir miſericors, & pius, & hoſpitalitatis ſectator: ſed neq; guttam aquæ ad refrigerandam linguam largitus eſt illi.

Reprobovũ cruciatus coram electis, quare fiat.

Pſa. 57.

Luc. 16.

Beda. Collect.

¶ Et ante conſpectum agni. Quid obſcuro hoc eſt: Numquid conſpecturi ſunt homines illi ſcelerati Chriſtum Dominũ in æternum cuius viſio beatos omnes efficiet? Minime quidem: iuxta illud quod dicitur Eſa. 26. ſecundũ. 70. auferatur impius, vt nõ videat gloriã Dei, ſed tãto terrore corripientur, vt videatur eis Chriſtus Deus omnipotens ſemper adeſſe, eiſq; irę calicẽ propinare. Sic primo ille parricida Cayn fratre à ſe occiſſo, deũ perſequẽtẽ, & cõtinuò ipſum pręmentẽ fugiebat, dicebatq; : ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcõdar, & ero vagus, & profugus in terra: ſiue vt in. 70. ſcriptum eſt: gemens & tremẽs ſuper terram. Gene. 4. Scelerata namq; mens ſic præſentem iratum Dei vultum conſiderat, vt flagella quoq; cõſcientiæ ab eo infligi ſibi ſentiat.

Gen. 4.

¶ Et fumus, ait, *tormẽtorum eorum aſcendet in ſæcula ſæculorum.* Magnus fumus magnarum flammarum eſt indicium: quamuis enim ſine nutrimento lignorum, corporalis tamen erit ignis reproborum, in ſulphure videlicet, & ſpiritu procellarum. Pſal. 10. Cuius modi ſempiternum dicit hæc ſcriptura fumũ aſcendere. & hæc pars. i. ſors, hæreditas calicis, ideſt, pœnę eorum erit, Vt ibidẽ dicitur. Quia ergo in igne reprobos ſine fine ardere cõſpicit, fumum tormentorum in ſecula

Ignis corporeus reproborum

Pſal. 10.

Colleſt. Eſa. 34. Hiero. ſeculorum aſcendere dicitur. Et ſicut olim prædicens Eſai. c. 34. deuaſtationem Hieruſalem, vt Hieronymus vult, ſiue deuaſtationem Idumææ, vt Pala. alij volunt, ait: in ſempiternum fumꝰ eius aſcendet: ſic deuaſtationem impiorum, quorum figuram, ſiue impia Hieruſalem, ſiue Idumæa reproba gerebat, prædicans tertius hic Angelus, hoc eſt, tertius prædicatorum ordo, inquit: & fumus tormentorum aſcendet in ſecula ſeculorum.

Error Origenis exiſtimantis poſt mille annos reprobos ad vitã redire, iuſtos reuerſuros ad pœnam. Math. 25.

¶ Iam vel ex hoc loco vides quantum aberrauit à vero Origenes (ſi de tanto viro id credere par eſt,) qui credidit poſt mille annos reprobos ad vitam redire, iuſtos autem reuerſuros ad pœnam. Quod ſi illi obijceres, qđ Dominus dixit apud Mathæum: ibũt hi in ſupplicium ęternum: iuſti autem in vitam æternam. Et rurſum: procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt in Ioa. 5. reſurrectionem iudicij, Ioa. c. 5. reſpondet, eſſe verba comminatoria. Sed certa res eſt, & de fide, pœnas damnatorum fore perpetuas, & præmia ſimiliter beatorum. De pœnis impiorũ dicitur Eſaię vltimo: vermis eorum nõ morietur, & ignis eorum non extinguetur. Quod ſi dixeris verba hæc de verme conſcientiæ eſſe intelligenda, Eccle. 7. audi quid Eccleſiaſt. c. 7. dicat: vindicta carnis impij ignis & vermis. Et in Iudith. 16. li. Iudith. c. 16. Dabit ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & ſentiãt Marc 9. vſq; in ſempiternum. Et apud Marcũ c. 9. Dominus ait: ſi ſcandalizauerit te manus tua abſcinde illam: bonum eſt tibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur: & ſi pes tuus ſcandalizat te, amputa illum. Bonum eſt tibi, claudum introire in vitam æternã, quàm duos pedes habentem, mitti in gehennam ignis inextinguibilis: vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur, &c. Ecce vides Chriſtũ vno orationis contextu docentem: pœnas inferni eſſe perpetuas. Et quid obſecro apertius quàm id quod Chriſtus ait: ite maledicti in ignem ę- Math. 25. Caſtro ver bo: infer ag hereſi. 3. ternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Quę tàm aperta teſtimonia ſi nobis non eſſent, ſatis ſupereſſet, qđ hoc in loco Ioannes affirmat: fumus tormentorum aſcendet in ſecula ſeculorum. De æterna verò vita beatorũ, extat illud Sapien. 3. Iuſtorum animæ Sapien. 3. in manu Dei ſunt: & non tanget illos tormentum mortis. Quod ſi à beatitudine ad miſeriã, & à miſeria ad beatitudinẽ, per continuas alternationes, ſine ceſſatione circumeunt, neceſſe videtur, vt illos tãgat tormentũ mortis: & iterũ aſſignans diuerſum beatorũ, & damnatorum ſtatum, poſtquam de dãnatis differuerat, de beatis dicit: iuſti autem in perpetuum viuent: & Sapien. 5. apud Dominum eſt merces eorum. Præterea apud Danielem dicitur: & Dan. 12. a in tẽpore illo ſaluabitur populus tuus omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in libro, & multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt: alij in vitã æternam, alij in opprobriũ, vt videant ſemper: qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Ecce hîc bis vno contextu beatorum ſtatum Prophęta declarauit eſſe perpetuum. mitto illud apertiſſimum teſtimonium Lucæ. 1. Regnabit in do- Luc. 1. mo Iacob in æternũ, & regni eius nõ erit finis. At qualiter poterit in illa domo

mo regnare in æternum, si domus nõ est æterna? Regnum etiam Christi beati sunt, qui superius cap. 5. clamant, fecisti nos Deo nostro regnum. Si ergo beati regnum Dei dicuntur, quomodo regni Christi non erit finis si à beatitudine ad miseriam beati aliquãdo reuocantur? oportet ergo beatitudinem fieri æternam, vt regnũ Christi verè dicatur esse sine fine. Legendus est August. li. 12. de Ciuitate. c. 20. & Gregorius in Moralibus super illud Iob. 40. æstimauit abyssum quasi senescentem. Denique apertissimum est testimonium Mathæ. 25. Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Et tandem cõcludit: ibunt hi in vitam æternam. Ad id verò quod ait: esse contra Dei misericordiam, peccatores in æternum cruciari, facilè responderi potest: nam districtus Iudex veniens non tantum facta pensabit, sed etiam volũtates ipsas. Nam reprobi (si fieri posset) semper in hac vita viuere cuperent vt semper suis se peccatis pascerent, semper etiam noxia & voluptates gustarent. Proinde numquam carebunt supplicio, qui numquam carere voluerũt peccato. Et nullus erit iniquis terminus vltionis, qui numquam habere voluerunt terminum criminis. Præterea quando moritur impius, perpetuò manet in peccato: quare perpetua pœna dignꝰ est.

Castro de hære. verbo beatitudo hære. 3. Aug. Greg.

Math. 25.

¶Cæterum, cum ait noster Ioannes: nec habent requiem die ac nocte per diem & noctem intellige tempus continuum. Vnde est illud: erit tempus eorum in secula Psalmo. 80. Deficient namq; miseri sine defectu, semperq; erit in eis quod crucietur, quia semper ad cruciamenta reparabitur quod deficit.

Die ac nocte. i. perpetuũ.

Psa. 80.

A ¶*Nec habent*, inquit, *requiem die ac nocte*. Obserua: quod nec in hac vita nedum in futura, impij & scelerati requiem vllam adipiscuntur. Nullum est enim tormentum, nullum supplicium peccato grauius, quoquo se vertat peccator, omnia plena malis. Nã si prospera vtatur fortuna timore felicitatis amittendæ, maximo dolore cruciatur. Si autem aduersa, ibi dolores vt parturientis. Finge te ipsum Sa-

Impius neque in hac vita nedũ in futura requiem habet vllã

B lomone ipso fœliciorem, & in eo statu requiem aut quietem aliquam minimè inuenies. Audi quid ipse dicat Ecclesiastes. c. 2. Aedificaui mihi domos, plantaui vineas, feci hortos & pomeria, &c. Et vidi in omnib9 afflictionem animi. Et quid opus est tanti viri testimonium afferre, quando impij in inferno positi hoc idem apertissimè fateantur? Lassati sumus (inquiunt) in via iniquitatis; & perditionis, & ambu-

Eccle. 2.

C lauimus vias difficiles, viam autem domini ignorauimus. Quid profuit nobis superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis, &c. Sapientiæ 5. Similes sunt homines isti misero Sãsoni, quem Philistæi oculis captum, pristino molituram alligauerunt. Quærentes enim diuitias, & huius seculi voluptates, gyros facere non cessant. In circuitu siquidem impij ambulant, vt Dauid ait Psal. 11. Iusti quidem

Sapien. 5.

Iudi. 16. e

Psa. 11.

D recta via incedunt, vt Sapiens testatur cap. 10. At impij non recta, sed incircuitu, & in gyro multo cum dolore & angustia more ianuæ, quæ in cardine voluitur, & à termino suorum delictorum non eggrediuntur. O miserabilis & infœlix hominum istorũ conditio, qui maxima cum animi & corporis defatigatione bona huius mũdi vana & caduca cõparant. Non minimo cum timore possident, &

sap. 10.

tandem velint, nolint, cum incredibili dolore relinquunt. Iustorum verò cor, cum Dei regnum intrasse habeat maxima pace, immensa requie, & ineffabili gaudio spirituali perfruitur in hac vita mortali, nedum in illa cœlesti. Hos igitur vultu alacri, & læta facie, atque prompto animo imitemur: ne tandem perpetuò pœnas dantes, nobis contingat, quod his qui bestiam sunt adoraturi: qui nec in vita hac præsenti, nec in illa futura requiem aliquam habere poterunt. Eo quod adorauerunt bestiam, & imaginem eius. Quod si quæras quid est imago bestiæ? non ab re dicemus, esse peccatum. Nam diabolus hanc imaginem primus fabricauit: eamque semper depingere conatur in tabulis cordis nostri. Quod significare volens Dominus ait apud Esaiam, cap. 4. Ego ipse sum qui deleo iniquitates tuas. Quid obsecro deletur, nisi quod depictum erat? pictura ergo peccati mortis imago est, quæ nunq; quiescere permittit; sed ad laborem maximum compellit infelices mortales, ita vt requiem non habeant die ac nocte, quod vno verbo exaggerare volens Esaias. cap. 57. ait: impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Hinc est quod meritò Socrates comparabat animum libidinosum euripo freto in Eubæa, vbi aqua fluit, & refluit, ac sursum, deorsumque iactatur.

Esa. c. 4.

Esa. c. 57.

¶ *Hic est patientia sanctorum, qui custodiunt mandata Dei & fidem Iesu.* Ac si dicat: in hac re, in huius æternę damnationis reproborum consideratione, sancti patientia sese in hac vita præmuniunt, cõsiderantes, quòd pro temporali afflictione æternam beatitudinem sunt adepturi: impij verò pro sua impietate infernalem mereantur damnationem: vt proinde minus turbentur, ferantque omnia æquanimiter, custodiant mandata Dei, seruent fidem Iesu; captiuantes intellectum atque voluntatem in obsequium eius, vt sempiterna beatitudine potiantur. Vnde & Petrus dicit: Modicum si nunc oportet contristari in variis tentationibus, vt probatio fidei vestræ multò preciolior sit auro, quod per ignem probatur: inueniatur in laudem, & gloriam & honorem, in reuelationem Iesu Christi, quem cum non videretis, diligitis. Vbi appellat reuelationem Iesu Christi, diem iudicij. Cum reuelabitur iudex, & occulta cordium reuelabit: tunc enim probatio fidei sanctorum per diuersa tentationum genera facta, cedet illis ad laudem, gloriam, & honorem. Vnde inferius addit: propter quod succincti lumbos mentis vestræ, perfecti sperate in eam, quę offertur vobis gratiam, in reuelationem Iesu Christi. Succingit quidem lumbos corporis, qui per continentiam, concupiscentiam refrenat carnis: mentis autem lumbos succingit, qui à noxijs erroribus intellectum, & à varijs illicitisque cogitationibus, & internis desiderijs coercet affectum: itaque succincti, perfecti (siue perfectè vt græci habent) sperate in eam, quæ vobis offertur gratiam, scilicet, consumatam, quando reuelabitur Iesus in die iudicij. Hic ergo est patientia sanctorum qui custodiunt mandata Dei, & fidem Iesu, qui dum malos, & impios puniri audiunt, se præmiatum iri confidunt.

1. Pet. 1.

Exponitur locus.

Reuelatio Iesu Christi vocatur iudicium dies

Patientia cõmendatur.

¶ Hinc primùm colliges quàm nobis patientia necessaria sit, vt voluntatem Dei facientes reportemus promissionem eius: vt Paulus ait ad

Patientia nobis est maxime necessaria.

He-

Hebræ.10. Hebræ.10.Patientia enim vbiq; proponitur à Paulo tanquam neceſſaria. Hæc palàm facit omnibus verè credẽtem,& quod dignus ſit remuneratione æterna,tanquam athleta fortis, & conſtans, & fidelis. Proinde dicebat Apoſtolus:per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen. Ad Hebræos.12. Hæc ſola eſt nobis refugium in omnibus tentationibus noſtris.Hæc medicina, quam ſi ſubſtuleris omnis virtus ruere neceſſe eſt. Hæc eſt malorum,quæ aut inferuntur,aut accidunt, cum æquanimitate toleratio: vt Lactantius definit. Hæc, vt Auguſtinus ait, tàm magnum donum Dei eſt,vt etiam ipſius, qui eam nobis largitur,præconio prædicetur, in patientia(inquit) veſtra poſſidebitis animas veſtras.Lucæ.21.Huius munus eſt conſeruare bonum rationis contra triſtitiam ne ſuccumbat. Hæc probari ſolet nunc in cõtumeliarum illatione,nunc in bonorum, quæ externa nominantur ablatione, nunc in charorum amiſſione,nunc in flagellorum Dei corporali perpeſſione, tandem in voluntaria operatione ieiuniorum,orationum,vigiliarum,aliarumq; bonarum actionum, quorum merces vita æterna eſt.In patientia ergo noſtra poſſidebimus animas noſtras.Luc.21.

Hebr.12.

lib.1. diui. inſtitutionum.

Luc.21.

Patientia in quibus probatur.

Luc.21.

¶Deinde ex hoc loco colligere licet contra huius temporis hæreticos non ſufficere fidem,niſi adiungantur & opera & mandatorum Dei obſeruatio.

¶ Et audiui vocem de cœlo dicentem mihi:ſcribe:beati mortui,qui in Domino moriuntur: à modo iam dicit ſpiritus vt requieſcant à laboribus ſuis,opera enim illorum ſequuntur illos. Deſcripſerat ſuperius grauiſſimam à diabolo, eiuſq; anteſignano, hoc eſt, Antichriſto, inferendam Eccleſiæ catholicæ perſecutionem: Nunc ergo Diuus Ioãnes in huius capitis calce his verbis conſolatur fideles,qui patienter & æquo animo antiqui ſerpentis perſecutionem tolerantes, Dei legem diligenter cuſtodiunt. Et qui pro Chriſto, & in Chriſto ſeruatore mortis amaritudinem deguſtant. Arrectis ergo auribus& æquo attentoquè animo ſolamen de cœlo nobis allatum audiamus.

Richar.

¶ *Audiui*,inquit,*vocem de cœlo dicentem mihi*. E cœlo vocem audiſſe affirmat Apoſtolus,quo ſciremus diuinum cœleſtemque eſſe ſermonem atquè quàm ſit ei aſſentiendum intelligeremus.Beatus namquè qui audit, & legit verba prophetiæ huius:& ſeruat ea quæ in ea ſcripta ſunt : dicebat Euangeliſta noſter primo capite huius reuelationis.Porrò hanc vocẽ, nõ corporalem,neq; à foris per ſtridulos ſonos ſtrepentẽ auribus audit: ſed intus formatã per angelũ, qui totã Apocalypſin Chriſto iubente mirabilib9 imaginibus formiſquè reuelauit. Audiuit ergo interiori auditu , non dubium quin ſpirituali , de cœlo. Ita enim illi videbatur , ſicut in cæteris viſionibus imaginarijs , ſiue in intellectualibus fieri contingit. Quo ſenſu dicebat olim Zacharias. 1.capite ſui vaticinij:angelus qui loquebatur in me egrediebatur. &c.

E cœlo vocẽ audiuit quo ſciremus cœleſtẽ eſſe ſermonẽ & proinde illi maximè aſſentiendum.

Richar. Cœlius. Zacha.1.

¶ Scribe. Grande profecto myſterium , & perpetuò memoriæ mandandum , & nulla obliuione delendum , quando ſcribi præcipitur:nonne videtis Angeli fidem , ac diligentiam maximam , imo potius eximium erga mortales affectum, quo magnopere quemquè noſtrum

Angelorũ deſideriũ noſtræ ſalutis.

seruari desiderat: Ideo tàm salutarem, tàm consolatoriam doctrinam literis commendari iubet, vt ad omnes dimanet, vt omnes mente percipiant, ne cito transuolet: quod ad electorũ solatium ad finem vsquè perseuerare debet. Scribe (inquit) ideſt, diligenter nota, & attende. & tanquam annotatione dignum in libro tuo scribe. Sed quid scribere iubeat, audiamus.

Gag. Richar. Collect.

¶ Beati mortui qui in domino moriũtur. In primis vt peculiariter locus ille explicetur notãdũ est, literam, beth, apud Hebræos, (quæ apud nos valet, in,) aliquando idem valere quod propter, aut, pro, Gene. 18. Vbi nos habemus delebis propter. 50. vniuersam vrbem, in hebræo est delebis in quinquaginta vniuersam vrbem. Et. c. 29. Seruiam tibi pro Rachel filia tua, & ibidem: seruiuit pro Rachel septem annis. In hebræo in vtroquè loco est, in Rachel. Imò & eodem modo solet, in, vsurpari à nostro interprete. Vt Osæ. cap. 12. & seruiuit Israel in vxorem: & in vxorem seruiuit, ideſt, propter vxorem. Michęę. cap. 3. Principes eius in muneribus iudicabunt, ideſt, propter munera. Ita nunc mori in domino, est pro domino mori. Quod optimè cohæret cum prędcedentibus. Cum enim multa eos passuros esse prædixisset illis verbis: hic patiẽtia sanctorum est, vt omnes ad resistendum Antichristo, & ad mortem gnrosè appetendam pro Christo exhortetur: Beatos esse prædicat eos qui moriuntur in domino, ideſt, propter Christũ. Qui sensus omnino martyribus conueniet. Et eum probauerunt Ambro. & Ansbertus, & Aymo. hæc locutio frequens est in epistolis Pauli, ad Romanos vltimo cõmendo vobis Phœbem sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est in cenchris. Vt eam suscipiatis in Domino, dignè sanctis, ideſt, propter dominum. Ibidem, salutate ampliatum dilectissimũ in Domino, ideſt, propter dominum: & salutate persidem charissimam, quę multum laborauit in Domino.

In. in sacra scriptura quomodo capiatur. Gen. 18. Gen. 29. Osæ. 12 d Michæ. 3. Primo sensu literalis. Ambro. Ansber. Aymo. Roma. vlt.

¶ Cum hac expositione stat, probandam etiam esse communem expositionem huius loci, qua hic locus exponitur de omnibus sanctis in fide & charitate morientibus. Idcirco Ecclesia hunc locum adducit in officio defunctorum. Et ratio est, quia esse in domino, siue esse in Christo significat etiam intra eius corpus contineri, non quomodocũq3, sed vt viua membra. Vt ad Romanos vltimo, Salutate eos qui sunt ex Narcisi domo, qui sunt in Domino. & rursum: salutate Andronicum, & Iuniam cognatos & concaptiuos meos, qui sunt nobiles, & in Apostolis qui antè me fuerunt in Christo, ideſt, qui ante me credide runt in Christo. Vt exponit Theophilatus, ita dicitur ad Galatas. 1. Eram autem ignotus facie Ecclesijs Iudęę, quę erant in Christo. Deniq3 idem est esse in domino, & manere in Domino. Nec dicuntur in domino manere, nisi qui cum fide vigent charitate. Vt Dominus ait: Ioan. 15. Manete in me & ego in vobis. & ibidem: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Ita etiam in Domino moriũtur, qui vsq3 ad mortem in eo manent, & cum moriuntur eius membra sunt. Est autem hic sensus ad id quod Apostolus agit aptissimus. Nã & priorem illum complectitur, & latius patet ad omnes iustos. Et quamuis plurimi eo tempore martyrio vitam finiant, tamen multi & fugati, & spoliati à ministris Antichristi, & multis incommo-

2. sensus cõmunior & latior. Roma. vlt. Gala. 1. Ioa. 15. 1

modis affecti, tandem sine martyrio, morientur in summa sanctitate. De quibus & Apostolus loqui debuerat: & non est putandum eos ab hac beatitudine excludere voluisse cum ait: *beati mortui qui in domino moriuntur:* Cum eis optimè conueniat qđ addit: *á modo iam dicit spiritus, vt requiescãt á laboribus suis,* Hãc beatam mortem docuit nos exemplo suo Diuus Stephanus protomartyr, qui (vt Actorũ cap. 8. scribitur) iam in extremis positus dicebat: Domine Iesu suscipe spiritum meum. Non iurgatur, nec maledicit, sed summa modestia Deum inuocat, huic vni animam commendat. Quibus sanè verbis optimam moriẽdi formam nobis reliquit. Primò non de corpore, sed spiritu curam gerit: contrarium faciunt impij, & scelerati homines. Secundò, Deum inuocat, de seipso, meritisque suis non curans: impij autem, in meritis cõfidunt suis, meritaq; sua iactat, ideò super arenam ædificant. Tertiò, fidem quidem breuiter, sed quàm perfectissimè confitetur, nominnas eum dominũ, qui possit, & Iesum, qui etiam velit seruare. Hæc tria summè obseruanda à nobis sunt, si beatam mortem subire volumus. Qui hæc omnia seruant beati dicuntur in hoc loco à Ioanne. Sed iam cætera exponamus.

Mortui dicuntur qui iam iã sunt morituri, & in extremis positi.

Marci. 5.

Math. 19.

Act. 8.

Rom. 13.

¶ *Beati* inquit, *mortui, qui in domino moriuntur.* Tertius huius loci sensus est, vt intelligatur de iustis, qui mortui sunt huic seculo, mortui sibi ipsis, abnegantes propriam voluntatem, atque omnem mundanam vanitatem contemnentes, qui cum Apostolo dicere possunt: viuo ego, iam non ego, sed viuit in me Christus. Ad Galat. 2. & rursum de huiusmodi mortuis ait idem Paulus ad Romanos. c. 6. Qui mortui sumus peccato, quomodo ad huc viuemus in eo. Et ad Colloss. 3. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cũ autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum ipso apparebitis in gloria. Hi sunt mortui, qui dominãtur animi cupiditatibus, qui vincunt se ipsos, qui odio prosequuntur peccatũ virtutis amore. Hi sunt, quorum vita abscõdita est cum Christo, qui & si in gloria sint, & bona futura in Christo (propter quem omnia faciunt) nunc sunt abscondita: cum tamen ille in iudicio apparuerit, bonis præmia, & malis redditurus supplicia: tunc & hi glorioſi cum ipso apparebunt. Beati ergo sunt isti, qui perseue-

3. sensus. Mortui dicuntur iusti, quamoꝛtui sunt huic seculo.

Gala. 2.

Roma. 6.

Colloss. 3.

1. sensus.

Mortui dicuntur qui iam sunt vita functi. Collect. Gag.

2. sensus.

¶ *Beati*, inquam, *mortui, &c.* Idest,

qui perſeuerando vſquè in finem, nõ niſi in domino quacumq; morte prę-
ueniantur fœliciter moriuntur. De ta-
Sap.4. libus ſcriptura loquitur Sapientię.c.4. dicens: Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Quali obſe-
cro refrigerio? quali ſancti in cœlis, vbi æſtum laborum, vbi ignem tribu-
Cœlius. Gag. lationum, qui ſanctos vrere, rotareq; ſolet in carne, hi glorioſo triumpho ſuperantes, Deo refrigerium placidũ illis conferente, quieſcunt & delectã-
tur. Fœlices ergo ſunt iuſti mundo & cupiditatibus mortui, qui in domi-
Infœlices mortui qui nõ in dño, ſed in dæ-mone moriuntur. no moriuntur. Contrà verò, infœli-ces & miſeri peccatores dicendi ſunt, qui non in domino, ſed in dæmone moriuntur: qui non in Chriſto, ſed in Antichriſto: qui non in luce, ſed in te-
nebris vitam finiunt. De quibus re-
Pſal.33. gius vates Pſalmo 33. teſtatur, mors peccatorum peſſima. Siue mors eſt peccatorum, eaq; peſſima, ac ſi aper-
tius diceret: mors non tàm eſt dicen-
da iuſtorum quàm peccatorum, eaq; admodum miſera & ærumnis plena, illis mors eſt deputata, veluti eis pro-
pria, & debita. Illi enim & in hac vitâ pro peccatis ſceleribusq; ſuis, vt in plu-
rimum mala morte moriuntur, & poſt hac vitam ad æternam mortem, quæ ſola vera mors dicenda eſt, per-
trahentur: a qua morte redimet Do-
minus animas ſeruorum ſuorum. Ex
Luc.16. diuite ſiquidem illo Euangelico hoc diſcere poteſ: qui induebatur purpu-
ra & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide, cui nihil deeſſe videbatur, ad abſolutam huius mundi fœlicita-
tem: magni nominis apud homines: apud Deum obſcurus & ignobilis. Euenit autem vt moreretur diues iſte, & magnifica funeris pompa eferetur ad inferos, & ibi miſerabili voce cla-
mabat: pater Abraham miſerere mei, ac mitte Lazarum, vt intingat extre-
mum digiti ſui in aquam, quo vel vna guttula refrigeret linguam meam, adeò diſcrucior in hac flamma. Diſci-
te igitur quid ſit mors peccatorũ peſ-
ſima (vt Auguſtinus ait) in morte hu-
August. in Pſa 33. ius miſerrimi diuitis & nolite interro-
gare ſtratos precioſis veſtibus lectos, & carnem multis diuitijs obuolutam, lamentationis pompam exhibentes:
plangentem familiam, turbam obſe-
quentium præcedentem ac ſequen-
tem: cum corpus effertur marmora-
tas, auratáſq; memorias. Nam ſi hæc interrogetis, reſpondebunt vobis fal-
ſum: quod multorum non leuiter pec-
catorum, ſed omnino ſceleratorum mors optima ſit: qui ſic plangi, ſic cõ-
diri, ſic contegi, ſic efferri, ſic ſepeliri meruerunt. Sed interrogate euange-
lium, & vobis oſtendet in pœnis ar-
dentem animam diuitis, quàm nihil adiuuerunt ei omnes honores & ob-
ſequia, quæ mortuo corpori eius vi-
uentium vanitas præbuit. Miſeri igi-
tur tales mortui, qui in mammona ini-
quitatis moriuntur. ¶ Imò miſeri omnes peccatores, qui dum viuunt, mortui ſunt: & morientes, in dæmo-
ne moriuntur. Mortui, inquam, ſunt, dum vitam hanc mortalem degunt: dicente ſcriptura: homo per malicia occidit animam ſuam. Quod ſi hoc certum non eſſet, minimè diceret do-
minus apud Mathæum. c.8. ſine mor-
tuos ſepelire mortuos ſuos. Quid ob-
ſecro eſt apud Ezech. cap. 37. Campus plenus oſſibus mortuorum, niſi mun-
dus plenus peccatoribus? Id intelli-
gens D. Paulus ad Epheſ. 2. ait: Vos conuiuificauit cum eſſetis mortui de-
lictis, & peccatis veſtris, ideſt, cũ pro-
pter peccata veſtra mortui eſſetis, &

peccatores mortui dicuntur. Sap.16.

Math 8.

Ezech.37.

Ephe.2.

mor-

morte æterna digni. Nec opus est in re tàm certa longum immorari, cum tota scriptura sacra hac veritate plena sit. Vt enim in sphera fieri non potest vt linea in centro separetur à linea, ni si separetur à centro indiuisibili: ita haud quaquàm potest fieri, vt nos à nobis per dissidium, & discordiam separemur, quin à Deo distingamur. Qui odio & inimicitia prosequitur proximum, à Deo est diuisus: & ex consequenti à vita: cum ipse sit resurrectio & vita: cum sit via veritas & vita. Hi ergo mortui non beati, sed miseri, non fortunati, sed infortunati dicendi sunt, quando in patre eorum diabolo moriantur: & deferantur in Tartareas tenebras, vbi nihil proderit superbia & diuitiarum iactantia, nihil conferet illis. Hi mortui, quàuis cum Domino videatur mori, sicut olim mortuus est cum Domino latro ille, qui erat ad sinistram Christi, pœnas perpetuas dabunt, sicut ille dedit, quia nõ in Domino, idest, in fide viua Domini moriuntur: quamuis alias se Christianos esse fateantur. Iusti verò cum in domino moriantur, sicut mortuus est latro, qui ad dexteram Christi crucifixus erat, ideo beati dicendi sunt.

similitudo

Ioan. 1. Ioan. 14.

¶ *A modo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis.* Vt quid ergo ò homo, mortuo tuo: quem dilegere iactas, inuides requiem suam, qua à Domino accepit? Et quidem vox cœlestis dicit: vt requiescant à laboribus suis: vt quid vsquè ad diem hanc, & in sequentia tempora eum desideras laborare? Manifestas quidem tuæ concupiscentiæ amorem, dum adhuc tibi desideras illum laborare, & inter mortales agere: plorandum est super mortuum, dicente Ecclesiastico. c. 22. super mortuum plora modicum, desecit enim lux eius. Et rursum: modicum plora super mortuum quoniam requieuit: plorauit dominus mortem Lazari. Ioan. 11. sed videns sorores plorantes. Quod si Dauid amarè fleuit pro Absalon filio suo, in causa fuit, quod in peccato mortifero discesserit, vt author est Augustinus. 3. de doctrina Christiana. c. 21. Quod si Aegyptij. 70. diebus planxerunt mortem Iacob: hoc factum est tàm in eius, quàm in Ioseph honorem, totidem diebus sacratis regum suorum morti. Irruit Ioseph super faciem patris mortui, flens & deosculans eum. Sed statim fuit solicitus de mandato patris, & illud compleuit. Dauid septem diebus pro puero fleuit: at de illo mortuo nihil curat: sed vnctus & lotus domum Domini ingreditur: & maximas agit gratias, mensamq; communem habet cum senioribus, & primoribus aulæ suæ. Non ergo decet hominem fidelem gentium luctus & lachrymas prolixas & perpetuas imitari: quum licet sententia beati mortui qui in domino moriuntur: à modo enim iam dicit spiritus vt requiescant à laboribus suis: quum certò sciant optimam habere repositam gratiam eos, qui cum pietate dormierunt. Iustis enim (vt verbis Ambrosij vtar) mors, quietis est portus, nocentibus naufragium putatur. Insipientes mortem quasi summum malorum reformidant, sapientes quasi requiem post laborem, & finẽ malorum expetunt. Lege Ambrosium lib. de bono mortis. c. 8.

Augu.

Gen. 46.

1. Reg. 16.

1. Mach. 13.

Ambro.

Iusti qui in dño moriũtur nõ mortui sed viui.

Ecclc. 22.

¶ *A modo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis.* Græci addunt, *vai*, idest, sanè. à modo sanè dicit, idest, iubet Spiritus, vel spiritus ille angelicus, vel Spiritus sanctus, qui per angelum reuelabat Ioani hæc mysteria.

Gag. Spiritus nunc pro angelo, nunc pro spiritu sancto nunc pro Deo sumitur.

ria. Potest etiam per spiritum intelligi Deus dicente Paulo: Dominus spiritus est. 2. Corinthios. 2. Et Ioānis. 4. spiritus est Deus. ò quàm fœlices ergo illi, ter̃q; quater̃q; beati, qui de fide, vitaq; probabiles inuenti, hinc meruerunt superas euadere ad auras: regnaq; beatorum summis cum laudib9 ingredi. Quibus dicit spiritus, vt de cætero requiescant à laboribus suis, paceq; perfruatur quiera. Quod propter eos præsertim dicit quidam volunt, qui in vinea Domini laborantes non defecere. Omnibus tamen vniuersaliter pollicetur fœlicitatem: quatenus nouerint vniuersi, quod nõ frustrabuntur mercede sua, quocumquè studio in gloriam Dei laborauerint.

¶ Sed ais, cur in hoc loco additum est, *à modo*, cum semper beati fuerint, qui in Domino mortui sunt? Ante hanc enim diem requiescebant iusti à laboribus. dicamus ergo, *à modo iam dicit spiritus*, siue vt legit Primasius, *ab hinc etiam dicit spiritus*. idest; quoniam Spiritus sanctus dicit & iubet, vt ex hoc tempore requiescant à laboribus suis, idest, à tempore mortis. Vt exponit Ambrosius, Aymo, & Beda, qui etiam affert illud Psalm. 126. Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini. Hinc colliges sanctos in hoc mundo, nunquam cessaturos, nec requiẽ in illis esse quærendã. Quousq; enim labor consumetur, necesse est vt ab opere manus intentionis non dissoluantur. Qui enim dicit: *à modo iam dicit spiritus vt requiescant à laboribus suis*. Ostendit quòd ante nequaquàm debent cessare à laboribus. Sed cum nihil ad laborandũ remanserit, tunc perfectam quietem percipient. Hinc Paul. admonet: bonum autem facientes nõ deficiamus: A tempore enim suo metemus, non deficientes. Hinc Dominus ait: qui autẽ perseuerauerit vsquè in finem hic saluus erit. Matth. 10.

¶ *A modo iam dicit spiritus vt requiescant. &c.* Ad hunc quidem modum legunt, distinguntq; explanatores: verùm aliter in Archetypo est. οἱ ἐν κυρίῳ ἀποθνήσκοντες ἀπάρτι. ναί λέγει τὸ πνεῦμα ἵνα. &c. Qui in Domino moriuntur à modo (siue post hac.) Certè (vel etiam) dicit spiritus, vt requiscant, &c. Vnde nonnulli suspicantur, ab interprete non *iam*, sed *etiam*, scriptum fuisse: quemadmodum, & apud Primasium cernitur, vt superius diximus, iuxta latinam etiam distinctionem. Ab hinc etiam dicit spiritus. Augu. lib. 2. de Ciuitat. cap. 9. vtrumq; ponit. A modo iam etiam dicit spiritus. Augu.

¶ *A modo*, inquit, *iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis*. Cum ergo dederit dilectis suis somnum: ecce hæc est hæreditas Domini. Propter frigus autem piger arare noluit: mendicabit ergo æstate & non dabitur ei, vt Richardus ait. De hac requie sanctorum edisserit in epistola ad Hebræos. cap. 4. Paulus dicens: ingrediemur enim in requiem, qui credidimus, quemadmodum dixit, sicut iurauí in ira mea, si introibunt in requiẽ meam. Et quidem de operibus ac de institutione mundi perfectis. Dixit enim in quodam loco de die septima sic: & requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis. & in isto rursum, si introibunt in requiem meam. Quoniã ergo superest introire quosdam in illam, & ij, quibus prioribus annunciatum est non introierũt propter incredulitatem: iterum terminat diem quemdam, hodie, in Dauid dicen- Pet. ad Pro. 10. Richar. Hebr. 4.

Apoc. 14. Ambro. Aymo. Beda. Psalm. 126. Gala. 6.

cendo:post tantum temporis,sicut su A quiem Dei:vel ex eo colligere pote-
pra dictum est.Hodie si vocem eius ritis, quod in Psalmo iam producto,
audieritis nolite obdurare corda ve- qui post multa secula ab orbe condi-
stra:nam si eis Iesus requiem præsti- to conscriptus est,ait Dominus: si in-
tisset, numquam de alio loqueretur troibunt in requiem meam. Si ergo
post hac die.Ita relinquitur Sabbatis- scriptura habet ingressuros quosdam
mus populo Dei: qui enim ingressus in requiem Dei,Promissio illa nō est
est in requiem eius, etiam ipse requie impleta in veteri populo,oportet er-
uit ab operib⁹ suis,sicut & à suis Deus. go illam in alijs impleri:non enim po
Ac si apertius his verbis diceret Pau- test esse frustra promissio. Nam si Ie-
lus : nos qui perseueramus credere: sus, siue Iosue, quo duce quidam in-
perueniemus ad fœlicem illam rē- gressi sunt Palestinam,præstitisset ve-
quiem æternæ beatitudinis. Quod à B teri populo plenam requiem illorum
contrario sensu probare contendam: duorum locorum, Psalmi videlicet,
certa res est incredulo illi populo Iu- & Geneseos:numquam Spiritus san-
dæorum Iurasse Deum ira commo- ctus alterius postea diei meminisset,
tum, numquam ingressurum in re- nec vnquam monuisset hoc modo.
quiem suam, non solum in requiem Hodie si vocem eius audieritis nolite
Palestinæ terrestris,sed in requiem il obdurare corda vestra,ne vobis con-
lam veram cœlestis Palestinæ, cuius tingat quod veteri populo. Hoc est,
typus erat requies terræ promissę.Sic ne arceamini à promissa requie. Itaq;
enim licet intelligere illum locū Da- relinquitur Sabbatismus populo Dei.
Psa.94. uid.Psal.94. quibus iurauí in ira mea, Ex his,inquam,palàm videmus resta
si introibunt in requiem meam. Si er C re requiem populo Christiano, quæ
go illi non introierunt in requiem do non dum contigit, nec continget in
mini,qui non crediderunt: Ergo qui hac vita,sed post vitam illam, idquè
credunt introibūt in requiem veram fidelibus.qui autem iam dignus effe-
obumbratam in illa. Sed siquis obij- ctus est,vt ingressus sit semel in illam
ciat, iam Deum abinitio mundi re- æternam requiem Dei, requiescet ab
Gene.2. quieuisse:cum Gene.cap.2.dicatur:re- omnibus operibus suis,scilicet, ab o-
quieuit Deus die septima ab omnibus peribus seruilibus, à molestijs atquè
operibus suis : ergo iam requies illa persecutionibus,tentationibus & affli
transijt.Ad hoc facilè dicemus Dei re ctionibus, sicut septima die cessauit
quiem adhuc manere & semper per- Deus ab omni opere externo: sic in
gere,illamq; qua Deus cessauit ab o- D magno Sabbato, & æterna illa re-
mnibus operibus suis, figuram & alle quie,ab omni externo opere,& carna
goriam esse quietis credentium atquè li requiescemus, toti spirituales facti.
iustorum. Sicut fuit quies Palestina, Festinemus igitur ingredi in requiem
in qua populus ille non introiuit pro- illam,dum enim in huius vitæ defer-
pter suam incredulitatem. Aderit e- to peregrinamur,non restitemus, nō
nim dies,quando iustus quiescat à la- respectemus, pergamus semper quo
boribus suis. Quod si apertè videre cœpimus,ne nobis contingat quod ve
cupitis requiem Dei,non totam tran- teri populo:populus ille maxima par
sijsse, sed adhuc restare aliquam re- te itineris perfecta,quum iam esset vi
ci-

cinus terræ promissæ, desponit animum, desperauit posse obtineri terrã, reuerti voluit in Aegyptum. Vnde iratus iurauit Deus, numquam fore, vt ingrederetur terram: & quod iurauit, rebus expleuit. Videamus ne idẽ nos patiamur, similiter peccantes, hoc est, abijcientes fidem & fiduciam de possidenda requie non in Palestina, sed in cœlesti patria. Hæc in sententia vult Diuus Paulus. Quod volens etiam docere Spiritus sanctus scribere iussit Ioãni: à modo iam dicit spiritus, vt requiscant à laboribus suis. Beati profecto qui talem adepturi sunt requiem: nam tunc tuti & securi poterunt dicere: conuertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi, quia eripuit animam meam à morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. Et rursum cantabũt & meritò Deo maximas gratias agentes: anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, conuertere iam (inquiet vnusquisquè illorum) anima mea in requiem tuam. Dum enim in corpore mortis Domino militares, nulla requies erat, tum pro labore certaminis, tum pro periculo exitus adhuc incerti. Hinc excitabat tumultus tentationum, inde succumbẽdi metus grauius solicitabat, nunc in Domino moriens, & in pace in idipsum dormies & requiescens. O nos fœliciores cunctis hominibus etiam in squalido carcere, inter bestias & dentes earum, sub gladio deniquê vitam finientes, quia à modo iam dicit spiritus vt requiscant à laboribus suis, beatiquè prædicantur voce de cœlo dimissa, qui in Christo moriuntur. Fœlicissimi itaquè sunt qui Christum Dominum sequuntur, qui mandatis eius obtemperant. Non enim tantùm sibi credentibus factus est causa salutis, sed credentibus, & sibi obtemperantibus, vt Paul. docet ad Hebræ. 5.

Adamus Gag.

Psal. 114.

Psal. 83.

Hebr. 5.

¶ *Opera enim illorum sequuntur illos.* Opera sequũtur spiritum, sicut calor ignem, vmbra corpus, lux solem, effectus causam: in cuius figuram legim⁹, quòd euntem & redeuntem pulcherrimam Iudith in ciuitatem, parta victoria de immanissimo hoste sucrũ, sequebatur eam pedissequa sua: sic virtutes iustos Dei pulchritudine decoratos, parta victoria de tyrãno, hoc est, diabolo, opera illorum sanctitate plena tanquam pedissequæ sequuntur in morte. Item Gene. cap. 15. ait Dominus Abrahæ: scito quòd peregrinum erit semen tuum in terra non sua, & subijcient eos seruituti, & affligent 400. annis: verumtamen gentem cui seruituri sunt ego iudicabo: & post hæc egredietur cum magna substãtia. Hoc quod impletum scimus in carnali semine Abrahæ, Etiam nunc contingit in spirituali eius semine, idest, in fidelibus & electis. Primò enim, quamuis illis sit promissa terra illa cœlestis, nõ tamen statim illam ingrediuntur possidendam, sed primò aduenæ & peregrini sunt, sequè tales agnoscunt, ac cum peregrino illo aiunt: ego sum aduena & peregrinus apud te, &c. Deinde etiam duræ seruituti & captiuitati subijciuntur ab impijs. Præterea, plerumquè affliguntur ac malè tractantur, vt videre est in Christo, atq; eius Apostolis, cæteriscq; martyribus: hæc autem non vna aut altera die tolerãt, & patiuntur, sed longo tempore: imo non numquã tota vita, quam degunt. Idcirco Dominus apud Ioannem. c. 16. Suos præmonuit atq; multò ante prædixit, vt minimè scandalizarentur. Contra huiusmodi autem mala

quomodo opera dicãtur sequi iustum morientem.

Iudith. 10. Figura.

Gen. 15. Figura.

Ioa. 16.

vana pu

vnam & alteram consolationem habent electi. Prima est, qđ illos vindicabit Dominus. Secunda, quod eggredientur ex terra ista peregrinationis suæ, magna cum lætitia & substantia, ac tantis, talibusq; thesauris quos nec tinea demoliri poterit, nec fures auferre. Opera enim illorum sequuntur illos, vt in hoc loco ait Ioānes. Cōtrà verò reprobi hanc vitam eggredientur miseri, pauperes & mendici, nihil boni inuenientes in manibus suis.

Dubitatio

¶Sed ais: quo nā modo opera studiosa viros iustos præcedere dicūtur? nonne prius est, vel experientia & ratione docente, seminare quā metere? **Eccles 11.** nōne Eccle. c. 11. dicit: Mitte panē tuū super transeūtes aquas, quia post tempora multa inuenies illū? ac si apertiꝰ diceret: projice liberaliter, da ex animo & hilari corde eleemosinam (quę panis nomine intelligitur.) mitte, in- **Explicatur locus.** quā, illā super transeuntes aquas, hoc est, super pauperes, fragiles & miseros, nullāq; habentes solidæ stabilitatis perpetuitatem, sed fluidos, & transeuntes, sicut fluit & transit aqua: mitte illam super transeuntes aquas, hoc est, super peregrinos, nulla habentes certam mansionem, sed incertis sedibus vagantes, de loco transeuntes ad locum, sicut transeunt aquæ. Hos igitur egenos, vagosq; induc in domum tuam, & porrige illis panem, cęteraq; necessaria, quia post tempora multa inuenies illum. Non enim tibi perijt panis liberaliter pauperibus datus: rā à redeunte domino audire merebe- **Math. 25.** ris: euge, serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, intra in gaudium domini tui: à modo iā dicit spiritus, vt requiescas, & gaudio perpetuo immensoq; afficiaris. audies etiam, veni benedicte patris mei, & percipe regnum, esurijt enim & dedisti mihi manducare, &c. Si ergo prius iusti seminant, quàm fructum bonorum operum percipiant, quomodo opera illorum sequuntur illos: imo semper illos antecedunt? Pro huius explicatione notandum est, quod opera sequi iustum nihil aliud est, quàm prius requiri personæ acceptatio, quā eius opera sint grata & accepta Deo. vnde Geneſis. cap. 4. dicitur: respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Vide obsecro ordinem diuinæ approbationis & respectus: prius attendit personam sibi gratam, deinde ope- **Greg 22.** ra. Nequè enim munera innocentis **Moralic. 8** Abel, Deus aspexisset, nisi ipse prius domino placuisset. Quando ergo iusti pleni fide, spe, & charitate, bonisque operibus moriūtur, prius eos do- **Fruit.** minus respicit, & deinde eorum opera studiosa. Ex amicis & sibi gratis omnia maximè placent, ex inimicis verò minimè. **Gallus.**

¶ Opera enim illorum sequuntur illos. Per opera intelligere possumus merita ipsa, quibus ex diuina promissione respondet merces. Vt ex Hieremia clarum, & certum est. Hæc enim operantes rectè sequūtur, quod ex diuina promissione assequantur, quod merentur. Animæ igitur fortī, & operibus, sanctisquè actionibus comitatæ, continget in morte, quod mulieri forti dicitur in Prouerbijs, capite vltimo contigisse: nam tunc Dominus dicet: date illi de fructu manuum suarum: ideſt, date illi quæ manus eius fecerunt, quæ fruit enim lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum: de nocte surrexit, deditquè prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis, manum suam aperuit inopi, & palmas suas

Per opera iustorum, intelligūtur etiam merita.

Prouer. vl.

Exponitur locus.

suas extendit ad pauperem. Non enim anima sancta,& vir pius suæ familiæ solum vtilis est, sed etiã pauperibus & miseris. Quare dignus est vt requiescat à laboribus suis,& quod opera eius omnia comitentur illũ:dignus etiã est,vt laudent eum in portis opera eius:hoc est, vt in illa cœlesti patria in publicis illis sanctorum locis narrentur in eius laudem, opera eius. Quod si fiat,ipsa opera laudabunt eã, magis quàm hominũ sanctorum voces.

Iansenius

¶ Quàm neeessaria ad salutem sint opera, vel ex hoc loco satis constare potest:de quibus dicebat vates ille regius.Psa.89.opera manuũ nostrarum dirige super nos:& opus manuũ nostrarũ dirige:vbi per opera à Deo in eũ dirigenda,omnes studiosas actiones intelligit Dauid : per opus verò manuũ nostrarũ vnã charitatem, omnia enim bona opera nostra (vt author est Augusti.)vnum opus est charitatis.Plenitudo enim legis est charitas.Omnia siquidem vnũ opus sunt: quod ad hoc vnũ dirigantur. Finis enim præcepti charitas est: De corde puro & conscientia bona,& fide non ficta.Opus ergo vnũ est, in quo sunt omnia:fides quæ per dilectionem operatur.Secundũ vniuscuiusq; opera mortui damnabuntur, aut perpetuò à pristinis laboribus requiescent. Vnde idem psalmographus ait:semel locutus est Deus:duo hæc audiui : quia potestas Dei est,& tibi dñe misericordia:& tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua.Semel(inquit),idest,cõstanter,& firmiter:sic Iob.33.Semel loquitur de⁹ & secundo ipsum non repetit.Firmiter ergo affirmauit Deus se esse potẽtissimũ,& misericordem, & in retribuendo vnicuiq; secundũ opera sua iustũ.Fœlix ac nimiũ fœlix est homo iustus,qui timet,reueretur,diligitquè Dñm Deũ suũ,qui in vijs mandatorũ eius studiosè cõuersatur,labores manuũ suarũ,quia mãducabit:quare beatus est&bene illi erit.In illa enim ęterna retributione dabitur ei de fructu manuũ suarũ,hoc est, pro operibus quæ in timore Dñi in carne operatus est:merces illi dabitur æternæ retributionis,inqua,est perpetua requies, ac facietas omniũ bonorũ. Dũ igitur tẽpus habemꝰ,operemur bonũ. Posuit enim Deus hominẽ in paradiso,vt operaretur & custodiret illũ. Quod si in voluptatis paradipso noluit Deus, vt ociaretur homo,quãto minus vult nos ociari in valle plorationis.Quod si nec paradisum terrenũ Deus homini dedit, nisi sub conditione quanto minus cœlum?Duo igitur à nobis exigit. Primò,vt opere quæramus noua. Secundò, vt parta custodiamus. Quod in terra operamur per agriculturam , hoc in nobis ipsis operemur per disciplinam:vt sicut ager obtemperat colenti,sic homo obediat Deo præcipienti:nec satis est operari , nisi & custodiamus. Quia bona prodesse nequeunt,nisi caueantur mala. Perijt enim omne quod agitur nisi in humilitate custodiatur . Operatur qui agit bonũ,quod præcipitur:sed qui, quod operatur,non custodit:cum hoc subrepit quod prohibetur.Vnde oportet semper bona agere, & in ipsis cautos esse,ne si mentem eleuent, bona non sint,quæ non auctori militant, sed elationi.Sic in figura Eleazar elephantũ occidit,sed sub eo perijt . Sunt enim qui & si vitia superant: tamen superbiendo succumbunt. Beati ergo mortui,qui in Domino moriuntur:opera enim illorum sequuntur illos.

Opera necessaria ad salutem Aug.in Ps. 89.

Titil.

Gen.2.c.

Rom.vlt. Galat 5.

Ps.91.

Iob.33

Iansenius Vatablus.

1.Mac.6.c

Bea.

¶ *Beati mortui. &c. à modo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis.* Obserua: sicut enim dominus sex diebus laborauit, & septimo die requieuit à laboribus suis: sic vult, vt sui sex laborent diebus: septimo verò die requiescant. Deus omne opus suum sex diebus complet. Opus enim eius est creare, gubernare, redimere, glorificare. Quodlibet istorum complet non nisi septimo die. De opere creationis certa res est: cum Moyses affirmet apertè, quod opus hoc creationis septimo die compleuerit: eò quod tũc cessauit Deꝰ alia addere, & de nouo creare. Vel sic, cõpleuit, quia benedixit, & sanctificauit. Hoc enim est opus septimi diei benedicere & sanctificare. Sic & opus gubernationis non nisi septimo die complebit. Sex dies, sex ętates mundi sunt, quarũ prima ab Adã vsq; ad diluuium. Hoc die hominem lucidũ fecit. Postea verò in Cain homicida, & Abel iusto diuisit Deus, ac separauit lucẽ à tenebris. Secũda ętas à diluuio vsq; ad Abrahã: quo die posuit firmamentũ, quo diuideret aquas ab aquis: hoc est, interposuit arcã, qua diuisit ac segregauit impios à pijs. Tertia, ab Abraham vsq; ad Moysen. hoc die segregauit pios ab impijs, terrã ab aquis. Quarta, à Moyse vsq; ad captiuitatẽ Babylonicã, hoc die fecit luminaria cœli, prophetas mittendo & illuminãdo. Quinta, à captiuitate vsq; ad Christũ, quo die fecit pisces, & aues, quia tũc Iudęi inter gẽtes, quasi in mari viuere cęperũt, nec habebant stabilẽ locũ quasi aues volantes. Saxta ętas â Christo vsq; ad finẽ mũdi. Hoc die Christus secundus homo natus est, sicut primus sexta die creatus: & sicut sexta die masculus, & fœmina creati sunt: sic sexta ætate apparuit Christus & Ecclesia. Et sicut sexta die homo fuit præpositus omnibus animalibus: deniq; in cibũ accepit omnes herbas terræ: sic sexta ętate Christus super omnia exaltatus, pascit suos spirituali cibo scripturæ & sacramentorũ, &c. Septima autẽ die, hoc est, futuro seculo accedẽte cõplebit deus hoc opus suũ. Hinc colligemus, quod sicut Deus non in sex illis diebus, Sed in septimo tantũ dicitur requieuisse: sic quamdiu sex illæ ætates mundi durant, laborandum nobis est. Illis autem cõpletis & appropinquãte septimo die æternitatis dicet nobis spiritus, vt requiescamꝰ à laboribus nostris. Colligemus secũdo, quod sicut Christus impleuit opera redẽptionis die septimo: tunc enim in sepulchro requieuit: sic sancti dormientes in sepulchris requiescunt à laboribus suis. Sic & glorificatio nostra septimo primũ die complebitur. Sex dies sunt fides, spes, charitas, bona operatio, patientia, perseuerantia. Septima erit tẽpus futuri seculi, in quo plene glorificabimur, ac requiescẽmus. Ecce quemadmodũ septimo die requiescet Dominus ab omni suo opere & nos etiam.

Sicut deus 6. diebꝰ laborauit, & septimo requieuit. sic vult vt sui idem faciant, vt 7. die requiescant,

¶ *Beati mortui qui in domino moriuntur: à modo iam dicit spiritus vt requiescant à laboribus suis: opera enim illorũ sequuntur illos.* His verbis, vt author est Gilebertus, edocemur contemplationis ocium opus habere non laborem. A modo (inquit) iam dicit spiritus. Spiritus hoc dicit: collatæ vtiquè quietis exhibitione ex effectu gratiæ, quomodo & ipse testimonium reddit spiritui nostro. Spiritus hoc dicit, quia spiritus hoc efficit. A modo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis, à laboribus (inquit) non ab operibus. Ope-

Gilberto. His verbis edocemur contemplationis ociũ habere &c. non laborem.

ra enim illorum sequuntur illos. Opera sequũtur spiritum sicut calor ignẽ, vmbra corpus, lux solem, effectus causam (vt superius diximus) qui sabbatizat in spiritu nõ opus habet sectari opera. Opera enim sequũtur illũ. Opera illorũ. Quæ sunt opera illorũ? quæ sunt opera quiescẽtiũ? opera mortuorũ in Christo, consepultorũ cũ Christo. Opera sabbatizantiũ festiua sunt, feriata sunt, ociũ valent opera ista. Festina ingredi in hanc requiem, in hũc sabbatismũ. Sed vide quod non relinquitur sabbatismus, nisi cõsepultis cũ Christo. Nõ relinquitur, nisi post sextam diem, inqua aut vetus homo crucifigitur, aut nouus perficitur. In hoc igitur Sabbato, in hoc ocio sapientiã scribe, ne forte sabbata tua derideant hostes. Scribe illam super latitudinẽ cordis tui. Latum enim est cor, quod curæ non arctant.

¶Et vidi, & ecce nubem candidam, & super nubem sedentem similem filio hominis: habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam, et alius Angelus exiuit de templo clamans voce magna ad sedentem super nubem. Mitte falcem tuam acutam et mete, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terræ, Et misit qui sedebat super nubem falcem suam in terram, et demessuit eam.

Prima expositio.

¶Totum hũc locum aliqui exponũt de primo Christi aduentu in hũc modũ. *Et vidi et ecce nubem candidã, &c.* Nubes candida caro Christi purissima est, quam non obscurauit macula peccati. & quemadmodum sol sedens super nubem candidã, diem quidem nobis efficit, sed non totam claritatem suam nobis ostendit: lucem dat, noctisque tenebras propellit, sed suam formam subtrahit, sic diuinitas in carne tecta, mundi quidem tenebras, ac peccatorum algorem depulit: sed non proinde semetipsam visibiliter nobis ostendit. Deum enim nemo vidit vnquam: sed nec videri potest: qui lucem habitat inaccessibilem. Ioa. 1. 1. Ioa. 4. 1. ad Timo. 6. Agnus ergo ille, qui stabat supra monte Siõ, vt in principio huius capitis vidimus, sedebat modo super nubem candidã, idest, super carnem innocentiæ puritate candidam.

Nubes candida caro Christi efficitur æquaA

Ioa. 1. 1. Ioa. 4. 1. ad Timo. 6.

¶Similis verò dicitur filio hominis. Tum, quod Dei filius in similitudinem hominum factus est, & habitu inuentus est vt homo: tum, quod Ioannes non corporaliter oculis, sed in Spiritu tàm nubis candidæ, quàm filij hominis similitudinem, & imaginem videbat, tum denique, quia similitudine filij hominis visus est ille, qui venit in similitudinem carnis peccati. Ad Romanos. 8. Apparens tanquam vnus ex peccatoribus: nam sic venit & ad baptisma Ioannis, petens eum, vt cum illis qui aderant peccatoribus se quoque baptizaret. Vnde etiam totus intremuit Baptista. Mathæi tertio, Lucæ. 3. Marci. 1. Non ergo simpliciter filius hominis, naturali lege procreatus, sed similis filio hominis: verus tamen homo ex anima rationali, & humana carne subsistens.

Quare Christus dicitur similis filio hominis.

B

Roma. 8.

Math. 3. Luc 3. Marci. 1.

¶Coronam verò auream habere dicitur. Tum, quod ipse sit rex Regum, & Dominus dominantium. Tum etiam quod summus sacerdos, cuius imaginem gerebat Aaron, de quo Ecclesiasti. quadragesimo quinto dicitur: corona aurea super mytram eius, expressa signo sanctitatis, gloria honoris, & opus virtutis. Id quod de lamina sacrosancta intelligitur, in qua scriptum erat ineffa-

quare christus dicitur habere coronam auream.

Eccle. 45.

C

D

ineffabile nomen Domini tetragram A mâton,hoc eſt,quatuor literarum.

verbũ dei vocatur tale.

¶Porrò falcem quoquè habebat, & hanc acutam,quod non aliud eſt, quàm id quod Paulus per gladium intelligit,ideſt,verbum Dei,quod ad manum habuit Chriſtus, prædicans regnum Dei,& acuens eius aciem ad uerſus ſcribas,& phariſęos.

¶*Per alium verò angelum*,Ioannem Baptiſtam intelligunt,qui præmiſſus eſt à Deo patre vt præpararet viam Chriſti,vt ipſemet pater teſtatur Ma B

Malach. Matth.11. Ioãnes Baptiſta Angelus. lachiæ.3.& Mathæi.11. Hic ergo alius Angelus,hoc eſt,alius nuncius, qui fuit miſſus à Deo, exiſſe de templo duplici ratione creditur.Primò, quia in templo per Angelum eſt patri Zachariæ promiſſus. Lucæ.1. Secundò quia patrem ſacerdotem habuit, qui ad templum pertinebat, & qui tunc quoquè miniſter eſſet templi: imo qui ſecundum legem patri ſacerdoti ſacerdos filius ſuccedere debebat:ſed ipſe exiuit de templo illo,ſcilicet,veteri,& fugit in deſertum,vt noui inſtitutorem annũciaret. hic ergo eſt qui Chriſto dicit.

Luc.1.

¶*Mitte falcem tuam acutam, & mete,quia venit tibi hora vt metas.* Porrò cum eſſet in vinculis mittens duos de diſcipulis ſuis ait illi:tu es qui venturus es,analium expectamus? Mathæ. vndecimo,ac ſi apertius diceret:nulli dubium eſſe debet,quintuſis ille Meſ D

Matth.11. ſias promiſſus, vt ego aliàs teſtatus ſum.Quod ſi mitto duos ex diſcipulis meis,ea eſt cauſa,vt te prodas.Age ergo prodi, nunc nunc oſtende te mundo.

¶*Mitte falcem tuam acutam.* Ideſt, prædicationem tuam exerce inter Iudæos:& mete,ideſt,ſepara eos à carnali legis ſenſu,imbuẽs eos ſpirituali.

¶*Quia venit tibi hora vt metas.* Siue vt alij codices habent vt metatur. Me oportet minui,te autem creſcere, iam ego delibor, tu autem ſuperſtes eris donec hora tua impleatur.Iam vides quod præparata ſunt corda hominum,vt ſuſcipiant te.

¶*Aruit meſsis terra.* Ita vt per ſe cupiat falce tuæ prædicationis prẽacuta demeti,maturitate propemodum in ariditatẽ verſa, leua oculos tuos,& videbis regiones,quia albæ ſunt iam ad meſſem,atq; ita feciſſe dominum, vt Ioãnes aiebat certa res eſt.

¶*Miſit enim falcem ſuam in terram, & demeſſa eſt terra.* Vnde Marci.1.dicitur:poſtquã autem traditus eſt Ioãnes venit Ieſus in Galilæam prædicãs euangelium regni Dei, &c. Sic ergo qui ſedebat ſuper nubem,miſit ſuam falcem in terram,vt meteret diuidendo mortalium corda à terrenis affectibus. Primitiæ meſſis illius fuerunt C Apoſtoli, qui poſtmodum ex meſſe meſſores facti ſunt.Meſſis, tota multitudo credentium fuit, longo ordine ſuccedens tàm ex Iudęis quàm ex gẽtibus.

Marci.1.

Ruper. Abb. Colle.

¶*Et vidi,& ecce nubem candidã,& ſuper nubem ſedentem ſimilem filio hominis,habentẽ in capite ſuo coronã auream, & in manu ſua falcem acutam.*

¶Secũdus huius loci ſenſus eſt præcedenti ſimplicior,vt poſt requiẽ iuſtorum,velit Ioãnes ſignificare venturum filium hominis ad iudicium. Vidit ergo illum in nube venientem. Hoc quidem eſt,quod alius Euangeliſta ait: tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum poteſtate magna, & maieſtate. Sicut enim in die aſcenſionis nubes lucida ſuſcepit Chriſtum ſeruatorem ab oculis diſcipulorum, &

2. expoſitio. planior pro iudicio.

Luc.21.

Chriſtus vẽturus ad iudicãdũ ſedens ſuper nubẽ cãdidam.

aſcendit ſuper eam in cœlum: ſic ven turus eſt ſuper nubem candidam ſedens ad iudicandum mortales. Vnde hinc eſt quod duo angeli, aſcendente domino dixerunt Apoſtolis: viri Galilæi, quid hic ſtatis aſpicientes in cœlum, hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum. Sicut enim in nube eaquè lucida aſſumptus eſt in cœlum, vnde aſcendẽti nubes non obſtitit, quin aſpectabilis videretur: & ita eum venturum, quo modo erat aſſumptus Angeli teſtati ſunt: ſic eum in nube lucida & candida venientem vidit Ioãnes, & videbunt iuſti.

Act. 1.

¶ Vnde obſerua, quod Euangeliſta ait: venturum filium hominis in nubibus cœli: atquè hoc quidem affirmat Daniel. c. 7. Et ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat. Hoc autem in loco ſedentem ſuper nubẽ candidam affirmat Ioãnes filium hominis eſſe venturum, vt hinc intelligamus, quod iuſtis & pijs veniet mãſuetudine, & miſericordia plenus. Veniet enim in nube candida, hoc eſt, cum poteſtate candore miſericordiæ plena. At impijs & ſceleratis hominibus veniet obuolutus nubibus, vt oſtendat iram & rigorem erga illos. Sed de hoc alias diximus.

Dan 7.

Quare dicatur chriſtus venire ſuper nubẽ cãdidã hic & alibi dicatur venire in nubibus.

¶ Præterea, ſedentem eum vidit Ioãnes: quippè qui ad iudicium veniret. Stare enim Chriſtus dicitur interpellans, vel promptus, paratuſquè ad auxilium præſtandum, vt in principio huius capitis ſignificauit Ioãnes dicens: ecce agnus ſtabat ſuper mõtem Sion: ſedere autem dicitur iudicans. Sedent enim iudices pro tribunali cũ iudicare volunt. Vnde Chriſtus diſcipulis ſuis ait apud Mathæum. 19. Cum venerit filius hominis ſedebitis & vos, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et Dauid ait: quoniam illic ſederunt ſedes in iudicio ſedes ſuper domum Dauid. Pſalmo. 121. ſederunt enim in Eccleſia catholica Apoſtoli, qui aliàs ſedes Dei dicuntur: ſederunt (inquam) ad iudicandum. Sic Chriſtus Dominus ſedebit in iudicio ad iudicãdum, non ſolum domum Dauid, ſed omnes exteras nationes.

Sedet chriſtus quia ad iudicandũ venit, ſtat, quia paratus eſt ad auxiliũ nobis præſtãdum.

Pſa. 121.

Matth. 19.

¶ Vidit igitur eum ſedentem, & habentem in capite ſuo coronam auream. Per quã (vt ſuperius diximus) regia Chriſti dignitas, & authoritas deſignatur. *& in manu eius falcẽ acutã.* Per quam iudiciaria ſignificatur poteſtas, & iudicialis, ſcilicet, dirimẽdi ſententia, quæ nullatenus, euitatur. Intra ipſam quippè ſumus, quolibet fugere conemur. Infalce enim quicquid includitur, intus cadit. Vnde Dauid: ſi aſcendero in cœlum, tu illic es, ſi deſcẽdero in infernum ades, & c. Pſalm. 47. Quia nec ab oriente, nequè ab occidente, quoniam Deus iudex eſt, non eſt locus in quo poſſim liberari à iudicio Domini. Poteſt etiam intelligi, filium hominis habere coronam auream ad præmiandum bonos, falcem in manu ad perdendum impios.

Corona aurea regia Chriſti dignitas.

Falx. iudicialis chriſti poteſtas & ſentẽtia Gag. Beda.

Pſa 131.

Pſa. 47.

Gag.

¶ *Et alius angelus exiuit de templo clamans voce magna ad ſedentem ſuper nubem: mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora, vt metatur: quoniam aruit meſsis terræ. &c.* Per alium Angelum, angelicas innuit poteſtates, de templo Eccleſiæ triumphãtis exiiſſe obuiam Chriſto ſuper nubem ſedenti. *& voce magna.* i. ardẽti deſiderio ad eũ clamaſſe, *mitte falcem.* i. exere iudiciũ. Falx. n. iudiciariã poteſtatem ſignificat: nã ſicut falce omnem meſſor amputat ſegetem bonam, ac malam, vnà ſcilicet, cum

Quare falax ſignificet iudiciariam poteſtatem.

cum tritico zizaniam, vt post modũ triticum in horreum, zizaniam foràs mittat. Ita Angelorum ministerio, tãquàm falce omnes succidet ante generalem resurrectionem bonos & malos Christus. Mitte ergo (inquit) falcẽ quia venit hora vt metatur. ideſt, vt iudicium exeratur: quoniã aruit messis terræ. Cum enim plenitudine gentium ingressa saluus erit Israel, factum què fuerit vnum ouile, & vnus pastor: Iudæorum, scilicet, & gentium: aruisse terra dicitur, ideſt, ad perfectã bonorum maturitatem peruenisse. Quia complecto electorum numero, nullum amplius de nouo fructum faciet. Sancti ergo angeli, & beati, ad consummationem suæ beatitudinis, studijs omnibus accelerationem iudicij expetunt. Vnde ad eorum preces misit Christus falcem suam in terrã: & messuit eam, per mortem omnes succidendo, & bonos purumquè triticum in æterni patris horrea collocando: malos autem & zizaniam in barathrum, vbi perpetuò ardeant, præcipitando.

A quia culmen sanctæ Ecclesiæ etiã cælesti conuersatione constitutæ, apice suæ dignitatis transcendit. Hic ergo Angelus habet etiam falcem acutam: quia cum Christo exercebit iudiciariam potestatem. Math. 19. ita Richardus. Math. 19. Richar.

¶ Sed omissa interpretationum varietate, magis arridet Gagnei interpretatio, quæ scripturæ sacræ est conformior, vt per hunc angelum intelligat Ioãnes Angelorum cætum, quorum ministerio in iudicio vsurus est Christus: nam cum ille apud Mathæ. cap. 13. in parabola zizaniarum testetur, quod messis est consummatio seculi, messores autem sunt angeli, & quod mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & mittent in caminum ignis: rectius per hunc Angelum falcem habentem in manu cætus ille angelorum videtur intelligendus, ad peragẽdum Christi iussu, & imperio iudicium paratus: vnde & iudiciariã falcem habere in manu dicitur, ideſt, paratam, hæc Gag. 2 sensus simplicior. Hic angelus cætum angelorũ repræsentat. Math. 13. Gag.

1. sensus. *¶ Et alius angelus exiuit de templo, quod est in cœlo, habens & ipse falcem acutam.* Hic locus varie à Doctoribus interpretatur. Quidam per hunc Angelum Christum Dominum intelligunt, qui in primo aduentu federat super nubem candidam, & venerat missus à patre ad metendum falce prædicationis fructum messis suæ. Modò verò mittitur in secundo aduentu de templo cælesti cum potestate magna, & maiestate ad iudicandum viuos & mortuos. Alij verò hunc locum intelligũt de cætu Apostolorum qui est Angelus propter prædicationem. Alius verò à Christo secundum dignitatem, qui & ipse de templo exijt,

Christus hic angelus *Colle. Beda.* *2. sensus. Cætus Apostolorũ vocatur angelus.*

¶ Vnde obserua, quod duplex tũc erit messis, altera iustorum, qui metẽtur, vt in horreum mittantur cœleste. His iustis & electis accommodari potest quod Dominus apud Esaiam ait: cap. 18. Ego quiescam, & considerabo in loco meo, sicut meridiana lux clara est, & sicut nubes roris in die messis. Quiescit & contemplatur Dominus in loco suo, hoc est, in Ecclesia sua. Contemplatur autem ea quę fiũt in Ecclesia. Et sicut meridiana lux clara est, ita vniuersa perlustrat: iuxta illud quod. DD. Psa. 18. Secundum anagogem dicit: nequè est qui se abscondat à calore eius. Et quomodo nubes roris in die messis, & in feruenti ęsta- Messis iustorũ qualis. Esa. 18. D. Hiero. glossa. Psa. 18.

te gratissima est: sic Dominus habitatores Ecclesiæ suæ refrigerat: quo præsente cuncta floreſcunt. Et quãdo tempus amputationis aduenerit, multi perfecti reperientur qui metantur.

Ioel. 3. Exponitur locus ubi ſis impiorum quæ futura ſit.

Altera messis erit impiorum, de qua impræsentiarum agit. D. Ioannes, & Ioel c. 3. dicens: consurgant & ascendant gentes (scilicet de supulchris suis resurgendo) in vallem Iosaphat (iuxta quem locum sunt iudicandi) quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gẽtes (quæ scilicet præuaricatæ sunt leges meas) mittite falces (ô vos Angeli qui estis executores diuinæ iustitiæ & messores mei) quoniam maturauit messis, ideſt, quoniam venit tempus reddendi præmia & pœnas pro meritis. Venite & descendite (ô Angeli mecum ad iudicium) quia plenum est torcular, exuberant torcularia: quia multiplicata est malitia eorũ populi populi in valle cõcisionis (congregamini ad damnationem vestram) quia iuxta est dies Domini (dies vindictæ) in valle concisionis. quæ omnia in anteceden tibus, & sequentibus docet hoc loco diuus Ioãnes.

¶Et alius Angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem super ignem. & clamauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam, dicens: mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ sunt vuæ eius.

1 sensus. Elias vocatur angelus hic secũdũ aliquos. Mala. 3.

¶Etiam hic locus varie à doctoribus exponitur. Primus sensus est, vt per hũc Angelum Elyas intelligatur de quo apud Malachiam. cap. 3. Dominus ait: Ecce ego mittam vobis Elyã antequam veniat dies Domini. vt enim primum Christi aduentum præcessit Ioãnes Baptista: sic secundũ præcedet Elias: de quo hic dicitur quod exiuit de altari, & quod potestatem habebat super ignem, hæc duo insignia peculiariter habuisse Eliam docet nos Spiritus sanctus. 3. Regum. 18. Vbi ad preces Eliæ cecidit ignis Domini, & deuorauit holocaustum impositũ super altare, & ligna, & lapides pulue rem quoquè, & aquam, quę erat in aquæductu lambens. Idem duos quinquagenarios principes cum suis exercitibus igne prolicito de cœlis exusit. 4. Regum. 1. Idem per turbinem igneo curru raptus est in sublime. 4. Regum. 2. Tot argumentis probatur per hunc Angelũ Eliam significari. Qui clamauit, ideſt, clamabit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam, ideſt, potestatem iudiciariam. Præcursus est enim Elias secundum domini aduentum, & prædicaturus omnibus in magna constantia, & conuersurus corda suæ gentis ad Christum. Quando omnis Israel saluus erit, & post hoc iudicium. Quod si huic expositioni obijcias. Si duo illi testes de quibus diximus cap. vndecimo quos Antichristus occisurus est, sunt Enoch, & Elias: vt communiter putatur, quomodo Elias Domini aduentum præcurret? quomodo clamabit mitte falcem tuam acutam? Respondetur consequenter, quod postquam occisi fuerint, exactis tribus diebus, & dimidio resurgent, & ad conspectum aduersariorum rapientur in cœlum, à quo postea redibunt, vt iuxta voluntatem domini faciant omnia ad quæ mittentur. Deo namquè omnia possibilia sunt. Cõsa.

2 Reg. 18.

4 Reg. 1. 4 Reg. 2.

2 sen. Secũdũ alios per angelũ iste significatur Moyses Math. 17.

Alij autem inter quos Rupertus est, per Angelum intelligũt Moysen. Iste nimirum clamabit: imo semper clamat & accusat in scripturis suis botros amarissimos, scilicet Iudæos, qui dominum totius vineæ aceto mixto

cum

cum felle potauerant. Vnde quoties A
Deut.32. canitur illud Deuteronomij.32. De vinea Sodomorum, vinea eorum, &c. Clamat & accusat vineam malo suo vindemiandam. insignia etiam eius sunt altare & ignis, quia tabernaculũ, & altare, & sancta sanctorum primus idem Moyses Iudæis fecerat, & in illo altari: sic super ignem potestatem
Leuit.9. habebat, vt eo inuocante ignis à Domino super holocausta descenderet.

¶Sed iam ad tertium & magis literalem sensum huius loci accedamus. B

¶Pro huius ergo loci explicatione
3. sensus magis literalis. notandũ est, quod in cœlo templum posuit ad similitudinem eius, quod erat in Hierusalem, vt iam vidimus. c.
Supra c. 7. 7. & in hoc c. in eadem ergo metapho ra permanens, ponit in eo altare cum ait: & alius Angelus exiuit de altari. supra. cap. 8. Posuit altare Thimiamatis dicens: vt daret de orationibus sancto rum super altare aureum, quod est ante thronum. & quoniã nunc altare dicitur, ne addit aliquid vnde altare Thimiamatis esse intelligamus, vt fecit. c. octauo: Altare holocaustorum significari arbitror. Quod semper intelligi solet in sacra scriptura cum absolutè ponitur altare. Super altare holocaustorum ignis erat quo incendebantur holocausta, & partes victimarum. Porrò holocausta & victimę significant oblationem, & sacrificium sanctorum martyrum, quorum cor- D
pora Deo immolabantur in odorem suauitatis: ignis huius altaris ardentissima eorũ est charitas. Rursum, quemadmodum dæmones non omnia hominibus peccata inferunt, sed alius ad superbiam, alius ad gulam, alius ad fornichationem incitant: sicut scribit
Cassianus Cassianus Collat. 7. c. 17. Ita putãdum est sanctos Angelos, huhc ad hanc, illum ad illam virtutem excitare. Vnde & Origenes, Homil. 13. in Ezechielem, Angelum pœnitentiæ commemorat qui docet pœnitentiam. Angelus ergo qui habet potestatem super ignem Angelus magnus est: cui commissum est, vt Martyres in certamine adiuuet, & confortet ignemq; eorum accendat, quantum potest. Atq; ideò potestatem habet super ignem: quia illi iste ignis commissus est: & ipse suis consilijs ac precibus eum quasi flatu quodã excitat & auget. De hoc Angelo fortasse dictum est illud, Psa. 33. Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos, vbi, immittet, significat castra ponet. Vnde alij vertunt castra figit Angelus Domini circum eos qui ipsum timent, & eripit eos. Hic etiam videtur Angelus ille, de quo Dan. cap. 3. Angelus domini descendit cum Azaria, & cum socijs eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace. Ergo quoniam sancti martyres supplitium malorum optant: euersionemquè regni peccati: vt. c. 6. Copiosius explicatum est: vbi ipsi clamant: vsquequo dñe sanctus & verus, non iudicas, & vindicas, sanguinem nostrum de hijs qui habitant in terra: Angelus qui eos ad martyriũ hortatus est, & adiuuit: exit de altari, ideſt, de loco illo in quo sunt sancti martyres, qui vt victimæ Deo oblati sunt, & pro illis clamat, vt mali puniantur, & finiantur. Itaquè non de igne nunc absolutè sermo est, sed de igne altaris: & cum figuratè accipiatur altare, necesse est & ignem figuratè accipi.

Origenes pagina 218 col. 1. h.

Psa. 33.

Dan. 3.

Possumus etiam & aliter exponere: vt & altare hoc sit locus ac requies beatorum martyrum. De quõ. c. 7. dictum est: vidi subtus altare animas

im-

interfectorum propter verbum Dei. Vt quomodo corpora eorum ſubtus altare quieſcunt in terra, ita metaphoricè, idem nomen habet locus in quo quieſcunt in cœlo. De quo c. 6. latius diximus. De illo ergo exijt Angelus quaſi legatus martyrum, vt iam diximus, ſed poteſtatem habet ſuper ignem, quia illi commiſſum eſt, vt igne conflagrationis in fine mundi, impij exurantur, & omnia illorum corpora & voluptates incinerem conuertantur. De quo ſcriptum eſt, Pſalmo. 96. Ignis ante ipſum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius.

¶ Beda quidem intelligere videtur hunc Angelum præeſſe cruciatibus ignis, ita vt de inferorum igne hoc accipiamus. Duplex eſt (inquit Beda) Angelorum officium, vt Hieronymus ait: aliorum qui præmia iuſtis tribuãt: aliorum qui ſingulis præſint cruciatibus. Sicut dicitur qui facit Angelos ſuos ſpiritus: & miniſtros ſuos ignẽ vrentem. Locus Hierony. eſt in. c. 7. Dani. In illa verba milia milium miniſtrabant ei. Vbi verba à Beda citata legimus, nec plura, nec pauciora. Sed Hieronymo omnino de ſanctis Angelis loqui videtur. Nam & ſi ad finem libri noni in Ezech. dicat: neque enim boni, ſed mali Angeli tormentis præpoſiti ſunt, &c. Verùm aliud eſt tormentis præponi, vt per alios exerceri iubeant ad exequendam iuſtitiã Dei, quod eſt bonorum angelorum: aliud eſt præponi: vt tormenta exerceant: quod eſt malorũ. & ita ſunt hæc duo loca Hieronymi concilianda. Vt ex præcedentibus colligi poteſt. Verùm ſi ignem propriè accipere velimus, quod nunquàm abſurdè fiet: hoc etiã modo probabiliſſime exponemus, dictum eſſe Angelum habere poteſtatem ſuper ignem, quia damnatos in ignem mittet. Sicut dominus ait Math. 13. colligite primùm zizania, & alligate eam in faſciculos ad comburendũ: triticum autem congregate in horreum meum. Quod poſtea ita exponit. Mittet filius hominis angelos ſuos & colligent de regno eius omnia ſcãdala: & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. & paulo poſt in alia parabola ſic ait: in conſumatione ſæculi exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorũ, & mittent eos in caminum ignis. Atquè hoc eſt, vt arbitror quod ſentit Beda. ¶ Sed quoniam ſemper Dominus de multis Angelis loquitur, Ioãnes autem de vno, probabiliter dicere poſſumus Angelum de quo hîc loquitur eſſe Michaelem, qui vt princeps eorum qui mittuntur ad nos, per miſſores Angelos, de quibus Dominus loquitur: dãnatos mittet in caminum ignis. & quamuis in hoc ſupplitio malorum. D. Ioan. ignis non meminerit, quia tamen alias meminiſſe ſolet: & certum eſt eos in ignem eſſe mittendos: non eſt mirum ignem ita vt diximus accepiſſe.

¶ *Et vindemia botros vineæ terræ.* Si iã demeſſa erat terra, ideſt, homines morte conſumpti erant, quomodo nũc vindemiare debet botros vineę? Huic quæſtioni rectè ſatisfacere videtur Ambro. his verbis: videtur itaquè mihi per meſſem terræ electos, per botros autẽ exquibus vinum oritur, quod mentes hominum alienat, reprobos eſſe deſignatos. Iſta eſt meſsis de qua Dominus in Euangelio: in tẽpore meſſis dicam meſſoribus colligite primùm zizania & ligate eam faciſculis ad comburendum: triticum autem recondite in horreis meis, vt

Ma-

Pſal. 96.

4. ſenſus.

Beda.

Pſa. 102.

Hiero. Dan. 7.

Hiero.

Ambro.

Math. 13.

Mathe.13. Math.narrat.cap.13. qui enim illic per triticum, ipſi in hoc loco per meſſem deſignantur. & qui illic per zizania, ipſi in hoc loco per botros vineæ terræ figurantur. Siquis autem quærat quid actum eſt de botris vineæ, & quid de meſſe terræ. Reſpondet Ambro. paulo ante: & primus (inquit) meſſem terræ, ſecundo verò botros vineę, præcidiſſe dictus eſt: ſed primus quo loco meſſem terræ poſuerit non dicitur: ſecundus verò botros vineæ terræ in lacum iræ Dei magnum miſiſſe dictus eſt. Hæc Ambro. ſententia vera eſt, & Ioelis.3 abunde confirmatur verbis Ioelis. c. 3. Ad quæ Ioa. alluſiſſe dicimus. Mittite falces quoniam maturauit meſsis, venite & deſcendite quia plenum eſt torcular: exuberant torcularia, quia multiplicata eſt malitia illorum. Vbi propheta & meſſem poſuit, & torcularia, ſed de meſſe nihil mali dicit, de torcularibus autem ait: quia multiplicata eſt malitia eorum. Vt in illis ſe pœnas malorum ſignificaſſe doceat. Præterea, meſſis in bonum ſemper accipi ſolet: & triticũ electos deſignat. Vt Math.3. & congregabit triticum in Mat.3.& 13. horreum ſuum. Et.c.13. Triticum autem congregate in horreum meum. Calcatio autem vuarum in torculari, pœnam ſignificat, & vltionem qua Deus malos præmit: quemadmodũ Thre.1.f. vuæ prælo præmuntur. Vt Threno. cap.1. Torcular calcauit dominus virgini filiæ Iuda, & Eſaię.c.63. Torcular Eſa.63. calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea, & aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea. Et Apoca. 19. de eodem Infra.19. iudicio, & ipſe reget eos in virga ferrea: & ipſe calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. Et hoc ipſum A eſt quod hîc legimus, & miſit in lacum iræ Dei magnum, & calcatus eſt lacus. Lacum irę Dei vocat, quia vuę calcandæ erant in eo, & ira Dei oſtendenda, ideſt, ibi impij torquendi erãt. Ita etiam Aretas, & alij.

¶ Sed his alijsquè interpretationibus ommiſſis quintus ſenſus adductus à Gagneio mihi non minus placet. & *alius*, inquit, *angelus exiuit de altari templi*, cum ſuperius templum, B cœlum: altare, Chriſtum eſſe dixerimus: alius Angelus viſus eſt Ioãni de altari exiens, ideſt, à Chriſto vero altari, in quo ſacrificia Eccleſiæ offerun tur, miſſus quidem Angelus habebat poteſtatem ſupra ignem. Ignem, ſcilicet, cõflagrationis, quia angelico ministerio ignis conflagrationis per terrã, & aerem effundetur. & clamauit ad Angelum falcem habentem. Mitte falcem tuam acutam, ideſt, exere iudiC tiariam poteſtatem, & vindemia botros vineæ terrę, ideſt, amputa malos & impios, qui per botros terreſtris, & carnalis vineæ intelliguntur: electi enim boni ſunt vineæ Dei: reprobi botri vineæ terræ: vindemia ergo vineę terreſtris botros, quoniam maturę ſunt vuę eius, ideſt, conſummatę iniquitates Amorrhęorum. maturę nempe dicũtur vineæ reproborum, quando vſquè ad completam maliD tiam, & profundum malorum peruenerunt.

Hęc eſt falx de qua dicebat Zachãrias Propheta. cap.5. & conuerſus ſum & leuaui oculos meos, & vidi falcem volantem (vt.70. tranſtulerunt) & dixit ad me: quid tu vides? & dixi: ego video falcem volantem: & dixit ad me: hæc eſt maledictio quę egreditur ſuper faciem omnis terrę. Quem locum explicat D. Hieronymus ex

5. Senſus

Zacha.5.

D. Hiero.

lo-

loco isto Diui Ioannis quem impræ sentiarum explicamus.& addit: pro falce,in Deuterono.32.Sagittas & gladiũ legimus: inebriabo sagittas meas sanguine , & gladius meus deuorabit carnes. Et quia Deus Angelis peccãtibus non pepercit, qui proprio vitio habitaculum perdidere cœleste:ideo ipse dicit per Esa.34. Inebriatus est gladius meus in cœlo. Gladio enim interibũt omnes peccatores populi. Non vtiquè gladio corporali:si quidem multæ,& diuersæ præter gladium,ad mortem viæ sunt,sed gladio spirituali,quo percutiendi sunt , qui non egerunt pœnitentiam, & quibus comminatur Psalmista proclamans: nisi conuertamini,gladium suum bibrabit:arcum suum tetendit, & parauit illum:& in ipso parauit vasa mortis.Psalmo.7.Et in Hieremia.c.47. legimus:vsquèquo secabis mucro , vel gladius domini? vsquè quo non quiesces? cõuertere in vaginam tuam. Iste gladius non solũ falx appellatur, quæ fœnum,stipulam, spinamq; succidit: sed & securis arborum dicitur : quæ succidet qui non fecerint fructus dignos pœnitentiæ, & de quibus Ioãnes Baptista proclamat:ecce securis ad radices arborũ posita est: omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur,& in ignem mittetur Mathæi. 3. Hæc falx quæ cunctorum delicta succidit,mittitur in vineam Sodomorum. De qua scriptum est Deuteronomij.cap.32.Inimici nostri insipientes: ex vinea enim Sodomorum vinea eorum , & propago eorum de Gomorrhis,vua eorum , vua fellis & botrus amaritudinis eis , furor draconum,vinum eorum , & furor aspidis insanabilis. De hac ergo falce ait Angelus noster: mitte falcem tuã acutissimam, & mete vineam tuam: quoniam maturæ sunt vuæ eius.Hæc Hieronymus.

Deuto.32. Esai.34. Psal.7. Hiere.47. Math.3. Deuter.32.

¶ Et misit Angelus falcem suam in terram , & vindemiauit terram vineam: & misit in lacum iræ Dei magnum. Siue Angelus iste sit Christus Dominus,siue cœtus(vt diximus) Angelorum,siue princeps aliquis Angelorum , Angelus iste misit falcem suam acutam,idest,exercuit potestatem iudiciariam , & vindemiauit vineam terræ auferendo de terra malignos,& impios. falx ergo in manu Christi iudicium est,quod dedit pater in manibus suis , vt ipse testatur Ioannis capite quinto. Quare autem per falcem iudicium designetur, iam superius dixi:falx nempe quicquid incidit,intra se colligit. Sic examen iudicij colligit omnes,quos cædit. Vtitur autem verbo vindemiationis: nã vindemiare est vuas è vitibus palmaribusquè colligere : vt est illud Plinij,ipse vindemias colligo:& si tamen colligere est nonnumquam decerpere vuam . Et quia in vindemijs non solum colliguntur,sed etiam exprimuntur vuæ,aptè de lacu meminit . Est enim lacus,vas in quo mustum defluit,& ad excipiendam vindemiam factum , quo metaphoricè infernus significatur. Hoc loco Græcum verbum, ληνὸς, torcular significat.Lacus ergo iste siue torcular idcirco iræ Dei dicitur , quod vltio diuina secundum iustitiæ rigorem in reprobis fiat:qui & magnus dicitur: ob capacitatem . De quo Esaiæ capite quinto dicitur:dilatauit infernus animam suam , & aperuit os suum absquè vllo termino,& descendent fortes

Falx in manu Christi iudicium est quod dedit pater in manu sua

Ioan.5. Plinij Esai.5.

Celius Gagnæ.

tes eius,& populus eius, & sublimes, A glorioſiq; ad eum. Quo loco eſt proſopopœia. Non enim infernus animal eſt, vt quidam arbitrati ſunt: proinde nec animā habet, aut os, ſed per fictionem hæc ei tribuit propheta, vt ſic vitia eius exprimeret,& multitudinem dānatorum eius,& ipſius inferni capacitatem. Vnde & ſi nomen, infernus, multipliciter in ſcriptura accipiatur, Hoc tamen loco accipit D. Hierony. pro loco damnatorum: quemadmodum hoc noſtro textu, lacus iræ Dei B magnus, pro eodem accipitur, inquē deſcendent fortes,& ſublimes, atquè glorioſi, in quo incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi ſublimiū deprimentur, hoc eſt, ſine diſcrimine omnes tàm nobiles quàm plebeij, per viros,& homines ſignificati, Deum ignorantes,& voluptatibus ſeculi dediti, in infernum detrudentur,& damnabuntur perpetuò. lacus ergo infernus eſt obſuā profunditatem, qui magnus, obſuam capacitatem dicitur: de quo apud Ezechie. multa ſcribuntur.

Adamus.

¶ *Et calcatus eſt lacus extra ciuitatem,& exiuit ſanguis de lacu, vſque ad frænos equorū, per ſtadia mille ſexcēta.* Hic locus obſcurus quidè eſt & variè à doctoribus exponitur. Imprimis no tandū, qđ ſanguinem vocat muſtū ex vuis expreſſum: quia ſimile ſanguini eſt. Etenim cum de vinea & botris loquat̄, ſanguinē vuæ, ſiue botrorū intel D ligit. Ita enim appellari ſolet in ſacra ſcriptura: vt Deut. 31. Et ſanguinē vuæ biberet meraciſſimū. Gene. 49. Lauabit in vino ſtolā ſuā, & ſanguine vuæ palliū ſuū. Quare qui ſanguinē hominū eſſe putant obliti videntur metaphora Apoſtoli. Per hoc quod nunc dicit, illud ſignificare voluit, quod eſt apud Ioelem: plenum eſt torcular, exuberant torcularia: quia multiplicata eſt malitia eorum, ideſt, plures eſſe dānandos. Sed Ioan. hoc loco id multo magis expreſſit, dum dicit tantū ex illa calcatione muſtum effluxiſſe, vt non ſolum lacus fuerit ad ſummū vſquè plenus ſed etiam in proximā terram redundauerit vſq; ad ſtadia mille ſexcenta. Atq; ita redundauerit, vt per tota illa ſtadia nemo iter facere poſſit, niſi eques: & quod vſquè ad ipſos frænos equorum muſtum peruenerit. Significat ergo magnam quandam,& inſolitam innundātiam, ideſt, maxima, & inaudita ſupplicia malorum. Sed cur hac metaphora potius quàm alia vſus fuerit: & qui in equis, qui in frænis intelligantur: deinde cur mille ſexcenta ſtadia ſignata fuerint, nec plura, nec pauciora, difficilimum eſt explicare.

Sanguis vocatur muſtum in ſacra ſcriptura.

Deu. 31. Gen. 49.

Ioel. 3. c.

¶ Pleriq; per frēnos equorū, recto res populorum intelligunt: quæ inter C prętatio eſt Victorini. Et poſtea Tichonio placuit Ho. 11. & alijs. Rectores autē populorū dęmones eſſe volunt Beda,& gloſſa,& Anſel. exijt, inquit Beda, ſanguis de lacu vſq; ad frænos equorū. i. exijt vltio vſq; ad rectores populorū. Vſq; n. ad diabolū,& eius angelos nouiſſimo certamine exijt vltio ſanguinis ſanctorū effuſi. Sicut ſcriptum eſt: in ſanguine peccaſti,& ſanguis te proſequitur.

Prima expoſitio victo. f. 279 Pa. 2. In principio Tichonius Beda. Gloſa. Anſelmus.

¶ At prętereā quod de dęmonū ſupplicio, quod & antiquiſſimū & manifeſtiſſimū eſt, loqui neceſſe nō erat: ſi frēni equorū ſecūdum iſtos doctores, dęmones ſūt: equi ipſi erūt hoēs, quos frēnabūt. Qui igit̄ erūt ſeſſores equorū? verū ne in his, nec alijs, quę poſtea dicūt, refellēdis immoremur: ſed id poti⁹ qđ quibuſdā probabili⁹ videt̄, proferamus. His ergo verbis pœnarū

Impugnatur. Prima explicatio

magnitudo indicatur. Sed vt rectè id intelligamus, in similitudine Apostoli iam explicata persistendum est. Quia propter neque in equis, neq; in equitatibus, homines, qui populos gubernauerint intelligendi sunt. Neq; vllum omnino ex numero damnatorum. Quoniam omnes mali, de quibus supplicium sumendum est in botris vineæ intelliguntur: qui missi sunt in lacum iræ, vt exprimantur: & calcatio est eorum supplicium. Alij ergo sunt equi & equites, quos beatos esse necesse est: quando quidem non possunt esse de numero damnatorum. Atque locus iste ex eo elucidatur, quod capite 19. scribit idem Apostolus. Et vidi cœlum apertum: & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur fidelis & verax. Et cum iustitia iudicat, & pugnat. Et vestitus erat veste aspersa sanguine. Et vocabatur nomen eius verbum Dei. Et exercitus qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo & mundo. Describit in his Christum, ad puniendum peccatores extremo tempore venientem, quasi bellatorem, equo albo vectum. Qui puritatem eius humanitatem significat: & sanguine occisorum hostium respersum. Angelos etiam & sanctos qui cum eo venient ad iudicium, iuxta prophetiam Enoch: quam Iudas Apostolus retulit: ecce venit dominus in sanctis millib⁹ suis, facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios. Quasi milites in eius exercitu venientes ponit in equis albis, propter eorum puritatem, & dignitatem. De quibus latius suo loco dicemus. Ad horum ergo equorum frænos sanguis peruenit, cum post victoriam Christi, exeunt ad videndas pœnas damnatorum. Iuxta illud quod in fine Esaiæ scriptum est. Et egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui pręuaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur: & ignis eorum non consumetur. Et erit vsquè ad satietatem visionis omni carni. Solent enim victores post prælium exire, vt videant mortuorum cadauera: Præsertim cum eorum insolita multitudo occisa est. Verùm sancti exibunt non loco, sed intelligentia: vt in eumdem locum Esaię, ait Hieronym. Exire enim dicuntur, quia lati Christi victoria multitudinem damnatorum mirates, intuebuntur. Et vt idem inquit, ois caro quę adoratura est in conspectu Domini, vel in Hierusalem cœlesti, vel in omni loco, in quo leuantur mundæ manus: egredietur, vt videat cadauera hominum mortuorum, qui præuaricati fuerint in Deum. Et vt plurimos esse doceat, qui tunc damnandi sunt, sanguinem affirmat exitu rum, vsquè ad frænos equorum. Nã cum campus totus sanguine madet, non pedibus exeunt ad videndum, sed equis. Et cum sanguis ad frænos vsquè perueniat, summa, quæ esse potest, sanguinis copia indicat. Ad quã videndam exire possunt. Nam si maior esset nemo exiret: quoniam equos natare necesse esset. Id autem quod nos sub militum similitudine exeuntium spectanda cadauera dicimus: intelligitur & significatur in hac similitudine sanguinis vuarũ præssarũ exeũtis è laco. Quando quidẽ nõ ibi vuas pressas, sed impios extremo supplicio affectos indicari scimus. Et possum⁹ dicere valde probabiliter, cum dicitur.

¶ *Et exiuit sanguis.* Qđ trãsit ex metaphora ad rem ipsam, idest, ad homines

Esai. vlti. G.

D. Hiero.

a. expositio per equus & equites beatos int. Hieronymum

Iudæ. c. vnico e

mos est in sacra scriptura transire à metaphora ad rem ipsam

nes damnatos. Vsitatum enim est in sacra scriptura transire à metaphora, siue à similitudine subitò ad rem ipsam. Vt Amos. 9. In die illa suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit: & reædificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerant instaurabo: vt possideant reliquias idumææ, & omnes nationes. & Habacuc primo. Propter hoc expandit sagenam suam, & semper interficere gentes non cessat. Sed & in eadem similitudine rectè conuenit multos in equis exire, ad videndum musti copiã inundantem, qui, scilicet, visa tanti musti copia gaudent.

Amos. 9.

Haba. 1.

¶ *Per stadia mille sexcenta.* Victorinus, Tichonius, Homil. vndecima, Beda, Ansbertus, Haymo, & alij nonnulli ita interpretantur Victorini verbis omnes vtentes: per stadia mille sexcenta, idest, per omnes quatuor mundi partes. Quaternitas enim est conquaternata, idest, in hoc numero mille sexcentorum, est quaternitas cẽ tenariorum quater repetita. Quater enim quadringenti efficiũt mille sexcenta. Hanc tot tantorumquè auctorum explanationem, si sequamur: citò nos ex magnis difficultatibus expediemus. Dicemusquè locum supplicíorum versus omnes mundi partes extendi latè. At quæremus hinc, quod à nemine illorum explicatũ, aut quæsitum est: cur stadia nominentur? cur mille sexcenta? Cum quatuor mundi partes quatuor stadijs significari possent. Aut certè si quaternarium in semetipsum ducere opus erat, per sexdecim stadia dicere potuisset. Quare hac explicatione omissa nonnulli alia via incedunt. Qua ab his omnibus difficultatibus liberabimur. Hi

prima explicatio vide f. 479. pag. 2. in principio

2. explicatio literalis.

A ergo numeri non figuratè sed propriè accipiendi sunt. Stadium 125. passus habet. Quod spacium vno spiritu Hercules percurrisse dicitur. Octo stadia milliarium conficiunt. 16. enim stadia leucam nostram Hispanicam reddunt: vt traddunt qui accuratè dimensi sunt. Ita in mille sexcentis stadiis centum leucæ nostrates inueniũtur. Siue ducenti mille passus.

quinq; pedes faciunt passum passus quoq; mille faciunt stadium, octo stadia milliare. Duplicatũ sit tibi Leuca.

¶ Cæterum per lacum communis sententia est infernum intelligi. Rursum, quoniam modò, vt ex præcedentibus manifestum est, non de omnibus damnatis loquatur: sed de illis qui tempore iudicij viui inueniẽtur: qui vt botri vindemiabuntur, & mittentur in lacum iræ Dei: persistentes in eadem similitudine, contemplari debemus lacum illum magna ex parte plenum damnatis priorum seculorum, mox cum damnati extremi temporis in illum conijcientur, redundabit lacus: & sanguis exibit per mille sexcenta stadia. Totus lacus sanguine isto perfusus locus tormentorum est. Quando quidem sanguis supplicium damnatorum significat. Ex quo fit per lacum non vniuersum infernum intelligi, sed quasi magna quædam & profunda fouea intelligenda est, cum ora magna circuniacente. Atquè has duas partes coniunctas infernum appellamus. Nam hæc ora, extrema & summa pars est ipsius laci. Quoniam ergo tunc damnati: cũ suis corporibus in infernum mittentur: & lacus ferè plenus erit præteritorum seculorum damnatis: tunc implendum esse dicit. Et totã illã laci oram, corporibus illorum occupandam esse per mille sexcenta stadia versus

omnem sui partem, ideſt, per ducentos mille paſſus: ſiue per centum leucas Hiſpanicas, quaquè verſum. Quod ſpacium paruum videri non debet: cum valde probabile ſit, quod quidam tradunt: corpora damnatorum, apud inferos futura eſſe coniecta: & quaſi coaceruata.

¶ Poſſumus etiam intelligere, ac fortaſſe melius: lacum vocari proprium locum damnatorum illius extremi temporis. Et vt magnam fore eius latitudinem intelligamus, affirmat lacum, ideſt, profundiorem partem, in qua erunt ſceleratiores implendam eſſe: locumquè circuniacentem per mille ſexaginta ſtadia, opplendum fore corporibus eorum, qui minora admiſerint flagitia. Etenim, vt iam diximus, niſi ita mille ſexcenta ſtadia capiamus, quæ ratio afferri poterit huius menſuræ, quæ myſtica non ſit? Dicerent ſtadia poni, quoniam longior menſura eſt: atquè ideo non pedes, aut paſſus commemorari. Vt oſtendatur maxima ac vaſtiſſima capacitas inferorum. Dicerent etiam ad eandem capacitatem oſtendendam, poni quaternitatem centenariorum, qui pleniſſimus numerus eſt. Eamquè propter quatuor partes terræ in ſeipſam duci. Facilè tamen obijci poterit miliarium longiorem multò eſſe menſuram quæ Apoſtolis ignota non fuit. Legimus enim Mathæi capite quinto: & quicumquè te angariauerit mille paſſus, vade cum illo, & alia duo. Vbi pro mille paſſus, in Græco eſt μίλιον, milion, ideſt, miliarium. Obijcietur etiam tantam magnitudinem melius exprimi maioribus numeris. Cur igitur ſi quaternarius ſumendus erat per ſe ipſum ductus, non ſumptus eſt quaternarius milenariorum qui per ſeipſum multiplicaretur. Quæ quoniam ſolui poſſe non videntur, præſtat vt mille ſexcenta ſtadia propriè intelligamus.

Math 5.

¶ Et calcatus eſt lacus extra ciuitatem, & exiuit ſanguis de lacu, vſquè ad frænos equorum per ſtadia mille ſexcenta. Quidnam quæ modo diximus inter explicandum hunc locum alicui non placent, dicamus cum Gagneio atque alijs patribus, quod hæc ſit hyperbolica locutio ſignificans immenſam, & prope infinitam fuiſſe damnatorum pœnam, & vltionem. Tunc enim immenſa eſt prælij quantumcumquè aſperi, & immanis crudelitas, quando per ſtadia mille ſexcenta vſquè ad frænos equorum præoccioſorum multitudinis ſanguis aſcendit. Senſus ergo & verborum conſtructio eſt. Et calcatus eſt lacus extra ciuitatem per ſtadia mille ſexcenta, ideſt, calcabuntur prælo diuinæ vltionis extra ciuitatem illam ſanctam Hieruſalem cæleſtem reprobi: & exiuit, ideſt, exibit ſanguis, ideſt, aſcendet pœna de tormentis lacus, vſquè ad frænos equorum per ſtadia mille ſexcenta, ideſt, ad ſummum cumulabitur pœna damnatorum, vt impatibilis fiat, teneatquè & conſtringat noxiam voluntatem libere antea in voluptatibus vagantem, vt non vltra aliquid poſſint efficere, nec erigere ſe contra Dominum. Eſt & metaphora. Namquè vbi in tranſeundo fluminè aquæ venerit, vſquè ad frænos equorum mergi eos neceſſe eſt, & extremo fieri periculo. In què modū erunt reprobi in pœna. Freno

Tertia explicatio

ergo

ergo legis Domini quisquè nostrum A cen tum viginti quinquè nostros essi-
se constringat, vt non freno iudicij & cit passus, hoc est, pedes. 625. vt scribit
direę sententię postmodum constrin- Plinius. Quę mensura octies efficit
gatur. Cæterum stadium Latinè mille passus. Numerus ergo iste sta-
curriculum dicitur: in quo equi, diorum determinatus sumitur pro in
hominesquè currunt ad brauium, determinato. De vsitatissimo more
& octo stadia, vt diximus faciunt mil scripturæ.
le passus, stadium verò centum vigin
ti passibus explicatur, continetquè o-
ctauam mille passuum partem: quod

Mille & sexcenta stadia unedu centi mille passus vt in pra dictu est.

¶ *Finis Cap. XIIII.*

Intelligentia Capitis decimiquarti Apocalypsis.

ET vidi spirituali visione, & ecce agnus Christus, qui Ecclesiæ tam militanti, quàm triumphanti præsidebat: & cum eo innumera sanctorum multitudo, quæ gerebat in fronte mentis suæ, nomen patris, & filij & ex consequenti spiritus sancti. Et vidi, siue audiui in visione sanctorum istorum laudes. audiui (inquam) vocem valde sonoram, qualis esse solet sonus vehemens aquarum multarum, cum saxo illidunt, & vocem tam vehementem, qualis esse solet alicuius tonitrui: & tã suauem, qualis videtur cytharædorum cytharizantium in cytharis suis. Cantabant canticum reuera nouum, de nouis beneficijs sibi per Christum in nouo testamento allatis. Cantabant (inquam) ante angelos, qui sunt sedes Dei: & ante quatuor animalia, hoc est, quatuor Euangelistas, & ante reliquos Apostolos, Patriarchas, & Prophetas Ecclesiæ seniores. Et nemo poterat dicere has laudes, nisi hi sancti, qui prætioso sanguine agni de terrena conuersatione sunt redempti: nam agebant Deo gratias de concessa sibi gloria virginitatis. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, tam corpore quàm anima: & ideo ob meritum virginitatis peculiariter sequuntur agnum Christum, quocumquè ierit. Hi sanguine huius agni empti sunt, & ex impudica hominum conuersatione redempti, vt Deo et agno Christo essent tanquã primi præcipuiquè fructus, atquè sibi gratiores, neq; in ore ipsorum inuen-

tus est aliquis dolus, aut mendacium. Cum constanter semper Christum fuerint confessi. Vidi post hæc Angelum, hoc est cætum prædicatorum per medium cœlum, id est, Ecclesiam, prædicationis munus exercendo celeriter obeuntem, & habentem euangelium Christi æternum, quod æterna bona polliceatur: vt euangelizaret terram habitantibus. Et dicebat (vt mihi videbatur) voce magna: timete dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius. Et alius prædicatorum cætus in alio angelo mihi ostenso significatus, sequutus est priorem canendo, & prædicando victoriam de principe huius mundi dicens: cecidit, cecidit Babylon, ciuitas illa magna: cecidit regnum diaboli confusione plenum. Quod impietatis & idolatriæ furore inebriatum potauit omnes gentes, quando se inuicem Babylonis huius ciues, id est, membra diaboli ad impietatem, & idolatriam prouocauerunt. Cecidit etiam, cecidit Babylon illa magna, hoc est, Roma vrbs illa magna confusione plena, quæ in causa fuit, vt gentes biberent de eodem calice iræ diuinæ, hoc est, vt similiter ipsæ punirentur ob idolatriam suam, sicut illa punita est. Et tertius Angelus siue tertius cætus prædicatorum sequutus est illos, dicens voce magna: si quis adorauerit bestiam, hoc est, Antichristum & imaginem eius, &c. Bibet de vino meo iræ Dei, quod est mixtum fæcibus in calice iræ eius, hoc est, grauis Dei ira, & vltio his manet, item qui adorauerit prædictam bestiam Antichristi, cruciabitur in gehenna calore ignis veri, & igne suæ conscientiæ. Cruciabitur etiam vero sulphure, & fætore suarum libidinum: cuius ignis fumus ascendet coram Christo, & angelis eius in sæculum. Atq; in hoc est sanctorum patientia, quod dum malos puniri audiunt, se præmiatum iri confidunt, & ideo custodiunt mandata Dei, & fidem Iesu. Et audiui vocem non de terra, sed de cælo dicentem: scribe in libro tuo, diligenterq; nota quæ dicturus sum: Beati iam vita functi, beati moribundi, beati mundo, & peccatis mortui, qui in domino, hoc est, in fide viua, & eius confessione moriuntur, post hac enim iubet Spiritus sanctus, siue Deus qui spiritus est, vt requiescant in cælesti patria a laboribus, quos Christi nomine pertulerunt: opera enim illorum sequuntur illos. Respiciet enim Deus in eos, & deinde in opera & merita illorum, & reddet illis mercedem per Dei gratuitam liberalitatem suis bonis operibus promissam. ¶ Et vidi & ecce nubem candidam in die iudicij, & Christum, qui verus homo est, sedentem super eam ad iudicandum viuos & mortuos, & habentem tanquam verũ regem, & summum sacerdotem super caput suum coronam auream, &

in

in manu ſua falcem poteſtatis ſuæ iudiciariæ, ad perdendum impios. Et tunc vidi cœtum angelorum exeuntem de templo cœlesti obuiam Chriſto ſuper nubem ſedenti, & ardenti deſiderio ad eum clamantem: mitte falcem, exere iudicium, quia iam adeſt tempus vt exeratur, quoniam matura eſt iam meſsis: nam electorum numerus eſt completus. Ad quorum preces miſit Chriſtus falcem iudicij, & poteſtatis ſuæ in terram, & falce mortis vniuerſalis meſſuit eam: purum triticum in æterni patris horreum collocando, zizaniam vero, hoc eſt, impios in infernum. Et alius cœtus angelorum exiuit ſtatim de cœlo iudiciariam falcem habens paratam ad colligenda ſcandala, hoc eſt, damnandos, vt mittant ea in caminum ignis. Deniq; alius, & vltimus cœtus angelorum eggreſſus eſt de altari Chriſto habens poteſtatem ſupra ignem conflagrationis per terram et aerem effundendum, et clamauit ad Chriſtum habentem falcem iudiciariam, dicens: mitte iam hanc tuam poteſtatem iudiciariam, & vindemia botres vineæ terræ: amputa malos, quoniam maturæ ſunt vuæ eius. Completæ (in quam) ſunt iniquitates amorrhæorum. Et miſit angelus falcem ſuam, & vindemiauit vineam terræ, auferendo de terra malignos, & miſit in lacum iræ Dei, hoc eſt, in infernum. & calcatus eſt lacus, ideſt, ipſi reprobi calcati ſunt a diabolis extra Eccleſiam cœleſtem. & tanta erit pœna dãnatorum, & tam immenſa effuſio ſanguinis eorum, quanta eſſet ſi poſt peractum prælium aliquod immane & aſperum, tanta eſſet effuſio ſanguinis occiſſorum, vt per ſtadia mille ſexcenta vſquè ad frena equorum ſanguis talis aſcenderet.

CAPVT DECIMVMQVIN tum. Argumentum.

Describitur electorum exultatio, & gratiarum actio de victoria in bestiam: deinde septem Angeli septem plagis orbem perdere parati.

ET vidi aliud signū in cœlo magnum & mirabile: Angelos septē, habētes plagas septem nouissimas quoniam in illis consummata est ira Dei. Et vidi tanquā mare vitreum mistum igne, & eos qui vicerunt bestiam & imaginem eius et numerum nominis eius stantes super mare vitreum, habentes cytharas Dei: et cantantes canticum Moysi serui Dei, & cauticum agni, dicentes: Magna et mirabilia sunt opera tua domine Deus omnipotens: iusta & vera sunt via tua rex seculorum. Quis
Hier.10.a non timebit te domine, & magnificabit nomen tuum? quia solus pius es, quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniā iudicia tua manifesta sunt. Et post hæc vidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cœlo: & exierunt septem Angeli, habentes septem plagas, de templo: vestiti lapide mūdo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis. Et vnum de quatuor animalibus, dedit septem angelis septem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viuentis in secula seculorum. Et impletum est templum Dei fumo à maiestate Dei, et de virtute eius: & nemo poterat introire in templum donec consummarētur septem plagæ septem Angelorum.

Caput. XV.

ET vidi aliud ſignum in cœlo magnum & mirabile: Angelos ſeptem habentes plagas ſeptē nouiſſimas: quoniam in illis conſummata eſt ira Dei.

¶Hoc capite D.Ioã. deſcribit ſummam tribulationem ſuperuenturam mortalibus in nouiſſimis temporibꝰ: & non ſine magna cauſa:nam creſcēte hominum malitia in terris, creſcet & vltio diuina de cœlis,vt pro menſura delicti, fiat & plagarum modus. Vidit ergo in ſpiritu, in cœlo ſignum magnum & mirabile: & meritò quidem magnum, & mirabile ſignum ſe vidiſſe dicit:quia magna & admirabilia Dei iudicia præferebat. Sed quale fuerit hoc ſignum audiamus.

¶ Vidi,inquit,*angelos ſeptem,habentes ſeptem plagas nouiſſimas.* Per hos ſeptem angelos prædicatorum vniuerſitatem ſeptiformi gratia plenam intelligunt Richardus,Beda, Rupertus,& author Collectane. ¶Alij verò intelligunt Angelorum vniuerſitatem.Septenario enim nomine fere in ſcriptura ſignificari ſolet vniuerſitas, vt ſtatim dicemus:ſeptem ergo Angelos(inquit)vidi habentes ſeptem plagas nouiſſimas, ideſt, paratos omni plagarum,& ſuppliciorum genere reprobos perdere. Per ſeptenarium ergo numerum omnia pœnarum genera intelligit.ſic Geneſis.4. dicitur: quod ſeptuplũ vltio dabitur de Cain, de Lamech verò ſeptuagies ſepties: per ſeptuagies ſepties omnes pœnas intelligimus.Plagæ ergo, & vltiones ex decreto Dei intentæ ſunt aduerſus impios:quare nouiſſimæ idcirco dicuntur:tum, quia poſt priores quę ab exordio mundi fuere,ſequantur.Multoties enim ſeptem has plagas intulit Deus à mundi conſtitutione. Vnde Leuitici,cap.26. Eas minatur Dominus contemnentibus legem ſuam. Si ambulaueritis(inquit)ex aduerſo mihi,ego percutiam vos ſepties,propter peccata veſtra,&c.Et corripiam vos ſeptem plagis.Item ſecutæ ſunt hæ ſeptem plagę poſt illas quæ ab exordio mundi fuere,ſiue quando Lucifer cũ ſuis è cœlo præcipitatus eſt,ſiue dum primus homo de paradiſo exturbatus,ſiue dum mundus aquarum diluuio coopertus, ſiue dum Sodomorũ vrbes igne & ſulphure combuſtæ,ſiue dum populus Iſrael per Chaldęos abductus.Quia ergo poſt has priores aliaſquè huiuſmodi, plagæ iſtæ ſequãtur,ideo nouiſſimæ dicuntur. Præterea,plagas has nouiſſimas vocat,vt potè nouiſſima ætate inferendas:& quia poſt hæc nullis plagis orbem affectu-rus eſt Deus,Ita Richardus, & Gagneius. Vnde & ſubdit:quoniã in illis conſumata eſt ira Dei. Per has enim plagas,ablatis de area mundi,& Eccleſiæ improbis,poſt vniuerſale,ſcilicet, iudicium,nulli ſupererunt in mundo, erga quos denuo vindicta diuina ſæuiat.

¶ Alij exiſtimant eſſe hos ſeptem Angelos,ſeptem illos ſpiritus,de quibus dixit.cap.1. & à ſeptem ſpiritibus qui in conſpectu throni eius ſunt. Et quibus datæ ſunt ſeptem tubæ. cap. 8. Ad eos enim qui cuſtodes ſunt rerũ humanarum,pertinet ſumere vindictam de impijs,qui ſanctos affligunt: & omnia humana perturbant. Item ſecundum iſtos per ſeptem plagas nouiſſimas,non multas intelligunt (vt Aretas,& Beda,& alij exiſtimant)ſed propriè ſeptem. Vocat enim ſeptenis

Quare plagæ iſte nouiſſimæ dicãtur Leuit.26.

Beda & collec.

Richar. Gag.

3.ſenſus Per.hos.7. Angelos vniuerſitas prędicatorum Significatur. 2.ſenſus

Per hos.7 Angelos vniuerſitas Angelorũ intelligitur.

Per.7.plagas omne plagarum Genus ſignatur. Geneſ.4.

3.ſenſus planior Per hos.7. Angelos intelligen. 7.primo. res ſpiritus quibus in nouiſſimis. Diebus demandata eſt cura imittendi.7. plagas nouiſſimas.

plagas nouissimas, eas quæ phialis septem Angelorum continentur. Et quę cap. sequenti numerantur, vt postea videbimus. Nouissimæ autem dicuntur, quoniam vltimæ erũt, quibus impij in hac vita afficientur. Verum est tamen quod iste ordo parum aptus videbitur alicui, vt cum de extremo damnatorum supplicio locutus paulo ante fuerit, nunc ad septem plagas redeat, quæ hoc supplicium præcedent: sed sciat prophetas nequaquàm ordinem obseruare solere gestarum rerum, etiam in eadem visione, sicut in historia seruatur. Vt docui: Hieronymus in illud Amos. cap. 2. Ego sum qui ascendere vos feci, &c. Quare minus mirum esse debet non seruari in diuersis visionibus. Præterea, oportebat vt extrema, eademque maxima pœna sæpè inculcaretur: vt omnes illius temporis, quo abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum, magis crebriusq; terreantur. Sicut & beatorum fœlicitatem sæpè commemorat: vt iusti in tot laboribus, tantorum bonorum spe vehementius excitentur. Atque ideo Ioãnes redire solet ab vltimis ad ea quæ ante illa sunt. Vt vidimus initio. c. 8. &. 12. Quod etiam in reliquis prophetis obseruare etiã possumus. Prętera, varijs verbis & locutionibus, & similitudinibus tàm præmia quàm supplicia demonstranda erant, vt ita magis mouerent: quod fieri non poterat, si in fine de præmijs & de supplicijs semel dixisset.

prophetæ non solent seruare ordinem rerum, etiã in eadem visione D. Hiero.

¶ Hic obserua, quod sicut hìc per septem plagarum genera, significantur secundum aliquos omnia genera pœnarum, quibus impij apud inferos afficientur: ita quoq; easdem significauit Dominus apud Zachariam. c. 14. per tres tantum plagas: dicens: & hæc erit plaga, qua percutiet Dominus omnes gentes, quæ pugnauerunt aduersus Hierusalem. Tabescet caro vniuscuiusq; stantis super pedes suos: & oculi eius contabescent in foraminibus suis, & lingua eorum contabescet in ore suo. Vterquè propheta secundum istos numerum finitum pro infinito posuit. Omnes tamen plagæ, quibus impij apud inferos afficiẽtur, compræhenduntur ab eodem Ioanne capite pręcedenti verbis illis: illa bibet de vino iræ Dei, quod mixtũ est, mero, in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure incorspectu Angelorum sanctorum, & ante conspectum agni. Non ergo existiment peccatores, vna, vel altera plaga eos esse puniendos: nam innumeris sunt afficiendi. sicut enim neq; oculus vidit, neq; auris audiuit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Ita neq; in cor hominis ascendũt supplicia peccatoribus præparata.

Zach. 14.

¶ Et vidi tanquam mare vitreũ mixtum igni, & eos qui vicerunt bestiam & imaginem eius, & numerum nominis eius stantes super mare vitreum habentes cytharas Dei.

¶ Depingit (vt in summa dicam) D. Ioanes Dei electos aqua & spiritu sancto à peccatis emundatos, qui legem Dei seruantes bestiam; hoc est, Antichristum, & eius imaginem colere nolluerunt: neq; insignia nominis eius gestare in frontibus, aut in manibus suis, & ideo cytharas in manu habentes, laudes immensas, & hymnos Deo cantant. Nunc singula verba declaremus.

¶ *Et vidi* (inquit) visione. scilicet. imaginaria: *tanquam mare vitreum mixtum igni*. Mare hoc: existimant nonnulli vocari multitudine hominum, qui

An

Esai.57. Antichristum sequentur. Esai. enim 57.impij vocantur quasi mare feruens quod quiescere non potest:& redundant fluctus eius inconculcationem & lutũ. Vitreum dicitur:quia quantumuis impij scelera sua contegant, etiam eorum cogitationes Deo sunt manifestissimæ,ac si lucido quodam vitro tãtùm tegerentur. Hoc mare mixtum igni videtur,quoniam & igni, qui iudicem Christum præcedet, flagrabunt,& prius æstu atquè igni affligentur.Sicut legimus.c.6.& datum est illi æstu omnes affligere & igne, &c. Secundum verò aliorum sententiam hic locus intelligitur de sacramento pœnitentiæ. In mari vitreo lachrymæ designantur, in his dicuntur stare,qui vicerunt bestiam,hoc est,sathanam siue Antichristum. mixtum etiam est igni,spiritus sancti videlicet. Ardore enim charitatis succensi pœnitentes, sua debent deflere peccata, vincere diabolum, & antisignanum eius Antichristum,&imaginem eius. Hi habentes cytharas,cãticum Moysis canunt,& agni,idest, gratias agentes Deo ipsi referunt victoriam,& agno.Illi,inquam,agno, qui abstulit peccata mundi.Nihil enim suis arrogant meritis,& viribus,sed gratiæ omnipotentis Dei. Deniq; aliorum sententiam sequentes dicamus,quòd mare hoc baptismi gurges est:quo in regenerationis lauacro immergimur: nec ab re mari comparatur: sicut enim omnes mundi sordes mare excipit,& eluit,ita omnes omnium peccatorum sordes,& maculas baptismus eluit,nec inde inficitur.Hoc mare figuratum est per mare illud æneum, quod erat in templo in quo sacerdotes lauabantur:de quo.3. libro Regu. capite.7.dicitur: fecitquè mare fusile

a reg.7 figura.

A decem cubitorum à labio vsq; ad labium,rotundum in circuitu,quinquè cubitorum altitudo eius, & restícula 30.cubitorum cingebat illud per circuitum,& stabat super duodecim boues:è quibus verò tres respiciebãt ad aquilonem,& tres ad occidentem, & tres ad meridiem, & tres ad oriẽtem. Hoc igitur mare (vt Beda explicat) in figuram baptismi factum est, quo in remissionem peccatorum emun-
B damur.Sicut enim in eo sacerdotes lauabantur:ita in baptismo omnes electi,(qui vocãtur regale sacerdotium: eo quod membra sint summi sacerdotis Iesu)emundantur. Sacramentũ autem baptismi,& vitæ à nobis mundiciam quærit in hoc sæculo, & vitæ æternæ gloriam promittit in futuro, quod vtrumq; in mari æneo significatur. Cum esse decem cubitorum à labio vsq; ad labium perhibetur: De-
C cem enim præceptis in lege Dominus omnia, quæ facere debemus,expræssit.Denario etiam mercedem benefactorum signauit,cũ hunc Math. 20.
in vinea laborantibus dandum esse prædixit.

¶Decem,inquit, cubitorum à labio vsquè ad labium, era de diez codos de borde a borde:vt in hoc significaretur quòd à primo baptizato in nomine Iesu Christi, vsquè ad vltimum, qui in fine sæculi crediturus &
D baptizandus est:omnis fidelium chorus eamdem veritatis viam ingredi, & communem debet sperare à domino iustitiæ coronam.

¶Quinq; erat cubitorum altitudo eius,vt intelligeremꝰ quòd quicquid quinq; sensibus delinquimus, gratia Dei in baptismo accepta condonat. Sed non sufficit præteritorum remissio peccatorum:nisi quis deinceps bo

nis

nis ſtudeat operibus, ſicq; contemnat diabolum, & beſtiam eius, & imaginem eius: alioquin diabolus, qui exierat de homine, ſi hunc à bonis operibus vacare viderit, ſumit alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi: & fiunt nouiſſima hominis illius, peiora prioribus. In cuius rei figura. *Reſticula.30.cubitorum.* Cingebat mare illud æneum per circuitum. Reſticula ſiue funiculus iſte diſciplinam cœleſtium præceptorum, qua à voluptatibus religamur, ſignificat. Vnde Eccleſiaſt. 4. dicitur: funiculus triplex difficilè rumpitur: quia obſeruatio mandatorum, quæ in cordibus electorum fide, dilectione, ſpe ſupernæ retributionis firmata eſt: nullo poteſt obſtaculo diſſolui. Reſticula mare ambit, cum ſacramentum baptiſmi quod accepimus, pijs operibus munire ſtudemus. hæc. 30. cubitorum eſt. Ter deni faciunt 30. Iuſti enim & corde, & ore, & opere decem dei mandata ſeruant. Stabat hoc mare ſuper duo decim boues. Nam duodecim Apoſtoli ſunt, qui vbiq; portauerunt Dei baptiſmum. Illis enim dictum eſt eorumq; ſucceſſoribus: ite, prædicate euangelium omni creaturæ: qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Ex his bobus, tres reſpiciebant ad aquilonem, &c. Quia in quatuor orbis partibus fidem prædicant trinitaris.

Matth. 12.

Eccleſ. 4.

Mar. vlti.

¶ Appoſitè etiam baptiſmus Chriſti, mare, & non flumen, aut aqua vocatur, quo peccata intereũt: nam eius imaginem & typũ gerebat mare rubrum, quo Pharao cum curribus & equitibus ſuis perijt. Vnde animaduerte, quod ſicut non ſufficiebat illis, qui cũ Moyſe liberati ſunt: ad promiſſam terrã obtinendã, tranſiſſe mare rubrũ, niſi obedirent voci Domini, virtutes

Appoſitè baptiſmus appellatur mare & nõ flumen, aut aqua. & quare Exo. 14. Figura.

A colerent, cum quibus fidei genuina ſemper, & germana eſt conſuetudo: ita nec nobis ſufficiet, quod baptiſmi lauacro euaſimus tyrannidem peccati, niſi poſt hac ab omni improbitate ſimus immunes: multi enim perierũt in deſerto ob iniquitates ſuas: qui ſic mare euaſerunt in magna potentia Dei, vt non reciperẽt promiſſionem. Id quod & nobis eueniet proculdubio poſt tranſitum noſtri maris, hoc

B eſt, baptiſmi, niſi fuerimus ab offenſa Dei alieni. Quod egregiè docuit Paulus. 1. ad Corinth. 10. nolo (inquit) vos ignorare fratres quoniam patres noſtri omnes mare tranſierunt: & omnes in Moyſe baptizati ſunt in mari, &c. Sed non in plurimis eorum bene placitum eſt Deo: nam proſtrati ſunt in deſerto. & ſubdit: hæc autem in figura facta ſunt noſtri, vt non ſimus concupiſcentes malorum. Igitur neceſſe eſt vt qui per baptiſmum de pec

1. Corinth. 10.

C cati tyrãnide ſumus liberati, tàm fortes ſimus vt vincamus diabolum, & beſtiam, & imaginem eius. Quod fecerunt hi quos in hoc loco refert. D. Ioannes. per mare igitur, vel cunctis patribus aſſentientibus baptiſmus hic intelligitur.

¶ Vitreum autem dicitur hoc mare triplici ex cauſa. prima, propter ſinceram, puram, & lucidam fidei clari-

Quare mare baptiſmi dicatur vitreum.

D tatem, quæ ſicut & vitrum, ab impuro tangi non admittit. nihil enim fæcis peccati ineſt baptiſmo ſacro: delet enim omnia, nec turbidum quid in ſe continens dubitabileue. Secũda, quia manifeſtum ſacramentum ſit, nihilquè figuræ habens, limpidum & clarum. Deniquè tertia, quo intelligeremus quia omnes Chriſtiani debent eſſe vitrei, ideſt, puri & perlucentes veritate: ſcriptum eſt enim Spiritus

ſan-

sanctus disciplinæ fictum effugiet. Sapientiæ primo. Qui autem scrutatur corda, & renes, ipse videt quo quis animo super hoc vitreum, clarum, & transparens mare constiterit, qualiue habitu.

sap. 1.

Rup. Gagn Collect. Richard. & alij. quare mare baptismi igni mixtum Dicatur. Ioan. 3.

¶ Benè autem baptismi mare, igne mixtum dicitur. Igne videlicet Spiritus sancti, qui in baptismo mittitur. Et ignis à Ioanne Baptista dicitur: Ioānis tertio, de Christo loquente: ille vos baptizabit Spiritu sancto & igne. Vbi Ioannes caput omnium bonorum exprimit, spiritum, scilicet, sanctum. Quo simul omnia Dei dona comprehendit, peccatorum veniam, pœnarum interitum ac mortem, iustificationes filiorum, adoptionem, fraternitatem, cohæreditatem ac communionem Christi. Omnia hæc comprehendit Ioānes his verbis, baptizabit Spiritu sancto. Pro his enim omnibus pignus spiritus accipimus. Sensus itaquè est, spiritu vos transformabit, & igni rapiet ad cœlestia. Est ergo aqua illa baptismi non sine inuisibili spiritus sancti presentia: proinde eleganter dicitur mare istud mixtum esse igni, qui est Spiritus sanctus, adurens peccata, & conflans, & emūdans, & ad cœlestia trahens, quo sine nihil ageret aqua.

Rupert. Etalij

¶ Quid verò per bestiam, & imaginem eius, & numerum nominis eius intelligat dictum est, capite decimotertio.

¶ Per cytharas autem Dei, quas habere ait, stātes super mare vitreum Rupertus, & author Collectaneorum intelligunt candida iustorum pectora, in quibus per fidem musica cœlestis, ideſt, verbum veritatis respondet sua harmonia, suoquè concentu, vbi chordę præceptorū Dei extentę sunt desuper. Eo sensu psalmista nos hortatur: Psalmo 32. Confitemini Domino in cythara, in psalterio decē chordarum psallite illi. Enim verò obseruatio decem præceptorum Dei perquàm necessaria est in salutem. Ideò & Dominus cum dixisset suis: euntes ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti, adiunxit: docentes eos seruare omnia quæcumquè mandaui vobis, hoc est ergo cytharas Dei habere, obseruare Dei mandata. Alij verō per cytharas Dei mortificationem corporis intelligunt: iusti enim carnem suam crucifixerunt cum vitijs, atquè mortificationem Iesu Christi in corpore suo portant, ieiunantes, vigilantes, flagellis & cilicio carnem suam macerantes. Nulla enim musica nullusquè concentus corporalis suauior esse potest Deo huiusmodi cythara, atquè psalterio. Alij verò per has cytharas Dei, prædicationem mysteriorum Christi intelligunt. Prædicatores enim euangelici in manu cytharas habere dicuntur, quando Christi passionem, & mortem pro peccatorum redemptione perpessam, spiritu Dei afflati cantant, atquè publicè annunciant. Quandocumquè spiritus Dei malus arripiebat Saul, tollebat Dauid cytharam & percutiebat manu sua: & refocilabatur Saul & leuius habebat: recedebat enim ab eo spiritus malus. 1. Regum. 16. Sic etiam ad sonoram, dulcemquè vocem concionatorum, multi etiamsi prauis moribus affecti sunt, refocilantur, & audiendo Christi mysteria, & quæ pro ipsis perpessus est, resipiscunt, ad se redeunt, & intimo animi dolore percutientes pectora sua confitentur, tales futuri sunt prædicatores Euangelici,

Pſa. 32

Math. vlti.

2. sensus

Percytharas Dei mortificatio corporis intelligitur ab alijs & quare.

3. sensus Percytharas Dei prædicatio mysteriorum Christi intelligitur ab alijs

1. Reg. 16. Figura

1. sensus Rupert. Percytharas Dei intelligunt candida iustorū pectora & quare

& iusti omnes, quos Ioannes vidit stantes super mare vitreum habentes cytharas Dei. ideſt, gratiæ baptiſmalis, ſacramentorumque fidei firmiter innitentes, habentes prædictas cytharas Dei.

¶ Mihi autem cythara nonnunquam pro gaudio, & exultatione ſumi videtur, vt Iob tertio. Verſa eſt in luctum cythara mea, ideſt, lætitia. & hoc modo ſenſus eſſet: habentes cytharas Dei, ideſt, gaudentes & exultantes in deo: vnde rectè ſubiungitur: & cantantes canticum Moyſi.

4 ſenſus & planior Iob. 3.

Exod. 17. Exponitur canticum Moyſi.

¶ *Et cantantes canticum Moyſi ſerui Dei, & canticum agni.* Notum eſt quid cecinerit Moyſes parta victoria de inimicis ſubmerſis in mari. Hoc igitur idem cantant regenerati, tranſlato mari mixto igni, hoc eſt baptiſmo: vbi diabolus, & omnia peccata ſubmerguntur. Audi quid Moyſes, & quid cum illo omnes electi canent: Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt. Solebant enim ſancti, & populus Domini, collato à Deo ſibi aliquo beneficio, dictare ſibi nouum canticum: ſicut ſanctiſſima illa Anna Samuelis mater pro impetrato filio: & Debora ob partam ab inimicis victoriam: & Zacharias, quoniam illi filius Ioannes collatus eſt, ſic Dauid plurimos Pſalmos edidit pro acceptis beneficijs etiam paruis: vt vel hinc diſcamus fideles ad noua & inſperata beneficia, nouas laudes & cantica reddere: pudet profecto referre ſocordiam noſtram, & ingratitudinem. Quotidie enim confert nobis Dominus præclara beneficia, & non ſolum noua illi cantica non edimus, ſed neque vetera decantamus. Non ſic electi iſti, nam poſt tranſitum maris rubri, hoc eſt, baptiſmi cantabant ac dicebant: cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt, ſiue vt alij legunt: Quoniam eleuando eleuauit ſe. Metaphoricus eſt ſermo: quaſi Deus ad deijciendos aduerſarios ſe ſuper eos leuauerit humano more, vt eſſet eis ſuperior. Aut quoniam eleuando eleuauit ſe, ideſt, eleuando ſe miſericordiam tribuit. Ac ſic dicatur rem præclaram geſſit: quæ cauſa fuit quod eleuando eleuaretur à nobis. Sed prior ſenſus germanior eſt. Equum & aſcenſorem deiecit in mare. ideſt, equites enim, & ipſos equos eiecit in mare. Singulare pro plurali de more ſcripturæ. Sicut ergo in mari rubro ſubmerſi ſunt tàm equites quàm equi: ita in baptiſmi mari ſuffocantur, tàm dæmones, qui ſunt equites, quàm peccata, qui ſunt equi. Audis hîc quàm minute & ad numerum circumſtantias beneficij referant, vt hinc diſcamus idem nos debere facere. Non enim ſolum beneficij ſubſtantiam, ſed circumſtantias omnes decantare debemus. Neque ſolum cum magna, ſed etiam cum parua præſtat. Fortitudo mea, & laus mea dominus, & factus eſt mihi in ſalutem. Ideſt, Deus eſt cuius auxilio hoſtibus ſuperior fui, & qui tulit mihi opem, & ſeruauit, ac liberauit me, & ideo meritò illum laudo. Obſerua quòd minimè de ſe præſumunt iuſti, aut de ſua fortitudine, licet fortes ſint. Sed ſe nihil poſſe arbitrantur, omnia verò per Deum. Audi Dauidem: quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum. Dei confortatio duo in iuſto operatur. Primũ, vt nulla tentatione à deo ſeparet. Deinde vt ad quæ cum

1. Reg. 2. Luc. 1.

Gratiarũ actio deo reddenda pro collatis beneficijs.

iuſti minimè de ſe præſumũt, ſed omnia ſe poſſe per deum arbitrantur

Pſal. 17.

cumq; pro eius amore peragenda, ſit animo promptus: etiam ſi humanitus impoſſibilia videantur: cuiuſmodi eſt murum tranſgredi. Igitur iuſti ſtantes ſuper mare vitreum Deo referūt gratias, quod ſua virtute vicerint diabolum, & ſeruati fuerint, beſtiam nō adorauerunt, & imaginem eius. Et ideo aiunt: laus mea Dominus. Hinc colliges, quod quemadmodum Dominus eſt fortitudo noſtra: ita ipſe debet eſſe quem ſolum laudare debemus. Non ergo eſt quare mortales & terrenos laudemus, qui laudibus ſtatim veluti fumus euaneſcunt. Sit ergo ipſe Dominus laus noſtra, vt neminē præter eum laudemus: cæteri laudandi ſunt poſt vitam, magnificandi poſt conſummationem: Deus ſemper à nobis laudibus eferendus. *Iſte Deus meus & glorificabo eum.* Siue vt alij vertunt: propterea extruam illi tabernaculum, in quo, ſcilicet, eum colam. Non ſat eſſe debet iuſtis, laudibus Deum extollere, niſi etiam templum ei faciant aut ornent, volo dicere niſi etiam externis eum colant. Ornanda ſunt altaria, templum cōſtruendum, & omnia quæ ad eius cultum pertinent multiplicanda, & decoranda. Quæ ſi præſtare nequeas, tuum animi deſiderium acceptat Dominus, ſicut aceptauit Dauidis pium animum volentis ædificare domum Domini.

¶ *Et Deus patris mei & exaltabo eum.* Cognoſcunt Moyſes & iuſti hi non ſolum eſſe Deum ſuum, ſed etiam patrum ſuorum: vt oſtendant eum impleſſe quæ patribus promiſerat. Hinc diſcamus, quod ſicut homo ſequi ſolet in moribus parentes ſuos, & eos referre conatur: ita & in religione, & in vero cultu vnius Dei: vnde Dominus de Iudæis conqueritur in deute. quod eos ſequuti ſunt deos, quos non coluerunt patres eorum. ¶ *Dominus quaſi vir pugnator*, ſiue vir belli, hoc eſt, admodum bellicoſus. Mira ſunt quæ Deus pro ſuis facit, & quæ propter eos nomina ſortitur vt fiat vir bellator, vt eos tueatur. ¶ *Omnipotens nomen eius.* Siue Dominus nomen eius. Obſerua: nomen ineffabile Iehouah, Deum non indicaſſe patribus quantum ad rem ſignificatam: ſignificare verò, cō terentem: ab Houah, quod eſt contritio. Licet enim priſci patres Deum cognoſcerent, beneficum, & ſufficientem, non tamen præliatorem ſeu conterentem inimicos veluti vir belli, quemadmodum nunc. Vnde dicitur: Dominus eſt vir belli: ac ſi dicerent ignorabamus Deum eſſe virum bellatorem, ſeu per ſe pugnare, cum tamen ipſe talis ſit. Similiter ignorabam⁹ eum meritò vocari Iehouah, id eſt, conterentem. Quod tamen modò ſcimus. Idem ergo eſſe videtur cognoſcere Deum virum prælij, & cognoſcere Iehouah eſſe nomen eius. & hoc eſt nomen quod ſe indicaturum Iudæis pollicetur Exodi ſexto. Quod patribus non indicauit dicens: ego Dominus qui apparui Abraham, Iſaac, & Iacob in Deo omnipotente: & nomen meum Adonai non indicaui eis, vbi Hebrayce legitur. & nomen meum Iehouah, non indicaui eis: quod modò indicauit: & ideo dicunt: Iehouah vir belli: Iehouah nomen eius: quod noſtra editio ait: Dominus vir pugnator: omnipotens nomen eius: cætera in cantico patent: hoc eſt igitur canticum Moyſi.

Solus deus laude dignus eſt nō homo mortalis & vanus, qui veluti fumus euaneſcit.

Debet homo & in moribus & in religione parentes referre.

Nomen ineffabile Iehouah ſignificat conterētem

Templum eſt Deo ædificare templum aut erigere altare

Exodi. 6.

si,quod cantamus iusti post trãsitum maris: vt diximus. Ecce hic adimplebitur quod olim Osseas Propheta. c. 2. Prædixerat dicens:& canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ:& iuxta dies ascensionis suę de terra Aegypti. Canet enim Ecclesia his diebus canticum quod cecinit quando olim egressa, & liberata est ab Aegyptijs. Illos enim dies vocat Osseas dies iuuentutis suæ. Quando,scilicet,mersо Pharaone cũ curribus,& equitibus suis,cecinit carmen hoc:cantemus Domino gloriosè enim magnificatus est. Ecce Ecclesia sancta nunc exterminato primogenito mortis,ideſt, peccato originali, transiens mare rubrum, siue vitreum mixtum igni,ideſt, sacri baptismi sacramentum sanguine Christi rubicundum,& igni Spiritus sancti mixtum sepultis omnibus criminibus,cãticum admirabile cecinit,dicens:cantemus Domino,&c.

¶ Et cantabant non solum canticum Moysi serui Domini: sed etiam canticum agni. Et meritò quidem: quia quod sub Moyse in figura gestũ est illo transitu maris: hic spiritualiter in baptismo suo, quo nos regenerauit agnus Dei Christus adimpleuit.& pulchrè hoc loco scriptura præsens filium Dei, cuius in morte baptizati sumus,agnum Dei vocat,quia videlicet,quando Moyses canticum illud cecinit, id ipsum propter quod canebat euenerat per immolationem agni,mense primo, quarta decima die mensis ad vesperam domino iubente, immolari: in typum eiusdem Christi filij Dei propter peccata nostra vt ea tolleret,immolandi. Ita Rupertus. Rupertus.

¶ *Cantantes*,inquit,*canticum Moysi serui Dei, & canticum agni.* Ideſt, A Christi,vtriusquè,scilicet,veteris, & noui testamenti scripturis Deum laudantes. Canunt iusti beneficia tàm veteris quàm noui testamenti. Canunt beneficium creationis, & cætera beneficia illis collata in veteri lege. Canunt beneficium incarnationis, & omnia quæ ex illo Ecclesiæ collata sunt. Hæc sunt poma de quibus dicebat Sponsa Canticorum septimo. Omnia poma noua & vetera dilecte mi seruaui tibi. Qui cantat Domino canticum Moysi,ideſt, omnia exempla patrum antiquorum, & omnia beneficia illis à Deo collata,seruat spõso poma vetera:qui verò cantat canticum agni,ideſt,legem nouam, & eius mistеria,seruat sponso poma noua. Hic est scriba ille doctus, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Cantabant ergo canticum quod didicerant à Moyse: & canticum agni, quod, scilicet, didicerant ab agno Christo. Canticum Moysi non refert Euangelista tanquàm notum omnibus. Canticum verô agni,quod nobis ignotum erat:refert. Dicentes,inquit, magna, & mirabilia sunt opera tua, &c. Hæc explicatio plana mihi videtur:sed placet etiam aliam aliorum explicationem referre. Ait ergo Ioannes. Canti.7 Rupertus, Math. 13.

¶ *Dicentes: magna & mirabilia sunt opera tua, Domine Deus omnipotẽs; iusta & vera sunt via tua Rex seculorũ.* Hoc nimirũ,& si non verbis (inquit Rupertus)sensu nihilominus canticũ est Moysi serui Dei. Etenim cãtico illo non semel,sed multoties collaudatur Domini magnificentia. Glorioſè enim(inquit)magnificatus est. Item dextera tua magnificata est in fortitudine. Rursum: quis similis tui in fortibus Domine, quis similis tui, Exod.15.

mag-

Rupertus. magnificus in ſanctitate. Quare dicẽdum eſt ſanctos iſtos cantaſſe ad verbum canticum Moyſi, vt ſuperius expoſuimus: atquè in ſumma tandem addidiſſe quod in hoc loco Diuꝰ Ioãnes refert: aut ſi ad verbum non cantabant illud, ſaltem illud concinebant in ſententia his verbis. Magna & mirabilia ſunt opera tua Domine, &c. Ac ſi dicerent apertius: ſi reuocemus in memoria quæ ab initio Domine Deus omnipotẽs feciſti cũ humano genere, verè magna & mirabilia opera tua in omnibus erũt. Mittimus modò quomodo ò Domine Deus hanc tantam mundi machinam condideris, ſolem, mundi oculum incendens, perpetuòquè quàm pulcherrimè ſua luce illuſtraueris, ſtellas nitentes diſtinxeris, ac propriam omnibus virtutem indideris. Mittimus etiam diluuij inductionem, quo orbis miſerabiliter perijt: præterimus eius renaſcentiam: ad noua recentiaquè veniamus, tranſiuimus per mare rubrum, per mare vitreum, mixtum igni: & deduxiſti nos virtute tua in refrigerium. Quam magna & mirabilia ſunt hæc opera tua Domine: quàm glorioſè in hoc magnificatus es.

Præterea, quis dignè explicare poterit mirabile illud opus tuum, Domine quando homo pro nobis es factus: perierat homo, & â te inuentus eſt: & in humeris tuis impoſitus ad ouile cœleſte reductus eſt, qui longè à te Deo creatore, & plaſmatore ſuo receſſerat, propè iam factus eſt. Opus manuum tuarum Domine minime deſpicere voluiſti: ſed vt illud reſtaurares, vt illud ad priſtinam templi Dei dignitatem & ſplendorem reduceres, è cœlis ad terram homo factus deſcendere non es dedignatus: Luc. 15.

A imo egenus & pauper factus es: vt nos diuites eſſemus. Homo agricola factus es, & peregrinus, vt nos qui ruſtici, & exules & peregrini, ac profugi, & vagi in hoc mundo Eramus, cœleſtes ciues efficeremur. Tu qui cibus es omnium, cibo egebas alieno, lacte nutriebaris materno: qui cœlum terramq; replebas, & ſemper reples, breui corpuſculo claudebaris: vagiebas in cunis, lætitia angelorum fouebaris: B matris ingremio adoleſcebas per temporum incrementa, à tuis reijciebaris, donec vltimum ſupplicium peccatis noſtris debitum in cruce lueres: imo donec nos reſtitueres. Verè ergo magna & mirabilia ſunt opera tua Domine Deus omnipotens. Hoc ergo omnino eſt, & ſi non verbis, ſenſu tamen canticũ Moyſi ſerui Dei, quod agni. Etenim quidquid Moyſes figura prægeſſit, agnus exhibuit.

C ¶ *Iuſtæ & veræ ſunt viæ tuæ Rex ſeculorum.* Ideſt, Rex æterne.

¶ Viæ autem Domini mandata ſunt ipſius: per quæ, vt in regnum cœlorum perueniamus, ingredi nos oportet. Iuſtæ iſtæ ſunt, dicente Dauide. Iuſtus Dominus in omnibus vijs ſuis, Pſalmo. 144. Similiter & veræ: dicente eodem, Pſalmo. 118. Omnes viæ tuæ veritas. Nihil enim niſi iuſtum præcipit, nil niſi verum, & certum D pollicetur Deus: item viæ Domini miſericordia, & veritas ſunt. Sic enim regius vates ait Pſalmo. 24. Vniuerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas. In omnibus enim vijs ſuis ſimul coniuncta ſunt miſericordia, & veritas, ſiue iuſtitia. Ita vt omnibus actionibus atquè diſpoſitionibus quibus agit nobiſcum, ſimul hæc duo reluceãt: ſic in omnibus miſericordem ſe exhiber, vt nihilominus intueniatur

Viæ domini quæ ſint oſtenditur Pſa. 144. Pſa. 118.

Pſa. 24.

iuſtus. Sic quoq; ex altera parte iuſtus & verax in omnibus exiſtens, vt nihilominus & miſericors: peculiariter verò hæc manifeſtantur ambo erga electos Dei, qui exquirunt & deſiderant teſtamentum eius, quod diſpoſuit nobis obſeruandum: & qui requirunt præcepta eius, ad opere implendum ea. & ideo ſubiungit ſtatim Dauid: requirentibus teſtamentum eius, & teſtimonia eius.

Viæ Dñi quæ dicantur in ſcriptura.

¶ Ex his conſtat per vias Domini in ſcriptura nunc intelligi præcepta, & conſilia Dei nobis propoſita, vt ſuperius diximus ex Pſalmo.118. Nunc verò opera atquè conſilia Dei, quib9 agit omnia, vt modo dicebamus ex Pſalmo, ſic enim apud Eſa.cap.55. viæ Domini accipiuntur cum dicit: non enim viæ meæ, viæ veſtræ. Et quantum diſtant cœli à terra, ſic diſtant viç meæ à vijs veſtris. Opera vnius cuiuſquè viæ dicuntur. Gene.6. Omnis caro corruperat viam ſuam. Iob.34. Opus enim hominis reddet ei: & iuxta vias ſingulorum reſtituet eis. Et Ezechie.36. & recordabimini viarum veſtrarum peſſimarum. Ait ergo Dominus: nõ ſunt viæ meæ viæ veſtræ, hoc eſt, non ſunt actiones meæ, & cogitationes, quibus ago, & diſpono omnia, ſimiles actionibus & cogitationibus veſtris. Et alibi: non eſt æqua via Domini. Blaſphemant impij in actiones Dei, & conſilia, cogitationes & diſpoſitiones, quibus agit. Aiunt non eſſe æquas ac iuſtas, nec eum iuſtè agere in operibus ſuis. Contrà verò clamãt electi dicentes: iuſtæ & veræ ſunt viæ tuæ rex ſeculorum. Vt igitur in ſumma dicam: ſtantes ſuper mare vitreũ cantant omnem veritatem, quæ aut Moyſis, aut Chriſti ſermonib9 ſumatim comprehenditur. Sunt enim omnia, aut de magnis & mirabilibus Dei operibus, ſimulq; de illius omnipotẽtia, aut dẽ præceptis ſuis: aut de miſericordia & iuſtitia. Et ideo cãtantes hoc breue canticum, cantant omnia.

Eſai.55. Gene.6 Iob.34. Ezech.36. Ezech.18.

¶ *Rex*, inquit *ſeculorum*. Regem ſeculorum eum vocat, quod æternus ſit: nec eius regnum certo tempore finiatur, vt alia regna. Sed per ſecula omnia ſemper idem ſit. Ita etiam Paulus.1.ad Timo.1. Regi autem ſeculorum immortali & inuiſibili ſoli Deo honor & gloria. Nam in ſeculo, æternitas etiam intelligi ſolet: præſertim cum ſecula dicuntur: aut ſecula ſeculorum: aut etiam ſeculum ſeculi. Vt Pſalm.18. Timor Domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi. Pſalmo.47. Ipſe reget nos in ſecula. Pſalmo.80. & erit tempus eorum in ſecula. Pſal.103. ſit gloria Domini in ſecula. Pſalm.83. Beati qui habitant in domo tua Domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te. Cæterum vbi nos legimus. *Rex ſeculorum.* in Græco eſt Rex ſanctorũ. Et ita etiã habent nonnulli codices latini. Alij Græci habent Rex gentium, ita legitur apud Aretam: & in complutenſi codice: & apud Primaſium. Facilè enim fuit in hac parte viciari græcos codices. Quoniam ſi in græco legatur ἐθνῶν, ethnôn, ſignificat gentiũ: ſi autem legatur, αἰώνων, ẽonon, ſignificat ſeculorũ. Nec mihi diſplicet quorundam coniectura: fortaſſe dictionũ contractarum rõe factum eſſe: vt pro ſanctorum, legeret ſeculorum. Nam ſi ſcribas, ſclorum, vtrumquè videtur poſſe legi. Et quædam vetera exemplaria ita habent: quædam verô ſeculorum. Verùm quoniam codex complutenſis, & omnes ferè latini habent, ſeculorum, hæc videtur lectio probabilior, Et cum græca exemplaria

Rex ſeculorum vocatur deus quod æternus ſit.

1.Tim.1.

Pſa.18. Pſa.47. Pſa.89.d. Pſa.103.d. Pſa.85.b

ria variauerint,credendũ eſt, eã quã A ſecutus eſt noſter interpres, & quam magis probauit,habuiſſe,*rex ſeculorũ*, Cæterum & ſi nos legamus Domine Rex ſeculorum.Domine,non eſt græcè,nec in emendatis noſtris.

¶ Quis non timebit te domine, & magnificabit nomen tuum, quia ſolus pius es:quoniam omnes gentes venient & adorabunt in conſpectu tuo. Magnificabit, ideſt,glorificabit & prædicabit: vt eſt in græco *quia ſolus*,inquit, *pius es*, in B græco eſt,oſios,pro eo quod eſt,pius. Quod propriè idē eſt,quod ſanctus, purus,iuſtus,innocens. Atq; hoc idē ſignificat,pius,videlicet,purus & mũdus.Vnde illud:ipſa mola manibus q; pijs altaria iuxta,ideſt,mundis ſiue ablutis,vt mos ſacrificiorum exigebat. Inde piare & expiare. ¶Solus pius dicitur,quia ab eo omnis ſanctitas eſt, & qui eam habent ab eo habent. Et nemo cum eo comparatus,ſanctus vi C detur.Opportunè hoc dicit cum grauiſſimè punit impios,& ſanctos è magnis periculis eruerat.Hoc autem loco,quia,& quoniam, licet cauſam etiam indicare poſſint,magis videntur poni pro,quòd,more hebræorum:& apud latinos redundare, vt ſit ſenſus: quis non magnificabit nomen tuum: quis non te laudabit, dicens te ſolum pium eſſe:& omnes gentes venturas eſſe ad adorandum te:& manifeſta eſſe iudicia tua. Hæc loquutio vſitatiſſi- D ma eſt in ſacra ſcriptura.Vt Eſaiæ.c.3. Dicite iuſto quoniam benè:quoniam fructum ad inuentionum ſuarum comedet,ideſt,dicite iuſto,bene illi futurum.Et Pſalmo.105.&.106. Confitemini Domino quoniam bonus,ideſt, laudate Deum dicentes eum eſſe bonum,& miſericordiam eius eſſe in ſeculum.Math.7.& tunc confitebor illi,quia nunquam noui vos.Luc.19. Vi dens ciuitatem fleuit ſuper illam dicens:quia ſi cognouiſſes & tu: & quidem in hac die tua,quæ ad pacem tibi.Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui. Luc.19.

Oſios & pius idem eſt quod ſanctus, purus,innocens.

Quia & quoniam pro quòd more hebræorum

Eſai.3.b.

Pſa.105. Pſa.106.

Math.7.c.

¶ Quis non timebit te domine,& magnificabit nomen tuum: quia ſolus pius es:quoniam omnes gentes venient,& adorabunt inconſpectu tuo.

¶Similes laudes canebat olim Hieremias.cap.11.his verbis:non eſt ſimilis tui domine,magnus es tu,& magnum nomẽ tuum in fortitudine quis non timebit te ò Rex gentium, &c. Quæ verba,inquit Hieronymus, & ſi iuxta literam videantur perſpicua, iuxta anagogen,magnam habent difficultatem. Nullus enim ſimilis eſt Deo vero,eorum Deorum qui hæretica arte finguntur. Omnes timebunt eum:principium ſapientiæ timor domini.Similes etiam laudes cantantur. 2.Machabæorum.cap.1.Domine (inquit Nehemias)Domine Deus omnium creator,terribilis & fortis, iuſtus,& miſericors, qui ſolus es bonus Rex,ſolus præſtans,ſolus iuſtus,& omnipotens & æternus.Quod ſi obijcias multos homines eſſe bonos, iuſtos,dominos,ac veraces &pios,quid ergo eſt quod dominus ſolus dicatur bonus Rex,ſolus iuſtus,ſolus pius? ad hoc dices hominum bonitatem,ſapiẽtiam,pietatem,veritatem, atquè iuſtitiam,à Dei bonitate,ac ſapientia,& veritate tãquam à fonte dimanare: Deus enim ſuapte natura bonus,verus, & pius,ac iuſtus eſt.& hinc eſt quod ipſe,talis ſimpliciter dicatur.Quo ſenſu Chriſtus Dominus olim dixiſſe fertur:nemo bonus niſi ſolus deus,ideſt, bonitate omnibus numeris abſoluta,

Deus solus bonus est. Sic etiam sol so lus lucidus dicitur. Quod si secundò quæras quo pacto dicant iusti, quis non timebit te Domine quia solus pius es? Nam pietas Domini nõ mouet ad Dei timorem, sed potius ad amorem, foras expellens timorem. Ad hoc si de timore filiali locus ille intelligatur, vt intelligit Richardus, & alij: ideo ab omnibus est timendus, quia pius est. Vult enim pius pater cũ amore timeri, non cum odio, vt seculi principes solent: qui magis volunt timeri, quàm amari. Si verò de timore seruili sit sermo, ideo maximè timendus est, quia pius est, quia misericors, & patiens est, quia dissimulat, & differt de die in diem vindictam. Ex quo fit quod hac occasione peccatores, Dei pietate, & longanimitate ac misericordia filiali, quotidie multò peiores fiunt: non intelligentes quod Dei pietas potius ad pœnitentiam eos adducat: non animaduertentes quod Dei pietate & tolerantia abutentes, thesaurizant sibi iram in die iræ: ita quod eos Deus derelinquens, in alios pietatem suam diffundat. Quod optimè nõnulli considerantes quãto deũ sibi in hac vita magis pium ac longanimem vident, tanto plus timent irã eius venturam aduersus eos thesaurizatam. Quis ergo non timeat Deum? quia quanto in hac vita circa peccatores obduratos magis misericors est, tanto in futura, magis in exigenda ratione rigidus, & in exequenda pœna terribilior. Qui ergo sapiunt, quantò Deum vident longanimiorem, & mitiorem in vindicandis iniurijs, tantò magis timent, ne subito superueniat ira eius, & eos in tartara demergat. Item ne abutentibus Dei pietate in illos pius Dominus illam exerceat.

Timendus est Deus iustis quia pius Pater est

Richardus

Gloss.

Timẽdus est Deus à peccatoribus quia maxime pius est in hac vita & quia quanto magis dissimulat tanto magis postea punientur.

Ideo aiunt iusti, quis non timebit te Domine, quia solus pius es? Quoniã gentes venient, & adorabunt coram te Domine. ac si dicerent: ideò ego timeo te, quia cum pius & misericors sis, omnes suscipis, & gentes venient ad te, ideo ego timeo te, ne derelinquas me, sicut dereliquisti Hierusalem, & mansit deserta, & conuersus es ad nationes. Nõ ergo abutamur dei misericordia & pietate, ne derelinquat nos Deus, & ad alios pietatem suam trãsmittat: sic enim reliquit Saulem, & ad Dauidem migrauit. Vnde Samuel ait illi: quid interrogas me, cũ Dominus recesserit à te, & transierit ademulum tuum? 1. Regum. 28. Sic Paulus, & Barnabas, Actorum. 13. Dicunt Iudæis eorum duritiem improperantes: vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce conuertimur ad gentes. Timeamus ergo Dominum, vt hi iusti monent. Dominum exercituum ipsum sanctificemus: ipse pauor noster, & ipse terror noster & erit nobis in sanctificationem: vt Esaias ait: sit, inquam, Deus pauor noster: coram quo cœlorum columnæ maximè pauent: ipse sit terror noster in cuius conspectu, tartareæ potestates (quæ potentissimæ sunt) contremiscunt. Quod si fecerimus, erit nobis Dominus in sanctificationem, hoc est, sub vmbra manus suæ nos proteget, & ostendet nos esse legitimos suę diuinitatis cultores, curamquè exequentissimam nostri habere demonstrabit. & hęc erit nostra sanctificatio. Quod si illum timere contempserimus, erit nobis in lapidem offensionis, erit in ruinam & in scandalum, sicut fuit duabus domibus Israel, hoc est,

1. Reg. 28.

Act. 13.

Esai. 8.

Iob.9. est,scribis,& phariſęis. Quis reſiſtet ei:& pacem habebit? Iob.9.& Dauid, Pſalmo.75. Tu terribilis es,& quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua,ideſt, olim ira tua declarata eſt, in primi Angeli, ſcilicet,caſu, in primi hominis de iectione de paradiſo, in generali diluuio,quo Gigantes ſubmerſſi ſunt, atq; in his alijsq; ſimilibus punitionibus. Item, ex tunc ira tua:ex tunc, illo in momento vltimi iudicij,quum dies illa aduenerit,tunc apparebit furor iræ tuæ,& ſi modo diſſimulare videaris: videtur enim eſſe demonſtratio tantum ad intellectum. Sic Paulus.2.ad Timo.4.De cætero repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quam reddet mihi dominus in illum diem: demonſtrans diem iudicij digito mentis, cuius tamen ante non meminerat.Deniq; ſic exponi etiam poteſt: ex tunc ira tua, ideſt,ex eo tempore quo ira tua,ſcilicet,ſæuire cæperit,quis reſiſtet tibi? timeamus ergo eum,qui poſtquam occiderit habet poteſtatem mittere in gehennam,Luc.12.

Pſa.75. Explicatur locus

2.Timo.4.

Titel. Ianſenius Luc.12.

¶ *Quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conſpectu tuo.* Hoc longè ante præuidens Dauid dicebat: omnes gentes quaſcumq; feciſti venient, & adorabunt coram te Domine:ac ſi diceret:venient dies, quando tibi flectetur omne genu,cœleſtium, terreſtrium,& infernorum: quando ante te congregabũtur omnes gentes: quãdo omnes manifeſtabuntur, & exhibebuntur ante tribunal tuum, vt referat vnuſquisq; pro vt geſſit in corpore ſuo,ſiue bonum,ſiue malum.Quãdo nolint,cogentur omnes tuæ maieſtatis ſuperexcellentiam agnoſcere, teq; ſolum,vt verum Deum & ſupremum iudicem adorare,ac tuæ obedire ſententiæ.Secundum quam explicationem tàm locus iſte Ioãnis quàm locus prædictus Dauidis intelligẽdus eſt de nouiſſimo iudicij magni die, quando omnes exhibebuntur ante tribunal Chriſti: iuxta illud Eſaiæ. c. 45. Viuo ego(dicit Dominus) quoniam mihi flectetur omne genu. Poteſt tamen intelligi vterq; locus de conuerſione populorum in tempore gratiæ, quando exeunte ſono prædicationis apoſtolicæ in omnes fines orbis terrarum,ex omnibus gentibus aliqui cœperunt conuerti ad fidem Chriſti,qui ipſum adorauerunt,vt ſummum, & verum Deum.Plenius tamen atq; copioſius hoc fiet,quando in vnum oui le Chriſti,plenitudo gentium intraue rit.Et quidem in eo maxima Dei miſericordia oſtenſa eſt,quod & gentibus vbiq; abſq; perſonarum exceptione euangelizatum ſit regnum Dei,vtroq; oblatum:vt qui longè fierent,eſſent propè. Epheſ.2. Ideo cum præmiſiſſet:quia tu ſolus pius es, ipſum pietatis opus ſubiungit: quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conſpectu tuo,ideſt, nemo erit iam ex omnibus gentibus,qui te non adorer,& ante te non procidat venerabũdus.Seu,qui te non nouerant conuertentur iam. Quod autem addit, *in cõſpectu tuo.* Auget quodã modo, quod dicit,tu ipſe videbis,& te ſpectante palamte adorabunt

Iſai.45. Rom.14. 2.ſenius Titelma, Rom.14. Pſa.18.

Collect. Gagn.

Epheſ.2.

Primus ſenſus Pſa.81. omnes aſtabunt ante tribunal Chriſti in die iudicij Rom.6. Philip.2. Math.13.

¶ *Quoniã iudicia tua manifeſta ſunt.* ideſt,omnes vident te iuſtè feciſſe ac meritò tàm grauiter impios puniſſe. Iudicia græci vocant, δικαιώματα, diceomata,hoc eſt,iuſtificationes,ideſt, opera iuſtè facta. Quæ rectè appellãtur iudicia.Hæc autem omnia per anticipationem mihi dicta videntur: vt non ante ſeptem plagas dicantur à iuſtis,ſed poſt illas,ab ijs, iam liberati canantur. Quare prius dixit ſe vidiſſe ſeptem Angelos habentes ſeptem plagas

2.Corin.5.

gas nouissimas,& postea,& vidi tanquàm mare,&c. Sed vt hunc locum Ioānis plenius explicemus: hic ſtatim dubitari ab aliquo poteſt quo nam modo omnia Dei iudicia eſſe manifeſta dicuntur. Quũ Diuus Paulus ad Romanos cap. 11. Admiratione maxima tentus exclamet. ò altitudo diuitiarum, ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius: & rurſus Dauid ait Pſalmo 35. iudicia Dei abyſſus multa. Iudicia enim dei quibus omnia diſpenſat, gubernat, & diiudicat, tàm profunda ſunt, vt nulla mens hominum etiam acutiſſima ea poſſit perſcrutando inuenire, quemadmodum abyſſus immenſitas, cuius profunditas cognoſci non poteſt. Si ergo hæc vera ſunt, vt reuera ſunt, quid eſt quod hic dicant iuſti, quoniam omnia iudicia tua manifeſta ſunt? ad hoc dicendum: nequaquam de iudicijs, id eſt, de conſilijs Dei in ſe intelligendũ eſſe locum, hijs, ſcilicet, quibus alios aſſumit alios derelinquit: cum de eis dictum illud Dauidis intelligatur: iudicia Dei abyſſus multa. Sed de illo finali iudicio, quo & bonos præmiabit, & malos dãnabit, accipiẽdus eſt locus, vt in principio diximus. Præterea, manifeſta ſunt iudicia Domini in ſalutis opere, qualiter, ſcilicet, in reſtaurando homine proceſſum eſt. Hoc quiuis intelligere facilè poterit. Verbum caro factum eſt, Euangelium promulgatum, chriſtus pro peccatis noſtris cruci affixus, ac morti traditus, reſurrexit, ac viuit, Apoſtoli dimiſſi ſunt per orbem terrarum, ſacramenta inſtituta. Talia Dei iudicia, vel ipſis pueris ratione vtentibus, & fidei ſacramentis imbutis, comperta ſunt. Qua in re vis cera pietatis ſuæ oſtendit Deus, quare A iure ſolus pius dicendus eſt, qui miſericordia tanta commotus traxit ad ſe gentes omnes, & illis iudicia modò enarrata manifeſtauit.

¶ Et poſt hæc vidi, & ecce apertũ eſt templum tabernaculi teſtimonii in cœlo, & exierunt ſeptem Angeli habentes ſeptem plagas de templo, veſtiti lapide mundo & candido & præcincti circa pectora zonis aureis. Iam redit D. Ioānes vnde digreſſus fuerat. Superius enarrare cœperat quod modò proſequitur. inceperat enim dicere: Et vidi aliud ſignum magnũ & mirabile. Angelos ſeptem habentes plagas ſeptem nouiſſimas, & opportune facta paulo ante dicta diggreſſionè, redit nunc ad ſuam de ſeptem Angelis inchoatam narrationem, dicens in hunc modum.

¶ Et poſt hæc vidi, & ecce apertũ eſt templum, &c. Obſerua imprimis narrationis ordinem, prius deſcripſit ſeruãdos per baptiſmum: modò verò damnandos obſuam infidelitatem. Hunc ſeruauit Chriſtus Marci vltimo: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. & hunc eumdem ſeruabit in iudicio idem Chriſtus ſtatuens primum oues à dextera, hœdos autem à ſiniſtra, vt Mathæus refert.

¶ Obſerua ſecundo, hunc à nobis relatum locum diuerſè à doctoribus explicari. Primus ſenſus eſt, vt intelligatur de primo Chriſti aduentu in hunc modum: vt per templum tabernaculi teſtimonij intelligatur Eccleſia vetus, in qua erat tabernaculum illud teſtimonij, quod velut taberna quædam erat tabulis contecta & ſtrata, qd huc atq; illuc trãsferebatur. Vocabatur autem teſtimonij, quod continebat arcam, habentem tabulas teſta-

Rom. 11

Pſal. 35

B

C

D

Marci vltimo.

Math. 25.

Gag. quo modo iudicia Dei nobis manifeſta ſunt.

Primus ſenſus

ſtamentorum,& vrnam mãna plenã, è qua reſponſa dabat populo Deus. Templum ergo hoc quod reseratũ non erat ante aduentum Chriſti: ſed clauſum typis & figuris, & ritibus, & cæremonijs,moriente Chriſto apertum eſt, ideſt, myſteria contenta in Eccleſia veteri aperta ſunt:in cuius ſignum moriente domino velum templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo vſquè ad deorſum:vnde à mortuis reſurgens apparuit diſcipulis ſuis, & aperuit illis ſenſum,vt intelligerent ſcripturas:& illi, illorumquè ſucceſſores veluti ſeptem Angeli illi, eggreſſi de templo veteri,hoc eſt,de Eccleſia illa antiqua miſſi ſunt per vniuerſum orbem,habentes ſeptem plagas.Illi enim profecti prædicauerunt vbiquè peccatoribus iram,& indignationem Dei aduerſus eos,qui noluerunt agere pœnitentiam. Ibant autem induti Chriſtum (qui lapis mundus dicitur in Eccleſia) arq; ſuccincti zona aurea charitatis.

Luc.24.

Marcel. vltimo.

Eſai.58. 1.Petri 1. Rupert. Beda.

¶ Secundus ſenſus ſimplicior eſt, quem Gagneius affert de. 2. aduentu. Per tabernaculũ ergo teſtimonij cœlum intelligitur,vnde teſtimonia, leges,& mandata dat dominus. Senſus igitur hic eſt:quòd eggreſſo ad iudicandum Chriſto, apertum eſt cœlũ, ideſt,omnia quæ de Chriſto prędicta fuerant myſteria manifeſtata ſunt. Supererat enim ex omnibus vt iudicatus veniret,Eggreſſo itaquè ad iudicãdum illo,palàm facta ſunt omnia,quę de illo prænunciata erant.

2.ſenſus

Gag.

¶ Et ecce apertum eſt templum tabernaculi teſtimonii. Aliter aliqui viri docti hunc locũ explanare contendunt. Primùm igitur notandum eſt, quòd tebernaculum teſtimonij dicebatur, quia in eo ſeruabatur lex,quę teſtimonium appellatur. Vt Pſalm.118. In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum,ſicut in omnibus diuitijs:in mandatis tuis exercebor.Et quamuis totũ tabernaculum ita vocari ſoleat: nunc illa eius pars in qua arca ſeruabatur cum lege quæ à Paulo ad Heb.9. Appellatur tabernaculum, propriè videtur dici tabernaculum teſtimonij,quę & ſancta ſanctorum dicebatur. In ea locus ſanctorum beatitudinis ſignificatur. Vnde.cap.11.dictum eſt:& apertum eſt templum Dei in cœlo,& viſa eſt arca teſtamenti eius.Meritò autem lex in ſancta ſanctorum ſeruabatur,vt intelligeremus in obſeruatione mãdatorũ Dei, virtute cõtineri beatitudinem.Et quoniam omnes plagæ in homines mittentur, qui voluptates ſequi voluerunt, & legem Dei contempſerunt,iure Angeli tenentes ſeptem plagas exeunt de tabernaculo teſtimonij.Cæterum non tabernaculum ſolum nominat,ſed templum etiam.Apertum eſt (inquit) templum tabernaculi teſtimonij,ideſt, ea pars templi inqua ſeruatur teſtimonium, ideſt, lex. Quæ pars,dicitur templũ, vt rem firmam,& immobilem intelligamus.Et cum poſſet dicere apertũ eſt templum in quo erat lex, maluit dicere,apertum eſt templum tabernaculi teſtimonij, quoniam in tabernaculo ſemper ſeruata fuit lex. In templo autem Salomonis non fuit arca nec lex,ex quo Hieruſalẽ euerſa eſt à Nabuchodonoſor, ſed à Hieremia abſcondita eſt cum ipſo tabernaculo, vt legimus.2.Macha.c.2. Deinde,quoniam tabernaculum habuerunt filij Iſrael iter facientes:& vt doceret omnibus plagis feriendos eſſe à Deo eos qui dum in via huius vitæ ſunt,legem non obſeruant, aptiſſimè nominatur

Pſa.118.

Hebr.9.

Supra c.11

Tercius ſenſus Pisanę.

2.Mach.2.

ta-

tabernaculum. Præsertim cum paulo ante de bonis iustorum loquens, eiusdem itineris meminerit dicens: & cãtantes canticũ Moysi. Præterea, tabernaculum quod à Moyse ædificatum est synagogam significat, templũ verò quòd à Salomone in figura Christi, fuit structum, significat Ecclesiã: vt autor est Beda in libro de templo Salomonis, cap. 5. Atquè eadem rõe in tabernaculo lex vetus, & prophetę in templo Euangelistę, & Apostoli intelligũtur. Rectè ergo tabernaculum & templum nominantur, quoniã qui doctrinam Christi, & Apostolorum, idest, legem nouam violant, idem & violãt legem, & prophetas. Quia mysteria Chri, & bona cœlestia in lege, & propheris significata, & in Euangelio expressa, contemnunt. Nec præterendum est in parte tabernaculi, de qua loquimur, præter legem, etiam seruatum esse verum mana, & virgã Aaron, quæ fronduerat: & ei sacerdotium â Deo datum esse demonstrauerat: vt docuit Paulus ad Hebræ. 9. Et quia impij qui puniendi sunt, non solum legem Christi transgressi fuerant sed sacerdotiũ Ecclesiæ aspernati fuerant, idest, increpationes Ecclesiæ, & sacramenta: eleganter Angeli plagarum, è templo tabernaculi testimonij egrediuntur.

Beda.

Hebr. 9.

¶ *Et exierunt septem angeli.* Et cum his tanquàm primoribus, vniuersi ipsi Christo ad iudicium peragendũ ministraturi. ¶ *Habentes septem plagas.* Per hos septem Angelos, prædicatores, vt iam diximus aliqui intelligunt. Quod alijs non placet. Aliud est, inquiunt, plagas prædicare atquè ab eis deterrere, quod prædicatorũ est, non Angelorum: Aliud plagas inferre, quod Angelorum est. Vt cap. 4. post hæc vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ, &c. Et c. 8. Septem Angeli habentes septem tubas, & calamitates hominibus afferentes, non prædicatores sunt, sed angeli. Angeli autẽ isti de quibus nũc sermo est, nõ prędicãt plagas, sed inferũt: quare veri Angeli sunt, quoniam non inferuntur plagæ per prædicatores, sed per Angelos.

Angeli isti non prædicatores sunt. sed veri Angeli.

Supra. c. 8.

Supra. c. 4.

¶ *Vestiti lapide mundo & candido.* Pro lapide interpręs legit, λίθον, lithõ, quod lapidem significat. Et hoc modo sensus est: quod Christum, qui lapis angularis & electus dicitur, induti erãt per charitatis ipsius imitationem. Vel si numerum singularem pro plurali positum intelligamus, varia virtutum ornamenta significat: quibus decorati sunt sancti Dei omnes. Græca tamen quæ nunc extant, cõstanter legunt, λίνον, linon, vestiti, scilicet, lino. Induti, scilicet, lino mundo & candido, propter virginitatis angelicæ candorem & mundiciã. Ansbertus melius conuenire dicit in hoc loco, lino mundo. Atqui ita legendum est. Nam angeli propriè nõ possunt Dici vestiti lapide mundo. Nec vnquam sacra scriptura ita loquuta est. Lino autem indutos Angelos solet inducere. Vt Ezech. 9. Danielis. 10. Primasius legit: vestiti lintea munda. Aretas, vestiti lino mundo. Et ita habetur in codice complutensi, tàm græco quàm latino. Erroris occasio ijs qui legunt: *lapide mundo.* Græcum exemplar viciatum fuit, in quo pro lino legebatur Litho, idest, lapide.

Angeli vestiuntur lapide Christo per puritatis ipsius imitationẽ. Angeli nuncupantur dicuntur propter puritatem & mundiciem.

3. sensus plenior

Ezech. 9. Dani. 10.

¶ Lino candido & mundo apparent vestiti: & propter rationem dictam, & vt gaudium sanctorum de pœnis obstinatorum peccatorum indicent. Albus enim color lætitiæ index

dex est, vt diximus capite tertio, significat etiam puritatem Angelorum. Propterquam æquum est, vt puniant homines, qui se fœdis libidinibus sordiderant. Et quoniam de loco vbi lex erat, exeunt: hoc etiam indicant, per legis obseruationem homines mundari, & dealbari: & in lege Euangelica homines exigi mundos, qui per carnis mortificationem, quæ in lino intelligitur, per macerationem, & tusionem ad candorem perducti corpora sua castigando dealbant. Atque ita iure eos puniri qui non id faciunt. Annotauit Erasmus, quoniam in Græco pro, candido, est lampro, non tàm, candido, quàm, splendido, esse vertendum. Quoniam, lampros, idem est quod, splendidus, seu lucidus. Sed melius noster interpres intellexit: qui vidit candidum colorem, quoniam plus cæteris habet lucis, lampron Græcè dici, vt annotauimus capite tertio.

Quales debeant esse prædicatores

¶At verò siue per hos Angelos intelligantur Apostoli, & eorum successores, vt aliqui patres intelligebant: siue intelligantur Angeli veri, hinc discere poterunt prædicatores euangelici, quibus sunt vestibus induendi, & quibus zonis præcingendi. Prodiere Angeli isti amicti lino mundo: & candido: & præcincti circa pectora zonis aureis: sic prædicatores Christi debent esse mundissimi vita, charitatem autem intra sinus pectoris continentes, erga Deum primùm, deinde erga proximum: alioqui munus prædicandi minimè susciperè debent: namquè hos Deus non docet neque mittit. Scriptum est enim: peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum. Psalmo. 49.

Psa. 49.

A Hinc fuit quod missurus Deus Apostolos ad prædicandum Spiritu sancto indui voluit: & ignea aureaque zona charitatis præcingi. ¶Imo verò non prædicatores solũ, sed & fideles omnes, hoc lino indui, & hac zona præcingi voluit Dominus, qui per beatum Paulum ad Colos. tertio inquit: expoliantes vos veterem hominem, & induentes nouum, &c. Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti & B dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, siquis aduersus aliquem habet querelam: sicut & Dominus donauit vobis: ita & vos. Ecce indumenta iustorum. Zona verò aurea quæ sit statim explicat Paulus dicens: super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Charitas cingulum, siue vinC culum perfectionis vocatur à Paulo: quia in ea consistit perfectio nostra admodum vinculi. Dilectio enim amantes ipsos ligat, & constringit, dilectio ergo & perficit hominem (quod nulla moralis virtus facere potest) & ligat amantes, inter quos est Deus. Est enim præsens sermo de dilectione qua diligimus Deum in se, & cæteros propter Deum. Præterea, vinculum perfectionis dicitur (inquit Theodoretus) quia aliorum mãdatorum est, & custos, & adiutrix: & quemadmodum trabes ædificia continent: ita ea perfectionem conciliat, & coniungit, ac connectit membra corporis. Absquè hac virtute: cæteræ arena sunt sine calce: si qui ergo charitatem non habeant, etiam si cæteras virtutes habeant, (si tunc virtutes dicendæ sunt) non præcincti sed discincti incedunt. Induamur ergo lino

Qualis debeat esse omnes fideles Colos. 3.

Charitas quare dicatur Vinculum perfectionis

D

mundo & candido, & præcingamur zonis his aureis, si his angelis similes esse volumus.

¶ Hi ergo Angeli vt ad textum redeamus, præcincti dicuntur zonis aureis circa pectora. Accinctio enim erat, vt diximus, charitate per zonas significata, qua sancti Angeli homines in terra laborantes in cultu Dei prosequuntur. Cuius rei causam reddidimus capite primo vbi Ioannes vidit similem filio hominis præcinctum zona aurea. Charitas enim etiam mouet vt impios affligant, qui iustos vexant. Significat etiam puritatem sanctorum Angelorum: qui non solùm peccatum ab opere, sed etiam à cogitatione excludunt. Et ideo optant pœnas peccatorum, qui opere & cogitatione impuri sunt. Nec non legem euangelicam cordis & operis mundiciam exigere, & tales per eam homines reddi: meritòque plecti, qui immundi sunt.

¶ Et vnum de quatuor animalibus, dedit septem Angelis septem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viuentis in secula seculorum.

¶ Locus hic etiam variè à patribus exponitur. Ferè omnes illum de primo Christi aduentu intelligunt: quem sensum in primis in medium proferemus.

Primus intelligẽtia

¶ Et vnum, inquit, *de quatuor animalibus.* Iam in superioribus docuimus hæc quatuor animalia significare quatuor Euangelistas differentes de Christi diuinitate, humanitate, morte, & resurrectione. Docuimus etiam vnum quodquè istorum quatuor animalium, & omnes simul Christum representare: qui factus est homo, ex virgine nascendo: factus est vitulus, offerendo seipsum pro nobis in cruce Deo: factus verò leo, à mortuis resurgendo: aquila verò in cœlum ascendendo. Cum ergo vnũ quodquè istorum quatuor animaliũ sit figura & imago Christi: ideo Ioannes non retulit in particulari quod illorum vidisset, dans septem Angelis septem phialas, vt per hoc vnum animal Christum Dominum significaret figuratum in singulis, & in omnibus his animalibus. Christus ergo est qui dedit septem Angelis has septem phialas.

¶ Vel dicendum, quod Euangelistæ legem euangelicam nobis scriptam reliquerunt: per quam impij damnantur, quia illam non seruauerunt: quare per vnum, rectè quemlibet ex quatuor intelligere possumus. Omnes enim hoc fecerunt. Et quod de vno dicitur, rectè de omnibus dictum accipitur. Diceremus autem probabilissimè vnũ pro primo accipi, de more scripturæ, atquè hunc esse Mathæum: qui hominem Christum peculiariter descripsit, & sermonem eius in monte retulit accuratissimè, in quo vitæ Christianæ forma tradita est. Nisi, primum, accipiendum videretur ordine à nostro Ioãne seruato. Vbi primum animal simile leoni esse dixit, Marcum significans. Iuxta Ezechielis ordinem, capite primo. Primum animal Matheum significat, cui optimè hæc conueniebant. Sed quicquid de hoc sit, meritò vnum animal de his quatuor phialas plenas iracundiæ Dei, Angelis dedit: quoniam vt scripsit Paulus ad Romanos secundo: Qui per legem peccauerunt per legem iudicabuntur. Primum ergo sensum sequentes dicamus hoc vnum animal quod Christum

Rom. 2.

stum figurabat dediſſe has ſeptẽ phialas aureas.

¶ *Dedit*, inquit, *ſeptem Angelis*. Quid ſeptem Angeli ſint ex ſuperioribus perſpicuum eſt ſecundum priorem interpretationem. Numerus ſiquidem hic vniuerſitatem ſignificat, prædicatorum autem typi ſunt Angeli, Angeli namquè miſſi dicuntur: & de prædicatoribus dicit Paulus ad Romanos 10. Quòmodo prædicabunt, niſi mittantur? Per ſeptem ergo Angelos vniuerſitas prædicatorum Eccleſiæ rectè accipitur. His ergo dedit Chriſtus ſeptem phialas aureas. Porrò phialæ hoc loco decretæ ſunt Dei, ideoquè aureæ quia Dei ſunt, id eſt, electa, precioſa, & ſummè admiranda. *In his iracundia Dei viuentis contineri dicuntur.* Per quas ſententiæ Dei intelliguntur. Sic etiam noſtrorum iudicum ſententiæ, quandoquè meræ iracundiæ ſunt. Eiuſmodi phialas homo Chriſtus effundebat, quum Iudæis excidium eorum prædicebat, dicens: ecce relinquetur domus veſtra deſerta Mathæi 23. & alibi: comminabatur cominuendã fore ciuitatis omnia vt non remaneret lapis ſuper lapidem. Magna equidem effuſſio Dei viuentis iracundiæ in illos fuit, ſed non minor in reprobos futura. Chriſtus ergo dedit has phialas decretorum Dei: quæ ſunt apud Deum pœnæ malorum miniſtris ſuis: vt eas effunderent in reprobos & peccatores. Semper ergo effunditur aliqua eorum, quandocumquè ira in peccatores pronunciatur: quandocumquè terror iudicij eis intentatur. His Angelis dedit Chriſtus os & ſapientiam, tàm potenti virtute, vt nemo eis reſiſtere poſſit aduerſariorum. Hi ſunt qui peccatoribus minantur Dei iudicium, & pœnas æternas, niſi pœnitentiam egerint.

¶ Illud autem eſt notandum, quòd ſuperius dictum eſt, has phialas plenas eſſe odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum: hic autem plenas eſſe ira Dei. Ad hoc ira, inquit, Beda, eædem quippè phialæ & ſuauitatem ſupplicationum, & iram ſuppliciorum continere dicuntur, quùm à ſanctis prò regni Dei aduentu funduntur: quando iudicia Dei non iram occulta ſicut abyſſus, ſed aperta vt phialæ, iuſtis laturã ſalutem, impijs verò prædicuntur inferre perniciem: ſicut Apoſtolus ait: Quia Chriſti bonus odor ſumus Deo, in ijs qui ſaluifiunt, & in ijs qui pereunt: alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autem odor vitæ in vitam. Hæc Beda.

¶ Sed proſequendo ſecundam interpretationem de ſecundo aduentu: tunc Chriſtus Dominus dedit ſeptem Angelis ſeptem phialas aureas iræ Dei viuentis in ſecula, quando Angelis ſuis dedent poteſtatem effundendi è vaſis diuinæ iracundiæ, vltiones, & plagas in terram aduerſus reprobos. Phialas autem iræ vocat id, quod ſuperius vocauit calicem iræ.

¶ Cæterum phialæ dicũtur, quoniã hęc ſupplicia non occulta futura ſunt, ſed manifeſta omnibus. Et ideò phialarum meminit potius, quàm aliorũ vaſorum, vt aiunt Primaſius & Beda. quia phialæ patent. Aureę ſunt, quoniam aurum puriſſimum metallorũ eſt, & precioſiſſimum: & ira Dei pura & precioſa, quoniam nihil habet perturbationis ad mixtum: ſed vero & in corrupto iudicio punit, & ſemper iuſtitiam intuetur. Poſſunt & phialæ

Rom. 10.

Math. 23.

Luc. 21.

Collect.

Beda

2. Corin. 2.

a. Intelligẽtia.

Primaſ. Bẽda.

aureæ vocari, quoniam Deus has plagas immittit, non cupiditate nocendi, sed charitate: vt electos vlciscatur, & excitet ad amorem supernorum bonorum, & vt impij corrigantur: aut certe minus noceant: atquè ita minus postea puniantur in inferno. Notum autem est in auro charitatem designari vt sæpè diximus.

¶ *Et impletum est templum Dei fumo à maiestate Dei, & de virtute eius, & nemo poterat introire in templum donec consummarentur septem plagæ septē angelorum.*

¶ Pro huius loci intelligentia notā tum hîc est, quod fumus diuinam præsentiā consequi soler: vt per eum diuina natura significetur incomprehensibilis, & à nobis in hac vita obscurè cognita. Nam quod plenum est fumo, non potest foris videri. Exod. cap. 19. dicitur: totus autem mons sinai fumabat, eò quod descendisset Dominus Deus super eum igne, & ascenderet fumus ex eo, quasi de fornace. Eratq; omnis mons terribilis. Esa. 6. Et commota sunt superliminaria cardinum, à voce clamātis, & domus repleta est fumo. Et in hoc loco vides quod templū impletur fumo à magestate Dei, & à virtute eius. Pro quo in græco est, ex magestate Dei & ex virtute eiº, id est, fumus ille exibat ex magestate & gloria Dei, & ex virtute siue ex potentia eius. Quibus verbis significat homines qui erunt tunc in terra, tot, tantaquè suplicia videntes, & tantam Dei potentiam, quasi in tenebris fore versaturos: stupentes & nescientes quorsum illa tendant, & quid sibi velit Deus, tali ostensione magestatis, & fortitudinis suæ. Ita interpretātur Primasius, Ansbertus, Haymo, & Ambrosius.

Prima intelligentia

Exo. 19.

Esai. 6.

¶ *Et nemo*, inquit, *poterat introire in templum.* Hunc locum Primasius, & Haymo, & Ansbertus, interpretātur neminem posse ingredi in templum, quia nemo potest penetrare hoc secretum iudiciorum Dei, donec finiātur plagæ. Tunc enim fiet iudicium, & omnia omnium peccata patebunt: & intelligetur quid Deus per illā pœnarum acerbitatem efficere voluerit. Itaquè cum dixisset templum impletum fuisse fumo, quia videri à mortalibus non poterant quæ erant in eo: nunc consequenter dicit: neminē posse introire: donec consummarentur. 7 plagæ, quia illi qui extra templū erant, cognoscendo illa Dei iudicia, quodā modo in templum introibunt, quod fumus tegebat. Hanc expositionē cōfirmant satis probaliter ex Psal. 72. vbi de eisdem iudicijs propheta loquens ait: existimabam vt cognoscerē: hoc labor est ante me: donec intrē in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum. i. cogitabam mecum si quomodo causam huius rei scire possem: Sed dū cognoscere voluero semper laborabo, donec intrem in templum Dei, à quo hæc consilia & iudicia exeunt. Hoc est, donec particeps fiam diuinorum secretorū, quod fiet, cū horū hominū finē videro, per quē mihi Deus hęc indicauit. Quare non immerito dicere possumus allusisse Ioā. ad hęc verba psalmographi. ¶ Licet etiā ita planè ac simpliciter interpretari, vt intelligam⁹. 7. angelis exeūtibus, quasi exisse simul cœlites ad spectandū decœlo tā inusitatū suppliciū. Atq; ita admiratione eorū, & rerū nouitate permotos, spectasse: vt oculos auertere nō potuerint, donec omnia finirentur. Quæ expositio reddit rationē, quā quę modo possumus nō reddē-

Inhac vita nemo potest vitua penetrare iudicia dei & prouidentiam quam habet circa bonos & malos, donec veniat iudicium⁹.

pſa. 72.

debat:cur dictum sit, donec consummarẽtur.7.plagæ potiusq̃ donec veniret dies iudicij,sicut dicendũ videbat.

Nec beati omnia dei iudicia & prouidentiã quam habet erga bonos & malos penitus cognoscunt vsq3 in diem iudicij.

¶Prior expositio etiã ad beatos referri potest,qui sine noua reuelatione scire nõ possunt apertè,cur ex malis,hos potiꝰ puniat deus q̃ illos:qui aut æquè mali,aut peiores sunt:cur sic & nõ aliter:cur hic & nunc,&c.Et ideo illis etiã quantũ ad hoc attinet,templũ impletur fumo: nec possunt introire in templũ donec cõsumentur plagæ. Et tunc scient eorũ opera & consilia, & exitus,& quid Deus de singulis decreuerit. Tũc enim cõstabit nõ aliter omnia debuisse fieri,quàm facta sunt.

2. intelligẽtia Tẽpore apostolorũ synagoga in sua cæcitate permãsit fumus, idem est in sacra scriptura quod cęcitas.

¶Quod si locũ istũ secundũ illã expositionem interpretemur,quę loquitur de primo Christi aduentu & nõ de secundo,hic erit sensus:& impletũ est templũ Dei fumo à maiestate Dei & virtute eius.i.diuisis per orbem Apostolis ad prędicandũ gentibus,synagoga Iudæorũ in sua cœcitate permãsit.Idem enim est fumus quod & cœcitas:de qua Sapien.2.dicitur: excœcauit eos malitia eorũ.Et Dauid Psal.57. Supercecidit ignis & non viderunt solem. Supercecidit ignis malæ concupiscentiæ,ex quo ortus est fumus cœcitatis.Obscurari sunt Iudæi ne viderent nec intelligerent solem illũ iustitiæ:de quo in Malachia loquens Dñs ait: orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ.Hoc fumo implendam esse synagogam multò ante prædixerat Esa.c.6.& cõmota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis:&domus impleta est fumo:in quæ verba Hieronymꝰ ait:quàm pulcher ordo verborum, postquam terra repleta est gloria Domini Sabbaoth, iudæorum templum impletum est ignoratiæ tenebris & caligine, & fumo qui noxius est oculis. Superliminaria ergo,hoc est,principes Iudæorum ac seniores populi,qui ad vocem prædicantis domini cõmouebantur, & exasperabantur,lucem fidei non admittebant:& ideo meritò domus, idest, carnalis eorum synagoga, caligine erroris,& fumo furoris impleta est.

Sap. 2. Psa. 57.

Malach. 4. a.

Esai.6.

Hieron.

Collet.

Exod 19 Figura.

¶Quãdo Deus dedit legem Moysi,audiebãtur tonitrua, fumabat Mõs Synai,&erat nube densissima coopertus. Quæ omnia significabant legem illam esse timoris:& fore,vt iudæi fumo, & nube obcœcarentur.

¶Præterea huius etiam cæcitatis erat figura sacerdos Dei Heli: de quo dicitur.1.Regu.3. Quod iacebat in lectulo suo, & oculi eius caligauerant: nec poterat videre lucernam Dei, antequam extingueretur. Nec liberabũtur ab hoc fumo, nisi consummatis septem plagis Angelorum, idest, consummata per orbem terrarum prædicatione comminatoria iræ Dei, tunc omnis Israel saluus fiet. Vnde Paulus ad Romanos vndecimo ait: nolo vos ignorare fratres mysterium hoc:quia cæcitas ex parte contigit Israel,donec plenitudo gentium subintraret,& sic omnis Israel saluus fieret, & Esaias.cap.59.veniet ex Syon, qui eripiat,&auertat impietatem à Iacob: & hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata eorum : Domini enim virtute id fiet , qui prodijt ex Syon è Iudæis carnem assummens, vt conuolantibus ad baptismum tunc & illis condonentur peccata , quod non dum sunt consecuti sub cœcitatis fumo innumeri eorum laborantes.

1.Reg.3

Roma.11

Esai. 59.d Ro.11.

Dubium

¶Sed ais, nonne aliqui modo ex Iudęis ingrediuntur templũ Ecclesię credẽdo in Christũ? Ita est,quomodo ergo ait:&nemo poterat introire tẽplum

plum donec consummarentur plagę. Respondetur, tàm paucos eos esse, tã tamq; esse obcœcatorum multitudinem in suo errore permanentem, vt per hyperbolen dicatur neminem ex se qui templũ ingrediatur, donec consummẽtur plagæ. Qua loquẽdi phrasi vtitur Dauid cum ait: omnis homo mendax: & rursum: non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum. Vniuersaliter ergo loquendo non ingredientur nisi in fine, dum consummabuntur septem plagę Angelorum, id est, prænunciationes septem plagarũ, quæ in septem temporibus implebuntur.

Hiperbolica locutio frequens in sacra scriptura

Psa. 115 a. Psa. 13.

Collect. 3. senius. fumus varie Sumitur in sacra scriptura.

¶ Tertius sensus planior huius loci est, vt intelligatur de secũdo aduentu Christi. Vnde obserua. fumum in scriptura nunc accipi pro odore suaui aromatibus in igne positis producto: sicut in cãticis vbi ait sponsus: quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus mirrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmẽtarij? Nunc etiam accipitur pro gloria vt Esai. 4. & creauit Deus super omnẽ locum montis Syon, & vbi inuocatus est, nubem per diem, & fumum, & splendorem ignis flammantis in nocte: super omnem gloriam enim protectio. Quo in loco fumus accipitur in bonam partem, pro gloria, scilicet, & splendore. Est igitur ibi fumus vapor lucidus è terra eleuatus, vel flamma ignis quæ est fumus ascensus. Vel si mauis, per fumum intellige Dei prę sidium, & protectionem atq; fauorẽ, quo protegit suos aduersus hostiũ impetũ & malitiam, ne accedentes possint pios lædere. Ecclesia enim Christi post Aegypti exitum, idest, post ablutionem in baptismo deserta huius seculi colit. At verò per hæc squalida loca, Christus qui per tot discrimina rerum suos ducit, nubem habet, quæ diurnos labores peregrinorum cœlestium leuet, habet rursum fumum & splendorem, qui nocturna ex tenebris tædia mitiget. Etenim si populus ille typicus mirabilibus prosecutus est à Deo fauoribus, vt nube interdiu contra solis ardorem, refrigerium pararet, & nocturnas tenebras ignea colũna fugaret, quid quod populus Christianus maioribus fauoribus donetur? Qui non Moysem ducem, sed Christum doctorem & magistrum habet? qui non ad terram illam manantem lac & mel, sed ad cœlestem patriam capessendam suos famulos ducit? Pro eodem fauore & gratia summitur fumus Ioelis. 1. Effundam (ait Dominus) de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt: & dabo prodigia in cœlo sursum, & signa in terra deorsũ, & ignem, & vaporem fumi. Deniq; fumus pro ira Dei accipitur: Sic ut scriptũ est: ascendit fumus in ira eius. In nouissimis ergo diebus cum Dominus ad iudicãdum venerit, implebitur templum Dei ira & indignatione: exibit autem hic fumus indignationis à maiestate, & virtute ipsius, hoc est, à potentia ipsius, per hominum impietatem, ac non toleranda flagitia irritati. & nemo quidẽ poterit introire in templum, idest, cœlum ingredi cum corpore, scilicet, & anima, donec consummentur plagæ, idest, donec consummato iudicio, & extinctis penitus impijs, vniuersalis omnium corpore & anima resurrectio fiat. Hic ergo locus, vt Gagneius ait: quamquam ab omnibus, de Ecclesia militanti exponatur, & per Angelos prædicatores ab illis accipiantur, quia tamen peruerros angelos peracturũ se

Exod 13. Figura.

Ioelis. 2.

Psa 17.

Gag.

iu-

iudicium Christus testatus est, tum A hic locus est expositus.
verò ob contextum sequentis capitis
non in congruè de secundo aduentu

¶ Finis Cap. XV.

Intelligentia Capitis decimiquinti Apocalypsis.

ET vidi in spiritu, aliud signum in cælo magnum, & mirabile: angelos, scilicet septem, hoc est, primores angelos septem, habentes plagas septem nouissimas: paratos videlicet diuerso plagarum genere reprobos perdere nouissima ætate. Post has enim plagas nullis alijs orbem affecturus est Deus, quoniam in illis consummata est ira eius. Ablatis enim de mundo improbis post vniuersale, scilicet, iudicium nulli supererunt in mundo: erga quos denuo vindicta diuina sæuiat. Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igni, vidi (inquam) sacrum baptismum quo peccatorũ sordes eluuntur, sincerum, purum, & lucidum tanquam vitrũ, mixtum igne spiritus sancti. Vidi etiam eos qui vicerunt bestiam, hoc est, Antichristum & imaginem eius responsa dantem, et numerum nominis eius: Stantes super mare vitreum, ideſt, gratiæ baptismali innitentes, habentes cytharas Dei, hoc est, gaudentes & exultantes in Deo, & cantantes canticum Moysi, et canticum agni Christi, vtriusque scilicet, noui & veteris testamenti scripturis Deum laudantes: Et vt omittam canticum Moysi, referam canticum agni quod cantabant. Magna & mirabilia sunt opera tua domine Deus omnipotens, iustæ & verè sunt viæ tuæ rex seculorum, nihil enim nisi iustum præcipis, nihil nisi verum & certum pollicetis. Quis non timebit te domine & magnificabit nomen tuum, quia solus pius es: & idcirco, quanto magis pius, magisq3 misericors, magis es timendus: ne thesaurizemus nobis iram tuam in die iudicii. Quis (inquam) non timebit te domine, quoniam omnes gentes in nouissimo, scilicet, die venient, & adorabunt in conspectu tuo: ingressa iam plenitudine gentium in vnum ouile Christi tui. Quis, inquam, non timebit te & magnificabit nomen tuum, tunc temporis cum omnia iudicia tua manifesta erunt, quibus & bonos præmiaberis & malos damnabis. Et post hæc vidi in spiritu, et

ecce apertum est cœlum quod meritò templum tabernaculi testimonii vocatur: nam inde testimonia, leges, & mandata dat dominus, sicut olim dabat in tabernaculo testimonii. Apertū est ergo templum hoc cœli, id est, omnia quæ de Christo prædicta fuerunt mysteria manifesta sunt. Supererat enim ex omnibus vt iudicaturus veniret. Egressoq; ad iudicandum illo palam facta sunt quæcumq; de illo prædicta fuerunt mysteria. Et exierunt septem prædicti angeli, & ex consequenti omnes angeli septenario numero significati, ipsi Christo ad iudicium peragēdum ministraturi, omni genere suppliciorum armati: vestiti puritate Christi, qui lapis est mundus & candidus: & præcincti circa pectora zonis aureis sapientiæ, & charitatis. Et vidi vnum de quatuor animalibus, vnum, scilicet, Christum a quatuor Euangelistis descriptum repræsentans, quod dedit vniuersis illis angelis potestatem effundendi è vasis diuinæ iracundiæ vltiones & plagas in terram, aduersus reprobos. Et impletum est templum fumo iræ & indignatione ipsius Dei. Exibat autem hic fumus a maiestate Dei, & potentia ipsius per hominum impietatem irritati: & nemo poterat introire cœlum corpore, scilicet, & anima, donec consummato iudicio, & extinctis penitus impiis, vniuersalis omnium corpore & anima resurrectio fieret.

CAPVT DECIMVMSEXtum. Argumentum.

Septem Angelorum, septem plagæ aduersus impios, & Babylonem describuntur. & interim Christi aduentus in iudicio.

ET audiui vocem magnam de tẽplo, dicentem septem angelis, ite, & effundite septem phialas iræ Dei in terram. Et abiit primus angelus, & effudit phialam suam in terram, & factum est vulnus sæuum, & pessimum in homines qui habebant characterem bestiæ: et in eos qui adorauerunt bestiam & imaginem eius. Et secundus Angelus effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tanquam mortui: & omnis anima viuens, mortua est in mari. Et tertius effudit phialam suã super flumina, & super fontes aquarum: & factus est sanguis. Et audiui Angelũ aquarum dicentem, Iustus es Domine, qui es, & qui eras sanctus, qui hoc iudicasti: quia sanguinem eis dedisti bibere. digni enim sunt. Et audiui alterum dicentẽ, Etiam domine Deus omnipotens vera & iusta iudicia tua. Et quartus angelus effudit phialam suam in solẽ, & datum est illi æstu affligere homines & igni, & æstuauerunt homines æstu magno & blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerũt pœnitentiam, vt darent illi gloriam. Et quintus Angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ: & factum est regnum eius tenebrosum, et commanducauerunt linguas suas præ dolore: et blasphemauerunt Deum cœli præ doloribus & vulneribus

suis

sui, et non egerunt pœnitẽtiam ex operibus suis. Et A *sextus angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphratem: & siccauit aquam eius, vt præpararetur via regibus ab ortu solis. Et vidi de ore draconis, et de ore bestiæ, et de ore pseudoprophetæ exire* B *spiritus tres immũdos in modum ranarum. Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa, et procedunt ad reges totius terræ congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotẽtis Dei. Ecce venio sicut fur. Beatus* C *qui vigilat & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. Et congregabit illos in locum qui vocatur hebraice Armageddon. Et septimus angelus effudit phialam suam in aerem: et exi-* D *uit vox magna de templo à throno, dicens: Factum est. Et facta sunt fulgura, & voces, et tonitrua, et terræmotus factus est magnus qualis nunquam fuit, ex quo homines fuerunt super terram talis terræmotus sic magnus. Et facta est ciuitas magna in tres partes: et ciuitates gẽtium ceciderunt. Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum: dare illi calicem vini indignationis iræ eius. Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti. Et grando magna sicut talentum, descendit de cælo in homines: & blasphemauerunt Deum homines propter plagam grandinis: quoniam magna facta est vehementer.*

Supra 3. Mat. 24 d. Luc. 12. c 1. Cor. 5. a

Caput. XVI.

ET audiui vocem magnam de templo dicentem septem angelis, ite & fundite septem phialas iræ Dei in terra. Totum hoc caput aliqui explicant de Primo Christi aduentu, alij verò de tempore illo quod erit post interitum Antichristi, vsquè ad finem mundi, siue de secundo aduentu Christi: quam sententiam nos sequemur. Explicata primùm priori.

¶ Vox ergo hæc magna audita è templo vox diuina est, atq; adeo maxima. Dei ira prolata. Hæc autem audita est de templo, ideſt, de Ecclesia

Primus icentus.

credentium:vbi consueuerunt sancti prædicatores docere plebem Christianam & Dominus in templo sancto suo commorari dicitur Psalmo. Psa.10.
10.Magna,quia de magnis rebus, vel etiam vox magna,vox æterna,vox inuariabilis. Magna,quia magnam sonat aduersus peccatores iram:æterna, quia ab æterno Deo,& in sua æternitate primùm ædita.Inuariabilis, neq; enim mutatur eius decretum: audita autem non auribus carnis,sed spiritus. Quid autem hæc vox prædicatoribus euangelicis præcipiat,audiamus. Ite, inquit,ò vos prædicatores mei,& effundite septem phialas iræ Dei in terram, ite, inquam prædicate vniuersa decreta diuinæ vltionis confidenter, quia venturi sunt dies vltionis Domini,& non parcet alicui operanti malum.Reuelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem,& iniRo.1.a. stitiam hominum. Effundite, inquâ, iram in terram.ideſt, in homines terrenos, & terrenis cupiditatibus affectos.

Terra quid in sacra scriptura

¶Vnde hîc annotandum est,quòd terra in sacra scriptura variè sumitur, aliquâdo enim homo terrenus & carnalis,& terrena sapiens, terra dicitur

Gen.3. Impij vocãtur terra

sic Gene.cap.3.accipitur, cum Dominus ait serpenti:terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ,ideſt, homines terreni erunt cibus tuus. ¶Hæc est terra à qua egredi iubetur Abraham,

Gen.12.

Gen.cap.12.cum ei dicitur: egredere de terra tua, ideſt, de hominibus iniquis.Hæc etiam est terra Aegypti, de qua eduxit Dominus Moysem,& populum suum, & traduxit in terram fluentem lacte, & melle. Hæc terra non sedes est, sed scabellum pedum Domini:conculcat enim impios Dominus.Hæc est terra illa de qua Esai. ait cap.60.Ecce tenebræ operient terram & caligo populos, super te autem ò Hierusalem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Hinc est quod terrigenæ dicantur homines illi,qui terrena sapiunt: & qui primum Adam terrenum sequuntur. De quibus loquens rex Dauid ait Psalm. 48. Psa.48.
Quiq; terrigenæ & filij hominum simul in vnum diues & pauper. In hãc terram proiectus est diabolus, ne habitaret in iustis sed in terrenis, vt superius vidimus.cap.12.In hanc ergo terram iubet impresentiarũ Deus effundi septem has phialas iræ suæ. Nequè obstat huic explicationi quòd Angeli præcipiantur septem has phialas in terram effundere, ipsi autem vt statim videbimus alius in terram, alius in mare,alius in flumina, alius in solem,&c.Effuderint.Si enim in hoc loco per terram generaliter omnes homines terrenis cupiditatibus dediti intelliguntur, nõ inconuenit quòd istorum aliqui,propter specialem rationem specialiter dicantur terra, aliqui verò mari comparentur, aliqui verò fluminibus & fontibus,aliqui verò soli & aëri:vt inter explicandas singulas phialas effusius dicemus. Præcipit ergo Deus prædicatoribus suis, vt in dignationem,& iram suam,in vniuersum terrigenis,& filijs hominum,terrenis & carnalibus voluptatibus implicatis effundant: vt vel sic timore correpti conuertantur.Quemadmodum Ecclesia Dei ira & indignatione ista percussa conuersa est.Vnde in Cãti.cap.5.Ipsa ait inuenerunt me custodes qui circuierunt ciuitatem,percusserunt me,& vulnerauerunt me. Ecclesiæ enim prælati, & prædicatores euangelici sunt hi custodes, qui diligenter commissam sibi ciuitatem circum Can.5.

cum erunt,& ciues eiusdem vigilanter custodiunt. Hi enim percutiunt & vulnerant diuinis comminationibus homines terrenos,alias naturale desiderium suę fœlicitatis habentes, vt ad Deum conuertantur: sunt enim huiusmodi prædicationes quasi sagittæ acutæ, quibus vulnerantur salubriter audientium corda. Hæ sunt sagittę de quibus Dauid ait ad regem Messiam loquens Psalmo.44. Sagittæ tuę acutę (populi sub te cadent) in corda inimicorum regis. Pallium quoquè ab spõsa tollunt hi vigiles quando per prędicationem prauas consuetudines vitæ præteritæ eam faciunt relinquere. Pallium, inquam, illud cæci euangelici, quod ille proiecisse legitur à Christo vocatus, vt ad eum sine impedimento peruenire: Sic enim sancti patres per illud pallium cęci pannosum, & ex varijs vilibusquè panniculis consutum, intelligere solent veterem consuetudinem vitiorum: quam abijcere oportet eos, qui à Christo vocantur. Ite ergo (ait Christus Dominus his angelis) & effundite phialas vestras in terram, ideſt, prędicate æternam mortem hominibus terrenis.

Psa.44.

Math.10.d Mar.10.g Luc.16.f

Nos verò totum hoc caput de veris angelis, atquè de nouissimis secundi aduentus diebus intelligentes, facile locum istum sic interpretabimur.

Et audiui vocem magnam de templo, hoc est, de cœlo dicentem septem primoribus angelis siue angelorum maximę multitudini: ite & effundite septem phialas iræ Dei super terram, id-eſt, in reprobos ac terrenos homines vltionis diuinę mysterium exercete. Græca scholia aiunt, idem esse phialã iræ Dei, quod supra Ioan. nominauit, calicem iræ Dei.

¶Et abiit primus angelus & effudit phialam suam in terram. Et factum est vulnus saeuum & pessimũ in homines qui habebant characterem bestiæ & in eos qui adorauerunt bestiã & imaginẽ eius.

¶Pro huius loci intelligentia siue primum sensum, siue secũdum sequamur notandum est, per terram hic intelligi à patribus peculiariter populi Iudęorũ. Vnde in sacra scriptura nũc terra dicitur homo terrenus & carnalis vt iam diximus paulò antè, nũc populus iudęorum: sic aliqui intelligunt mysticè illum locum Iob.28. terra de qua oriebatur panis, igne consumpta est. i. iudęi à quibus procedebant eloquia Dei, igne inuidiæ cõsumpti sunt. Hæc est terra illa fructifera quæ versa est in salsũginem à malicia habitantium in ea. Psa.106. & terra cõmota de loco suo. i. plebs Israelita de Iudęę finibus euulsa. Vnde Iob.9. dicitur: qui cõmouet terram de loco suo: & colũnæ eius cõcutiũtur. ¶Cęterũ nõ mireris, optime lector, qđ paulo antedixim⁹, sumi terrã pro hominib⁹ terrenis, siue iudęi, siue gentiles, siue barbari sint, in ter explicandum illum locum: ite effundite 7. phialas irę Dei in terrã: modò autem diximus, terram accipi pro populo iudęorum: nam idem nomen solet variè sumi in eodem loco sacræ scripturę, ne dum in diuersis. Vt ibi Ioa.1. Mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Primo namquè loco mundus pro omnibus creaturis quæ videntur sumitur: omnia enim per ipsum facta sunt: secundo verò loco pro hominib⁹ mũdanis & vanis qui Christũ factorem suũ nõ cognouerunt. Sic etiã illo loco Pauli: eũ, qui nõ nouerat peccatũ pro nobis peccatũ fecit. Variè peccatũ sumitur, nã primo pro culpa, secũdo verò loco pro hostia pro peccatis. Sic non mirũ quòd

Terra vocatur peculiariter populus Iudeorum & quare

Iob.28.

Psa.106

Iob.9.

Ioan.1.

1.Co.5.

quod terra nunc pro hominibus terrenis quicũq; illi sint, nunc autem pro Iudęorum populo sumitur. His ita cõstitutis primus huius loci sensus est. *& abiit primus angelus*. ideſt, primus ordo prædicatorum & ministrorũ Dei primi temporis Ecclesiæ. *& effuderunt phialam suam in terram*. Hoc est, in Iudæos qui terrę nomine censentur obfirmitatem in vnius Dei cultu, vt Richardus, Gagneius, & alij aiunt. *& factum est vulnus sæuum & pessimum in omnes*. Vulnus hoc non corporis sed mẽtis est. Vulnerati enim sunt grauissimè cæcitate duplici. Prima cęcitas fuit diffidentię & incredulitatis, qui tot visis miraculis, & tot prophetarũ testimonijs, tanta vitę sanctitate & integritate in christo, credere noluerũt in illũ: excæcauit enim eos malicia eorũ, ita vt sint inexcusabiles. Vnde Christi⁹ Ioã. 15. aiebat: si nõ veniſſem, & locutus eis non fuissem, peccatũ nõ haberent. Secunda cæcitas qua, permittente iusto iudicio Dei vulnerati sunt, ea fuit vt moribus Antichristi imbuti in eũ credant: illumq; venturũ sperent: & ideo Christus apud Ioã. c. 5. eis dicebat: ego veni in nomine patris mei, & nõ recepistis me: alius autẽ veniet in nomine suo & illũ recipietis. Atq; hoc est, qđ Ioan. addit hic: factũ est vulnus sæuũ & magnum in homines qui habebãt characterem bestiæ, & in eos qui adorauerunt imaginem eius. Character bestiæ fides eius est, quam habent Iudæi credentes in illum. Expectant enim eum, vt toto corde recipiãt. Qui & ipse de eorum gente nasciturus est, vt prophetia habet Iacob, Gen. 49. Cuius spiritu cauteriatã, ab eo tempore quo Christum eiecerunt, conscientiam gerunt: quod est eorum immedicabile vulnus, vt Primasio placet. Populus hic miser dicere merito poterat quod Iob vulneratus ait: conscidit me vulnere super vulnus, & irruit in me quasi gigas. Non enim vno vlcere sed duplici vulnere, eoq; pessimo, percussus est ab ira Dei. Poterat etiam dicere quod olim apud Hieremiam patres eorum: væ mihi super contritione mea, pessima plaga mea. Ego autem dixi plane hæc infirmitas mea est, & portabo illam. ¶ Primus ergo Angelus, ordo prædicatorum Ecclesiæ primitiuæ: effusio phialæ, comminatio vltionis diuinæ: terra populus iudæorum: vulnus sæuum ac pessimum reprobatio & desolatio huius populi est. Ita Richardus.

Prima expositio

Ioã. 15

Ioã. 5

Gen. 49

Iob. 16. A

Hie. 10. B

¶ Secundus verò sensus huius loci planior est, vt de secũdo Christi aduẽtu intelligatur. Exibunt enim in nouissimis tẽporib⁹ veri angeli de cœlo, & effundent primũ iram Dei in Iudęos impios & incredulos, qui Christũ cõ tẽnentes crediderunt in Antichristũ adorauerunt eũ tãquam verum Messiã, & imaginem eius ficte loquẽtem: & portauerunt in fronte signum, & notam eius. Hi ergo vulnerati sunt à primo angelorum cœtu vulnere sęuo & pessimo. Siue vt Græca lectiõ habet vulnere prauo & noxio.

Secunda Expositio.

¶ Hæ plagæ in modum illarum quibus Aegyptus afflictus est, intelligendæ sunt: quamuis multo grauiores sint. Nequè explicat quodnã vulnus sit. Aretas putat figuratè vulnus dici ardentem in corde cruciatum. Ego verò cum alijs propriè accipiendum puto, & vlcera significari in interiori corporis parte latentia. Quæ quo magis latent eo sunt grauiora: admodum videlicet Aegyptiacæ plagæ. Exod. cap. 9. Facta sunt vlcera vesicarum turgentium in hominibus,

Exo. 9

& iumentis: nec poterant maleficiistare coram Moyse propter vlcera, quæ in illis erant, & in omni terra Aegypti. Pessimum autem vocat more sacræ scripturæ valde affligens. Vt Ecclesiastes primo. Hāc occupationem pessimam dedit Deus filijs hominum. Et .cap.4. In hoc quoquè vanitas est, & afflictio pessima, ideſt, molestissima. Nahum. cap.3. pessima est plaga tua. Vnde bonum dicitur, quod iucundum est. Psalmo.33. Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos. Et bonitas in sacra scriptura idem est, quod iucunditas. Vt in Psal. 105. Ad videndum in bonitate electorum: ad lętandum in lętitia gentis tuę, ideſt, ad videndum iucūditatem, quā præbes electis tuis. Verùm quoniam locus vulneris indicatus non est, vt solet: forte melius intelligemus in toto corpore fore. Vt Iob. cap.2. Egressus igitur sathan à facie Domini percussit Iob vlcere pessimo, à planta pedis vsquè ad verticem eius. Simile est illud Deutero. cap.28. percutiat te Dominꝰ vlcere pessimo in genibus, & in suris: sanariquè non possis à planta pedis vsquè ad verticem tuum.

Pessimū, & bonum quid in sacra scriptura dicatur. Eccles. 1. & c.4.b. Nahum. 3. d. Psa.33.c Psa.105.a Iob. 2 Deu. 28.d

¶ *In homines*, inquit, *qui habebant characterem bestiæ*. Hos autem reliquos peculiariter vulnerari parerat: qui publico testimonio à Deo recesserunt palàm bestiam, ideſt, Antichristum adorantes: aut eius characterę se insignientes.

¶ *Et secundus Angelus effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tanquam mortui: & omnis anima viua mortua est in mari.* Hūc locum aliqui exponūt de tempore illo martyrum, quod Apostolos sequtū est. Tūc quippè mare baptismi initiatis conuertebatur in sanguinem. Id quod sanguis primę plagę Aegpyti figurabat: Exod. c.7. Vbi dixit Dns Moysi: vt iret ad Pharaonē, & percuteret aquas, vt conuerterentur in sanguinem: & ita factū est. De hoc secundo tempore martyrum satis diximus. cap. 8. Tempore ergo isto omnis anima viua mortua est in mari, ideſt, propter viuam fidem in baptismo acceptam. Mare figuram baptismi obtinere vidimus. c. pręcedē ti. Omnis verò anima viuens sumitur pro fidelium maxima parte: per Synedochen. Vt aliàs accuratè ostendimꝰ. Prędicantibus ergo constantissimis verbi Dei ministris, seculi principes aduersus illos, & qui per eos in Christū crederent, insurgēres: variè eos interficiebāt. Sic igitur facta est sanguis tanquā mortui: ideſt, apparuit in visione sanguis, quasi gladio cæsi hominis, quasi videlicet ob fidē baptismi multi occiderentur. Quare verò voluerit Christus fidem suam in nobis commendare per sanguinis effusionem docent sancti. Tum, vt membra conuenirent in capite Christo: non enim decebat vt seruus esset maior Domino suo. Ioa. 15. tum, vt testes probarentur fidei constantissimi, qui non dubitarent pro ea sanguinem fundere. Tum etiam, vt edoceremur nullis huius seculi irretiri fallacibus blandimentis, scientes alibi paratum esse nobis regnū, vbi & voluptates alię sint & gloria sempiterna. Lege in Collectaneis multa ad rem hanc facentia.

Exo. 8. Figura

Dicitur quod omnis anima viua mortua est per Synedochen.

Quare Christus fidem tuam cōmendare voluit per sanguinis effusionem Ioa. 15. d.

Prima Explicatio cōmunis de. 1. tēpore martyrum.

¶ Hæc tamen explicatio mihi non omnino placet. Tum, quod non est, quare cogamur dicere, Dictum Ioannem iterum repetere tempus illud secundum martyrum, quod successit in Ecclesia post primum Apostolorum tempus. Tum etiam, quia ibi capite. 8. dicitur quod facta est tertia pars maris

Improbatur prima expositio

ris ſanguis : & mortua eſt ertia pars A eorũ, quæ habebant animas in mari. Hic autẽ dicit ꝙ ois aia mortua eſt in mari. Quare locꝰ iſte facilꝰ de tẽpore ſecundi aduentus explicabitur. Pro cuius intelligentia notandum eſt, mare in ſacra ſcriptura variè ſumi, nunc Deus appellat mare, nũc mũdus, nũc baptiſmus. Inter alias acceptiones myſticas mare ſignificat gentilitatem. Sicut enim terram populum Iudæorũ dicebamus ſignificare obſirmitatem B in vnius Dei cultu: ſic mare gentilitatem deſignare, nõ abredicemus : eo quod varijs idolorum cultibus inſtabiles ſemper fuerunt Gentiles. Secundus ergo Angelus effudit phialam in mare, ideſt, effundetur in nouiſſimis illis temporibus miniſterio Angelorum cœleſtium, ira & vltio diuina in gentiles, inſtar maris vagos & inſtabiles. Et hæc tanta erit, quòd fiet ſanguis tanquam mortui, & omnis anima vi- C uens morietur in mari. Quibus verbis hyperbolycè ſignificat Ioan. Immenſam effuſionem ſanguinis reprobatorum gentium, ſiue ea corporaliter facienda ſit ab exterminatore Angelo in præſenti vita: ſiue ſpiritualiter, ob immenſam ſuorum peccatorum vim. Tantam autem aſſerit fuiſſe vltionem, vt nullum manſerit animans viuum in mari. Secundus ergo Angelus cætus ſecundus angelorum : effu- D ſio phialæ exequtio iræ diuinæ: factus ſanguis effectus vltionis, omnis anima viuens in mari mortua, gentilitatis multitudo maxima in hac vita percuſſa & in futura damnata.

a. ſenſus Verior

¶Vel ſic locum explicabis : *Et ſecundus angelus effudit phialam ſuam in mare.* ideſt, operatus eſt in mare, vertendo illud in ſanguinẽ. *Et factus eſt ſanguis tanquam mortui.* i. aqua in mari ſimilis erit ſanguini qui effunditur cũ homo occiditur. Aut ita mare rubebit ac ſi multorũ occiſorum ſanguine tingeretur. Quomodo dictum eſt: arua noua neptunia cꝙde rubeſcunt. *& omnis anima viuens mortua eſt in mari.* i. Omnes piſces qui erant in mari. Sicut Exo. c. 17. & omnes piſces qui erãt in flumine mortui ſunt. hæc expoſitio eſt multo magis literalis.

3. ſenſus

¶Et tertius angelus effudit phialã ſuã ſuper flumina & ſuper fontes aquarũ & factus eſt ſanguis. Locus iſte explicatur à nonullis de 3. illo tẽpore poſt aduentũ Chriſti primũ. Hoc eſt, de tempore hęreticorũ deprauantium ſacras ſcripturas. Quod figuratũ fuit ſub tertia tuba, de qua ſatis diximus. c. 8. Pro huiꝰ enſꝰ ergo intelligẽtia notãdũ eſt. Aquarũ nomine, fluminũ, ac fontiũ, intelligi ſacras ſcripturas. Hic eſt fluminis impetus lectificans ciuitatẽ dei. Pſal. 45. hoc eſt, ſcripturæ ſpiritualis intelligentia cõſolatur Eccleſiã. Ad quã nos Chriſtus dñs remittit: ſcrutamini ſcripturas, illę enim ſunt, quæ teſtimoniũ perhibent de me. Sicut enim aqua eſt maximè neceſſaria ad mitigandã ſitim corporalem : ſic ſcriptura ſacra ad ſedandam ſitim ſpiritualem. Hinc eſt quod Dominus apud Eſaiam cap. 55. dicebat : omnes ſitientes venite ad aquas. Hæc eſt, fons ille in medio paradyſi, ex quo oriuntur quatuor flumina, hoc eſt, quatuor euangelia irrigantia totam Eccleſiam. Hæc, flumen illud aquæ vitæ, & riui illi de quibus Dominus Ezechiel. 34. ait; paſcam oues meas in montibus Iſrael & in riuis. Et Pſa. 106. Poſuit deſertum in ſtagna aquarum: & terrã ſine aqua in exitus aquarũ. Eccleſia enim quæ antea gentiliter viuens deſerta erat, & ſine conſolatione ſcripturarum,

3. ſenſus de tempore poſt aduentum Chriſti, hoc eſt, de tempore hæreticorum

Nomine aquarũ ſacręſcripturæ intelligũtur. Pſa. 45.

Ioꝝ. 7.

Eſai. 55

Gene. Figura.

Ezech. 34

Pſa. 106

nunc abundat his fluminibus. Scriptu-
ræ ergo sacræ, nunc flumina, nùc fon-
tes, nùc aquæ mysticè vocantur. Fiùt
ergo flumina scripturarum sanguis,
quando carnali sensu ab hæreticis cor
rumpũtur: hoc est, insalubres & quæ
bibi non possunt. Quod maximè sub
effusione 3. phialæ fuit, & tuba. 3. Ces-
sante namq; persequtione sub Con-
stantino Magno insurrexerunt hære
tici qui falsis expositionibus flumina
sacræ scripturæ verterunt in sangui-
nem: super quos effusa est ira & vltio
diuina. Nõ sic Christus qui apud Ioã
Ioa.2. nẽ. c. 2. Aquas conuertit in vinum, id-
est, aquas scripturarũ in dulcedinem,
saporem, & odorem vini, hoc est, spi-
ritus sancti inebriantis Apostolos in
die pentecostes.

2. sensus ¶ Secundus sensus est Richardi: vt
per flumina & fontes hæretici ipsi in-
telligantur. Quod minimè mirum
est, sic eos vocari: cum D Petrus epi-
2. Pe. 2 stola. 2. c. 2. de his dicat: hi sunt fontes
sine aqua, & nebulæ turbinibus agita-
tæ. Tertius ergo Angelus phialam
suam super flumina, & super fontes
aquarum effudit: quando tertius ordo
prædicatorum nunciauit vltionem di
uinam hæreticis. & factus est sanguis:
quia secuta est sententia vltionis.

3. sensus verior. ¶ Tertius sensus, vt hic locus de tẽ
pore post Antichristum intelligatur.
Vnde non modo de hæreticis illius
temporis, sed de vniuersis fideliũ per
secutoribus textus hic est accipien-
dus, qui materiali gladio etiam fideles
persequti sunt. Nam si flumina & a-
quarum gurgites in scripturis persequ
tionum abundantiam significare so-
Psa. 68. a lent secundum illud Psalmi. Saluum
me fac Domine, quoniam intrauerũt
aquæ, vsquè ad animam meam: cur
non & persequutores significabunt?

A Hi sunt quibus Pharao ventilat cor-
nu, ideſt, quibus diabolus persequitur
fideles. Ezech. 32. Effusa igitur phiala Ezech. 32. a
iræ Dei in flumina, & fontes aquarũ,
ideſt, in Ecclesiæ persequtores, factus
est sanguis. Græcè, γέγονε, quod refer
ri potest ad aquas. Quod, scilicet, ipsæ
aquæ factæ sunt & versæ in sanguine:
siue corporaliter perimente hæreti-
cos, atquè persequtores Ecclesię ange
lo, siue spiritualiter in æternas tene-
B bras proijciente. De qua diuina vltio-
ne audire se Ioãnes asserit quæ statim
sequuntur in textu.

4. sensus ¶ Quartus sensus est, quod hęc om
nia fient sicut sonant. Ar nõ simul sed
paulatim fient, vt detur tempus pœni
tentiæ. Atq; ita paulatim etiam cres-
cunt plagæ. Multo enim grauius est
flumina & fontes verti in sanguinem
vnde siti enecari necesse sit, quam ma
re: quod minus vsib9 seruit humanis.
C Eadem plaga afflicti sunt Aegyptij. vt
Exo. c. 7. dicitur tolle, inquit, virgã tuã Exo. c. 7
& extende manũ tuã super aquas Ae-
gypti, & super fluuios eorum & riuos
ac paludes, & omnes lacus aquarũ: vt
vertantur in sanguinẽ, & sit cruor in
omni terra Aegipti, tàm in ligneis va-
sis, quàm in saxeis. Et paulò post: &
pisces qui erat in flumine mortui sũt,
cõputruitquè fluuius, & nõ poterant
Aegytij bibere aquam fluminis.

D ¶ *Et audiui angelum aquarum dicen
tem: iustus es Domine qui es, & qui eras
sanctus, qui hoc iudicasti: quia sangui-
nem sanctorum & prophetarum effude-
runt, & sanguinem eis dedisti bibere, digni
enim sunt.* Angelum aquarum vo-
cat (secundum aliquos) angelum po-
pulorum. aquarum enim nomine po
pulos aliquãdo intelligi, docet. cap. se-
quenti Ioãnes dicens, aquæ quas vidi-
sti populi sunt. Vnde cum Exo. c. 7. di

ci-

citur Pharao exire ad aquas, est diabo A lus egrediens ad subuertendos populos. Et cum aquæ conuertuntur in sanguinem designãt populos venientes ad fidem sanguinis Christi. Exod. 4. Agunt igitur angeli populis & singulis è populo deputati Deo maximas gratias de iustitia ipsius qui sanguinarios illos & prophetarum interfectores, nimirum Eliæ, & Enoch, ac similium, suomet sanguine potauerit, eos pesundando sicut digni erant, ideſt, B commeriti.

Exod. 4.

¶ Cęterum qui priorem sensum sequuntur per aquas intelligunt scripturas (vt iam diximus) per angelũ aquarum doctorem quemuis significari dicunt: nuncium videlicet Dei, ad explicandas scripturas missum. Qui ergo huiusmodi sunt sancti prædicatores benè docti & instructi in sacra scriptura, videntes terribili dei iuditio aquas sermonum Dei versas in sanguinem, C venerantes hoc Dei iudicium in illis, dicunt: iustus es Domine, qui es, & qui eras sanctus.

¶ Sed nos planiorem sensum prosequentes dicimus, elementa & res inferiores etiã angelorũ curę cõmissas esse. Illi ergo cui cõmissę sunt aquę, angelus dicit aquarũ. Ita & .14. dictũ est: & alius angelus exiuit de altari, qui habebat potestatẽ super ignẽ. Qđ ad ignẽ corporeũ referri etiã posse diximꝰ. D Aretas ait: nõ gentibus tantũ pręfectæ sunt diuinæ virtutes iuxta legislatorẽ Moysen, sed & mũdi elementis, quẽadmodum & reuelatio hæc diuinitus nos docet. Orig. ho. 14. in numeros. Opus est. n. ipsi mundo, etiã angelis, qui sint super bestias, & angelis qui præsint exercitibus terrenis: opus est Angelis qui præsint animaliũ natiuitati, virgultorũ plantationũq; & cæteris pluribus incremẽtis. Augu. lib. 3. queſ. q. 79. Vnaqueq; quippê res visibilis in hoc mundo habet angelicam potestatem sibi præpositam. Idem docet. 3. de Trinit. c. 4. & hos autores est secutus. 1. par. q. 110. articu. 1. D. Tho. gaudet igitur angelus per aquas sibi commissas iustitiam Dei exerceri aduersus impios.

Agu.

D. The.

¶ *Iustus es*, inquit, *domine, qui es, et qui eras sanctus*. Non est sensus qui es sanctus, & qui eras sanctus, sed vt in græco apertissimum est. Iustus es dñe qui es ipse qui es: & ipse qui eras, & ipse sanctus. Sanctus autẽ hosios græcè dicitur. i. innocens & purus & amator puritatis: vt diximus. c. 15. pro quo interpres transtulit, pius. quia solus pius es. Ac si dicat hîc Ioã. ò dñe qui semper fuisti & semper es, & qui es amator puritatis, iustus es, quoniã ista iudicasti. Quare non rectè vertit Erasmus: iustus es Dñe, qui es, & qui eras sanctus, quia hæc iudicasti. *Et sãguinem*, inquit, *eius dedisti bibere*. ideſt, aquam in sanguinem versam.

Et audiui alterũ dicentẽ etiã dñe deus omnipotẽs vera et iusta iuditia tua. Grę cè legitur, & audiui alterũ. s. Angelũ, ἐκ θυσιαστηρίου. i. ex altari, subaudi exeuntẽ: nimirũ Iesũ Christi, qui est verũ altare, in quo patri sua sacrificia offert Ecclesia. Hoc est altare illud thimiamatis, qđ exhibuit patri odorẽ suauitatis, & exhibet in omniũ fideliũ sanctificationẽ. Idẽ est, altare holocaustii: & hostia etiã, pro totius mũdi vita in cruce oblata. Egressus ergo est Angelus. Iste ex altari. i. Iesu Christi, vt maximas etiã gratias redderet Deo, laudaretq; Dei iuditia dicens: Dñe Deus omnipotens vera & iusta iuditia tua.

¶ Aliter locus iste intelligi potest. Angelus ergo iste clamat de altari, Thi-

a sensus Magis literalis & verior.

Pla ideo coarere in principio.

Primus sẽsus Christus hostia & altare

3. sensus omnibus aliis planior

miamatis de quo supra loquutus est.& A iusta esse Dei iudicia dicit.In hoc altari incensa Deo offeruntur,ideſt, preces sanctorum è terra clamantium:sicut vidimus.cap.8.vbi legimus: & alius Angelus venit & stetit antè altare habens thuribulum aureum: & data sunt illi incensa multa,vt daret de orationibus sanctorum omnium, super altrare aureum quod est ante thronũ. Cum ergo sancti de terra aduersus impios clament pro iustitia Dei, & pro B libertate iustorum vt puniantur, rectè Angelus qui eorum preces offert Deo gratulatur diuinæ iustitiæ, & iusta iuditia eius esse testatur. Si autem de altari holocaustorum hoc intelligatur,quoniam nihil additur quo intelligatur altare thimiamatis:dicemus Angelum clamare ab altari, à loco in quo martyres quiescunt in cœlo, & vindictam petunt.Inde approbat iudicia Dei,quia sanguinem sanctorũ vlciscitur,vt latius expoſuimus.cap. 14. & fortassè iste angelus est ille de quo dictum est supra: & alius Angelus exiuit de altari qui habebat potestatem super ignem.Cæterum pro,etiam, in Græco est,nę,ideſt,ita ac si diceret,ita est Domine,ita fieri debet.Vt sæpè diximus.*vera*,inquit,*& iusta iudicia*, vera,ideſt, incorrupta ex veritate orta: non ex falsa suspitione.Vera etiam,id est,fidelia: quod rectè præstas quod promisisti,te vindictã de malis sumpD rurum fore.Iudicia vocat, sentẽtiam, siuê opera illa quæ vt verus iudex facit.

¶ Quartus angelus effudit phialam suam in solem,& datum est illi æstu affligere homines,& igni, & æstuauerunt æstu magno,& blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas,neqnè egerunt pœnitentiam vt darent ei gloriam.

¶ Locũ istũ suo ordine exponunt nõnulli,de his quæ in Ecclesia accidérunt quarto tempore, quod tempori Apostolorum,& martyrum,& hæreticorum successit in Ecclesia. De quo etiam D.Ioan.differuit.cap. 8. dicens: & quartus Angelus tuba cecinit, & percussa est tertia pars solis. Quod mysterium iterum (inquiunt) repetit hîc diuꝰ Ioãnes sub figura phialę,quę effusa est in solem. Hunc igitur sensum primùm proponamus. Norandum ergo est in sacra scriptura Christum appellari solem. Sic enim de illo intelligens ait Malachias.cap.4.orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitię.Ipse est enim luminare magnum positum à Deo vt præsit diei: hoc est,claræ visioni Dei,Gene.primo.Ipse est sol stans vt sol stetit in tempore Iosue.Iosue.10.Et sol stans in habitaculo suo,hoc est,in gloria & in Ecclesia. C Vt Abacuc.ca.3.dicitur.Ipse enim dixit Math.cap. 28. Ego vobiscum sum vsquè ad cõsummationem seculi. Vt autem sol indurat lutum, & liquefacit ceram: sic Christus positus est in ruinam, & resurrectionem multorũ. Lucæ.c.2.Ephes.4. Quarto tempore phiala iræ Dei in solem effusa est, ideſt,in Christum, non in se sed in suis fidelibus, Christus enim sol iustitię in suis fidelibus patitur:atqꝫ sibi deputat quidquid pro illo perpetiuntur fideles.Percutitur igitur Christus, dũ suæ veritatis lux absconditur,ipsiusqꝫ cognitio obscuratur & deficit: quemadmodum deficere cœpit in cordibꝰ fidelium stultorum insurgente secta Mahometica.In principio namqꝫ huius temporis,videlicet, anno Christi sexcentesimo vigesimo secundo cũ Sergio monacho in Arabia Mahume-

primus sensus pertinens ad quartum tẽpus post aduentum Christi.

Christus Sol in sacra scriptura vocatur Mala.4.

Gene.1.

Iosue c.10

Abacuc.3. Math.28.

Luc.2 Ephe.4.

tes

tes ille ſceleſtiſſimus ſarracenus ſectã A ſarracenorum & turcarum perniciosiſſimam condidit. Tunc igitur ſic effuſa eſt phiala in ſolem, quod percuſſa ſit tertia pars ſolis in fidelibus (quæ refertur.c.8.) percuſſa primùm à ſcelératiſſimo Mahumete, qui totam Syriam, & Aegyptum, & tres Arabias, & Hieruſalem occupauit, poſtea verò quàm execrabilem legem ſuã condidit plura regna mira celeritate peruolauit, & ſibi ſubiecit: orthodoxorũ B templa prophanauit: poſt eius mortem Homar eius ſucceſſor & alij Reges vſq; ad othomãnos, qui omnes ęſtu, & igni afflixerunt populum Dei. Quo ſuppoſito facilè quod ſequitur in textu intelligetur. Nam homines iſti ſceleſtiſſimi qui decepti ſunt, & à fide vera alienati, & qui eos ſeduxerunt, æſtuauerunt ęſtu magno, & blaſphemauerunt nomen Dei, æſtuauerunt & æſtuant, primùm à telis ignitis C lætaliquè tinctis veneno per dæmones in corda eorum iaculatis: ęſtuauerunt in ſuperbia, atq; æſtuant vſq; modo in ardentiſſima cõcupiſcentia, & blaſphemant ſanctum Dei nomen, & quod peius eſt, minime eos ſuæ blaſphemiæ pœnitet. Ecce primus huius loci ſenſus ex authore Collectaneorum deſumptus.

¶Vel dicendum eſt cum Grego. 34. Moral. cap. 7. quod ſolis nomine (in D ter alias acceptiones in ſacra ſcriptura inuentas) ſignificatur ſapientium intellectus, vnde Salom. Eccleſ. 27. ait: ſapiens vt ſol permanet, vbi per comparationem ſolis, acumẽ ſapientię deſignatur. Quartus ergo angelus effudit phialam ſuam in ſolem, & datum eſt illi æſtu homines afficere & igni. Phialam videlicet in ſolem effundere eſt, perſecutionis ſupplicia viris ſapiẽtiæ ſplendore fulgentibus irrogare. Et datum eſt illi vt afficeret homines æſtu & igni, quia dũ ſapientes viri cruciatibus victi, malè agendi errore tanguntur, illorum exemplo perſuaſi infirmi quiq; temporalibus deſiderijs inardeſcunt. Ruinæ namq; fortium, augmenta præſtant perditionibus infirmorum. Hæc ex D. Gregorio.

¶Nos verò non hanc, ſed aliam huius loci intelligentiam proſequamur. Nec enim exiſtimo D. Ioãnem hac viſione voluiſſe repetere quæ dixim⁹ ſe vidiſſe.c.illo.8. Sed ſeptem has phialas iræ Dei eſſe referendas ad tempora prope ſecundum Chriſti aduentũ ventura. Quare pro maiori preſentis textus explicatione, ſciendum eſt: qđ per ſolem hic, Antichriſtus eſt accipiendus, qui ſe ſolem iuſtitiæ, ideſt, Chriſtum eſſe mentietur, & ſe ſua claritate mundum illuminare finget. *Quartus ergo angelus effudit phialam ſuam in ſolem.* ideſt iram & vltionem diuinã in Antichriſtũ. *& datum eſt ei,* ideſt, à Deo permiſſum, *Affligere homines æſtu, & igni.* ideſt, varijs perſequtionum generibus affligere fideles pro tempore credentes ac baptizatos quidem ſed non electos tamen. quia de iſtis dicitur, quod deficient nequè pœnitentiã agent. *& æſtuauerunt homines æſtu magno.* ideſt, grauiter oppreſſi ſũt ab Antichriſto. *& blaſphemauerunt nomen Dei habentis poteſtatem in plagas.* Pro eo quod orare debebant: & has ab eo plagas deprecari, in blaſphemias conuerſi ſunt: nec pœnitentiam egerunt, aut propoſitũ conſilium ue mutarunt: vt pro blaſphemiis deo gloriã darent: qui habet in plagas poteſtatẽ. Deus enim ſolus habere dicitur poteſtatem ſuper plagas iſtas: quia à quo uult miſericorditer amouet, & ſuper

3. ſenſus Verioſimilior

2. ſenſus Sol vir ſapiens dicitur

Eccle. 27.

quos vult iusto iudicio effundi permi A tit. Iuxta illud quem vult indurat, cuius vult miseretur. Roma. 9. Ecce tertius sensus quem refert Gagneius.

Rom. 9.

Quartus sensus.

¶ Quarto sensus sit iste, *effudit*, inquit, *phialam suam in solem*, ideſt, egit virtute sua vt sol multò vehementius atq; ardentius calefaceret, *æstu affligere homines, et igne*, in græco est pro, æstu affligere, καυματισαι. ac si diceret: & datum est illi, vt faceret homines æstuare igne. Itaque quamuis æstum dicat tãtum esse, eius magnitudinem ostendit, vt ignis potius videatur quam æstus.

¶ *Et æstuauerunt homines*, ideſt, æstu afflicti sunt. Quod enim prius dixerat æstu affligere: modò dicit æstuare. Idem enim verbum est in Græco. *Habentis potestatem super has plagas*; ideſt, qui talibus plagis homines affligit nec remouet earum acerbitatem cum possit.

¶ *Quintus Angelus effudit phialã suam super sedem bestiæ, & factum est regnum eius tenebrosum, & commanducauerunt linguas suas præ dolore, & blasphemauerunt Deum cæli præ doloribus & vulneribus suis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus suis.*

Primus sensus communis

¶ Locus iste secundũ aliquos quinti temporis describit euentus: quo superius prodigiosæ locustæ de ore putei fumigantis prodiere, quorum cruciatus vt scorpij erant. Legite quæ annotauimus. cap. 9. hac ergo intelligentia primùm prosequamur. Ait ergo: *Et quintus angelus effudit phialam suã super sedem bestiæ.* Bestia in scriptura sacrã mystice diabolũ significare, docet inter alios Diuus Gregorius explicans illum locum Iob. cap. 5. Et bestiã terræ non formidabis. calidus, inquit, aduersarius, bestia terræ dicitur, quia ad rapiendas mortis tempore peccatorum animas violentia crudelitatis effrenatur. Quos enim viuentes blandiens decipit, morientes sæuiens rapit. Quod contra de electorum Ecclesia per Prophetam Dominus pollicetur, dicens apud Esaiam cap. 35. Mala bestia non transibit per eam. Illi igitur bestiam terræ morientes timent, qui conditoris sui potẽtiã viuentes non timent. Benè ergo dicitur & bestiã terræ non formidabis, ac si apertè diceret: qui blandiente modò hoste non B vinceris, hunc venientem post modũ non timebis. Et eodem in loco dicitur: & bestiæ terræ pacificæ erunt tibi, quia malignus spiritus, cum bonorum corda aduersantes deprimunt, hæc nolentes ad amorem Dei impellunt. Inde ergo cum Deo robustior pax oritur, vnde ab aduersarijs durior pugna nobis generatur. Diabolus ergo bestia vocatur, quia aut latenter insidians, aut apertè sæuiens, agnum, id-C est, corpus Christi inuadere nititur.

Esai. 35.

Iob. 5.

Bestia diabolus in sacris scripturis Iob. 5.

Sedes bestiæ infideles

Per sedem autem huius bestiæ intelligite infideles, qui semper se, & absque temporis interruptione, diaboli principatui per infidelitatem subdunt, super illos autem, qui baptizantur, non semper sedet: quia quandiu gratiam custodiunt, super eos dominationem non habet: quare infideles principaliter sedes diaboli dicuntur, generaliter verò regnum eius, ideſt, omne corpus diaboli, sedes huius bestiæ dicitur. Quintus itaque angelus phialam suam super sedem bestiæ effundet, quãdo quinta prædicatorum successio infideles, qui semper diaboli sunt sedes, vltione diuina operante, magis excæcandos prædicabit. Vnde bene sequitur. *Et factum est regnum eius tenebrosum.* Effusa ergo phiala super sedem bestiæ regnum eius fecit tene-

Sedes bestiæ generaliter regnum eius intelligitur.

bro

Regnum diaboli tenebrosum dicitur & quare.

brosum,hoc est,non illuminatũ: quia videlicet non merentur illuminari, p roeorum meritis:abiecti enim sunt qui Deum cœli primum spræuerunt. Tunc enim qui occulti erant regi um sathanæ manifesti fient,erroribus & sectis diuisi. Vt non vereantur palàm sedes esse sathanæ,hoc est,regnum illud tenebrosum. Hæ sunt illæ tenebræ,de quibus Ioã.ait.cap.1. Lux in tenebris lucet.& rursum: lux venit in mundum,idest,in regnum diaboli tenebrosum,& tenebræ eam non cõprehenderunt. Denique Ioan.3. dicitur:lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lumen. Venit enim Christus Dominus illuminare eos,qui sedebant in tenebris & vmbra mortis. Regnum etiam diaboli tenebricosum dicitur, quia tenebris illis opertum est,de quibus Ioan.in prima sua Canonica.ca.2. ait: qui dicit se in luce esse & fratrem suum odit,in tenebris est vsq; adhuc. Qui diligit fratrem suum in lumine manet,& scandalum in eo non est,id est,non offendit. Qui autem odit fratrem suum in tenebris est,& in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ obcœcauerunt oculos eius. In quæ verba legendus est Augustinus. Est ergo regnũ diaboli tenebrosum,idest,odio& liuore coopertum, face charitatis & religionis in proximum carens. Et ideo super illud fudit angelus phialam suam,qua effusa consequtum est id quod statim in textu subiungitur.

Io.1.

Io.3.

Io.2.

A B C D

¶ Et manducauerunt linguas suas pra dolore. Porrò dolor hic cruciatus malignitatis est,inuidiæ,& odij. Præ inuidia,& prę odio & malignitate cruciantur impij atq; commanducant linguas suas inuicem. Obserua quod cõmanducatio linguarum, continuæ detractionis & maledicentiæ est typus. Scriptura enim ait:lingua eorum gladius acutus. Psalmo.56.& rursum: exacuerunt vt gladius linguas suas. Psal. 63.item Psalmo.143. Cuius maledictione os plenum est,& amaritudine, & dolo, sub lingua eius labor & dolor. Præ dolore ergo linguas commandu cant,quia præ cruciatu odij & liuoris alios mordent, aut se mutuo lacerant virulenter:vt non aliud sit horum doctrina,quàm mordacitas quædam,& linguarum commanducatio:quod faciunt,ex cordis eorum amaritudine, qua vexantur destituti â gloria Dei. Is enim est fructus malæ vexatæ cõscientiæ,vt pessimè loquatur, sentiatq; de alijs,quæ sibi pessimè conflat, & nunquam pax illi sit,non enim conquiescit cum sit cor eius quasi mare feruens. Meritò suadet Salomon, vt à detractoribus fugiamus dicens.ca.23. Nolite esse in conuiuijs potatorum, nec in comessacionibus eorum qui carnes aduescendum afferũt,quia vacantes potibus & dantes symbola consumentur. Quem locum Diuus Gregorius lib.10.Mor.cap.25.Mysticè accommodat ad detractores. Exponens enim illud Iob:& carnibus meis saturabimini,sic habet:sciendum quoquè est qđ ij, qui alienæ vitæ detractione pascuntur,alienis proculdubio carnibus saturãtur. Vnde per Salomonẽ dicitur:noli esse in cõuiuijs potatorum neq; comedas cum eis qui carnes aduescendum cõferunt. Carnes quidem aduescendum conferre, est:in colloqutione derogationis viciſſim proximorum vicia dicere. De quorum statim pœna subditur. Quia vacãtes potibus & dantes symbolum consumentur:& vestietur pãnis dormitatio. Po-

Pſa.16.

Pſa.63. & 143.

Fructus malæ cõscientiæ

Pro.23

D.Grego.

cõmandecatio linguarum typus. est inuidiæ & detractionis.

ti-

tibus vacant qui de opprobrio alienę vitæ, se inebriant. Symbolum verò dare, est, sicut vnusquisque solet pro parte sua cibos aduescendũ, ita in cõsabulatione detractionis verba conferre. Sed vacantes potibus, & dantes Symbolum consumentur: quia sicut scriptum est: omnis detractor eradicabitur. Vestietur autem pãnis dormitatio: quia despectum & inopem ab omnibus bonis operibus mors sua inuenit, quem hic ad alienæ vitæ exquirẽda crimina, detractionis suæ lãgor occupauit. Hæc ille.

a. sensus

¶ Quod si locus iste ad tempora illa vltima referatur, facilis est expositio. Quintus enim angelus à Deo de cœlo missus, tunc effundet phialam, id est, vltionem diuinam, super sedem bestiæ. Hoc est, super regnum Antichristi, siue satellites eiꝰ ac ministros. Vnde subiungitur: *& factum est regnũ eius tenebrosum.* Ex cœcatis illis sua perfidia, & ignorãtia, ne verum lumen viderent. In græco est, ἐσκοτωμένη, id est, obscuratum est eius regnum. Cur autem obscuratum dicat, statim exponit dicens: & commanducauerunt linguas suas præ dolore, &c. Significat ergo non solum regnum illud esse excęcatum: sed omnes qui Antichristo pærebunt grauissimis vulneribus percussos esse: atque ita obscuratam esse prosperitatem, & lætitiam illius regni. Ait ergo statim Ioã. *& commanducauerunt linguas suas præ dolore.* Illati, scilicet, sibi vlceris ab Angelo: & præinuidia, cum videant nullis minis, nullis afflictionibus posse se electos à fide auerrere. Eadem significatione dicũt latini mordere labrum: & græci, comedere labia. Vt Aristophanes in vespis præ ira labia comedens.

¶ Hinc colliges quàm infesti sint Deo oculi & linguæ impiorum, quãdo peculiariter ea mẽbra pœnis maximis afficiat, ijsque in sacra pagina sæpè minetur: acerbissimèque in ea se animaduersurum sæpè dicat. Oculi fortè, quia semper in malis struendis versentur, ideò & tenebris eos afficit. Hinc fuit quòd olim Sodomitæ primùm cæcitate percussi sunt ab Angelis, linguæ verò infestissimæ sunt Deo propter blasphemias, periuria, falsa testimonia, contumelias, detractionesq; in proximos, quibus eos acerbissimè lacerant. Vndè regius vates ait lingua eorum gladius acutus. Hinc factum est vt diues ille epulo, qui sepultus est in inferno grauiter in lingua torquere tur. Ob hanc causam tum aliàs, tum per Zachar. cap. 14. Minatur Dominꝰ & oculis & linguis impiorum dicens & oculi eorum contabescent inforaminibus suis, & lingua eorum contabescet in ore suo. Et in hoc loco vides quid noster Ioan. dicat, loquens de regno bestiæ quinta plaga percusso. Factum, inquit, est regnum eius tenebrosum, & commanducauerunt linguas suas præ dolore. Cõcupiscentia enim oculorum, tenebris, & cæcitate corporis, & mentis punitur à deo: superbia verò vitæ, quæ sese linguæ iactantia maximè prodit, secundum illud D. Iacobi. cap. 3. Lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat: commãducatione linguarum torquetur.

Oculi & lingua impiorum Deo sunt intestissima

Psa. 56. Lu. 15

Zach. 14.

Iacob. 3.

¶ *Et blasphemauerunt Deum cœli præ dolore & vulneribus suis.* Vel vlceribus suis. Nam Græcè est, ἐκ τῶν ἑλκῶν αὐτῶν, conuitijs enim affecerunt Deũ, qui in cœlo regnat, vnde sibi mala illa immissa cernẽbant. ¶ Quintus itaquè Angelus, cœtus angelorum cœlestium: bestia, Antichristus: sedes bestiæ,

ſtiæ,miniſtri & ſatellites eius : effuſio A phialæ,illatio vltionis & vlceris è cœlo:tenebroſitas regni ſui,perfecta excæcatio:commeſtio linguarum præ dolore vlceris à Deo illati, ſiue tabeſcens inuidia erga ſanctos,cum vituperatione:blaſphemia Dei cœli, derogatio diuinitatis Chriſti.

¶ Et ſextus Angelus effudit phialam ſuam in flumen illud magnum euphratē: & ſiccauit aquam eius vt præparetur via regibus ab ortu ſolis.

Prima explicatio de 6. tempore poſt primū aduentū Chriſti

¶ Hæc verba ſecundum priorem expoſitionem ſexti temporis poſt primum aduentum Chriſti euentus ſignificant . Pro quorum explicatione notādum primum eſt,quòd Euphrates eſt vnum de quatuor fluminibus qui egrediuntur de paradyſo terreſtri ponitur quē terminus terræ promiſſioni.Secundò notandum,quòd Euphrates,ideſt,frugifer ſeu iuſtificans, aut creſcens ſecundum quod eſt flumen Babylonis,hoc eſt, confuſionis, potentiam huius ſeculi ſignificat: & omnem impiorum collectionem.Egreſſus ergo eſt ſexto tempore cœtus prædicatorum verbi Dei,& effundere cœpit phialam vltionis diuinæ in homines potentes,& populum voluptatibus & delicijs huius ſeculi deditum,Antichriſto parentem. Hoc eſt effundere phialam in flumen magnū Euphratem.Et ſicut diuiditur hoc flu D men in multiplices meatus gurgite exundante: ita impiorum multitudo fluxu carnalium deſideriorum , per multa diuiditur flagitia:alij enim ſunt homicidę:alij voluptatum carnalium ſectatores:alij auaritiæ dediti: alij alijs flagitijs implicati. In hos igitur meatus effundent tunc temporis iram diuinam prædicatores verbi Dei.Et tantæ virtutis erit comminatio huius modi, vt contingat quod ſtatim ſubditur.

Euphrates quod myſtice ſignificet.

¶ *Et ſiccauit aquam eius.* Siccatur enim tunc aqua huius fluminis quando impiorum iniquitas,per legis iuſtitiæq; amorem coercetur:quando cōtemptus ſeculi,& humanarum voluptatum in impijs generatur. Tū quippē Elia & Enoch prædicantibus,multi impietate abiecta fidem recipient: Reges & principes alijquè quorum B mundanam felicitatem Euphrates vocabulum exprimit.Sed ad quid ob ſecro exſiccata eſt aqua huius fluminis? *Vt præpararetur*,inquit,*via regibus ab ortu ſolis.* Exſiccata aqua malitiæ, & infidelitatis per prædicationem Euangelicam via præparatur à Chriſto qui eſt verus ſol iuſtitiæ: de quo Zachar.cap.2.ait:ecce vir oriens nomen eius:& Zachar.pater Ioānis : viſitauit nos oriens exalto. Ab iſto ergo ortu C ſolis præparatur via ſalutis regibus, hoc eſt , electis,qui regale ſacerdociū dicuntur maximè verò ſacris verbi Dei miniſtris,qui reges ſunt in Chriſto rege:ſicut & ſacerdotes qui ſacri verbi Dei ſceptro populum Dei regunt.Ait ergo Ioan. & ſextus Angelus effudit phialā ſuam in flumen magnū Euphratem. Quia quando ſacri verbi Dei miniſtri præſertim Elias, & Enoch , extremo illo tempore D prædicationis munus obibunt,multorum cordibus fluxus carnalium voluptatum areſcet, & fient Chriſti templa & habitacula. Ecce prima huius loci intelligentia.Secunda mihi vero ſimilior intelligentia talis eſt.*& ſextus angelus effudit phialam in flumen magnum euphratem.* Si per aquas & flumina rectè ſignificari perſequutores ſuperius diximus,aptè per Euphratem flumen magnum,qui Babylonem præter

Chriſtus ortus Solis dicitur. Zacha. 1. Lu. 1.

Electi vocantur reges

2. ſenſus

Per Euphratē fatetur ſati Chriſti intelligitur.

ter fluit, principes Antichristi satellites, confussæ Babylonis, ideſt, huius mundi negocijs ſe inuoluentes intelligere poſumus, in quod flumen effusa iræ diuinæ phiala ſiccauit aquas eius, ideſt, ceſſare fecit perſequtiones: principibus Antichriſti ſatellitibus vindicta Dei correptis vt præpararetur via regibus ab ortu ſolis. Quia finitis perſequtionibus, & perſecutoribus extinctis libera erit regibus & gentibus ad Deum & Chriſtum accedendi facultas. Benè autem ait: vt præparetur ab ortu ſolis, niſi enim in cordibus eorũ Chriſtus ſol iuſtitiæ oriatur, nũquàm ad eum accedent.

¶ Alij ſimplicius hunc locum explicant. Angelum, ſcilicet, hunc ſiccaturum flumen Euphraten. Vt citò & expeditè tunc tranſire poſſint Reges ab orientali parte venientes. Euphrates enim eſt fluuius vt diximus Babylonis longus & magnus, atq; ideo venientibus è oriente verſus occidentẽ tranſeundus.

¶ Et vidi de ore draconis, & de ore beſtiæ, & de ore pſeudopropheta exire ſpiritus tres immundos in modum ranarum. ſunt enim ſpiritus dæmonum facientes ſigna.

¶ Quid hoc loco per draconem, per beſtiam, & pſeudoprophetam intelligatur certum omnibus eſt. Per draconem enim agitatorem Antichriſti, diabolum: per beſtiam, Antichriſtum ipſum: per pſeudoprophetam, pſeudoprophetarum ipſius cætum, aut eius præcurſorem intelligimus. Quibus ſpiritus vnus erit, eadem voluntas in malo. Quorum exore tres ſpiritus immundi exire viſi in modum ranarum. Quia ad apertam perſequtionem contra Chriſtum, & ſanctos eius, oris veneno conſurgent. Ranæ quippè (vt Haymonis verbis vtar) moleſtiam hominibus conferunt, ſtrepitum faciunt, quietem hominibus auferunt, & in cœno verſantur. Tales erunt ipſi miniſtri Antichriſti, qui non loqur ſed potius garrulis vocibus ſtrepere videbũtur, omnem quoquè quietem auferent ab electis, dum eos vbiquè grauiter inſequentur. Et in hoc cœno, hoc eſt, in immunditia peccatorum deuoluerunt. Tres autem viſi ſunt ſpiritus immundi, hoc eſt, tres ſpiritus dæmoniorum per quos ſignificantur (vt Richardus ait) vniuerſi dæmones oppugnantes in electis myſterium trinitatis, & munimentum trium virtutum principalium, hoc eſt, fidei, ſpei, & charitatis. Item oppugnantes fideles concupiſcentia oculorum, & concupiſcentia carnis, & ſuperbia vitæ. His armis erunt potentes nouiſſimi temporis aduerſarij ad quoſcumquè deijciendos, auaritia, ſcilicet, luxuria, & ſuperbia. Vnde D. Ioan. in prima ſua canonica cap. 2. ait: nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Concupiſcentia autem carnis (vt inquit Auguſtinus) non modo libidinis & rei venereę, ſed omnium quæ ad carnem pertinent, immoderatus, & illicitus vſus eſt, ſiue cibi, ſiue potus, ſiue luſus. Concupiſcentia oculorum & auaritiam, & omnem inanem comprehendit rerum aſpectabilium curioſitatem. Superbia vitæ omne genus arrogantiæ, & ambitionis, ac ſuperbiæ. Draco ergo, & beſtia, & pſeudopropheta, ad hæc tria vitiorum genera allicunt gentes. Hæc tria capitalia vitia figurata ſunt in illis tribus ca-

Draco diabolus, beſtia antichriſtus, pſeudopropheta præcurſor eius

Haymo aduersum propiciatec cõueniunt antichriſto & miniſtris eius.

Richa.

1. Io. 2.

Exponitur oculus.

Auguſt.

niſtris; quæ viſæ ſunt à piſtore Pharaonis in carcere detento. Ait enim: vidi ſomnium: quod haberem tria caniſtra farinæ ſuper caput meum, & in vno caniſtro quod erat excelſius portare me omnes cibos, qui fiunt arte piſtoria, aueſquè comedere ex eo. Reſpondet Ioſeph: hæc eſt interpretatio ſomnij. Tria caniſtra tres adhuc dies ſunt, poſt quos auferet Pharao caput tuum, ac ſuſpendent te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. Per hunc piſtorem peccatores obſtinati intelliguntur, hi, tribus caniſtris onerati dicuntur, eo quod concupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ oppreſſi ſunt. His prædicitur ſua damnatio poſt tres dies, hoc eſt, poſt peccatorum ſuorum perpetrationem, & aſſuefactionem, & deſperationem. Hæc etiam tria peccatorum capita deſignata ſunt in tribus illis lanceis quibus confixus eſt Abſalon à Ioab. Abſalon perſequens Dauid, tyrannum iuſtorum oppreſſorem præ ſe fert, cuius caput adhæret quærcui, mundi ſublimia appetendo: tribus lanceis configitur à Diabolo, hoc eſt, tribus ijs capitalibus vitijs, & tandem infoueam proijcitur: hoc eſt, in inferos vbi perpetuò torquetur.

Gen. 40 Figura

2. Reg. 18. Figura

¶ Quantùm vero ad literam huius loci attinet, notandum eſt ſecundum aliquos: non eſſe addendum verbum, *exire*, nequè in Græco additur. Imo Aretas dicit ſubaudiendum eſſe, egredientes. Vt ſit ſenſus: vidi ex ore trium egredientes ſpiritus immundos tres in modum ranarum. Ex ore draconis, ideſt, diaboli ex ore beſtiæ, ideſt, Antichriſti, ex ore pſeudoprophetæ, ideſt, præcurſoris illius. De quo multa diximus, capite decimo tertio. Cæterum non eſt putandum ita exituros eſſe vt verba ſonant, quoniam & ſi de ore Antichriſti, & de ore pſeudoprophetæ exire poterant: ex ore diaboli, quod nullum eſt, exire non poſſunt. Niſi forte diceremus tunc diabolum ſpecie draconis videndum eſſe ſimul cum Antichriſto, quod non videtur probabile. Quare melius dicemus ſpiritus de ore ipſorum exire, quia eorum iuſſu miſſi ſunt. Sicut & capite duodecimo legimus, & miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem aquam tanquàm flumen, ideſt, exercitum perſequentium. Tres autem ſpiritus immundos ab his mitti non eſt mirum. Habebunt enim Antichriſtus, & pſeudopropheta poteſtatem omnem diaboli, & mittere poterunt ſpiritus quos ſimiles ranis vidit propter rationes iam dictas.

¶ Et procedebant ad reges totius terræ, ad cõgregandum illos in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei.

¶ Reges hîc in malam partem accipiuntur. Per hos enim Reges totius terræ, omnes tyranni Principes, omnes ſatellites, omnes què huius ſeculi potentes, qui membra ſunt Antichriſti, intelliguntur à patribus. Sicut enim ſancti ſunt Reges illi, quibus Euphrate exſiccato via cœleſtis aperta eſt ab oriente Chriſtò: ita hîc Reges terræ dicuntur illi, qui in nouiſſimis diebus ſtabunt aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Quos ranæ prædictæ contendent congregare non in vnum locum, ſed in vnum conſenſum: vt ſuo quoquè

gens loco sanctos impugnet. Regibus ergo terrenis & seculi amatoribus inspirabunt spiritus isti immundi, vt aduersus fideles prælium ineant. Vel per hos Reges intellige septem illos Reges qui contra Antichristum non pugnauerunt, vt eos ad eum adducant: vt iunctis totius orbis viribus potentius contra omnes Christianos pugnet. Nequè sit quisquam qui Antichristo obstet, aut resistat. Et de his Regibus aliqui intelligunt quòd paulo ante dixerat. Sextus angelus effudit phialam suam in fluuium illum magnum Euphratem, & siccauit aquam eius, vt præparetur via Regibus ab ortu solis, id-est, his, qui ex his septem regibus erunt in prouincijs orientis, & venient ad Antichristum, vt cum illo pugnent aduersus Christianos. Ex his intelligemus tres istos spiritus ex maioribus esse, & ex altioribus ad bella concitanda. Istorum typus fuere Iamnes, & mambres magi Pharaonis, qui spiritibus immundis affilati & adiuti, ficta coram illo miracula edendo, ita auxerunt stultitiam eius, vt contra Deum pugnantem pro Israel auderet præliari. Qui non solum nihil contra Deum prævalere potuit, sed accidit vt ex persecutione populus Domini multò glorioſior euaderet, ille autem miserabiliter corrueret. Sic etiam tanta erit istorum spirituum, & capitis sui Antichristi superbia, tanta dementia vt se putent aduersus Christum, quem venturum audient sua potentia, & terrenis auxilijs terrenorum regum prævalere: sed decipientur. Nam non solùm iræ Dei & iusto iudicio eius resistere non poterunt, sed potius infœliciter, & immaniter peribunt, quemadmodum exercitus Pharaonis. Atquè hinc nobis maxima spes, & confidentia offertur. Quoties permittente Deo in hac vita à spiritu immundo tentamur, & affligimur. Quando quidem tolerantia eorum in gloriam maximam nobis cædit. Congregentur licet huiusmodi reges aduersus nos nam nihil proficient contra electos Dei. Imo congregati in prælium congregabuntur in iudicium suum. Quemadmodum hi miseri & perditi Reges. Vnde subdit Ioã.

Figura

A

B

C

D

Dies iudicij vocatur dies magnus.

¶ *Quod congregauerunt illos in prælium ad diem magnum omnipotentis dei.* Diem magnum vocat quia magna in eo Christus facturus est, & memoranda: rectèquè dicit omnipotentis Dei, quia eo die omnipotentiam suam multis magnisquè argumentis demonstrabit. Quis est ergo iste dies magnus omnipotentis Dei, nisi dies iudicio proximus? vel vt alij volunt, dies iudicij, de quo sanctus Propheta Sophonias ait: iuxta est dies Domini magnus. Iuxta est velox nimis: dies Domini amara: tribulabitur ibi fortis: dies iræ dies illa, dies tribulationis, & angustiæ: dies calamitatis & miseriæ: dies tenebrarum, & caliginis: dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris: & quidem hæc dies iuxta & propè est, vt Hieronym. ait, vel propter æternitatem, quia nihil ei longũ est: vel propter pœnæ magnitudinẽ, quia patienti nũquã lõgè videtur supplicium quod inferendum est. Siue propè & iuxta est cum exierimus à seculo, & vniuersa insquè mors

Sopho. 1.

Explicatur locus.

Hiero. Dies iudicij quare dicatur esse propè & velox nimis.

mors consummationem mundifecerit. Et non solum propè: sed etiam velox nimis vt velocitas aduentus eius, in eo quod additur nimis, offendatur. Tunc vox diei Domini amara erit, & necessitate plena & ira, & tribulabitur ibi fortis. Quod minimè mirum erit, cum etiam qui sancti sunt saluentur quidem, sed tamen sic quasi per ignem. Dies illa, dies tribulationis & angustiæ, & calamitatis, & miseriæ in qua dicent: væ nobis, quia miseri facti sumus: dies tenebrarum. Omnis enim qui malè operatur odit lumen, & non venit ad lucem: & necesse est vt qui lumen oderit, eum tenebræ consequantur: dies erit nebulæ & turbinis: veniet enim super eum tempestas Domini, & clamor tubæ, quam Apostolus significat dicens: in nouissima tuba. Erit enim dies tubæ & elangoris super ciuitates munitas, quas sibi in multitudine peccatorum cum Cain ædificauerant: & super angulos excelsos opera peruersa, & à recta via Domini declinantia. Hic est dies ille magnus ad quem impij congregabuntur in prælium: existimantes, se posse vincere Deum. Sed miseros illos: nam tunc non solum ab Angelis cœlestibus habentibus phialas iræ Dei oppugnabuntur, sed etiam ab omnibus iustis quos ipsi in hac vita mortali degentes afflixerunt, iuxta illud Sapientiæ capite quinto. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt. Nec solum homines, & Angeli sed insensibiles creaturæ in eos inuehentur. Deus enim illis vtetur aduersus eos. Vt est eodem capite traditum. Armabit creaturam ad vltionem inimicorum, & paulo post: pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Omnia erunt illis aduersa. A dextris erunt peccata, à sinistris dæmonia, quæ antea adorabant: subtus, horrens infernus: supra, iudex iratus effundens per manus Angelorum phialas iræ suæ super eos: foris, mundus ardens: intus, conscientia vrens. quid tunc miseri facient, tot aduersus se inimicos habentes? fugere à prælio erit impossibile, aut latere. Si Adam fugere volebat præsentiam Dei, quem ob morsum pomi prohibiti offenderat, quid illi facient, qui eundem Deum ita cõtempserunt vt congregari audeant in prælium aduersus illum?

Ioan. 3.

1. Cor. 15.

Isa. 5.

¶ *Ecce venio sicut fur.* Cum præmisisset quod Christi fidelibus terrori esse poterat: armandos, scilicet, contra se Reges terræ, subdit vnde fiduciam illis generet dicens: ecce venio sicut fur, ideſt, ego autem de improuiso veniam, & eos intercipiam nec opinantes. Obserua, is Domini aduentus quamuis magis videatur de illo magni iudicij die intelligi: certa tamen res est, quod & diei mortis conueniat. Quotidie quidem venit Dominus vt fur, quando inopinata morte, & dum homo non sperat subito præoccupatur, sicut contigit stulto illi, cui dictum est: Stulte hac nocte animam tuam repetent à te, & hęc quæ congregasti cuius erunt?

Aduentus domini ad iudiciũ cõparatur furis aduẽtui

quotidie venit Dominus vt fur in morte cuiuslibet Luc 12.

¶ Quare verò disposuerit Dominus tàm aduentum vltimi iudicij, quàm aduentum de quo modo differebamus ignorari, non est nostrum inuestigare. Sunt enim imperuestigales viæ eius, causas tamen nonnullas

Quare dies mortis ignoratur

ex parte nostri coniectare possumus. Primò, ne huius mundi voluptatibus contra legem Dei insanissimè fruerentur homines, scientes diem mortis suæ toto illo tempore diem mortis præcedente. Secundò, ne tota vita differrent baptismum, quo emundamur à peccatis: & sic non curarent merita pro reliqua vita sibi parare. Tertiò, assiduus circa finem mortis metus, carnales, & qui longioris vitæ tenentur cupiditate, supra modum obrueret, si mortis meta eisdem constaret. Quartò, nec iusti tantùm mercedis reportarent tædio longioris vitæ affecti: nunc verò quotidie morientes, quotidie sese præparant: & dum interim differtur, videtur placidior omnibus occurrere. Nemini autem talis incertitudo nocebit, si solum vigilantia adsit, ad quam hic dominus tàm solicitè quemq; admonitum esse contendit, dicens: ecce venio sicut fur. Particula enim, ecce, repentinam cuiusdam improuisæ rei contingentiam demonstrat: quantò autem notior & occultior is erit aduentus, tantò formidabilior ostinatis, scilicet, peccatoribus, non iustis, qui aiunt: tedet animam meam vitæ meę Iob. 10. Iob decimo. Et iterum heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Psal. 119. mo. 119. & illud Apostoli: cupio dissolui & esse cum Christo. Cæterum nõ tantùm dies mortis incertus est, sed dies etiam iudicij vniuersalis. Nam de die illo nemo scit. Venit enim sicut fur, ideſt, repentè. Vnde Lucæ. 21. Luc. 21. ait Dominus: attendite vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ: & superueniat in vos repentina dies illa tanq̃ laqueus. ¶ Et Diuus Paulus. 1. Thes. 5. optimè hoc explicauit: De temporibus autem, & de momentis non indigetis, vt scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte ita veniet. Cum enim dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus: sicut dolor in vtero habenti. Et non effugient & quamuis hæc verba ecce venio sicut fur, possint de extremo die intelligi, ac si diceret: quum reges isti occidentur ego cito veniam ad iudicium. Tamen peculiariter intelligi possunt de aduentu, ad dispergendos reges istos. Tunc enim veniet sicut fur, ideſt, ex improuiso: quum illi malà finita putabunt: & sibi omnia læta promittent: ne verò dormientes homines & ociosos offendat aduentus iste admonet statim vt vigilemus. 1. Thes. 5.

¶ *Beatus qui vigilat.* Ideſt, qui bonis operibus intentus inuenietur. Nequè ad partes istorum regum trãsibit: sed me solum adorabit aduentum meum vigilanter expectans. Admonet nos hoc loco Christus Dominus vt vigilemus, ideſt, vt nobis cautè prospiciamus, ne fallamur ne à dæmone, aut à bestia, aut ab alijs eorum pseudoprophetis seducamur: & quæ futuris fidelibus dicit omnibus dicit. Vigilemus omni tempore orantes, vt digni habeamur fugere omnia ista quæ ventura sunt: & stare ante filium hominis. Beati & fœlices homines sunt, qui semper paratos se exhibent. In Euangelio ait Dominus: vigilate ne cum venerit Dominus inueniat vos dormientes. Et alibi: dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet: prima ad Thessalonicenses quinto, & in hoc loco ecce venio tanquam fur. 1. Thes. 5. Luc. 21. Mar. 13. d. Oportet vigilare

Bea-

beatur qui vigilat. Vigilat qui ad aſ- A
pectum ſuperni luminis mentis oculos apertos tenet: vigilat (vt ait Diuus
D.Grego. Gregorius) qui ſeruat operando quod credit: vigilat qui fide viuit in operibus ſanctis Chriſto què dignis: vt ſicut fides ſancta eſt, ſint & opera ſancta. Beatus ergo qui vigilat. Contrà verò, infœlix qui dormit. Dormiens Sanſon amiſit fortitudinem: dormiens Rex Saul amiſit Scyphum, &
Iud.19. 1.Reg.26 Iud.4 Ion.1. Math.3 haſtam: dormiens dux ſiſara fuit interfectus: dormite Iona, orta eſt in mari tempeſtas: dormientibus hominibus venit inimicus homo, & ſeminauit zizania. Quare vigilandum nobis eſt. Iuxtà illud ſeruatoris noſtri apud Mathæum vigeſſimo
Math. 26. ſexto. Vigilate, & orate vt non intretis in tentationem. Et iuxta illud Pauli prima ad Colloſ. 6. Vigilate, ſtate in fide, viriliter agite. Ait enim
Eccleſ. 32. Eccleſiaſ. capite. 32. qui vigilauerint ad C
Luc. 12. illum inuenietbenedictionem, apud Lucã. capite. 12. Multa habentur quæ Chriſtus de ſuo aduentu ad mortem cuiuslibet præmonuit, quatenus prudentes eſſemus, & parati ſemper vocantẽ Dñm expectarem⁹. Beati ergo illi quos cum venerit Dominus inuenerit vigilantes, amendico vobis quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtiquè & non ſineret perfodi domum ſuam. D

Præſules debent vigilare. ¶ Si omnes vigilare debent quanto magis principes, ſenatores, Pontifices, & cæteri paſtores qui clauum regni tenere & gubernacula reipublicę tractare voluerunt. Hi, ſi perire nolũt non dormire ſed vigilare debent. De huiuſmodi conquæritur Dominus a-
Nahum.3. Exponitur locus pud Nahum. cap. 3. dicens: Dormierunt paſtores tui Rex Aſſur. Paſtores vocat conſiliarios Regis, duces, magnates, iudices, magiſtratus, & omnes reipublicę gubernatores. Deducitur vocabulum hoc Hæbraicum à verbo ragga, quod paſcere ſignificat, cogitare, & conſulare. Vnde principes ſenatores & optimates, paſtores appellantur ſæpè in ſacra ſcriptura. Hieremias enim inter alios, capite. 22. ait: ſtultè egerunt paſtores, pro quo paraphraſis Chaldaica habet, omnes gubernatores tui diſpergentur in o-
B mnem ventum. Hi ergo omnes vigilare debent, ideſt, ſibi ſubditis prouidere, & non ſolum magnarum rerum ſed etiam exiguarum habere rationem: aliàs enim veniet illis Dominus tanquam fur. Veniet, inquam, illis repentina calamitas. Imitentur leonem omnium animalium rationis expertium principem, qui nunquam dormit (vt author eſt Maneth Aegyptius) aut certè quod magis verum eſt, parciſſimus eſt ſomnij, vt nonnulli aſſerebant veteres Aegyptij, qui per leonem vigilantiam ſignificabant. Exiſtimat enim Ariſtote. incredibile eſſe, animal aliquod perpetua vti vigilantia. Nec ſolum apud Aegyptios, ſed etiam apud Chriſtianos fuit leo typus ac ſignum vigilantiæ. Vnde haud immerito vt gauden. Merula libro tertio Memorabilium annotauit, proforibus templorum marmoreas leonum imagines videmus appoſitas. Illis ſignificabant priſci homines illi, oportere principes, pontifices, & ſacerdotes vigilare. Debet paſtor pluribus oculis abundare quã Argus, quem fingebant antiqui paſtorem fuiſſe multis oculis præditũ, ſed perperam cuſtodiſſe Inachi filiam: eamquè obcauſam fuiſſe vita priuatũ, eiuſquè oculos caudæ pauonis inſertos eſſe. Oculos enim non videntes

Principes & optimates vocantur paſtores Ierc. 22.

Mantch ægyptius leoparum. aut nihil dormit & ideo eſt vigilantiæ typus. Ariſtot.

Merula Nota

nihil refert in capite potius quã in cauda collocari. Ac vt oculi illi nihil prosunt priusquã ad videndum, nisi ad vanam rotam faciendam, sic multi non habent gubernandi munus ad vigilãdum, sed ad vanitatem suam ostendẽdam. Volentes poetæ significare esse principibus ac Pontificibus vigilantiam maximè necessariam, fingerunt regem Æetam tradidisse vellus aureum draconi multos oculos habenti seruandum, quod existimaret in custodia illius velleris esse regni sui salutem constitutam. Iason verò consilio Medææ vsus, cõsopiuit draconem & coniecto in eius oculos puluere quodam vellus aureum diripuit. Vellus aureum est iustitia, quam rex tradit cætui magistratuum, veluti multorum oculorum draconi, sed quid prodest cętum illum multos oculos habere, si iniectis in illos pulueribus munerum consopiuntur? Dormientibus autem iudicibus cæteriscq; reipublicæ magistratibus aufertur & iustitia, & respublica penitus euertitur, aut saltem labefactatur. Non sic dormiebat
Gene.31.f. eximius pastor Iacob qui dicebat: diu noctuq; æstu vrebar & gelu, fugiebat què somnus ab oculis meis. Beatus ergo qui vigilat quisquis ille sit, siue subditus, siue prælatus. Sed non satis est vigilare, sed necesse est vestimenta custodire. Vnde statim subiungit Dominus.

¶ Et qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet & videant turpitudinẽ eius. Si quis nostrum scire vellit quæ vestimenta iubeat Dominus custodire audiat Paul. admonentem ad Colos. 3. Induite vos, sicut electi Dei sancti & dilecti viscera misericordiæ benignitatem, sanctitatem & modestiam, patientiam, &c. Sanctis enim operibus oportet nos indui, quibus exuti nudi. i. Dei gratia destituti apparebimus. Et cum ijs seclusis sordida sint & immunda nostra omnia: tunc apparebit turpitudo nostra. Vestimenta ergo sua custodit qui fidem sine errore tenet, vestimenta sua custodit, qui puritatem in baptismo acceptam, impolutã cõseruat: qui iustitiam dei habet, quibus primus homo spoliatus paradisum amisit: quæ iterum per occisum vitulum saginatum, ideſt, per immolatum Christum in baptismo recuperauit. Seruat ergo hæc vestimenta qui horrore scelerum non commaculat, non dilacerat, non abijcit: aut amissa per pœnitentiam recuperat, commaculata mundat, dilacerata resarcit. Qui his omnibus caret nudus dicendus est. Hanc nuditatem peccatoris filij (vt Grego. ait) tegere dignatus est pater, qui eo redeunte dixit: cito proferte stolam primam. Prima quippè stola est, vestis innocentiæ, quam homo benè conditus accepit, malè à serpente persuasus perdidit. Contra hanc rursum nuditatem dicitur: beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. Vestimenta quippè custodimus cum præcepta innocentiæ seruamus in mente: vt cũ nos iudici culpa nudat, adamissam redeuntes innocentiam pœnitentia opperiar. Hæc Gregorius. Fœlices etiam appellat Dauid Psalmo. 31. Eos qui vestimentis & charitatis, & bonorum operum teguntur, dicens: beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Sanctis enim actionibus peccata operiuntur, sicut & charitate. Vnde D. Petrus ait: charitas opperit multitudinem peccatorum. Hæc est vestis illa qua opertus est perditus ac prodigus filius post

Luce 15. Prima stola est vestis innocẽtiæ.

D. Grego. Psa. 31.

1. Pe. 4. b.

Vestimenta à nobis cu studiẽda sunt opera sãcta Colos.

quam

quàm reidit ad patrem, & ad pedes eius proiectus dixit: pater peccaui in cœlum & coram te: quibus auditis pater ait seruis suis: citò proferte stolam primam & induite illum. Hæc est ve
Luc. 15. stis illa polymita, quam pater Iacob
Gen. 37. fecit filio suo Ioseph, Gene. 37. idest, ve
Figura stis manibus artificis, mira varietate di stincta, & vsquè ad talos pertingens. Diuersis enim varijsq; virtutibus induitur iustus. Deniq; si scire velimus qualis debeat esse vestis nostra audiamus Paulum ad Gala. 3. dicentem: qui
Gal. 3. cumq; in Christo baptizati estis, Christum induisti. Sic ergo Christus est vestis illa longa qua operimur. Beatus qui custodit vestem hanc, ne nudus ambulet. Infœlices & miseri mali prædicatores, qui non solum nō seruant vestimenta sua, sed alios denuda
Iob. 24. re non cessant. De quibus sanctus Iob ait. c. 24. nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore. In quæ verba
D. Grego. D. Grego. sic ait: sicut vestimenta corpus: sic bona opera protegunt animā. Hæretici itaq; cum inquorundā mentibus bona opera destruunt, nimirum velamina indumentorum tollunt. Benè autem dicitur: quibus non est operimentum in frigore: operimentum quippè ad iustitiam pertinet. Frigus ad culpam. Et sunt nōnulli qui in quibusdam rebus peccata faciunt, in quibusdam verò recta opera sequuntur. Qui ergo ex alijs actibus delinquit, at què ex alijs actibus iustitiam peragit: quid iste nisi in frigore vestitur, & alget, & tegitur? quia ex alio opere feruescit ad iustitiam, & ex alio frigescit ad culpam. Sed cum hæretici bona opera talibus subtrahunt, agunt ne in frigore habeant quo vestiantur. Rectè ergo dicitur: nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore: vt videlicet solum culpæ frigus interimat, quos calor altius operis ex parte aliqua tegebat. Hæc Gregorius. Conemur igitur pro nostra virili, bonis actionibus indui ne nobis contingat, quod Dominus minatur Osæ. 2. Synagogæ: auferat fornichationes à facie sua ne forte expoliem eam nudā: & statuam illam secundum diem nativitatis suæ. Et hoc est, quod idem Dominus dicebat Nahum. c. 3. Ecce ego ad te dicit Dominus, revelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam. Non ergo nos pudeat revelare peccata nostra sacerdotibus, ne in die iudicij revelet Dominus nuditatem nostram, hoc est, vitam impudicam nostram corā omnibus. Beatus igitur est qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. Turpitudo enim nostra (ait Gregor.) tunc cernitur cum vita reprehensibilis ante iustorum oculos in iudicio nequaquam subsequentis boni operis tegmine velatur. Beatus ergo ille erit, qui tunc cum Deus reges illos percussit, amissis omnibus virtutibus non inueniatur nudus: & tunc simul puniatur: & hæc pœna appareat eius turpitudo, idest, nuditas: per quam mala, & pudenda opera intelligit.

Osæ. 2.
Nahū. c. 3
Greg. 2. Mor. c. 38

¶ *Et congregabit illos in locum, qui hebraicè dicit armagedon.* Redit ad ea quæ superius narrauerat de tribus immundis spiritibus, qui processerūt ad omnes reges terræ, vt congregarent illos in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei. Ait igitur: *& cōgregabit illos.* Græca lectio in numero plurali ait: συνηγαγεν αυτὲο, idest, congregauerūt eos. ac si apertius diceret:

spiritus illi dæmoniorum qui processerunt ad omnes reges illos terræ. Cõgregauerunt illos, ideſt, congregabũt illos. Prophetæ enim vtuntur præteritis pro futuris; vt omnibus viris doctis compertum eſt. ¶ Quod ſi legas vt noſtra æditio habet. *& congregauit eos*, in idem recidit. Sicut enim in vno exercitu multi ſunt milites, & tamen vnus exercitus dicitur, & vna congregatio: & ſicut multis dæmonibus in vno homine hærentibus dixit Chriſtus: quod tibi nomen eſt? cui ipſa congregatio reſpondit: legio mihi nomẽ eſt. Sic vna erit congregatio iſtorum ſpirituum, quæ congregabit reges illos impios in prælium aduerſus Dominum.

Marc. Luc. 8.

¶ Sed iam reſtat vt de loco inquẽ congregandi ſunt reges differamus, *in locum*, inquit, *qui hebraicè dicitur armagedon*. Hic textus variè à doctoribus interpretatur, ſecundum varias huius nominis armagedon interpretationes quas breuiter libet in mediũ proferre. Armagedon Hieronymus interpretatur montem furum. Sicut ergo Chriſtus appellatur in ſacra ſcriptura mons, ad quem aſcendere hortabatur Eſa. cap. 2. dicens: venite aſcendamus ad montem domini. Et quem dicebat eſſe præparatum in nouiſſimis diebus in vertice montium, ideſt, ſupereminentem omnes dignitate & ſanctitate: ita ſimia eius Antichriſtus appellabitur mons, ideſt, Chriſtus, ſed ſic vocabitur à furibus atque latrunculis, hoc eſt, à regibus illis impijs ſuæ factionis, qui inuadent & ſpoliabunt, & trucidabunt rectos corde: & qui debitum Deo honorem furari & Antichriſto tribuere conabuntur. Ipſe autem meritò mons furum vocabitur, nam præ alijs Dei honorem furabitur ſinens ſe coli vt Deum: atq; in altum per ſuperbiam erigetur vt mons.

Armagedon .i. mons furum ſicũ Chriſtus vocatur mons ita vocabitur ſimia eius anti-Chriſtus à furibus & impijs regibus Eſai. 2.

¶ Item Armagedon idem eſt quod mons globus, ſiue globoſus. Sic Antichriſtus vocabitur globoſus propter verſutiam. In ipſum enim, ideſt, in eius ſectam ſpiritus immundi reges ſua pradictos congregabunt: qui vltione diuina, quæ indurauit cor Pharaonis, permitente: eos illi per ſuperbiam, & verſutiam conformabũt. Ita Richardus mons quoq; globoſus appellatur (ait author Collecta.) propter multitudinem populorum, ſibi adhærentium. Vel quia quoſcumquè mendacij ſeductione pellicit, globoſi vocantur ob errores quibus circumagũtur, vel quia globatim ibunt contra electos, dum eos per temporalem potentiam affligent.

ſicut Armagedon dicitur monti globoſus ita anti-Chriſtus dicitur ob verſutiam.

¶ Præterea armagedon (vt Haymo eſt author) interpretatur conſurrectio teſtium iniquorum. Teſtes iniqui vocantur iure optimo omnes ſectatores Antichriſti: quum iniquè cõfiteantur Chriſtum eſſe Antichriſtũ: & iniquè Antichriſtum confitentur eſſe Chriſtum: ad hoc ergo eos ad ſe Antichriſtus trahet, vt contra Chriſtum verba blaſphemiæ iniquitatisq; vomant. Ad iſtorum teſtium numerum pertinent illi de quibus dicit Dominus Pſalm. 26. inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.

Armagedõ conſurrectio teſtiũ iniquorũ.

Pſa. 26.

¶ Tandem Armagedon dicitur ab ar, ideſt, mons & geded fructus, non quoſcumquè ſed optimos & electos. Ideo armagedon mõs eſt electorum fructuum & pomorum. quis autem mõs iſte eſſe poteſt niſi Eccleſia, quæ Pſalmo. 2. Mons Sion dicitur, & Can. 4. Mons mirrhæ, & collis thuris. Ideo de electis ait Dominus Ezech. 34. In

Armagedõ fructuũ mons electorum .i. Eccleſia.

Pſa. 2. Can. 4.

Ezech. 34.

mon-

montibus excelsis erunt pascuæ eorum. In hoc ergo armagedon congregabuntur impij contra Christum, & sanctos eius, in iudicio. Math. 24. Congregabuntur ad eum omnes gentes. Ad quam expositionem videtur alludere Beda cum ait, hunc locum c. 20. esse expositum: cum Ioã. ait: quod cũ consumati fuerint mille anni, soluetur sathanas de carcere, & seducet gẽtes, quæ sunt super quatuor angulos terræ, gog & magog: & congregabũt eos in prælium & circuierunt castra sanctorum, & ciuitatem dilectam, id est, Ecclesiam. Hinc colliges Ecclesiã esse locum certaminis, & prælij: & qđ fideles semper esse debeant parati ad tantum prælium, proposito sibi regno tàm magno, hoc est, regno cœlorum.

Math. 24. Beda.

¶ Alij aliter hũc locũ exponũt: atq; de hoc loco Armagedõ differunt. Armagedon igitur nomen est hębraicũ, qđ Hæbraicè posuit Ioãnes, quia erat locus Hebræorum: neq; apud alios notus, aut nominatus. Vbi autem sit nullus expositorum docuit: nequè autor de nominibus Hębraicis: nequè certò sciri potest, quia nusquam eius memini sacra scriptura. Suspicãtur hi locũ esse iuxta Hierusalem, & vallem Iosaphat: vbi iudicium futurum est: tempore Ioãnis fuisse obscurum, tempore autem iudicij futurũ nobilem.

Hebraicũ, quod

¶ Varias huius nominis interpretationes, vt vidimus, authores afferunt: sed quæ ad rem pertinere non valde uidentur. Verosimilius est dicere, armagedon, à verbo, Arã, quod significat dolosè agere: & à verbo, gaddad, qđ est congregare exercitum: quod videatur Deus quasi dolosè congregare exercitum illorum regum, vt vno die cum suis pereant. Itaq; diuina prouidentia loco nomen inditum ab eo, quod in illo futurum est. Verùm quoniam nemo vbi hic locus sit indicare potuit, neq; in sacra scriptura inuenitur, vehementer suspicantur isti corruptum esse nomen, vt passim in nominibus peregrinis euenire solet: Legendumq; esse, Mageddon. Mageddo enim, siue mageddõ vrbs fuit prope Iezraelem metropolim olim decem tribuũ: sitàmq; ad radicem montis Gelboe, versus occidentem. Habuit autem Mageddon campum aptissimum adpugnandum: in quo contra regem Aegypti pugnans Iosias interfectus est. Huius campi meminit secundus liber Paralipomenõ. cap. 35. & Zacharias. 12. Atquè hunc omnino significari â Ioãne arbitrantur nõnulli: qui de eo loquitur hìc quasi de loco noto ex sacra scriptura. Quod ostendit Tychonius qui Hom. 13. legit, congregauit eos in locum qui vocatur Hæbraicè Mageddõ. Quod si cõ stiterit legendum esse Armageddon, dicemus hunc eundem locum vocari campum, quia erat magna quędam planicies: & vocari Armageddon, id est, montem mageddon. Quoniam hæc planicies erat in excelso loco. Cõgregabuntur autem ibi reges, ne mortuo Antichristo nationes rebellent: & fideles ad ciuitates & Ecclesias suas redeãt: quasi liberè & securè victuri. Itaquè volent ex campo illo cum exercitibus suis diuidi per varias mundi plagas, vt omnia sub ditione sua retineant: & Christianos iterum persequantur. Sed antequàm id fiat in campo illo occidentur, vt exercitus Sinacherib, & hæc quidem explicatio planior & simplicior mihi videtur.

Expositio huius loci. 2. par. c. 35. Zach. 12.

¶ *Et septimus Angelus effudit phialam suam in aerem: & exiuit vox magna de*

de templo à throno dicens: factum est.

Aer variè sumitur in scriptura

Locus hic plures etiam patitur sensus literales, pro quorũ explicatione notandum est, aerẽm in scriptura appellari vnũ ex quatuor elementis: & etiam dæmones qui in aëre ad tentandum homines diuersantur. Hi sunt quos Dominus volucres cœli Appellat apud Lucam cap. 8. cum ait: aliud ex seminibus cecidisse secus viam, & volucres cœli comedisse illud, appellat enim volucres cœli dæmones vt ipsemet explicat: sunt enim volucres cœli, ideſt, aëris. Cœli enim appellatione aër nõ raro in scripturis, capitur: vt ibi: volucres cœli & pisces maris qui perambulant semitas maris. Hos eosdem dæmones appellat Paulus spiritualia nequitiæ in cœlestibus, ad Ephes. cap. 6. dicens: non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus, ideſt, non est nobis lucta aduersus mortales homines: sed aduersus spirituales nequitias in cœlestibus, hoc est, in aëre habitantes. Est enim aër caliginosus quasi carcer dæmonibus vsq; ad diem iudicij, vt Augustinus ait: quo tempore simul cum damnatis hominibus ibi omnes recludẽtur, & igni perpetuo cruciabũtur: vt Christus ait Math. 25. & noster Ioã. infra. c. 20. Datus verò est hic locus aëris dæmonibus vt homines exercitarentur. De qua re vide D. Thom. 1. par. quæstione 60.

Ephes. 6

Aug. 3. super Gen. ad lit.

Math. 25 & Apoc. 20

D. Tho.

¶ Primus ergo sensus huius loci est quod septimo illo tempore septimus angelus, hoc est, septimus ordo prædicatorum acriter dimicabit aduersus aëras potestates sermone verbi Dei: vt per quos decepti sint miseri mortales in Antichristo, restituantur ad veram fidem Christi. Quod dum fœliciter contigerit audietur vox magna exultantium de templo, ideſt, de Ecclesia. gaudebunt autem, tum, de interitu Antichristi manifesto: tum etiam de eorum liberatione. Non solum de templo vox audiri dicitur, sed etiam à throno, hoc est, à Christi iudiciaria potestate: Ab hac enim audietur vox magna vibrata, qua interficiet impiũ. De qua Esa. ait: & spiritu labiorũ suorum interficiet impiũ. Iam verò quid hæc vox clamet audiamus. *Factũ est*, scilicet, regnum Domini nostri Iesu Christi. Simile: quoq; habemus in septima tuba. c. 11. nam cum septimus Angelus cecinit: factę sunt voces magnæ in cœlo dicentes: factum est regnum huius mundi Domini nostri, & Christi eius, & regnauit in secula seculorum.

1. sensus

Esa. 11. a.

2. sensus verior

¶ Secundus sensus simplicior est, quem græca scholia referut, quod scilicet, initante tuba septimi angeli proximè tempus iudicij effundetur ira diuinę indignationis in aërem: sic quod totũ aërem Angelus mouebit & turbabit, vnde fient fulgura, tonitrua, & terręmotus quales nõ fuerunt ab initio conditi hominis: ad terrorem, scilicet, eorũ qui supererunt. Asserit quoq; Ioã. exiuisse vocem à templo, ideſt, de sede beatorum: at non de qualibet parte templi sed à throno in quo, scilicet, Deus sedebat, ideſt, à magestate iudicaturi Dei, dicentem: *Factum est*, i. cõsumatum est, & iam de mundo actum. In cuius rei figura olim Dominus volens homines diluuio perdere ait Gene. 6. finis vniuersæ carnis venit coram me: ecce ego aducam aquas diluuii vt interficiam omnem carnem, &c. Ingredieris ergo arcam tu, & filij tui, & vxor tua, & vxores filiorũ tuorum, &c. Vt possint viuere. sic etiam

Gen. 6.

in

in nouiſſimis diebus adueniente diluuio, hoc eſt, vniuerſali iudicio, dicet Dominus actum eſt de omni carne, ingredienturq; tunc in arcam cœleſtem electi vt non pereant. Ad hunc etiam modum Dominus dicit Ezechie. cap. 7. finis venit, venit finis ſuper quatuor plagas terræ.

Ezech. 7.

Et facta ſunt fulgura & voces, & tonitrua, & terræmotus factus eſt magnus qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt ſuper terram talis terræmotus ſic magnus.

Prima intelligẽtia.

¶ Si hunc locum ſecundum priorem intelligentiam exponamus, dicẽdum eſt: quòd non poſt illam vocem magnam dicentem: factum eſt, ſed interim dum phialas ſuas Angeli effunderent, facta ſunt & fulgura, & voces, & tonitrua, & terræmotus. Fulgura miracula ſunt: voces, ſcripturarum teſtimonia: tonitrua comminationes futurorum malorũ iudicij & ignis, qui cunctis omnibus confirmauerunt ſermonem ſuum angeli phialarũ, ideſt, prædicatores ſancti, qui decreta Dei, iudiciumq; futurum mittentur prædicare in vniuerſum mundum. Hæ ergo phialæ comminationes ſunt futurorũ malorum iudicij & ignis, quantùm ad homines: vnde Chriſtus ait: ite prædicate euangelium omni creaturæ: qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit: qui verò non crediderit condemnabitur. Et ita fecerunt Apoſtoli cæteriq; prædicatores, effundentes iram Dei in eos qui non conuertebantur, aut qui conuerſi reuertebantur ad vomitum. Quãtum verò ad dæmones, ſunt hæ phialæ cruciamenta iudiciorum Dei, dicente Domino princeps huius mundi iam iudicatus eſt. Ioan. 16. At verò terræmotus, qui factus eſt magnus, ſunt motus cordium humanorum, quæ commouenda ſunt audito Chriſti verbo, in quo reuelatur ira Dei in omnem impietatem, ad Romanos. 1. & Pſal. 17. Commota eſt & contremuit terra, fundamenta montium conturbata ſunt: quoniam iratus eſt eis.

Fulgura miracula ſunt: voces eſtimonia ſcripturarum: tonitrua cõminationes.

Ioan. vlti.

Rom. 1.

Pſa. 17.

¶ Si verò ſecũdam intelligentiam proſequamur, iam ſuperius diximus quomodo hic locus intelligendus ſit. Nam propè iudiciũ effundetur phiala iræ diuinæ in aërem: & fient fulgura, & tonitrua, & terræmotus quales nunquàm fuerunt ad terrorem malorum, cum enim in fine ſeculi talis futura ſit tribulatio, qualis nõ fuit ab initio: ſigna pariter maxima clarebũt, vt Beda ait. Voces etiam articulatæ horriferæ audientur, hanc ipſam iram indicantes: ad maiorem terrorem impiorum. Fortaſſe voces erunt, quia magni exercitus ad prælium venientis: vt ſignificetur aduentus Domini, ad iudicium cum ſuis ſanctis.

2. intelligẽtia, verior.

Beda

Math. 24.

¶ Et facta eſt ciuitas magna in tres partes: & ciuitates gentium ceciderunt.

¶ Primaſius habet & ciuitas illa magna in tres partes diuiſa eſt. Hæc ciuitas magna eſt illa quæ ſpiritualiter vocatur, Aegyptus, Sodomaq; ſupra. c. 11. Hęc in tres partes diuiſa eſt, hoc eſt, in gentiles, & Iudæos, & in hęreticos, falſoſq; Chriſtianos: qui cõfitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Qđ verò dicitur: & ciuitates gentium ceciderũt, aut eſt diuiſio generis in ſpẽ, aut repetitio interitus totius regni diaboli. Quod per vnam ſuperius, hoc nunc ſignificatur per plures gentium ciuitates. Hoc enim eſt vna ciuitas babylon, quod multæ ciuitates gentiũ, ſicut hoc eſt vna Eccleſia, quod ſeptem. Væ autem hominibus illarum ciuitatum, quia vt Dauid ait. Pſal. 138.

Supra. 11.

Pſa. 138.

ac-

accipient in vanitate ciuitates, suas nõ enim muris aut turribus, aut præsidijs illarum defendentur ab ira Dei. Quà re frustra confugient ad illas: cadent enim omnes reproborum ciuitates, corruet Babylon illa magna. Quare sanum ac saluberrimum tunc consilium erit fugere ac relinquere Babylonem istam, sicut olim Hieremias. c. 51. monebat dicens: fugite de medio Babylonis, & saluet vnusquisquè animam suam: nolite tacere super iniquitatem eius: quoniam tempus vltionis est à Domino. Confugiamus ad Dei Ecclesiam quæ in æternum stat & nõ cadit. Ibi enim tuti, & securi erimus. Iam verò ad aliam explicationem veniamus.

Hie. 51.

¶ Prævi ergo magni illius terræmotus diuidetur ciuitas hæc in tres partes. Hanc verò ciuitatem esse Hierusalem credit Aretas probabiliter nam. cap. 11. ciuitas magna dicta est. Et tunc magna erit. Ita enim ait: & corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ. Alij Romam esse arbitrantur: quoniam illius proximè meminerat Ioãnes sub nomine Babylonis dicens cap. 14. Cecidit, cecidit Babylõ illa ciuitas, illa magna (secũdum codices Græcos) eam enim ibi vocat ciuitatem magnam cum duplici articulo. Quare cum nunc dicat: ciuitas magna, nec nomen indicat, eam sine dubio videtur intelligendam, quam proximè nominauerat. Quam & nunc cum duplici articulo ponit: Hierusalem autem sine articulo ciuitatem vocauit. capite. 11. quoniam non erat illa quæ ab omnibus intelligebatur, cum absolute vocabatur ciuitas. At cum magnam vocauit addidit articulum, quoniam inter vrbes Iudęorum illa erat maxima. Sententia Aretæ multũ roborari videtur eo quod scriptum est Zachar. vlti. De monte oliuarũ scindendos, & de terræmotu magno, sed quoniam illa omnia intelliguntur, secundum aliquos de exilio Hierusalem sub Tito, & longa sit, & obscura prophetia, satis fuerit locũ indicasse, ne quis erret. præsertim cum ibi non ciuitas scindenda dicatur, sed mons oliueti, qui est extra ciuitatem. Hic autem de ciuitate ipsa sermo est. ait ergo Ioan. Quòd vi illius magni terræmotus Roma scindetur in tres partes. Multæquè aliæ ciuitates gentilium, & cultorum Antichristi cadent impetu illius terræmotus.

Zach. vlti.

¶ Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum, vt daret illi calicem vini indignationis iræ suæ.

¶ Hæc & sequentia vsq; ad finem capitis, vsquè ad tempus iudicij expectant. Nam post tempus illud aureum, post pacem (inquam) illam vniuersalem Ecclesiæ, quæ post interitum bestiæ ventura est, Soluetur Sathanas, & seducet multos vt Ioan. ait supra. cap. 10. Quod vbi fiet, superueniet iudicium impijs inopinationibus vt Dominus apud Mathæum, & Lucam refert. Et Paulus. 1. Thessaloni. 5. Tunc Babylon hæc magna, hoc est, impiorum & reproborum confusio veniet in memoriam ante Deum: vt daret illi calicem vini indignitatis iræ suæ. Tunc, inquam, impiorum confusio cõmeritas pro peccatis pœnas dabit: quæ modò licenter quasi extra recordationem Dei agit, qd vult. Quod si per Babylonem Romam intelligamus non satis tunc erit illam diuidi in tres partes vi terræmotus magni: sed omnes plagas, quas illi præparauit, tũc in eam immittet. Obserua: Deum nec obliuisci, nec recordari: cum immuta bi-

a. sensus

Aretas.

1 intelligẽtia.

1 Thessa. 5

2. intelligentia

quid sit Deum recordari

bilis sit. Sed sacra scriptura, de illo loquitur more humano, quod ad modum obliuiscentis se habet: dum malos nō punit, aut dum sinit electos opprimi à reprobis. Et vt apud nos qui beneficium aut iniuriam accepit, & post longum tempus recordatur, & vicem rependit: ita sacra scriptura solet dicere, recordari Deum alicuius, cum aut benè, aut malè illi facit. Vt Gen. 8. Recordatus autem Dominus Noe, cunctorumq; animantium quæ erant in arca cum eo, adduxit spiritū super terram: & minutæ sunt aquæ. Hier. 2. recordatus sum tui: miserans adolescentiam tuam. Et Osææ. 7. & ne forte dicant in cordibus suis omnē malitiam eorum me recordatū. Et c. 8. nunc recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum. Sed obserua rērū ciuilitudinē, in hac vita iustorū Deus obliuisci dicitur, dū eos probonis actionibus hic nō remunerat: at eorū recordatur, dū mala in eis per flagella punit. In futuro verò iudicio bonorum rememorabitur, vt eos remuneret: malorū verò gestorū obliuiscetur, cū hic punita fuerint. Cōtrà autē omnia in reprobis contingēt: eorū enim Deus nunc rememoratur, vt si quid boni fecerint præmiet statim, mala autē quasi obliuiscātur. Neq; enim reprobi cōfestim puniūtur, in futuro autē eorū iniquitates rememorabūtur, quū vna cū eis æterno incendio tradentur; bona autē si qua fuere venient in obliuionē, vt nulla remuneratione dignentur. Et hoc est, qđ hic dicitur quod Babylon magna veniet in memoriā ante Deū, vt daret illi calicē vini iræ indignationis suę. Per calicē hūc nō aliū intelligens quā pœnā sempiternā. Vnde autē hęc vino cōparat: quia ita demētat impios (vt solet vinū) vt coganī miseri in deū blasphemare. ¶ Hinc colliges quàm infęlices sint homines illi, quorū peccata redeunt in Dei memoriā vt eos maxima pœna afficiat. Sic rediere peccata Iudęorū Christū Dñm persequentiū: secundū illud qđ Dauid olim prædicebat Psa. 108. in memoriā redeat iniquitas patrum eius in conspectu Dñi: & peccatū matris eius nō deleatur. Ac si apertius diceret: ante oculos Dñi redibit ad cōsideratiōnē iniquitas parentū eorū, vt adducatur super eos vltio grauissima: quasi pro omniū parentū suorū delictis: vt requiratur ab istis homicidis, qui adimpleuerunt mensuram patrū suorū, sanguis omniū sanctorū, & prophetarū, qui effusus est ab origine mūdi, ita, scilicet, vt grauissima dei sumatur vltio. Et peccatum matris eorum non erit in obliuione, hoc est, vltione tàm graui videbuntur puniri, vt appareat Deum quidquid vnquā peccari admiserunt parentes, super hos eorum posteros imposuisse, & ad horum punitionem grauiorem, reuocasse in memoriam. Fælices autem illi quorum peccata Deus non tradit in memoriam. Quod tunc fiet, cum impius egerit pœnitētiam. Omnium enim iniquitatum eius quas operatus est non recordabor, ait Dominus. Recordatur enim tunc Dominus peccatorum ad se redeuntium, non vt illis calicem iræ suæ præbeat, nō vt peccata puniat, sed velut post tergum illa reiiciat. At verò si pœnitentia desit, tunc in memoriam redit iniquitas. Quæ vt rediret precabātur Iudęi in captiuitate positi, dicentes: memor esto Dñe filiorū Edom in die Hierusalē. i. tu dñe Idumæorum malitiā attende, & ad vltionē. Memor esto malitiæ & crudelitatis quam exercuerunt in nos in die

Maximè infelices sunt hoc, quorum peccata redeunt in Dei memoriam.

Pſa. 108

Felices illi quorū peccata deus non tradit in memoriam Ezech. 18

Pſa. 136. b

Exponitur locus

visitationis, & in tẽpore destructionis ciuitatis tuæ Hierusalem. Oratio huius versus ecclyptica est, ideſt, defectũ patiens. Cuiusmodi esse solent orationes imprecatoriæ vt ipsa etiam loquẽdi forma animi indignatio, & rei indignitas, pro qua fit imprecatio, ostẽdatur. Cõpletur autem versus hoc modo: memor esto Dñe filiorũ Edom secundum ea quæ fecerunt contra populum tuum in die Hierusalem. Diẽ autem Hierusalem vocat tempus vastationis ipsius à Babylonijs. Quo loquendi modo vulgato sermone dicimus. Oy por mi, mañana porti. Thre norum etiam. cap. 5. ijdem Iudæi ore Hieremiæ dicebant: recordare Domine quid acciderit nobis: intuere & respice opprobrium nostrum. Porrigit enim Deus memor impiorum, calicem vini iræ suæ vt bibat, & inebrientur, & cadant. Vnde apud Hieremiã. c.25. ait illi Dominus: sume calicem vini furoris huius de manu mea: & propinabis illum cunctis gentibus, & bibent & turbabuntur, & insanient à facie gladij, quem ego mittã inter eos. Et accepi calicem de manu Domini, & propinaui cũctis gentibus, ad quas misit me Dominus. & inferius ait: hęc dicit Dominus: bibite, & inebriamini, & vomite: & cadite, nec surgatis à facie gladij. Hunc ergo calicem propinat Deus peccatoribus. Hunc propinauit olim Dominus Nabuchodonosori, vt Abacuc. c.2. testatur, dicens: bibe tu quoq; & consopire: circundabit te calix dexteræ domini: & vomitus ignominię super gloriã tuã, ac si diceret: quia inebriasti plurimos, tu quoq; bibe de calice Dñi, & consopire: circũdaberis supplicijs dexteræ domini, & cã ignominia vomitus tui omnia quę absorbueras egeres: & de sublimi gloria ad vltima deduceris mala. Quameraphora significatur pœna Nabuchodonosori collata: quod oblictus conditionis suæ, & quasi ignorãs se esse hominẽ, alteri homini fel, & amaritudinem propinauerit. Vide Hieron. fœlices electi, qui non hoc vino iræ Dei inebriantur: sed de vino consolationis & gratiæ, ad qđ eos spõsa Cãt. 5. inuitat dicens: comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi. Can. 5.

Dare illi calicem. i. vt daret illi calicẽ bibẽdũ indignationis suę. De quo supra c.14. diximus. *Indignationis iræ eius.* satis videbatur dicere, *indignationis eius* sed, irę, auget adhuc, & ostẽdit irã esse ex multo tẽpore, multisq; peccatis collectã, *indignatio*, verò quæ græcè dicitur, θύμος, est motus efferuescens ad vltionem tũc sumendam, qui ortus est ex nouo peccato: & ex illa veteri ira quæ in corde seruabatur.

Et omnis insula fugit & mõtes nõ sunt inuenti. Prima huius loci intelligentia est: qđ in die iudicij impij nullũ inuenient effugiũ. Scimus enim tẽpestatũ diebus vbi in pagis, & vrbibus nulla spes superst salutis, insulas & montes multis esse solatia refugij. Ideo Christus dicebat: tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes. Sed tũc hæc nõ erũt, quia nullũ erit à facie Dñi refugiũ: nã velint, nolint, reprobi cogentur illius sustinere irã: nec eos seruabunt vllæ munitiones, aut insulę, aut mõtes: qui si velint nauigare ad insulas, nõ poterunt: nec reperient montes quo abscõdantur obmetũ: tantis signis Christus corruscabit, tantis fulgurabit tonitrib⁹ ad diem iudicij. Tunc enim sol obscurabitur, luna non dabit lumen suum. Vide Lucã capite. 21 vbi explicat Dominus terroris immanitatem. Erit interris præsura gentium præ confu- Prima expositio literalis. Matth. 24. Luce. 21

fusione sonitus maris ac fluctuum, a- A rescentibus præ timore hominibus. Si mare sic turbabitur, quo pacto insularum refugia petent homines? si prætimore arescent tunc homines, quo pacto montium quærent latebras?

Collet. 2. expositio

¶ Secunda intelligentia, vt per mõtes perfectiores Ecclesiæ intelligatur. Hi, ventis persequtionum agitatur: & qui primùm illuminantur à Deo ad cæcorum illuminationẽ. Insulæ verò B cæteri viri electi, imperfectiores tamen: qui circundati sunt aquis tribulationũ, veluti insulæ aquis. De his insulis forsitan loquebatur Esa. c. 49. cũ dicebat: audite insulæ, & attendite populi de longẽ. i. ò vos gentes, qui habetis aliquid firmitatis & perfectionis, audite me. Inde ergo illi tàm perfecti quàm minus perfecti fugientes ab ira venientis iudicis, à Babylone. i. cõsortio impiorum se subducent. Quare licet tunc homines multi, sequentes cõ C silium Domini. Math. 24. Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes, fugient ad viros perfectos, vt ab illis erudiantur: tamen damnandi hoc non habebunt refugium. Ideo dicitur in hoc loco quod montes non erunt. Quãuis enim nunc Dominus emittat fontes in conuallibus, & inter medium montium pertranseant aquæ, vt potum sumant omnes bestiæ agri: quamuis à D montibus, hoc est, apostolicis viris oriantur modò fontes sapientiæ & doctrinæ: & consolentur fideles: Tunc temporis tamen peccatores damnandi minimè potabunt, nec sitim suam extinguent: quoniam hi montes non erunt.

Per montes per fectiores Ecclesiæ intelligũtur.

Per insulas imperfectiores.

Esai 49.

Math. 24.

Pſa. 103

¶ Tertia intelligẽtia: vt per insulas quæ marinis fluctibus agitantur libidinosi, & carnales intelligantur: per mõtes, elati per superbiam homines: & qui contra dominum erigũtur: qui suæ conscientiæ & mentis conscij ab ira venientis iudicis fugere dicuntur. Et quia tunc peccatores peribunt à facie Domini: non esse, affirmat Ioan. iuxta illud: vidi impium superexaltatum: & eleuatum sicut cedros libani: & transiui & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius, Psal. 36. Non enim inuenietur tunc locus impij, quia ad infernum detrahetur cruciandus, ne sit insorte iustorũ. Non est igitur inuentus locus eius: intellige inter pios, eo quod vita ipsius dissimilis his fuit. Non ergo apparebit tunc arrogantia superborum. Vbi tũc Lucifer, vbi Pharao, vbi Nabuchdonosor? De quibus Esaias ait. c. 40. Omnis vallis implebitur, omnis mõs & collis humiliabitur. Temporibus illis apparebit retributio omnium, humiles exaltabuntur, & superbi abijciẽtur. Deponet enim potentes desede: & exaltabit humiles. Non enim solũ hoc continget tempore aduentus primi, sed tempore secundi aduentus.

Per insulas libidinosi & carnales intelligũtur permõtes superbi.

Psa. 36. Explicatur locus

Esai. 40

Luc. 1.

¶ Quarta intelligẽtia esse potest facilior quæ sumi potest ex verbis. c. 6. vbi dicitur, & omnis mons & insulæ, è locis suis motę sunt. Hęc enim terræmotu fieri possunt. Maximè cũ mõtes & insulæ crebrius huiusmodi magnis terrę motibus quati soleãt: quare cũ iste de quo nunc loquimur, omniũ maximus futurus sit, & qualis numq̃ fuit ex quo homines fuerũt super terrã: non est mirũ multo maiora videri in illo, quã in nullo alio visa sunt. *Mõtes etiam non sunt inuenti*: quia vi terræ motus longius pulsi, & scissi etiam aut comminuti sunt: aut in mare deturbati. De maritimis montibus præsertim loquitur.

4. expositio literalis

¶ Et grando magna ſicut talentum deſcendit de cœlo in homines, & blaſphemauerunt Deum homines per plagam grandinis: quoniam facta eſt magna vehementer.

1 ſenſus Ideſt, vehemens perſecutio venit in homines propter quam Deum blaſphemauerunt: hæc vehemens vindicta per grandinem magnam ſignificatur in hoc loco, & regius vates, Pſa. 148. eam alijs verbis ſignificat dicens: ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius; ſiue ad conſummationem, ſcilicet, iuſtorum: ſiue ad pœnam & vltionem malorum vnde Pſal. 10. dicitur: ignis & ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum. Ignis enim æterni cruciatus, fætor ſulphuris intolerabilis, & flatus turbinis ſceleſtiſſimorum illorum ſpirituum, & ſempiterna nũquam ceſſatura tempeſtas, eorum plena merces erit, totaque eorum portio, quam (velint, nolint) geſtabunt, et potabunt, & abſque redemptione præſentient in æternum. Vnde obſerua, parte calicis in ſacra ſcriptura nonnũquam ſignificari totam hæreditatem. Sic Pſalmo. 15. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, ideſt, tota mea portio & pars mea hæreditaria quam expecto, eſt Dominus.

Pſa. 148

Pſa. 10

Pſa. 15 Pars calicis totam hereditatẽ ſignificat in ſacra ſcriptura

¶ Comparatur verò hęc ira Dei talento: eo qđ põdere grauis ſit. Et quia ſicut talentum, cum põdere & menſura deſcendit: Deus enim ſingulos pro merito præmit. Mitto modo triplex eſſe genus talenti (vt Haymon eſt author) alterũ. 120. librarũ, alterũ. 72. alterum verò. 50. mitto etiam ſecundum illum, hìc medij talenti fieri mentionem: nam de hoc ſatis diſſerit author Collectan. Satis eſt hìc annotare non punire Deum vltra condignũ ſed omnia agere in põdere, numero, & menſura. ¶ Item id etiam notandũ quod in græco vbi nos habemus, *talentum*, ponitur, ὁ τάλαντιαῖος, os talantiẹa. quæ poſſumus interpretari, vt ea quæ talentaria vocantur. Nam græci quicquid magnum eſt, vocant talantiẹon, ideſt, talentare. Quare non eſt neceſſe grandinem æqualem eſſe talento quod pondus habet ſex mille dragmarum, ſed ſatis eſt eſſe in ſuo genere magnum. Hoc autem quod nunc dicit, ita continget vt aliqui exiſtimant: quod incredibile fortaſſe videbitur: ſed nihil mirabile videri debet in ſignis illius extremi temporis: quo virtutes cœlorum commouebũtur, ideſt, angeli illi qui poteſtatẽ habent edendorum miraculorum, inſolita edent, & multò maiora quàm antea. Idcirco ſtatim addit Ioãnes quid ex tanta vindicta ſequutum ſit. Et blaſphemauerunt Deum homines propter plagam grandinis. Propterea enim blaſphemabant, quod cũ grando eſſet maximi ponderis, & lapides maximi caderent, homines & iumenta interficiebant: & domos obruebant. Similis ex parte grando fuit in plagis Aegypti, Exod. 9. & grando & ignis pariter mixta ferebantur. Tantæq; fuit magnitudinis quanta ante nunq̃ aparuit in vniuerſa terra Aegypti ex quo gens il la condita eſt. Et percuſſit grando in omni terra Aegypti cuncta quæ fuerunt in agris ab homine vſq; ad iumẽtum, &c. Nec mirum hoc: cum ſæpè magni lapides è cœlo cecidiſſe viſi ſint. Si quidem Iulius obſequens in libro de prodigijs. c. 63. Affirmat Caio Claudio pulchro Tito Sẽpronio gracho cõſulibus lapidẽ in genrem in agro cruſtumino in lacũ martis de cœlo cecidiſſe, & lapidibus pluiſſe ſæpè

1 ſenſus

Exo. 9

in

in eodem libro docet. Vt.c. 3.32.33.36. 7.40.42.45.

¶ *Et blasphemauerunt*, inquit, *homines Deum propter plagam grandinis.* Ex his colliges has pœnas nõ electis, & iustis, sed impijs & sceleratis euenturas. Nam in iustis sequi solet vtilitas maxima ex tribulatione: in prauis verò hominibus nõ vtilitas, sed blasphemia. Secundum illud quod Esaias ait. c.64. Ecce iratus es, & nos peccauimꝰ ex ira Dei oporteret homines compungi, & ad se redire atqꝫ liquefieri: at verò potius magis ac magis obdurantur: Ita vt Deo permittẽte ex vno scelere in aliud, & aliud labantur. Cõtra hos loquitur Dominus Deute. 32. dicens: nõne hæc condita sunt apud me & signata in thesauris meis, mea est vltio, & ego retribuam eis, vt labatur pes eorum. Ex vltione diuina solet contingere vt obstinati, & perditi homines in grauiora peccata labantur. Ex quo intelliges illud Psalmi. 68. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum. ac si diceret: proinde Domine sicut mihi dolorem dolori addiderunt, ita quoqꝫ secundum tuum iustum iuditium sic eos labi permittas: vt noua semper iniquitas addatur iniquitati eorum: & excæcati ruant de scelere in scelus. En vides quomodo Antichristiani isti de scelere in scelus lapsi sunt. Pro eo enim quod dolere debebant experta ira, & vltione diuina, blasphemauerunt Deum homines propter plagam grandinis: quoniam magna facta est vehementer. Si igitur peccauerimus statim doleamꝰ, & misericordiam Dei, & pietatem imploremus: nam peccatum quod per pœnitentiam non deletur (authore Gregorio) suo pondere ad aliud trahit. Vnde fiet vt immissa grandine, id est, vltione diuina super nos, blasphere Dominum Deum minimè vereamur. Vt enim fluuius licet ex paruo fonte nascatur, recipit tamen cremenꝰ ta aliorum fluuiorum: & quo longius procedit, eo plures fluuios in se recipit: & maior fit: donec magno impetu, & violenta innũdatione, quidquid obijcitur secum recipiat & trahat: sic vni iniquitati additur altera, & postea altera, & quo longius dilatatur maiora recipit scelerum incremẽta: donec peccator ad immanissima flagitia progrediatur. Quod eueniet his hominibus perditis, qui in tãram incident impietatem, vt Deum blasphemare non cessent.

Esai. 64.

Deut. 32.

Obstinati Deo permittente ingrauiora peccata labuntur Psa. 68.

Exponitur locus.

Gregor.

similitudo

¶ *Finis Cap. XVI.*

Intelligentia Capitis decimisexti Apocalypsis.

ET audiui vocem magnam de templo cœlesti dicentem septem angelis: ite & exercete in terrenos homines ministerium vltionis diuinæ. Et exiuit primus angelus, & effudit phialam iræ Dei in terrenos Iudæos. Et secũdus angelus effudit phialam in mare, hoc est, in gentiles, instar maris vagos, & instabiles. Et facta est immensa effusio sanguinis re-

probatorum gentium & ab exterminatore angelo tam corporaliter, quã spiritualiter. Tantaq3 fuit diuina vltio, vt nullum manserit animas viuum in hoc mari gentilium. Et tertius angelus effudit phialam, & exercuit ministerium vltionis diuinæ in flumina & fontes aquarum, siue in vniuersos fidelium persecutores, tanta facta est in hos reprobos vltio diuina, quòd istæ aquæ versæ sint in sanguinem, corporaliter perimente persecutores Ecclesiæ angelo, & spiritualiter in æternas tenebras prouciente. Et audiui statim angelum aquarum, siue populorum gratias Deo agentẽ propter hanc vltionem & dicentem: iustus es domine qui es, & qui eras sanctus, qui hoc iudicasti: quia sanguinem iustorum & prophetarum effuderant, hoc est, sanguinem Eliæ, & Enoch, ac similium, & sanguinem eis dedisti bibere, eos pessundando sicut commeriti erant. Et audiui alterum angelum ex altari Christi exeuntem, & dicentem: Domine Deus omnipotens, vera & iusta iudicia tua. Et quartus angelus effudit phialam, siue iram diuinam in solem, id est, Antichristum qui se solem iustitiæ esse mentietur. & permissum est ei a Deo affligere homines fideles pro tempore credentes varijs persequutionum gentibus, & grauiter oppressi sunt ab Antichristo huiusmodi homines, & blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem in plagas pro eo quod orare debebant in blasphemias conuersi sunt, nec pœnitentiam egerunt, vt pro blasphemia Deum gloriam darent. Et quintus angelus effudit vltionem diuinam super sedẽ ac regnum bestiæ, hoc est, Antichristi & factum est eius regnum tenebrosum, excæcatis illis sua perfidia & ignorantia, & commanducauerunt linguas suas præ dolore illati vlceris, & præ inuidia electorum Dei. Et blasphemauerunt Deum cæli præ doloribus, & vulneribus, & vlceribus suis. Et sextus angelus effudit phialam vltionem q3 diuinam, in flumen magnum Euphratem, hoc est, in Antichristi satellites, & siccauit aquas eius faciẽdo, vt persequutiones cessarent, vt sic præpararetur regibus et gentibus libera accedendi ad Deum, & ad Christum facultas. Præpararetur, inquam, ab ortu solis, qui est Christus. Et vidi de ore draconis, siue diaboli, siue de ore bestiæ, hoc est, Antichristi, & de ore pseudoprophetarum tres spiritus immundos exire in modum ranarum sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa ficta, sed qualia electos etiam pene moueant. Et regibus terrenis & seculi amantibus inspirabant, vt aduersus fideles præliũ inirent ad diem magnum omnipotentis Dei, vt in die illa (quam cito ad esse audierant) illi resisterent, sed sui voti compotes non erunt ait dominus

minus, ego enim de improuiſſo ueniam ſicut fur ſolet ait Dominus. Quare beatus qui uigilat, atq; ſibi caute proſpicit, ne fallatur. Et beatus qui cuſtodit ueſtimenta animæ ſuæ, id eſt ſtudioſa opera, ne nudus atq; deſtitutus Dei gratia tum temporis appareat: ita ut omnes uideant hac ſeculi ſa turpitudinem peccatorum eius. Sed redeundo ad collectionem illam dæmoniorum, congregabit reges illos terrenos in montem armagedon, ſiue montẽ furum, hoc eſt, congregabit illos ad Antichriſtum, quo ſe impii reges, qui Deo debitum honorem furabuntur, recipient. Et ſeptimus angelus effudit phialam ſuam, ſiue ultionem diuinam in dæmones aereos, & adtentandos homines in aere diuerſantes. Effudit etiam phialam ſuam in totũ aërem, quem angelus mouebit & turbabit. Vnde fient fulgura, tonitrua, & terræmotus, quales numquã fuerunt ab initio conditi hominis. Et facta eſt ciuitas huiuſmodi magna in tres partes, hoc eſt, diuiſa eſt in iudæos, gentes, impios & reprobos profeſſores fidei, ciuitatesq; omnium gentium penitus corruerunt, & Babylon magna uenit in mentem Deo, ut mebriaret uino furoris ſui, & omnis inſula fugit, & montes non ſunt inuenti ab impiis, quo confugerent fugientes ab ira Dei. Et uehemens perſecutio deſcẽdit in homines, propter quam Deum blaſphemauerunt.

Cap.

Secunda intelligentia. c. 16. literalis.

T audiui vocem magnam indicantem ſua magnitudine, magnitudinem plagarum. Hanc exire de templo cæleſti viſum eſt mihi. Hæc autem vox Dei erat per ſuperiorem angelum iubentis atq; dicentis: ſeptem illis primoribus ac veris angelis: Ite & effundite ſeptem phialas iræ Dei in terram: iam enim tempus eſt vt percutiatis orbem terrarum, & habitantes in eo, plagis ſeptem quæ vobis commiſſæ ſunt. Et ita factum eſt ſiue potius ita ad literam continget in nouiſsimis temporibus. Exibit primus angelus verus, & virtute ſua effudet primam plagam corporalem in homines: percutiet enim vulnere peſsimo homines antichriſtianos, qui inſigniti erunt nota Antichriſti beſtiæ crudelis: & eos qui adorauerint eum, & imaginem eius. Poſt hanc plagam egredietur ſecundus angelus, & effudet phialam ſuam in mare, percutiet enim mare vertendo illud in ſanguinem. Et tunc aqua maris ſimilis erit ſanguini, qui effunditur cum homo occiditur: ac ita rubebit, ac ſi multorũ occiſorum ſanguine tingeretur. Et tunc omnes piſces qui erunt in mari, morientur plaga iſta ſecunda. Qua finita continget plaga tertia multò grauior. Nam egredietur tertius angelus cæleſtis & vertet flumina, et fontes in ſanguinem vnde ſiti enecari homines neceſſe ſit. Qua plaga olim percuſsi ſunt etiam Aegyptij. Poſt hæc, audietur, ſicut ego in viſione audiui, angelus cui peculiariter commiſſa eſt aquarum cura, guadens per aquas ſibi commiſſas iuſtitiam exerceri in impios, atq; dicens: iuſtus es domine, qui es ipſe qui es, & ipſe qui eras, & ipſe ſanctus, innocens, purus & amator puritatis, quoniã iſta iudicaſti. Nam ſi homines iſti impij ſanguinem ſanctorum, & prophetarum nimirum Eliæ, & Enoch, ac ſimilium effuderunt: ſanguinem dediſti eis bibere, aquam fluminum & fontium in ſanguinem vertendo. Quibus peractis audietur alter angelus egreſſus ab altari cæleſti thimiamatis ſuper quod preces ſanctorum offeruntur, ſicut ego audiui, qui publicè dicet: etiam domine, ita eſt domine, ita fieri debet: vera enim & incorrupta ſunt iudicia tua, & veritate ſunt orta, & non ex falſa ſuſpitione: vera, inquam, ſunt atq; fidelia. Tu quidem pollicitus es, te vindictam de impijs fore ſumpturum, rectè præſtas, quod promiſiſti. Et poſt hæc, quartus an-

angelus egressus egit virtute sua vt sol multò vehementius atq3 ardentius calefaceret. Et datum est illi vt faceret homines æstuare igne. Et æstu afflicti sunt. Et blasphemauerunt impij homines in Deum, qui talibus plagis homines affligit, nec remouet earum acerbitatem cum possit. Pro eo quod orare debebãt, & has ab eo plagas deprecari, in blasphemias conuersi sunt, neq3 pœnitentiam egerunt, aut propositum consiliumue mutarũt, vt pro blasphemia gloriam darent. Deinde quintus angelus egredietur, & effundet quintam plagam super sedem regnumq3 bestiæ, hoc est, Antichristi. Et obscurabitur regnum eius. Nam tam grauibus vulneribus, & vlceribus percutietur, vt commanducent homines linguas suas præ dolore, & blasphement deum cæli, nedum agant pœnitentiam de operibus scelera tis suis: conuicijs enim afficient deum, qui in cælo regnat, vnde sibi mala illa immissa intelligent. Et sextus angelus deinde, effudet sextam plagam in fluuium magnum Babylonis qui vocatur Euphrates. Siccabit enim omnino illum, vt citò & expeditè tunc transire possint reges ab orientali parte venientes. Et his peractis continget quod post prædicta mihi ostensum est. Nam egredientur ex ore draconis, hoc est, diaboli, & ex ore bestiæ, hoc est, antichristi, & ex ore pseudoprophetæ, hoc est, præcursoris eius, tres præcipui immundi spiritus, mittentur, inquam, ab illis tribus hi tres spiritus immundi similes ranis, garruli, omnemq3 quietem ab electis auferentes, & eos in cœno peccatorum deuoluentes, habentesq3 potestatem edendi miracula ficta, Hi, inquam, tres spiritus immundi ibunt ad septem illos reges terræ, qui contra Antichristum nolent pugnare, vt eos ad illum adducãt: vt iunctis totius orbis viribus potentius aduersus fideles pugnent: neq3 sit quisquam qui Antichristo obstet, aut resistat. Congregabunt ergo illos in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei, quem meritò magnum voco, quia in eo Christus magna facturus est, & memorãda: quo die omnipotẽtiã suam multis magnisq3 argumentis demonstrabit. Neq3 enim loquor modò solùm de die iudicij sed de die quo perdet dominus impios hos reges cõgregatos ad perdendos fideles. Veniet enim dominus tunc temporis subitò, & inopinatè & ex improuiso sicut venire solet fur. Quare eius verba sunt hæc. Veniam enim citò sicut fur. Cum illi mala finita putabunt, & sibi omnia læta promittent, tunc veniam. Beatus qui modo et qui tunc vigilauerit: qui, inquam, bonis operibus intentus, tunc inuenietur, neque ad partes istorum regum transibit, sed me solum adorabit, aduentum meum

vi-

vigilanter expectans. Fœlix etiam qui tunc temporis cum Deus Reges illos percusserit, amissis omnibus virtutibus non inueniatur nudus, & tunc simul puniatur. Et hac pœna appareat eius turpitudo, & nuditas spiritualis quæ per mala & pudenda opera contingit. Cæterum vt redeam vnde digressus sum cœtus ille immundorum spirituum congregabit septem Reges illos in locum qui Hebraicè dicitur Armagedon, locum, tunc futurum celebrem & illustrem propter id quod tunc in eo futurum est. Quem locum magedon in sacra scriptura vocatur: modò autem corrupto vocabulo Armageddon. Habet enim hæc ciuitas campum magnum aptissimum ad pugnandum cuius meminit scriptura. 2. Paralipo. cap. 35. & Zachar. 12. Quo in loco congregatos Reges occidet Dominus, vt olim occisus est exercitus Senacherib. Antequàm diuidantur per varias mundi plagas, vt omnia subditione sua retineant. Et tandem septimus angelus, mihi modo visus, egredietur de cœlo, & effundet septimam plagam suam in elementum aeris. Et audiui vocem egressam de templo sedeq; beatorum, at non de qualibet parte templi, sed a throno in quo Deus sedebat. Quæ indicare volens finem omnium iam iam adesse, & quasi sententiam Dei esse, dicebat factum est, scilicet, regnum Domini nostri Iesu Christi. Consummata enim septima plaga actum erit de mundo. Veniet enim statim iudicium. Effusa igitur septima plaga in aerem fient fulgura, & voces articulatæ horriferæ audientur hanc ipsam iram indicantes, ad maiorem terrorem impiorum. præterea, tam magnus terræmotus fiet, vt præ vi illius diuidatur ciuitas illa magna, hoc est, Roma in tres partes, multæque aliæ ciuitates gentilium, & cultorum Antichristi cadent impetu illius terræmotus. Tunc Babylon illa magna, hoc est, Roma veniet in memoriam ante Deum, non solum vt diuidat illam in tres partes vi terræmotus magni: sed vt immittat in eam calicem vini iræ indignationis suæ, id est, omnes plagas quas illi præparauit. Ex multo enim tempore indignatus Deus in illam tandem effudet iram suam ex multo tempore, & ex multis peccatis collectam, & effundet indignationem suam, ortã ex nouis sceleribus, ad vltionem tunc sumendam. Tunc montes non inuenientur, quia vi terræmotus illius magni longiùs pulsi, communentur. Insulæ etiam fugient, & vi eiusdem terræmotus ex locis suis mouebuntur. Et tandem non solum nix, glacies, & spiritus procellarum erit tunc pars calicis impiorum, sed grando magna in suo gene-

re,

re, sicut talentum magnum est in suo, Descendet de cœlo in homines impios, quod mirabile non esse debet, cum tunc virtutes cœlorum commouendæ sint. Qua plaga grandinis percussi homines illi scelerati, conuicijs innumeris afficient Deum. Videntes enim tantæ magnitudinis, & tanti ponderis grandinem, homines, & iumenta interficientem, & domos obruentem blasphemare non cessabunt.

CAPVT DECIMVM SEPTIMUM. Argumentum.

Meretricis magnæ mulierisque illius fastosæ, & Babylonis visio, earundemque expositio, hoc capite continentur: Deinde agni victoria, & earum ruina.

ET venit vnꝰ de septem angelis qui habebant septē phialas, & locutus est mecum, dicens, veni & ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitabant terram de vino prostitutionis eius. Et abstulit me in spiritu in desertum. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem & cornua decem. Et mulier erat circundata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso & margaritis, habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione et immūditia fornicationis suæ. Et in fronte eius nomen scriptum, Mysterium. Babylon magna, mater fornicationum & abominationum terræ. Et vidi mulierem ebriā de sanguine sanctorum, et de sanguine martyrū Iesu. Et miratus sum cum viderem illam, admiratione magna. Et dixit mihi angelus, Quare miraris? Ego dicā tibi sacramentum mulieris, et bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septem & cornua decem. Bestia quam vidisti, fuit, & non est, & ascēsura est de abyssō, et in interitum ibit: et mirabuntur inhabitantes terram (quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ à constitutione mundi) videntes bestiam

ſtiam quæ erat & non eſt. Et hic eſt ſenſus, qui habet ſapientiam. Septem capita: ſeptem mõtes ſunt, ſuper quos mulier ſedet, & reges ſeptem ſunt. Quinque cecíderunt, vnus eſt, et alius non dum venit: & cum venerit, oportet illum breue tempus manere. Et beſtia quæ erat, & non eſt: & ipſa octaua eſt, et de ſeptem eſt & in interitũ vadit. Et decẽ cornua quæ vidiſti: decẽ reges ſunt, qui regnum nondum acceperũt, ſed poteſtatem tanquam reges vna hora accipient poſt beſtiam. Hi vnum cõſilium habent: & virtutem, & poteſtatem ſuam beſtiæ tradent. Hi cum agno pugnabunt: et agnus vincet illos, quoniã dominus dominorum eſt, & rex regum. & qui cum illo ſunt vocati, & electi, et fideles. Et dixit mihi, Aquæ quas vidiſti vbi meretrix ſedet populi ſunt, et gẽtes, et linguæ. Et decẽ cornua quæ vidiſti in beſtia: hi odient fornicariam, & deſolatam facient illam et nudam, & carnes eius manducabunt, et ipſam igni concremabũt. Deus enim dedit in corda eorum, vt faciant quod placitum eſt illi: vt dent regnũ ſuum beſtiæ, donec conſummentur verba Dei. Et mulier quam vidiſti: eſt ciuitas magna, quæ habet regnũ ſuper reges terræ.

Caput. XVII.

ET venit vnus de ſeptem Angelis qui habebant ſeptem phialas & loocutus eſt mecũ dicens: veni, & oſtendam tibi damnationẽ meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas, cum qua fornicati ſunt reges terræ, & inebriati ſunt qui inhabitant terram de vino proſtitutionis eius.

¶Hęc eſt viſio ſexta principalis vna è ſeptima in qua ante omnia inuitatur Ioan. ad damnationis meretricis magnæ ſpectaculum, quæ toto ſchemate hic depingitur: poſtremo beſtiæ & mulieris myſteria interprætantur. In huius loci & capitis interpretatione diuerſi diuerſa ſentiunt: alij per Babylonem & meretricem iſtã omniũ impiorum collectionem intelligẽtes: alij verò Romam. Primam igitur expoſitionem primo loco collocabimꝰ: & deinde ſecundam aperiemus. Pro

huius ergo loci intelligentia notandũ est quòd diaboli ciuitas atquè reproborum vnitas & collectio, nunc Babylon, nunc meretrix, nunc Aegyptus vocatur in sacra scriptura. Meretrix quidem meritò vocatur, quia relicto creatore Deo, & sponso Christo cui fidẽ dederat fornichata est cũ diabolo & mũdo, & spiritualiter per idolatriam, & corporaliter per lasciuiam. Hanc ob causam synagoga & Hierusalem meretrix dicitur apud Esaiã. c. 1. quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis. Miratur propheta & deplorat hierosolimæ calamitatem: quæ cum olim fuisset fidelis, facta esset meretrix id est, infidelis. Illa ciuitas & illa anima est meretrix quæ sponsum suum Deũ derelinquit: sequè cum idolis coniungit. Ita intelligitur locus ille Hieremiæ: in omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso, tu prosternebaris meretrix. Et illud Ezech. ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis. Sed de hoc iam diximus apud Math. c. 16. Obeandem etiã rationem Esaias vocat populũ Iudæorum adulterum & hierosolimam fornicariam dicẽs filijs eius: vos autem accedite huc filij auguratricis, semen adulteri & fornicariæ. Iudæos appellat etiã filios auguratricis, hoc est, Iudææ: vbi pro diuino cultu regnabat venẽficiũ & auguriũ. Et semen adulteri & fornicariæ ratione prædicta. Et rursum ibidẽ Esa. ait: super montẽ excelsum, & sublimẽ posuisti cubile tuũ, & illuc ascendisti, vt immolares hostias, & post ostiũ & retro postẽ posuisti memoriale tuũ. Quia iuxta me discooperuisti & suscepisti adulterũ. qua metaphora describit Dãs idolatriã synagogæ. Ponebant Iudæi idolum suũ post fores domorũ, vt egredientes & ingredientes illud salutarent, & memoria tenerẽt. Simulacrũ dæmonis appellabant memoriale suũ. Hæc meretrix figurata est in illa meretrice matre gepte. Iud. 11. Sic synagoga meretrix, mater fuit veri Iepte Christi. Ipsa est meretrix quæ decaluauit Sansonẽ quãdo crucifixit Christũ in caluariæ loco Iudi. 16. ¶ Præterea, meretrix dicebatur Ecclesia gentilium antequã ad virum Christũ cõuerteretur, quæ postea cõuersa desit esse meretrix. Hanc designabat Rahab quæ erat meretrix priusquã populo Israel cõiungeretur Iosue. 2. & 6. Sic ergo impiorum collectio tã ex Iudæis quàm ex gentibus sumpta in hoc loco appellatur meretrix magna siue Babylon. Ait ergo Ioã. *Et venit vnus de 7. angelis qui habebant septem phialas.* id est, quibus data erat, & permissa potestas plagis vniuersam terrã afficiendi. *& locutus est mecum dicens veni.* per attentã considerationẽ. *& ostendam tibi damnationem meretricis magnæ.* Id est, dãnationem Babylonis siue ciuitatis diaboli: atq; omnium impiorum congregationis: quæ fornicata est cũ diabolo spiritualiter idola colẽdo, & corporaliter per lasciuiã & carnis immoderatã cõcupiscentiã.

¶ *Quæ sedet*, inquit, *super aquas multas.* Significatio aquarũ tàm latè patet in sacra scriptura vt vix verbis explicari possit. Inter alias verò acceptiones, aquæ, pro populorũ multitudine accipiũtur. Sic explicãt nõnulli locũ illũ. c. 14. & audiui vocẽ de cœlo, rãq; vocẽ aquarũ multarũ. i. tanq; vocẽ populorum multorũ. In hoc autem loco certa res est quòd per aquas populi intelligantur nam ipse se explicat statim dicens: aquæ populi sunt. Et meritò populi huius mundi per aquas significantur. Nam aqua fluuio-

Impiorum collectio meretrix vocatur & quare. Esai. 1.

Hier. 2

Ezech. 16.

Math. 16 Et 16 Esai 57

Exponitur locus

Esai. 57. Declaratur locus.

Iud. 11 Figura

Iudi. 16 Figura

Iosue 2 & 6

Significatio aquarũ latè patet in sacra scriptura inter alias acceptiones populos significant vt in hoc loco

uiorum & instabile elementum est. Quo nomine carnalium fluxus voluptatum atq; inconstantia id genus hominũ designatur: vt rectè populi multi, per aquas infra capiantur. Super aquas autem meretrix hæc sedet, quia super populos multos concupiscentia regnat, tot ferè legibus imperitãs, quot sunt species ac modi viciorũ voluptuosorum. Sedere ergo super aquas multas nihil aliud est, quàm regnare super multos populos: quia videlicet, luxuria carnis in multis dominatur, & multos ad suam miseriam mollibus retinaculis trahit. Tot modis, quot sunt species, imò portẽta vitiorũ, tàm in masculis quàm in fœminis, vnde Dominus loquens ad Beatũ Iob, de diabolo ait: virtus eius in lumbis eius: & fortitudo illius in vmbilico vẽtris eius. Seminaria quippè libidinis viris in lumbis est, in vmbilico fœminis. Quando ergo viros decipit, in lũbis virtutem habere rectè contra eos existimatur. Quando autem fœminas in vmbilico. Nam quod viris in lũbis sit sedes veneris veritas astruit, qui fidelibus ait: sint lumbi vestri præcincti. Et Paul. de Leui loquens, qui ad huc in lumbis, inquit, erat Abrahæ, quando obtulit decimas Melchisedech. Quod fœminis in vmbilico propheta manifestat, qui sub typo mulieris meretricis loquitur ad Hierusalem, in die, inquit, ortus tui, non est præcisus vmbilicus tuus. In quę verba sic ait Hieronymus quando nata est Hierusalem de patre Amorrhæo, & matre Cethæa, & effusa ex vtero: non est præcisus vmbilicus eius: quo fœtus aluntur in ventre instar arborum, per radices humore terræ nutriuntur occulto. Et quomodo virorũ semina rium significatur in lũbis, ita genitalia fœminarũ honesto sermone iuxta cõsuetudinẽ scripturarũ vmbilicus vocãtur testimonio prędicto Iob. Per negationẽ ergo præcisionis vmbilici Iudæorũ in cõtinentiã intellige. In fœminis autẽ locus aptus ad libidinem est vmbilicus, & sic quando nõ scinditur vmbilicus semper remanet appetitus, & procliuitas ad libidinẽ. Sed considera obsecro hic cũ Primasio, & Ansbe. Nõ tàm prævaluisse diabolũ in gẽtes omnes, cũ armis, quã cũ muliere fornicharia, amicta byssо, & purpura, habenti vas aureũ in manu sua. Quod si initiũ omnis peccati fuit à muliere, cũ qua prævaluit aduersus Adã in gratia conditum, & innumerabilibus donis affectũ, quid fiet cũ cæteris hominib⁹. Iure ergo dicitur quod fortitudo diaboli est in vmbilico vẽtris eius. Idcir cò tota potentia diaboli, & totũ regnũ eius, describitur hic sub typo mulieris fornicharię sedentis super aquas multas. *Cũ qua*, inquit *fornicati sunt reges terræ*. Hi sunt reges illi de quibus regius vates ait astiterunt reges terrę, & principes cõuenerũt in vnũ, aduersus Dñm & aduersus Christũ eius. Hi nõ immeritò reges terrę & nõ cœli dicũtur, quia terrena diligunt, terrenis inhiant, terræ incũbunt. Quia cũ sint in corpore meretricis huius, sua ducti libidine infrenes sunt, sectãdo carnis immũditiam, voluptates, terrẽnos honores, & cætera bona quę externa nominãtur. Sed heu miseros illos, qui cum principẽ locũ inter terrenos obtineãt & regere alios deberent, deuiãtes, ac lapsates erigere, pro eo qđ subditis rectè viuẽdi exẽplo esse debuerãt: vitijs illorũ cõformes, & ipsi à deo primi defecere, & cũ diabolo ac mũdo fornichati sunt. Nec solũ fornichati sed inebriati: vnde statim Ioãnes addit.

Iob. 4

Luc. 12. Hie. 7

Ezech. 16 Declaratur locus.

Primasius Ansbertus Nota.

Psa 2

Impij reges iure dicũtur reges terræ & quare

Et inebriati sunt qui inhabitant terram de vino prostitutionis eius. Vinum prostitutionis eius, est libidinis ardor, & delectatio veneree voluptatis, quæ vino cõparatur, quo solent inebriari mortales, & absq; ratione fieri, vt non periculũ metuant, non vel ipsam mortẽ. Ira libido auferẽ mentis rationẽ; vt nihil vltra pœnas aduertat inferni. Ideo etiã sine ratione, tametsi re clamante cõscientia debachatur. Hi sunt quos tradidit Dñs in desideria cordis eorũ: & in passiones ignominiæ. Psal. 108. Rom. de huiusmodi ebrijs dicebat olim deplorando Esa. c. 28. væ coronæ superbiæ, & ebrijs Ephraim. Decem tribus quæ regnabant in Samaria appellabantur Ephraim propter Hieroboã, qui fuit de tribu Ephraim. Erant hi homines elati, & ideo eos vocat coronã superbiæ, & etiã eos vocat ebrios hoc est, alienos à iudicio. Ex superbia enim nascitur amentia: quæ animũ inebriat & perturbat. Itẽ eos ebrios vocat, quia biberunt de vino prostitutionis huius meretricis magnæ. Erant enim voluptatibus & delicijs vinoq; & ebrietati dediti. Hæc est ebrietas illa de qua maxima admiratione tẽrus dicebat Esa. c. 29. Obstupescite, & admiramini, inebriamini & nõ à vino, quoniã miscuit vobis Dñs spiritũ soporis. Quæ verba sic etiã verti possunt per futura: obstupescetis, & admirabimini præ magnitudine plagæ diuinæ: & grandinis. Præ magnitudine, inquam, vestrarum calamitatum, & eritis ebrij de vino prostitutionis meretricis magnæ, quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis, hoc est, intellectus alienationem. Non quod Deus auferat intellectum, sed propter hominum scelera non dat illis gratiam, nec spirituale lumen, vt videant veri tatem. Ex quo fit vt incidant in grauiora peccata & abyssus abyssum inuocet. Vt enim qui vitro omnino carent, nec auri, aut lapidis pretiosi, aut solis splendore mouentur: sic illi, qui animi cæcitate laborant, nec virtutis, nec solis Christi radios & splendorẽ intuentur: imo obcecati fiunt in dies deteriores. Sunt enim ebrij, & amentes, non inebriati à vino spiritus sancti, sed à vino huius meretricis. Hos omnes hortatur vates ille Ioel. c. 1. dicens: expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam perijt à ore vestro. Hortatur peccatores vino scelerum inebriatos ad pœnitentiam, hortatur vt ad se redeant. Quod si per singula vitia discurramus, intelligemus facile quàm ebrij sint peccatores. Nulla enim res, inquit Diuus Hieronymus, ita inebriat, vt animi perturbatio. Est tristitia quæ ducit ad mortem: hæc abominanda ebrietas est. Est ira quæ iustitiam Dei non operatur, & furori proxima mentis sui impotem facit: in tantum vt labia tremant, dentes concrepent, vultus pallore muterur: rectèque illud laudatur Architæ Tarentini, qui cum villico suo esset iratus: iam te, inquit, occiderem nisi iratus essem. Quid referam de gaudio, & voluptate, & maximo amore qui excæcat cordis oculos & nihil aliud amantem, nisi id quod amat cogitare permittit. An non dicenda ebrietas, cum propter vile scortũ & ignominiosam corporis partem, animæ libertas in seruiles blandi tias inclinatur? cum laborem suum alterius facit esse delicias? cum furto, scelere, atq; periurijs opes futuræ præparet voluptati? & cum videatur ab omnibus, se existimat non videri, dum mo-

Vinum prostitutionis huius mundi est libidinis ardor & quare.

Explicatur locus.

Esaiæ 29 Exponitur locus

Similitudo

Ioelis c. 1

Explicatur locus à Hieronymo. Peccatores omnes ebrij sunt & ebrij vocãtur & quare

Nota

modo potiatur idquod desiderat. Sed & auaritia excæcat animum eius: cui nihil satis est, & mulieris timor, & dulcium cupido vitiorum. Vnde dicitur ad eos, euigilate, & expergiscimini quia ebrij estis: nequaquàm vino, vt in solis septuaginta continetur: sed omni perturbationione vitiorum. Flete, & plangite, & agite pœnitentiam, & assumite tristitiam quæ ducit ad vitam, & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine, siue in ebriate. Dulcia enim sunt vitia. Quia mel destillat de labijs mulieris meretricis: & ideo in Dei sacrificio nõ offertur. Quoniam perijt, siue ablatum est de ore vestro vinum, ebrietas, atquè dulcedo quæ vos deceperat. Sæpè quippè fit Dei prouidentia, vt qui non cognouerunt Deum in prosperis cognoscant in aduersis, & qui diuitijs malè abusi sunt, ad virtutes penuria corrigantur. Iuxta hunc sensum audiant habitatores terræ, auribusquè percipiãt de illo vino nunc præcipi, in quo est luxuria, & quo qui inebriati fuerint regnum Dei possidere non poterunt. Qui vini ebrietate sopitus est, euigilet, & ploret: se ebrium fuisse, vlulet: vt postea vlulatus eius & fletus vertatur in risum. Et gaudeat se ebrietatis materiam non habere, quæ eum per abundantiam ebrium fecerat, & vesanum. Hæc ille. De hoc igitur vino prostitutionis meretricis loquitur hic Ioan. dicens: & inebriati sunt qui in habitant terram de vino prostitutionis eius, idest, qui immobiliter & non cursim in amore terrenorum morãtur, inebriati sunt, ac supramodum ebriorum instar ingurgitati, de vino prostitutionis eius. i. de fornichationibus & libidinibus ipsius tàm spiritualibus quàm corporalibus.

Pro 5.a

D. Hiero. Oleg. 14

¶ *Et abstulit me in spiritu in desertũ.* Locus hic ostendit (quod alias dixi) hæc omnia Ioan. non corporeis vidisse oculis sed spiritu mentis imaginaria visione. Spirituali ergo visione Ioãnes tanq̃ in desertũ quendã locũ ferri se vidit, & nõ sine mysterio: vt ex illo deserto intueretur verũ mundi desertum, hoc est, regnum diaboli Dei gratia & virtutibus desertum.

Desertum procelo

Vnde obserua: qđ desertũ in sacra scriptura variè sumitur, nũc pro cœlo Luc. 15. Quis est ex vobis homo qui habet centũ oues & si perdiderit vnã ex illis nõne demittit 99. in deserto & vadit ad illam quæ perierat quærere? Quia videlicet tunc homo cœlũ deseruit, quando peccauit. Dicitur igitur desertũ, cœlũ: quia derelictum est ab homine peccante, & in eo permanserunt angelorum chori. Huius deserti figura fuit desertum vbi reliquit Da uid oues. 1. Regum. 17.

Luce. 15.a Matth. 18.v

Figura 1. reg. 17.

¶ Aliquàdo verò significat desertũ, corda sanctorum, inquẽ sensum explicat Haymo locũ illũ Psa. 54. Ecce elõgaui. i. elongè me feci, fugiẽs: & mansi in solitudine. In solitudine & in deserto. i. mentis. Sancti enim cœlestis vitæ percupidi remouent se ab his vitę curis ne implicentur, & fiunt desertum à voluptatibus mũdi. Scimus enim nihil esse voluptatis in deserto: vbi horrent omnia asperitate, vbi nec panis sustentãs, nec aqua sitim extinguẽs reperitur, sic est cor & cõsciẽtia sanctorũ omnia cõtẽnens mũdi bona. Hinc est qđ apud Iob. c. 3. Iusti dicãtur ędificare sibi solitudines: quia separant se à tumultu cogitationũ, & affectuũ: & dicunt cum propheta Psa. 26. vnã petijà Dño. Huius typus erat desertũ illud, quo venerunt Hebræi de Aegypto per transitum maris. Exo. 4. cap. 15.

Deserti cor & conscientia iustorũ. Psa. 54

Iob. 3

Psa. 26.

Exo. 14

Desertum cor reproborum dicitur

¶ Aliquando autem cor reproborum significatur per desertum, & merito. Nam ij, deserti sunt à Deo, & sunt sine Deo viuentes. Illi, desertum erant incolæ ciuitatis, de qua apud Hieremiam dicitur: quomodo sedet sola ciuitas plena populo. Quem locum ita exponunt aliqui: quomodo sedet sola, id est, absq; Deo, absq; gratia, absq; angelis, absq; solatio spirituali, ciuitas etiam si plena populo sit. Huc pertinet illud: vox clamantis in deserto dirigite viã Domini, Esa. 40. Quia cum Deo carerent ideo admonetur præparare corda aduentui eius.

Thre 1.

Esa 40

¶ Deniq; desertum significat contemplationem, tranquillitatem mentis, à tentationibus, & consilium à secularibus curis alienum. In cuius figura voluit Deus sacrificari in deserto, hoc est, in mentis quiete, non in Aegypto Exod. 5. & ibi apparet ros atq; alitur mãna à Deo. Exod. 16. ibi quoq; Christus nutrabatur, Math. 4. Visum ergo est Ioani Se ferri in desertum quodã in spiritu, vt inde cõtemplaretur eos, qui eiusmodi sunt, qui in Babylone sunt deserti gratia Dei, & virtutibus omnibus, eo quod fornicati fuerint cũ hac meretrice magna. Vel si intelligamus per desertum cõtemplationem, sic exponendus est locus iste. Et abstulit me in spiritu in desertum, hoc est, in remotiorem segregati à mundanis negotijs animi contemplationem.

Desertum significat contemplationem

Exo 3. 2 Exo 16. 6 Math. 4.

¶ Et vidi mulierẽ sedentem super bestiam coccineam plenã nominibus blasphemiæ habentem capita septem & cornua decem. Hanc vocat mulierem, quam paulo superius vocauit meretricem, & quam paulò post ipse Ioan. vocat Babylonem. Ijs autem nominibus multis reproborum collectio appellatur, propter varios ac multiplices impietatis effectus. Appellatur enim impius, mulier: eo quod infirma sit & debilis ad bene operandum. Sut enim mulieres natura imbecilles, hinc est quod non numerantur inter viros, hoc est, inter robustos ad bene operandum. Exod. 12. Huiusmodi homines impios & effœminatos significabat mulier illa patiens fluxum sanguinis. Succumbunt enim viris & peccant ex consuetudine: qui curati minime possunt nisi per Christu, Lucæ. 8. Istorum ergo collectionem vocat Ioã. mulierem propter eorum imbecillitatem. Quare verò dicatur scelleratorum cœtus meretrix superius exposuimus. Babylon autem nuncupatur propter eorum confusionem.

Collectio impiorum vocatur nunc mulier, nunc meretrix, nunc babylon & quare

Exo 12

Luc. 8

¶ Sedere dicitur meretrix ista super bestiam coccineam plenam nominibus blasphemiæ, &c. Per bestiam istã primùm poteris intelligere diabolũ: super quem sedet meretrix. Hæc enim mundi confusio, hæc impiorum collectio super diabolum sedet: nam sicut ciuitas Dei Christo hæret: super quem fundata & ædificata est: ità ciuitas diaboli diabolo incumbit. Hanc bestiam coccineam esse ait, obcruentam voluntatem & peccati maliciam. Item coccineam appellat ob martyrum sanguinem à se effusum. Quam plena verò sit nominibus blasphemię explicatione non indiget. Cum omnibus compertum sit, quod superbia diaboli & suorum ascendat semper: vt Dauid ait Psalmo. 73. nulla enim pars diaboli blasphemia vacat omni blasphemiarum genere aduersus Deum, Christum scater. ¶ Quid verò per capita septem, & cornua decem, intelligatur & superius docuimus, & statim in hoc cap. exponit. D. Ioã. per. 7. enim

Bestia diabolus dicitur cui. nituntur impij

Diabolus dicitur bestia coccinea & quare

Psa 37

enim capita, hoc est, reges omnes regum impiorum capiuntur qui ab initio fuerunt Ecclesiæ infesti. Per cornua verò decem regna eis subiecta. Vnde obser-
Luc. 11. uat quod immundus iste spiritus assumit secum alios septem spiritus nequiores se, vt ingressi cum illo habitent in domo sua, & in regno suo. Sicut enim Spiritus sanctus, sumit septem alios spiritus, scilicet, spiritum sapientiæ, & intellectus, spiritum consilij, & fortitudinis, spiritum scientiæ & pietatis, spiritum denique timoris Domini, vt inhabitent in iustis. Sic contrà, bestia ista spiritusque immundus assumit secum, spiritum insipientiæ & simulationis sapientiæ: spiritum stultitiæ simulationisque disciplinæ: spiritum imprudentiæ simulationisque prudentiæ: spiritum languentis ignauiæ, & infirmitatis fallentis obumbratione virtutis hypocriticæ: spiritum ignorantiæ, vsurpationisque scientiæ: spiritum impietatis, falsæque pietatis prætextum: spiritumque temeritatis, dolumque religionis fictæ. Hos igitur sumit atque ingressus in corda impiorum. 7. regum suorum habitat ibi, & fiunt nouissima regni sui peiora prioribus.

¶Si verò per bestiam, vt aliàs dixi-
Quo intelligētia per bestiam intelligitur Anti-Christus. mus, Antichristum intelligamus: facilis eriam erit huius loci explicatio. Omnis enim impiorum collectio super Antichristum nititur. Omnes eum imitantur, induunt; & actionibus suis exprimunt. Hæc bestia coccinea esse dicitur, eo quod plena sit piorum sanguine, in qua erant septem capita, & decem cornua. Sicut enim in vno Christo omnes pij numerantur: ita econtra, omnes impij in vno computatur Antichristo, tanquàm in capite; siue sint reges significati per septem capita, siue sint ciues significati per 10. reges. A Tali monstruo meretrix, hoc est, multitudo omnium reproborum à principio hæsit.

¶ *Et mulier erat circundata purpura, & coccino, & inaurata auro: lapide pretioso: & margaritis: habens poculum aureum in manu sua plenum abominationibus, & immunditia libidinis sua.* Describitur mundi pompa
En vides reprobatorum regnum & congregationem quali prodeat ornato, quàm pulchrum de se præbeat spectaculum stultis hominibus, non autem verè sapientibus: qui omnia huius mundi bona stercora reputãt propter Christum. Hoc igitur schemate ad literam mihi significari videtur luxus, pompa, & fastus impiorum, & delicatorum huius seculi. Interim tamen vide verborum positorum aptissimum ordinem, spiritus sancti quoque rationem contemplare. Primũ ob oculos ponit irritamenta ornatus in purpura, & coccino, & auro, & lapide precioso, & margaritis: deinde abominationem, respectu cuius facilè contemnantur prædicta omnia, in eo quod ait: habens poculum in manu sua plenum abominationibus, & immunditiæ libidinis suæ. Sed iam singula verba perpendamus.

¶ *Mulier erat circumdata purpura & coccino, &c.* Purpura olim regum erat ornamentum: tingitur sanguine piscium marinorum. Est enim purpura piscis exconcharum, in faucibus habens liquorem, tingendis lanis maximè expetitum: hunc nos vocamus, la concha de carmesi color. De hoc pisce late Plinius disserit lib. 9. cap. 36. Purpureus ergo color est, qui nigricantis rosæ splendore sublucet cæterorum omnium colorum gratissimus. Coccinum verò, vestis coccinea est, quam nos Hispanè appellamus
Purpura erat regũ ornamentum, purpura quid
Plinius
Coccinũ quid

veſtidura de grana. Quod cocci, hoc eſt, granii tinctori colorem habet. Eſt enim coccus granum ex rubenti gramine naſcens (quod grana dicimus) coccinus ergo color eſt qui ſplendorem ruboris oſtendit. Idem etiam color roſeus dicitur à roſarum ſimilitudine, à quo & roſeæ veſtes appellantur. In purpura ergo, & coccino cunctam huius mũdi regum ſuperbiam, & ſplendorem cruentamq; poteſtatem hic ſcriptura deſignat. Quãta igitur crudelitate hęc mulier impia ſemper inducta fuerit dicere non eſt opus, plena ſunt ſcripturarum volumina. Manus enim eius ſanguine plenæ ſunt, vt Dominus de huius mulieris membris quibuſdam affirmat Eſai. c. 1. Et vt intelligeremus quòd non ſolum hac purpura coccinoq;, hoc eſt, cruenta poteſtate ornata ſit mulier hæc meretrix, ſed quòd omnibus huius mundi bonis abundet addit Ioan. Eam eſſe ornatam auro, & lapide prętioſo, & margaritis. Quæ omnia vanitatis ſunt fructus, nihil moribus admodum eximij addentes: vt deploratę dementiæ ſit ea appetere, quærere, & mercari. ¶ Obſerua cum Cælio Panõnio: quod habet Eccleſia ſuam purpuram, habet & coccinum, habet aurum, habet lapides pretioſos, margaritasq;, de qua pſalmiſta ait: aſtitit regina à dextris tuis, in veſtitu deaurato, circundata varietate. Pſalmo. 44. Sed non externè vt meretrix iſta ad vanitates habet, ſed eius omnis decor ab intus: vt ibidem dicitur: habet enim purpuram & coccinum, ideſt, regiam dignitatem. Habet enim regem Chriſtum, & in hoc omnes credentes reges: ex quibus vna virgo immaculata conflatur Eccleſia, quæ regnat per Chriſtum. Habet inſuper, & inaura-

A tã veſtem, ſapiẽtiã cum charitate: iuxta illud accipite ſapientiam ſicut aurum: habet lapides precioſos ac margaritas, hoc eſt, animi virtutes, tũ multas, tum varias, quibus circumamicta eſt Eccleſia. Et cum veraciter hæc habeat Eccleſia: fallaciter ſibi mulier hæc meretrix innititur vſurpare, ſi quando etiam quippiam earum rerũ pręſeferre videatur, vel vt gloriam regni, ſapientiam, virtuteſq;. Ornatur B Dei Eccleſia deſignata in illa muliere forti de qua Salom. Prouerbio. vlti. ornatur, inquam, perfecta charitate cæteriſq; virtutibus, vt accipiant eum in ſponſum: ornatur meretrix atq; ſynagoga ſathanæ, non vt Deum, ſed vt fornicharios, & adulteros recipiat, hoc eſt, omnia dęmoniorum genera. Propter hanc cauſam impius ille Hieroboam author, & inuentor idolatriæ fecit duos vitulos, non æreos ſed aC reos, vt auri ſplendore homines ad idolatriam traherentur. Hinc eſt qđ paganiſmus videns ornatiſſimam Eccleſiam, orneti dola ſua vt decipiant homines per huiuſmodi ornatum.

¶ *Habens poculum aureum in manu ſua plenum abominatione & immunditia fornicationis ſuæ.* Poculum aureum huius meretricis multa ſignificat. Primùm doctrinam poëtarum & aliorum gentilium ac prophanorũ D hominum eloquẽtia & ſententijs fulgentem, ſed idolatriæ & aliorum errorum venena continentem. Hic eſt calix aureus de quo olim dicebat Hieremi. cap. 51. Calix aureus Babylon in manu Domini, de vino eius biberunt gentes, & ideo commotæ ſunt: deſignat etiam hypocriſim impiorum qui diſſimulatis vitijs, & auro ſapientię diuinæ ſimulatè, tecta doctrina, probitatis, ac ſanctitatis prætextu plures ſedu-

cum

Eſai. c. 1.

Prouerb. vlti.

Habet Eccleſia ſua ornamenta pretioſa & quæ ſunt hæc Pſa. 44.

Poculum aureum huius meretricis multa ſignificat.

Hiere. 51.

cunt & inebriant, quàm aperte impij
Hier.35. Figura In cuius figura dicitur Hierem.35. Posuisse filios domus Rechabitarum scyphos plenos vino, & calices: non tamen voluerunt bibere: designat etiam nitorem gloriæ temporalis & etiam voluptates omnes huius seculi. In cuius typo bibebant qui inuitati fuerunt ab Assuero Rege aureis poculis in quibus vinum, vt magnificentia regia dignum erat, abundans & precipuum ponebatur. Habet igitur meretrix hoc poculum aureũ in manu sua: nunc inebrians impios doctrina hominum prophanorũ eloquentia fulgenti sed errore plena: nũc hypocrisi, & simulatione, nunc dignitatibus & nitore gloriæ huius seculi, nunc voluptatibus & delicijs. Sed audi quo vino sit plenum poculũ istud. *Erat*, inquit, *plenum abominationibus.*
Pro.11. Pro.12. Pro.15. Pro.16. Pro.17. Pro.20. Pro.21. Omnia huius meretricis peccata abominationes passim in sacra scriptura appellantur, abominatio est enim dolosa statera, & cor prauum, & labia mendatia, & via impij, & cogitationes malæ, & omnis arrogans: & tàm qui iustificat impium quàm qui condemnat iustum. Et rursus, põdus & pondus, & mensura & mensura: & bestiæ impiorum quæ ex scelere offeruntur, hæc omnia esse abominabilia Deo leges in lib. Prouerb. Deniq; & idolatriæ, & idola, abominationes peculiariter in scriptura dicuntur: vocat enim Hieremias abominationes Hierusalem idola & cultus idolorũ, his alijsq; similibus abominationibus poculum huius meretricis impletũ est: quibus inebriat suos. Præterea plenum est hoc vas aureum immunditia libidinis, qua pleni sunt omnes reprobi: nec vllum magis quàm hoc vitium sequũtur omnes. Nota: poculum hoc in manu sua accepit mulier, quando prima miseria seducta est: quando miseras hominum mentes inuasit sæua cupido dominandi: quando scortãdi voluptas mentem obsedit, & alia id genus mala faciendi: quando venit obliuio præceptorum Dei, & salutis contemptus, furor, & impietas insana cædes, & error.

Hesther. 1

¶ Sed vt ad diuites huius mũdi sermonem nostrum peculiariter cõuertamur, obserua hic mecum, quæ nam fœmina sedeat super bestiam coccineam, plenã nominibus blasphemiæ, non quidem panis annisq; obsita, non vilibus induta vestimentis, quales miseri mendici, sed sedet mulier ornata purpura, & coccino, & inaurata auro & lapide precioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione: vt his omnibus ostendat Spiritus sanctus impietatem plerumq; possidere diuites mundi huius qui his vestibus & ornamentis sunt decorati. Non vtique in fictili despectoq; poculo continet scelerata ista mulier abominationem, & spurcitiam, sed in vase aureo: vt hinc cordis oculos aperiant diuites, qui vasis poculisq; aureis vtuntur, & intelligãt quid aurum illis propinare soleat, abominationem, scilicet, & peccatũ. Neq; parum habet poculum aureum abominationis, sed plenum esse dicitur. ò terq; quaterq; infelices diuites, qui nõ parum hauriunt ex poculo isto aureo liquorem illum detestandum & veneno confectum, sed plenum illis propinatur, & porrigitur. Aliquando videmus pauperes & mendicos non nihil bibere abominationis, & spurcitiæ. Cæterum se totos ingurgitare nõ possunt, quod poculum aureum non habent: non enim diuitiæ ita affluunt,

Depingitur conditio Diuitũ & impiorum

aut

aut ſuppetunt, vt ad votum ſuas poſſint explere voluptates: non ſic impij diuites, non ſic: cum enim pecuniæ obediant omnia, quid ſibi parare non poterunt? quid non conſequi? Non immeritò patientiſſimus Iob olim de huiuſmodi diuitibus dicebat: deridetur iuſti ſimplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum. Quis nam obſecro eſt hic iuſtus, & quæ eſt hæc lampas? vtique Chriſtus Dominus, Sic enim eũ vocat Eſaias dicens: propter Hieruſalem non quieſcam, donec egrediatur vt ſplendor, iuſtus eius, & ſaluator eius vt lampas accendatur. Et Hieremias, hoc eſt, inquit, nomen quod vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter. Benè autem Chriſtus Dominus lampas vocatur, nam quemadmodum lampas, vas quodã vitreum eſt, lumen continet, & oleũ, & aquã, ita intra corpus Chriſti quid reperiemus niſi pietatis & miſericordiæ oleum? quid niſi lachrymarum aquam, quibus noſtra emundauerat ſcelera? Apoſtolus enim ait: in diebus carnis ſuæ preces, ſupplicationesq; obtulit, cum clamore valido, & lachrymis offerens. Lumen etiam inueniemus in hac lampade, non vtiq; ad cõburendum, ſed ad illuminandum. Venit enim ſaluum facere, non perdere quod perierat. Sed non deſunt, qui hanc lampadem parui faciant, & ſimplicitatem huius agni immaculati irrideant. Et qui nam ſunt iſti? Diuites, ait ſanctus Iob. Apud cogitationes diuitum hæc lampas contemnitur. Non enim qua via illuminat ire volunt, nõ oleo ſuæ ineffabilis miſericordiæ ſuis ſtudent vulneribus mederi ſpiritualibus; ideo in hoc loco deſcribitur hæc mulier veſtita purpura & byſſo, & circumornata, omni lapide precioſo, habens tamen poculum aureum in manu ſua plenũ abominatione. Vt hinc intelligas quàm difficile ſit diuites intrare in regnum cœlorum, ſed iam ad nomen huius abominabilis fœminæ tranſeamus.

Iob. 12. a

Pſa. 62. a.

Chriſtus vocatur iuſtus, & lampas & quare.

Hier. 23 b.

¶ Et in fronte eius nomen ſcriptum, myſterium Babylon magna mater fornicationum, & abominationum terra.

Ante omnia nota, quod myſterium, occultare eſt, in qua aliud proſpicitur, aliud velud ſub typo occultatur. Secũdo aduerte cum Gagneio quod hoc nomen myſterium, nõ videtur à Ioãne hoc loco poni, tanquàm nomen mulieris, ſed eſſe potius videtur aduertentia quædam per parentheſim. Qua ſi dicat: attende myſterium, quare adhunc modum ſcribes: infronte eius nomen ſcriptum (attende myſterium) Babylon magna mater fornichationum, & abominationum terræ. Nomen ergo quod habebat mulier iſta, quo cognoſceretur, erat Babylon magna. Cæterum Babylõ dicitur propter eius diabolicam confuſionem in qua nihil rectum nihil benè ordinatum, ſed omnia cõfuſione plena ſunt. Magna verò dicitur, ob immenſitatẽ impiorum, quibus ſcatet. Vel magna, ideſt, admiranda, ſed quibus? ſtultis hominibus ac inſipientibus admiratoribus, quibus magnum quid eſſe videtur. Suſpiciunt enim peccatores (quos ignorantes Ariſto. vocat) mundi gloriam, potentiam, voluptates, & delicias, & beatum dicunt populum cui hæc ſunt, non videntes quod beatus ſit populus cuius Dominus Deus eſt: vt Dauid ait. Hæc etiam mulier dicitur eſſe mater fornichationum, & abominationum terræ, ideſt, fons & origo omnium ſcelerum, radix omniũ malorum, quæ docet perfidiam in homi-

Myſterij quid dicatur.

Ceſſatio impiorum dicitur Babylon magna & quare.

Pſa. 143 Quare cœtus impiorum dicitur mater fornicationũ & abominationum.

minibus, vt spreto vero Deo dæmonibus diuinus honor, & cultus exhibeatur. Nutrimentum peccati mater, quæ ad omnia flagitia multos gignit, & parit filios. Sed animaduerte obsecro quod Ioânes dicat: hunc titulum in fronte huius meretricis scriptum esse, vt hinc intelligas eum esse morē reproborum vt glorientur cum male fecerint, & exultent in rebus pessimis: de quibus apud prophetam dicitur: agnitio vultus eorum respōdebit eis, & quasi Sodoma prædicauerunt peccatum suum, nec absconderunt. Hoc est, ex eorum vultu licebit conijcere quales sunt. In tantam impudentiam incident, vt nihil dissimulent. Erunt nō solum ab honestate, sed etiam ab honestatis simulatione relicti, ac si dicat: vultus eorum, statim scelera eorum prodet: tacita corporis figura afferet cōiecturam esse eos sceleribꝰ implicatos. Nihil enim tàm demonstrat cor hominis quàm vultus: qui est animæ speculum. Hinc Dominus ait Cain fratricidæ: cur concidit facies tua. Contra autem sapientia hominis lucet in vultu eius, Ecclesiast. 8. Præterea, homines impij quasi Sodoma prædicare solent peccatum suum. Vnde qui peccatum iactat, bifariam offendit, & quòd peccato infectus est, & quòd infectio adeò sibi placeat, vt alios non latere nō pudeat. Equidem ea est hominis propensio, vt de malè factis erubescat: atqꝫ si in crimine apprehendatur, rubore perfundatur. Est enim pudor hominis natiuus affectꝰ, vt Aristot. est author in ethicis, hunc naturæ hi subuertunt ordinem, qui peccata sua prædicant, & qui gloriantur cum malè & iniquè fecerint. Cinicæ sectæ profectò est impudentiam profiteri, cinici, enim masculi & fœminæ commixtionem in medijs plateis celebrandam docebant. Quem morem non solùm damnat vera philosophia, sed etiam omnis vrbanitas, & humana verecundia. Homo cum in profundum malorum venerit contemnit (vt sapiens ait) atqꝫ hoc significare volens D. Ioa. ait: hanc meretricem in fronte scriptum habere eius nomen, scilicet, Babylon magna mater fornichationum, & abominationum, quæ maxima impudentia est. Si corporis vlcera fœda celare contendimus quo ad possumus, cur obsecro vulnera animæ putrida nō celabimꝰ? si paupertatem, infirmitatem virium alioſqꝫ naturæ aut fortunæ defectus, solertissimè abscondere curamus. cur animæ maculas prædicamus? Atque peccandi primus gradus est peccatū amare, alter est operi mandare, tertius est pertinaciter peccato adhærere, at omnium pestilentissimus est laudibus peccatum extollere. Qui enim de offensa dolet, habet vnde & curetur, & sanetur: qui verò ex peccato sibi gratulatur, nihil habet medelæ: qui ęgrotat morbo corporali, si morbum laudat & morbum esse non putat, sed sanitatem, nunquid medicamenta postulabit? non sanè. Quæ enim laudamus, eadem illa velut bona probamus. Qui ergo malè à se gesta laudat, ille peccata sua probat, quo nihil pernicioſius, nec calamitoſius. Væ vobis, inquit Esai. qui dicitis bonum malum & malum bonum.

¶ Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum: & de sanguine martyrum Iesu. Ecce aliud quoqꝫ malum quod vidit Ioan. in hac typica meretrice, scilicet, quod temulenta visa sit: & non alio quàm sanguine sanctorū, & martyrum Iesu. Visa, inquit, est inebri-

Impij gloriantur cū male fecerint

Esai. 3 Exponitur locus.

Ge. 4

Eccles. 8

Aristo

Peccandi gradus

Esai. 10

gur-

gurgitata & quasi in sanctorum natãs sanguine. In hoc versuum Iudæi quã gentiles comprehenduntur. Illi enim inebriati sunt sanguine sanctorum prophetarum, isti verò Apostolorũ & cæterorum martyrum. Vnde Dominus in euãgelio ait: Amen dico vobis requiretur sanguis omnium qui effusus est super terram à sanguine Abel iusti vsq; ad sanguinem Zachariæ à generatione hac Luc. 11. Math. 23. Rupertus sanguinem sanctorũ refert ad impiam reproborum Iudæorum collectionem: qui prophetarum olim se sanguine inebriarunt: sanguinem verò martyrum Iesu, ad impium tyrannorum principum cœtum, Christi martyrum sanguine inebriatum, & exuperantem. Ex hac impia muliere mystica, egressa est impia Iezabel in Samaria, & filia eius Athalia in Hierusalem: quæ inebriatæ sunt sanguine sanctorum prophetarum: qui dederunt operam vt Israel, & Iuda, fornicarentur cum Baal. Imò verò tota Samaria, & tota Hierusalem, filiæ fuerunt huius mulieris, & meretricis magnæ, quarum idolatriam & tyrannidem depingit Ezechiel capite vigesimo tertio. Mulierum nominibus dicens: fili hominis, duæ mulieres filiæ matris vnius fuerunt, & fornicatæ sunt in Aegypto. Nomina autem earum, Ohola maior, & Oholyba soror eius minor. Porrò earum nomina Samariæ Ohola, & Hierusalem Oholyba. Impia enim Samaria, & Hierosolyma fuerunt ab vna matre Sarra progenitæ, & idolorum cultui se tradiderunt, cum essent in Aegypto, Samaria vocatur maior non natiuitate, sed populi multitudine. Comprehendebat enim decem tribus: Hierosolyma verò duas, Samariam appellat Deus Oholam, hoc est, tabernaculum eius, ac si dicat: non est tabernaculum meum, sed suum, quoniam templo meo relicto decem tribus coluerunt vitulos aureos, & templum Baal ædificauerunt. Hierosolymam verò appellat Oholybam, hoc est, tabernaculum meum in ea: quoniam ibi erat templum diuino cultui dedicatum. At vtrumquè regnum Deo vero contempto Deos commenticios venerabatur, & sanctos Dei persequebatur. Huc pertinet, quod ad longum 4. libro Regum capite vigesimo primo, sacra narrat Historia, de impio Manasse, qui huius etiam meretricis magnæ fuit progenies: qui non solum fecit lucos, sicut fecerat Achab Rex Israel, & adorauit omnem militiam cœli, & traduxit filium suum per ignem, &cætera. Sed etiam sanguinem innoxium fudit multum nimis: donec implerer Hierusalem vsquè ad os. Sed quid mirum quod hæc mulier insana inebriata fuerit sanguine sanctorum, quando etiam ingurgitata est sanguine Christi sancti sanctorum: & dedit illi in escam fel, & in siti potauit eum acæto? Quare non mirum quod miratus fuerit Diuus Ioãnes intuens hanc fantasticam meretricem dicens: *Et miratus sum cum viderem illam admiratione magna:* Et quis non mirabitur & grauissimè ferret, ab huiusmodi turpi meretrice persequi bonos, iactari, & interfici? Quis non mirabitur intuens huius impiorum collectionis prosperitatem & tyrannidem? Miratur Dauid ita vt dicat, Psalmo. 72. mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei,

Math. 23 Luc. 11. Rupertus.

Ezech. 23 Explicatur locus

3. Regũ. 12

4. Reg. 21.

Miratur sãcti videntes impiorum prosperam fortunam, & iustorum aduersam. Psa. 72

mei,quia zelaui ſuper iniquos pacem peccatorũ vidẽs.i.parũ abfuit, quin nutarint pedes mei: nam inuidebam ſtultis tantam felicitatem & pacem. Explicatur locus Pſalmi Quia non eſt reſpectus morti eorum & firmamentum in plaga eorum.i. non eſt videre acerbas & frequentes eorum mortes ſicut iuſtorum,nec eſt in eorũ afflictione aliqua firmitas, nã ſi quando incidat afflictio,mox ab ea liberatur:lege totum pſalmum enarrantem impiorum proſperitatem, & impietatem: cuius admiratione tetus eſt Dauid,donec intrauit in ſanctuarium Dei vt intelligeret innouiſſimis eorũ.donec,inquam, ingreſſus eſt in ſecretiora Dei adyta,animũq; à cũctis creaturis abſtraheret,& ſancta cõtemplatione totũ ſe addiceret volũtati diuinæ diſcendæ:ſicq; Deo illum docẽte intelligeret,quem finẽ habituri eſſent impij,qui hic videtur fœlices. Ea dẽ admiratione detentus ſanctus propheta Hieremias dicit,& quærit, iuſtus quidem tu es,domine,ſi diſputem tecum,verumtamen iuſta loquar ad te. Quare via impiorũ proſperatur, benè eſt omnibus qui præuaricantur,& & iniquè agunt, plantaſti eos& radicem miſerunt,proficiunt,& faciunt fructũ?propè es tu ori eorum:& longe à renibus eorũ.Et ſanctus propheta Habacuc.cap.1.idem quærit dicens: quare reſpicis contemptores, & taces conculcante impio iuſtiorem ſe?& facies hominis quaſi piſcis maris,& quaſi reptilia non habentia ducem? Mirãtur ergo ſancti in eo quod Deus variè &multipliciter electos ſuos ab improbis affligi permittat:quaſi precioſi nõ eſſent apud illũ,quum melior ſit vnus timens Deum quàm impij mille. Eccle.16. Verumtamen alto dei conſilio id fit vt alibi diximus.In primis autẽ quò patientia ſanctorum innoteſcat: habeatquè Deus quod inſigniter in illis coronet.Scientes, inquit Apoſtolus,quoniam tribulatio patientiam operatur,patiẽtia autem probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit,Rom.5.

Hiere. 12

Habac. 1

Eccleſ. 36.

Rom. 5

¶ *Et dixit mihi Angelus quare miraris?* Admiratores ſecretorum Dei eſſe poſſumus,non indagatores, qui enim ſcrutator eſt maieſtatis, oprimetur à gloria.Cæterum Dauid, Hieremiæ,& Abachuc, & Diuo Ioanni, mirantibus de impiorũ proſpera fortuna,& de eorum tyrãnide, breuiter dicere poſſumus:quid miramini? Et quod ipſemet Dauid ait Pſalmo. 36. nolite æmulari in malignantibus:nec zelaueritis facientes iniquitatem, quoniam tanquam fœnum velociter areſcent, & ſicut olera herbarum citò decident, ſpectate tantisper & videbitis mortuum diuitem, & ſepultum in inferno, & Lazarum pauperem, & mendicum, deductum ab Angelis in ſinum Abrahæ, vt Lucas refert.

Admiratores dei eſſe poſſumus non,indagatores

Pſa.36

Luce.16

¶ *Et ego dicam tibi ſacramentum mulieris,& beſtiæ:quæ portat eam:quæ habet capita ſeptem,& cornua decem.* Id eſt, ego reſerabo tibi arcanum, & occultam ſignificationem imaginis huius mulieris, & beſtiæ quam vidiſti, non enim occioſè neq; ab re hæc exhibita ſunt:dicam ergo tibi & tàm dilucidè narrabo vt deinde admirari deſinas. Hinc diſcamus quãta ſit Dei bonitas & prudentia prouidentis de reuelatoribus ſuorum cõſiliorum, nam quis mortalis homo cognouit ſenſum Domini abſquè reuelatore? aut quis à conſilijs ſuis fuit? ad Roma.11. altiora enim ſunt Dei conſilia, quàm vt quiſquè ſperet naturali intelligen-

Rom.11.

tia assequi. Non ergo Dei consilia, à sensibus proprijs, qui cæci sunt in nobis, & Aegyptiacis tenebris inuoluti, reuelanda esse putemus: quid enim sensus nostri præstare nobis poterunt, nisi ignorantiam quam habent? Accedat ergo Angelus, accedat Doctor euangelicus, accedat reuelator, il labatur spiritus Dei cœlitus lumine cœlesti collustret nos: vt pertingamus ad magnalia secreta Dei, & intelligamus voluntatem eius, & eam sequamur, vt boni perfectiquè simus. Nam si quid boni erit nobis, id non à nobis, sed à Deo habemus. Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est descendens à patre luminū, idest, à patre scientiarum, atquè intelligentiarum: apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, Iacobi primo.

Dei consilia solum à deo per huius ministros reuelantur.

Iaco.1.

¶ *Bestia quam vidisti fuit, & non est: et ascensura est de abyssо, & in interitū ibit.* Siue it. Nam Græcè est, ὑπάγει, Si per hanc bestiam diabolum intelligis, sensus est: hæc bestia, idest, diabolus fuit olim per immensam authoritatem, & regnauit ante aduentum Christi: regnauit enim mors, idest, diabolus per mortiferum peccatum ab Adam vsquè ad Moysen inclusiuè, id est, vsquè ad Christi aduentum, *Et iā non est*, idest, non est tantæ authoritatis, post Christi aduentum & passionem: dicente Christo apud Ioā. ca. 12. Iam princeps mundi huius eijcietur foras. Et cap. 16. princeps huius mundi iam iudicatus est. Fuit enim diabolus dum pro Deo olim colebatur, cui templa erigebantur, sacrificia fiebant. *sed iam non est*, idest, iam non colitur expulsus enim est à simulacris, & templis, & aris, & ab vniuerso orbe: vt iam non ita illi sacrificia offerantur. Non idola erigantur. Quando nullus est Iupiter, nullus Saturnus, nullus Mars, nullus Vulcanus, nec Iuno vlla, nec Venus, nec Driades Nimphæ, nec cæterum vulgus falsissimorum deorum dearumquè: vbiquè enim terrarum Dei nomen solum resonat: licet non sine errore etiam id ab alijs, qui non sunt sacramentis fidei initiati. In passione ergo Christi ablata est hæc potestas principi huius mundi. Et hoc est, quod dicebat Dominus apud Ezechiel. cap. 30. Sub figura Regis Aegypti: comminuam eius brachium forte, sed confractum, & eijciam gladium de manu eius, ac si diceret: ego conteram vires diaboli, & ita eum opprimam, eiusquè fortitudinem & superbiam confringam, vt nunquàm se possit ad pristinam dignitatem restituere: vsquè adeò eum de ijciam, vt non possit amplius statum suum instaurare. Et eijciam gladium de manu eius, idest, vincetur & corruet in terram. Solent victores in singulari certamine, postquàm aduersarios superant & in terram proijciūt, gladium de manu eorum deijcere. Et clarius, capite vigesimo octauo, eleuatum est cor tuum indecore tuo, perdidisti sapientiam tuam, in terram proieci te: omnes qui viderunt te in gentibus obstupescent super te. Nihil factus es, & non eris in perpetuum. Ac si diceret: & elatus ò Lucifer propter pulchritudinē tuam intumuisti superbia, quæ tibi intellectum obscurauit, & ignorantia tenebris circunfudit, & ideo penitus te abieci, & decus tuum in ignominiam commutaui: ita vt omnes qui viderent te de regno tuo eiectum obstupescant, & admirentur, & dicant:

Ezech. 30 Declarat. tui locus.

Ezech. 28.

Expositus locus

a intelligētia. Diabolus dicitur bestiaquę fuit, & non est, & ascēsura est de abyssо.

Ioa.12.

Ioa.16

cant, fuit bestia, & iam non est, iam nihil facta est, & non erit in perpetuum. Post mortem enim & Christi passionem princeps mũdi huius à regno dejectus est. Hæc igitur est bestia, quæ fuit, quia potentia maxima ante aduẽtum Christi polluit: sed iam non est, quia deiectus est ab atrio suo à duce potentiori, hoc est, à Christo. Vnde apud Iob. cap. 18. dicitur de impio, habitent in tabernaculo eius socij eius, qui non est. Habitabunt enim in hoc mundo, in nouissimis temporibus Angeli cœlestes, qui fuerunt in principio suæ conditionis, socij damonis, qui iam non est, cum sit eiectus à sua gloria.

Iob. 18

¶ Secunda intelligentia huius loci est, vt per hanc bestiam intelligatur Antichristus, qui bestiæ nomine Danielis septimo describitur: & vidi, inquit, quoniam interfecta esset bestia, & periisset corpus eius & tradita esset igni ad comburendum. Et bestia quidem meritò vocatur, ob ferinos ac truculentos eius mores. Hæc igitur bestia dicitur fuisse, & non esse: eo quod sæuitia eius non sit diu duratura, modicum enim regnatura est, quẽadmodum de impio ait Dauid Psalmo 36. Vidi impium super exaltatum & eleuatum sicut cedros libani, & transiui, & ecce non erat. Præterea, non mirum si de Antichristo dicatur quod fuit, & non est: cum de eodem ipse Ioãnes Baptista. 1. Cano. 2. dicat: filioli nouissima hora est, & sicut audistis quia Antichristus venit: & iam Antichristi multi facti sunt. Et eadem epistola. cap. 4. Omnis spiritus qui soluit Iesum ex Deo non est: & hic est Antichristus. De quo audistis, quoniam venit, & nunc iam in mundo est. Et Paulus de Antichristo loquẽs 2. ad Thessalonicen. secundo, & nunc iam, inquit, mysterium operatur iniquitatis: hęc ergo bestia fuit in Cain & cæteris Ecclesiæ persecutoribus, & hæreticis, & non est modò in persona, sed erit aliquando. Et ideo statim dicitur.

2. scusus

Dan. 7

Quare bestia Anti Christus dicatur fuisse & non esse

Psa. 36

1. Ioa.

2. Thes. 2

¶ Et ascensura est de abysso idest, ascensura est, & ventura in mundum, de profundo iudaicæ impietatis puteo. Nam de tribu Dan nasciturus dicitur. Futurum præterea est, vt hic idem Antichristus de impiorum cordibus aliquando per virtutem exeat: exalteturque in mirabilibus eius: & hoc est quod ait: & ascensura est de abysso. Abyssum omnes fermè expositores ad impiorum profunda corda referunt: sed nec tunc diu durabit homo hic impurus: quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, vt Paulus testatur. 2. Thes. 2. & Esai. 2. & idcircò addit Ioan. *& in interitum ibit.* Non ergo est quare electi statim despondeant animum, si interim præmi eos contingat, nec expostulent, quasi derelicti sint à Deo: qui vltra non curare velit de eis. Non vtiq; propterea præmi sinuntur, sed vt aurum per ignem probentur.

2. Thes. 2

Esai. 2

¶ Et mirabuntur inhabitantes terram (quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ à constitutione mundi) videntes bestiam quæ erat, & non est. Per terram inhabitantes diximus sæpè homines terrenos intelligi: qui toto pectore incumbunt terræ, qualis erat dives ille euangelicus, qui tristis discessit à Christo dicente: si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Vnde Christus addit: quàm difficile sit diuitem intrare in regnum cœlorum. Habitantes terram etiam

Inhabitãtes terram dicũtur homines terreni, carnales & omnes deniq; reprobi

Math. 19

dicuntur illi, qui mundi & carnalibus tenentur voluptatibus. Deniquè vt in summa dicam: omnes reprobi dicuntur inhabitantes terram: & hi sunt quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ à constitutione mundi, id-est, quos Deus suo incomprehensibili consilio non prædestinauit ad vitam à constitutione mundi, tunc videlicet quando mundum constituit: & hominum genus creauit: quando benedixit primis parentibus. Solum enim electorum nomina scripta sunt in libro vitæ à constitutione mundi.

Math. 25. Ijs enim dicetur sedente Domino pro tribunali, venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Vnde obserua: tres esse libros (vt Euthimius in Psalmo. 68. & 139. ait) quorum vnus est vniuersalis, continens omnes homines tàm iustos quàm impios, quem Dauid Psalmo. 60. librum viuentium appellauit, de quo ait Psalmo. 139. In libro tuo omnes scribentur. Alterum continet solum iustos: quos Deus approbat. Iuxta illud Psalmi primi, nouit Dominus viam iustorum. Tertius continet peccatores. De quo ait Danie. septimo: iudicium sedit, & libri aperti sunt. Diuus Ioānes in hoc loco de secundo libro intelligit non enim terrenorum hominum, & reproborum nomina scripta sunt in libro vitæ, non solum à constitutione mundi, sed nec ab æternitate. Vnde nota hanc scripturæ phrasim: non sunt scripta in libro vitæ à constitutione mundi: id-est, nunquam. Qua phrasi nos vtimur cum Hispanè dicimus: esto no ha acontecido desde que el mundo es mundo, id-est, nunquam contigit. Ait ergo Ioānes. *& mirabuntur inhabitantes terram, etcætera.* id-est, reprobi & terrenis dediti homines, non scripti in libro vitæ maximè mirabuntur, & dolebunt interitum Antichristi, in quo habebāt fiduciam. mirabuntur ergo & dolebunt. Dolor iste, & admiratio contra Deum erit, cui indignabuntur, quod spe sua sic repente sic misere frustrati sunt. *Videns*, inquit, *bestiam quæ erat & non est.* Græca sic habent. Βλέποντες τὸ θηρίον ὅτι ἦν καὶ οὐκ ἔστι καὶ παρέσται. id-est, videntes bestiam, quę erat, & non est, & adest ac propè est. Siue de diabolo intelligamus, iudicio instante, soluendo: siue de ipso Antichristo.

Psa. 68. Euthimus docet tres esse libros ideo Psa. 60. Psa. 139.

Psa. 1.

Dan. 7

Nota phrasim scripturæ.

¶ *Et hic est sensus qui habet sapientiam.* Hic, non pro nomen sed aduerbium est. Nam Græca habent, ὧδε, id-est, in hoc loco. Quasi dicat: in his quæ vidisti, & quæ dico, sensus latet multa sapientia plenus. Quē nisi qui multa sapientia sit præditus non assequetur: nam sensus diuinus redundat per sacræ scripturæ loca. Alia translatio habet: & hīc est mens quæ habet sapientiam, id-est, hoc loco est intelligentia quæ habet sapientiam absconditam. Ac si apertius diceret: loci huius intellectus sapientia non vacat. Hinc discamus quanta diligentia sit legenda scriptura sacra, vt sensum dei habeamus & sapientiam eius assequamur: qua sola nobis vera beatitudo cō tinget. Quærat mundus quæ sua sunt, euertat montes, venas scrutetur terræ, vt vnicum frustulum radiantis metalli inueniat, vestium prætiosa ornamenta conquirat, nos autem rerum diuinarum intelligentiam, quæ nos beatos ac fœlices facit, scrutemur.

Maxima diligentia est legāda scriptura sacra vt sensum eius verū habeamus

¶ *Septem capita septem montes sunt, super quos mulier sedet: & Reges septem sunt: quinquè ceciderunt, vnus est,*

est: & alius nondum venit, & cum venerit oportet illum breue tempus manere.

¶ Explicat Angelus quid per septem capita bestiæ intelligat & ait: quod hęc septem capita septem montes significant, & ij septem montes, septem Reges. Vnde & illa copulatiua, *&*, idem in hoc loco significat, quod, idest, ac sic apertius diceret: septem capita septem montes sunt, id-est, septem Reges sunt qui ob animi elationem, non ineptè montes appellantur: ob feritatem, capita: ob præcellentiam Reges. Hoc autem septenario numero regum vniuersitas significatur, qui septem ætatibus regnauerunt, Dei persequentes Ecclesiam super quos sedere mulier dicitur, quia impiorum regum suorum præsidio niti solet improborum collectio. Primus Rex vniuersitatem impiorum principum significat qui ab Adam vsquè ad Noe regnauerunt. De quibus scribitur, videntes filij Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxoros ex omnibus quas elegerant. Vbi per filios Dei, filios magnatum & principum, qui nomine Dei significantur, plerique Hebræorum intelligunt: qui filias hominum, & Hæbraicè Adam, ideſt, pauperes, ac ex ciuili plebecula hominum, quæ sibi pulchræ videbantur rapiebant, & eis vxorum vtebantur loco. De hac reproborum collectione, quæ in primo Rege significatur, dicitur Gene. 6. Omnis quippè caro corruperat viam suam: ij ceciderunt in diluuio.

&, pro, id-est Reges vocátur móntes & capita, & reges & quare

Primus Rex vniuersitatem regum ab Adá vsq; ad noe. significat

Gen. 6.

¶ Secundus Rex significat eos qui regnauerunt in omni impietate à Noe vsquè ad Abraham, quando ædificabatur turris Babel: qui ceciderunt per linguarum confusionem, & eorum dispersionem. Tertio Rege significantur ij, qui regnauerunt ab Abraham vsquè ad Moysen: qui se infinitis flagitijs conspurcarunt, & in euersione ciuitatum ceciderunt, vt Reges Sodomæ, & Gomorrhæ, & eorum similes. Per quartum intelliguntur, qui à Moyse vsquè ad exilium Babylonicum regnauere, impij Reges Israel, Iuda, & Samariæ, quo tempore inualuit idolatria, etiam in populo Dei. Isti ceciderunt quando per exilium Babylonicum, in Assyriorum manus captiui venerant. Quintus significat eos, qui ab exilio Babylonico vsquè ad Christum legem Dei persecuti sunt, maximè Machabæorum tempore impij Græcorum Reges, ij magna ex parte euerso Antiocho cecidere. Ait ergo Ioannes quòd septem montes septem Reges sunt, quinquè ceciderunt & vnus est, ideſt, sextus Rex supereſt, ij, scilicet, qui à Christo vsquè ad Antichristum persequuti sunt, & persequentur Ecclesiam quales ab initio tyranni principes & hæretici, & nunc etiam Turcæ. *Septimus vero Rex (inquit Ioannes) nondum venit & cum venerit oportet illum breue tempus manere.* Hic, Antichristum significat, qui tres tantùm annos cum dimidio fertur regnaturus. Vnde & persecutio eius sicut futura est durissima, ita & breuissima. Cuius causam exponit Dominus in euangelio dicēs: nisi breuiati essent dies illi non fuisset salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi Math. 24. Tempus ergo illud Ecclesię breuissimum erit, quod fiet gratia nostri, vt non electi

Gen. 11

3 significat eos qui ab habraam. vsq; ad moysen.

4. eos qui Amoyse vsq; ad exilium babylonicū.

5. Eos qui ab exilio babyloni-co vsq; ad Christum

6. qui à Christo vsq; ad Anti Cristum

7. est Anti

Math. 24.

2. Rex significat reges à noe vsq; ad habrahá. 3.

atroci in certamine deficiant, nõ diu supra modum quassentur, eo quod pretiosi sint apud Deum. Vnde Gregorius quia & superbos & infirmos nos Dominus conspicit, dies quos singulariter malos intulit, misericorditer breuiatos dicit: vt & superbiam nostram terreat de aduersitate, & infirmitatem foueat de breuitate.

Digrego

¶ Aliter Rupertus narrat hæc septem cap[illegible] gen[illegible] hoc est, septem regna n[illegible] exit prim[illegible] mundi. Quorum vnũ quodque suo tempore afflixit Ecclesiam Dei. Primum Aegyptiorum regnum: secundum Israelitarum carnalium: Tertium Babylonicum: Quartum Persarum: Quintum Macedonum. Sextum Romanum, & hoc est, illud vnum de quo hîc dicitur, & vnus est septimum Antichristi regnũ erit quod nõdum venit. Quinq; illorum regnorum ceciderunt iam. Rex enim Aegyptius cum omnibus curribus, & equitibus cecidit in mare. Achab cecidit in bello, & canes sanguinem eius iuxta Domini vocem linxerunt. Iezabel quoq; impiissima, cõiux de fenestra eiecta & præcipitata est. Nabuchdonosor à regno cecidit: & eiectus fenum vt vos comedit. Aman cecidit, quia ligno suspensus est. Cecidit & illustris Antiochus, qui à manu Domini subito eum corripiente interne computruit, & miserabiliter vitam finiuit, de sella cadens. Ecce ergo quo pacto quinq; ceciderunt. Hinc discamus quàm timenda sit manus Domini ab omni impio, cum minimè sustineat Deus diù impios, & sceleratos homines regnare. Reuolue obsecro omnium Cæsarum memoriam, & videbis, quàm infeliciter tandem cecidêrunt: Iulius Cæsar primus, tribus & viginti vulneribus in senatu confossus est: Claudius ab vxore agrippina veneno interficitur: Nero propria manu mortem sibi concisens occubuit: Galba in foro est interfectus: Otho à Vitelio fraude superatus circa placentiam se ipsum interemit. Mitto omnes alios, quorum mortem miserabilem longum esset enarrare.

Hec 7. capita aliter à Rupert o referuntur Exo. 1 3 rege 19. Dan. 3. Esther 3. 1. Mach. 1. 2. Mach 9

Math. 4 Exo. 14 3 reg vltimo 4. reg. 9 Dan. 4. Esther. 6

¶ Et bestia quæ erat & non est, & ipsa octaua est, & de septem est, & in interitum vadit. Græca habent, καὶ αὐτὸς ὄγδοός ἐστι, id est, & ipse octauus est. Referunt autem non ad nomen illud, bestia, sed ad bestiæ significatum, Antichristum ipsum vel diabolum: de vtrocumquè verò hanc bestiam intelligas, exponunt omnes, quòd hæc bestia est de septem, quia de congregatione, & numero est omnium reproborum. Sed octaua dicitur propter insignem maliciam qua omnes exsuperat, & in interitum abit quia in æternã damnationem præceps ruit.

¶ Et decem cornua quæ vidisti, decẽ reges sunt: qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam reges vna hora accipient post bestiam.

Hoc idem vidit Daniel vt ipse enarrat. cap. 7. dicens: ecce bestia quarta terribilis, & habebat cornua decẽ. Quare vterquè locus eodem modo exponendus est. Per hæc ergo decem cornua aliqui impiorum regum, qui Antichristi tempore futuri sunt vniuersitatem intelligunt, quod denarius numerus sicut & septenarius vniuersitatem simplicium numerorum contineat. Vnde solet in diuina scriptura multitudinem nunciare: vt numerorum. 14. vbi Deus loquens de Iudæorum sceleribus, quibus ipsum sæpè adiram

Dan 7. 1. intelligẽ

Numerus Denarius sicut septẽnarius multitudinem significat in sacra scriptura Nu. 14.

iram prouocauerant, qui viderunt, in quit, maiestatem meam & signa quæ feci in Aegypto, & in solitudine, & tetauerũt me iam per decem vices. Iob cap. 19. dicebat amicis suis, qui eũ multis affecerant contumelijs: En decies confunditis me, & non erubescitis opprimentes me. Et 1. Regum 1. dixit Elcana vxori suæ Annæ: nunquid non ego melior tibi sum quàm decem filij? Ecclesiast. 7. Sapientia, inquit, confortabit sapientem super decem principes ciuitatis. Et apud Math. 25. Omnis Christianorum multitudo cum decem virginibus comparatur. ¶ Alij verò exponunt, & cum ijs græca scholia, circa Antichristi tempora Romanum imperium in decem regna diuisum, & ab obedientia Romana defectum iri, quorum reges, vt capiti cornua, Antichristo ad hærebunt. Et de hac diuisione intellige locum Pauli, 2. Thessalo. 2. nequis vos seducat vllo modo: quoniam nisi venerit discessio primùm, scilicet, non veniet Dominus ad iudicium. Ac si apertius diceret: nisi venerit apostasia, & defectio à Romano imperio non veniet Dominus ad iudicandum. Vnde Hieronymus in illum locum Danielis sic ait: dicamus quod omnes scriptores Ecclesiastici tradiderunt, in consummatione seculi quando regnum destruẽdum est Romanorum, decem futuros esse reges, qui vrbem Romanam inter se diuidant.

Iob 19.

1 Reg. 1

Eccles. 7

Math. 25

2. Intelligẽtia aptior.

2 Thess.

¶ Petrus Comestor in Ecclesiastica historia decem hæc cornua ait, ad mundi finem respicere, ad illosq; decem reges spectare, qui per decem soles vaticinio sybillæ significantur. Ij reges, ait Ioã. *quod regnũ nõdũ acceperũt.* Quia neq; tyrani verum regnum accipient, sed *post bestiam*, ideſt, secundo loco a bestia, quæ primatum inter illos obtinebit *tanquam reges*, cum verè tyràni futuri sint: *potestatem accipient, vna hora.* ideſt, breui tempore, quia modico tempore regnaturus est Antichristus.

Petrus Comestor Hayms. Dion. quos refert author collect. gigu. pin. Dan. 7.

¶ Hunc locum aliter exponit author Collectaneorum, qui per hos reges, & regna, intelligit illa decantatissima regna, atq; illos reges qui ab exordio mundi, contra Ecclesiam rebellig erarunt. Namq; (vt supernus dixi mus) & si septem regna ab initio mũdi numerantur: tamen regnum Macedonum post Alexandri magni interitum, in quatuor regna ac totidem reges fuit diuisum, quorum singuli diademata sibi imposuere, Dani 2. vnde fiet vt decem sint reges & regna. Quod si obijcias paulo ante dixisse Ioannem, & reges septem sunt, nunc verò decem cõmemorare. Respondetur ita esse & septem esse, & decem. Quia enim tres ex successoribus Alexandri nihil aduersus populum Dei fecisse leguntur, ideo neq; in numerum impietatis recipiuntur. Solus quartus, qui Syriam tenuit, inter impios computatur, quod hic infestior fuit. Sed hæc expositio non tàm accomodata videtur quàm priores expositiones, eo quod statim dicat: Ioannes, hos decem reges potestatem accepturos vna hora cum bestia, ideſt, breui tempore: quemadmodum, & bestia esse regnatura, hoc est, tribus annis cum dimidio. At reges illi atq; regna connumerata, diu in mundo regnauerunt, & permanserunt, neq; huius obiectionis solutio data à Cælio mihi omnino placet.

Dan 2

3 intelligẽtia Cælius.

Refelluntur hæc Expositio.

¶ *Et decem*, inquit, *cornua decem re-*

ges sunt qui potestatem accipient cum bestia. Hæc sunt vndecim illa cornua, hoc est, vndecim reges de quibus Dan. dicebat. ca. 7. Considerabam cornua, & ecce cornu aliud paruum ortum est de medio eorum. Porrò cornua decem (inquit idem Daniel) ipsi9 regni decem reges erunt: & alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & sermonem contra excelsũ loquetur: & sanctos altissimi conteret: & putabit quod possit mutare tẽpora & leges: & tradẽtur in manu sua vsq3 ad tempus, & tempora & dimidium tempus. Vndecimum quippè cornu esse describitur Antichristus, quia regni eius potentia in iniquitate roboratur: vt Gregor. ait 32. Moral. c. 15. Omne enim peccatum, inquit idẽ Gregorius, vndenarium est: qui dum peruersa facit præcepta decalogi transit. Et quia in cilicio plangitur, hinc est quod in tabernaculo vela cilicina vndecim fiunt. Hinc per vndecimum Psalm. dicitur: saluum me fac Domine quoniam defecit sanctus. Hinc in vndenario numero remanere Apostolos Petrus metuens Mathiam duodecimum sorte missa requisiuit. Nisi enim signari culpam per vndenariũ cerneret: impleri Apostolorũ numerum tàm festinè duodenario non curaret. Quia enim per vndenariũ transgressio exprimitur, huius bestiæ, quã vidit Daniel, cornu vndecimo ipse author transgressionis indicatur. Quod videlicet paruulum oritur, quia pur9 homo generatur, sed immaniter crescit, quia vsq3 ad coniunctam sibi vim Angelicæ fortitudinis proficit.

Dan. 7. Anti Christus cornu vndecimũ dicitur à Daniele, & quare

D. grego.

Psa. 11.

Act.

¶ *Hi vnum consilium habent, & virtutem & potestatem suã bestiæ tradẽt.* Vbi nos legimus, consilium græcè dicitur, γνώμην, ideſt, idem propositum, eandem voluntatem, omne nempe omnium illorum institutũ, est ad defectionem à fide Christianos cogere, ideſt quod ait: hi vnum consilium habent. Præterea, totos se hi reges, quod q3 habebunt, quod poterunt, & valebunt: Antichristo tradent. Omnia enim eius gratia facientes. Et hoc est, quod ait: & virtutem & potestatem suam bestiæ tradent. In summa, in mundi fine cum Antichristus regnare cœperit, reges terræ illi adhęrebũt, à quibus honorabitur quasi Deus. Et ille superbia nimia euectus diuinum non recusabit honorem. Ad quem attendent vniuersi, ac si pari cõsensu ac potestate pugnabunt, tradentes se in vniuersum illi: vt compleant iniquitatem totius orbis, suppleantquè quod minus erat crudelitatis in seruos Dei ab olim exercitũ. Hoc autem est tradere virtutem, & potestatem bestiæ, quod militare illi ad libitum. Militabunt ergo reges terræ bestię illi, ac seruient, se in vniuersum summittentes illi, & placitum eius facientes.

¶ *Hi cum agno pugnabunt, & agnus vincet illos (quoniam dominus dominorum est, et rex regum) et qui cum illo sunt vocati et electi, et fideles.* Pari animo cum bestia aduersus agnum, impij ij reges pugnabunt: sed satis infeliciter. Nam agnus cum sit potestate præpollens, vincet eos: sicut vicit quæ superius diximus regna, atq3 illos reges. Namq3 regem Aegyptium mersit in mare: vicit & Achab, & impiam Iezabelem, vicit Babylonicos, Nabuchdonosorem eijciendo: vicit Persas Medosq3 Aman suspendendo: vicit græcos Macedones Antiochum perimẽdo: Romanos quoq3: variè eorum tyran-

rānos principes diſpendendo, & imperium Chriſtiano iugo ſubijciendo. Victurus haud dubiè, & hos reges decem, & vndecimum Antichriſtum. Quem iuxta propheticum vaticiniū interfecturus eſt ſpiritu oris ſui. Et hoc, ideo quia dominorum dominus regumq; eſt rex. Et quamquam ſolus victoriam peracturus eſt, partem tamen victorie electis ſuis, & fidelibus adſcribere dignatur: vt quia cum ſuis regibus pugnam in Chriſtum inituA rus eſt Antichriſtus, ita cum ſuis electis pugnaturus dicitur Chriſtus, & deuicturus. Vel dicamus quod venient in hoc agno, & ij qui cum illo ſunt vocati, & electi fideles: ſed victoriam (vt par eſt) agno tribuent cuius virtute ſunt victuri, ſine cuius virtute nemo quid quam efficiet. Proinde Paulus cum plus omnibus ſe laboraſſe diceret: gloriationis finē retorſit in gratiam eius, dicens: non ego ſed gratia B Dei mecum. 1. Corin. 16. & iterum: gratia Dei ſum id quod ſum. Porrò prædeſtinati vocantur in hoc loco tribus nominibus, ſcilicet, vocati, & electi, & fideles. Vnde vocati & electi nomina ſunt ſubſtantiua, & non adiectiua, ſicut adnotauimus apud Math. inter explicandum illa verba: multi ſunt vocati, pauci verò electi. Quos enim Deus prædeſtinauit, hos & vocauit, & inde appellātur vocati: & quos prædeſtinauit, illos & elegit ante mundi D conſtitutionem, vt eſſent ſancti, & immaculati incōſpectu eius in charitate. Vt Paulus ait ad Epheſ. 1. & inde dicūtur electi ſiue inclyti. Et ij vocati & electi, meritò appellantur verè fideles. Iuſtificati enim ex fide viua, pacem habent ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Et ij omnes, quos tot ac tantis nominibus nō poteſt explicare ſanctus Apoſtolus pro dignitate, hoc loco dicūtur pugnare, & vincere virtute agni, qui dicit: cōfidite quia ego vici mūdum, victores ergo ſumꝰ in Chriſto, in quo ſolo vincemus mūdum, carnem, peccatum, infernum, & diabolum, & omnes aduerſarias poteſtates. Ioā. 16. Non domi nus armaturam aliquam corporalem præbet, ſuis, ſed innocentiam qua vincūt diabolum, & vincent Antichriſtū eius. Hi enim ſunt milites Chriſti de quibus pſalmiſta ait: innocentes & recti adhæſerūt mihi, & hæc eſt pugna illa de qua intelligemus illud quod Dominus ait Hieremiæ (vt ipſe enarrat) capi. 1. dicens: ecce ego cōſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna. Vt euellas & deſtruas, & diſipes, & ędifices, & plātes. Gladio enim verbi dei pugnāt electi, & euellunt ſcelera, & iniquitates, & deſtruūt fidei inimicos, C diſperdunt & diſipāt draconem, & beſtiam eius, & ędificant ſuper lapidem Chriſtum, & plātāt virtutes. Hoc gladio agnus pugnabit cum inimicis ſuis, atq; in nouiſſimis diebus pugnabit cū regibus terræ, & vincet eos ad ſuam fidem trahendo. Vnde ipſe ait apud Eſaiam. ca. 49. audite inſulæ & attendi te populi de longè. Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meę, recordatus eſt nominis mei, & poſuit os meum quaſi gladium acutum, & D poſuit me quaſi ſagittam electam. Ac ſi apertius diceret: ò vos mortales omnes etiam inſulani, ò vos gentes remotiſſimæ. quæ in abſtruſſis inſulis longè què diſtantibus habitatis, audite euangelium meum. Dominus enim ab vtero vocauit me, & de ventre matris meæ recordatus eſt nominis mei. Eſt enim Chriſtus appellatus Ieſus ab angelo priusquàm in vtero cōciperetur

Lu-

1. Cori. 16. Prædeſtinati vocā turvocati & electi.

Math. 22.

Ephes 1

Ioā. 16

Pſa. 24. d

Hier. 1.

Eſai. 49.

Lucæ 2. Lucæ.2. Quàm verò veritati consonet, quod os Christi gladius acutus cognominetur, nemo est qui nõ videat, cum apud Paulum legamus: sermonem Dei esse gladium ancipitem, qui pertingit ad diuisionem animæ, & spiritus. Hebræ.4. Hic est gladius, de quo apud Math. Christus ait: nõ veni pacem mittere in terram, sed gladium. Os enim Christi est tãquàm gladius acutus, qui hominum corda penetrãs, ea omnino à seculi affectibus abscindit. Huius gladij vim Diuus Paulus sentiens aiebat: viuo ego, iam nõ ego, sed viuit in me Christus. Et Petrus rursum: ad quem ibimus domine? verba enim vitæ æternæ habes? Hic gladius citra cruorem secat: at nullus ita cruentus. Hic gladius neminem interficit: at nullus sibi moritur, & Deo viuit nisi hoc gladio primũ secetur: hic gladius inuisibilis est, & ideo inuisibilem Deo parat victimam, olim enim mactabant Deo oues, & bobes in sacrificium: verum tamen gladius hic nõ pecudes sed ipsum hominem deo mactat, sacrificium quidem deo in odorem suauitatis. Hic est gladius quẽ vidit D. Ioã. superius cap. 6. in ore sedentis in throno. Hoc gladio iubetur Petrus animalia linteo compræhensa occidere, vt diuus Lucas narrat, Actorum ca. 10. his verbis: Petre occide & manduca. Hoc gladio succintos legimus viros illos ad bella doctissimos: & Salomonis lectulum ambientes. Namquè sancti Apostoli, & Ecclesiæ doctores non alijs se obmuniunt armis ad sathanicos deludendos ictus, aut ad tenebrarum reppellendas potestates, nisi hoc gladio quod est Dei verbum, Paulo ad hoc monente & hortante Ephesios, galeam salutis assumite, ait, & gladium spiritus quod est

Hebr. 4 Sermo Christi tã quã gladius

Math. 10

Ioã. 6.

Diuini gladij proprietates.

Ioã. 6. Apo.

Actor. 10

Gen. 3.

Eph. 6. 8

A verbum Dei. Hic est gladius qui pinguissimi Agag traiectus in viscera, illũ vitali orbauit spiritu, ex Samuelis prophetæ opera. Est namq; Agag iste obesissimus mundus hic, qui operibus, delicijs, fraudibus, & nequitijs pinguescit admodum: at Christo authore gladio isto penitus confoditur, vt illi aiebant: ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Acutus porrò est gladius hic: acuta enim subtilem habent actionem: & exiguam morã conficiunt: verbum autem Dei nõ moratur in persuadendo homine. Vocat namq; Petrum, & Andream Christus, & continuò vocanti parent. Vocat Mathæum, & subitò cedit, vocat Paulum, & repentè morigerus fit. In vmbra quoq; diuinæ manus protectus est Christus vt homo. Vt Psalmista olim prædixerat: protexisti me à conuentu malignantium: à multitudine operantium iniquitatem. Et cætera alia quæ in hoc Psalmo. 63. De protectione hac enarrantur. Quæ omnia illo carmine absoluuntur: sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum: & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum. Quidquid enim hostes Christi cum principe suo sathana aduersus Christum hactenus machinati sunt, & machinabũtur, inefficax fuit, quemadmodum inefficaces sunt sagittæ, quę à paruulis iaciuntur, & exilem habent ictum. Etenim agnus iste gladio isto, hoc est, spiritu oris sui vicit, & in nouissimis diebus vincet omnes hostes suos.

1. Reg. 15 Figura

Math. 19 d

Math. 24.

Math. 9.

Actor. 9

Psa. 63

¶ *Et dixit mihi: aquæ, quas vidisti vbi meretrix sedet, populi sunt, & gentes & linguæ.* Græci addunt post τὸ populi, καὶ ὄχλοι, idest, & turbæ, meretrix hæc, quæ & Babylon & mater fornicationum vocatur ciuitas & regnũ

est

eſt diaboli & reproborum cœtus. Aquæ autem vbi ſedere illa dicitur, populi ſunt & gentes, & turbæ multę, ac vana impiorum colluuies: quibus illa conſtat reproborum collectio, in quibus & conquieſcit. Per aquas in ſacra ſcriptura populos intelligi docet Eſai. cap.8. Vbi prædicens aduentum Aſyriorum in Iudæam, ait: Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes, & multas. Exponens autem quid aquarum nomine dicere vellet, ait: regem Aſyriorum, &c. Hoc idem intelligit Ezech.cap.24. cum ait illi Dominus: pone illam, pone, inquam, & mitte in eam aquam. Prędicit enim Babylonicum populum Hieroſolymę bellum inferentem. De his aquis poteris myſticè intelligere quod Geneſi dicitur: tenebrę erant ſuper faciem abyſſi, ideſt, gentes & populi erāt tenebris errorum circumfuſi. Erant enim hæ aquæ tenebris his coopertæ abſentia ſolis. Vnde obſerua: quod ſecūdo die condidit Deus firmamentum & diuiſit aquas ab aquis. Tertio die ſegregauit aquas ab arida: Quarto edidit ſolē & ſtellas. Sed adhuc aquæ non proferebant piſces. Quinto autem die cum iam ſol appareret, aquæ fructum dederunt. Priuſquam ſol ille iuſtitiæ homo factus videretur, de quo ait apud Malach.cap.4. Deus: vobis timentib9 nomen meum orietur ſol iuſtitiæ. gētes idolatrię nō ferebant charitatis fructum, immo multis erroribus erāt implicatæ. Sine fide enim impoſſibile eſt placere Deo. Terra Iudææ fructū protulerat, ſed non omnino perfectū quia nihil ad perfectum adduxit lex, vt Paulus teſtatur ad Hebræos. 7. At poſt huius ſolis aduentum tām terra quàm aquæ fructum. 100. &. 60. &. 30. tulerunt. Tenebræ quæ erant ſuper faciem abyſſi aduentu ſolis diſparuerūt & fugatæ ſunt, quia cæcitas gentium prædicatione Chriſti & Apoſtolorū ceſſauit. Pſalmo etiam. 28. ait Dauid: vox Domini ſuper aquas multas. Ideſt, vox Domini euangelica ſuper populos & gentes, & linguas. Et rectè quidem populi permutabilem temeritatem, & inconſtantiam animorum, hac atq; illac fluctuantium, & crebrā tanquàm tempeſtatum, ſic ſententiarum mutationem, cum aquis fluentibus atq; fluctuantibus comparantur. Hinc intelligemus quid voluerit Angelus ſignificare Danieli, ſtans ſuper aquas fluminis, Tigridis nimirum. Significabat enim ſtando ſuper aquas illius rapidiſſimi fluminis Babylonici, eas veluti pedibus conculcans, comprimendum eſſe Perſarum, & Babyloniorum furorem, eorumq; impetus immoderatos eſſe coercēdos; aut populos illos tandem conculcandos. Impij ergo homines meritò aquæ vocantur, ſiue populi & turbæ Iudæorū ſint, ſiue gentes idolatræ, ſiue multitudines hominum linguarum varietate confuſæ: quales fuerunt illæ quę Babylonem ædificare cæperunt. Omnes enim labiles natura ſunt per diuerſa viriorum genera decurrentes paulatim ad inferos. Aquæ, inquam, ſunt frigidę atq; fluentes, quorum libido continuo fluore manat ac friget, abſentia illius ignis, quem venit dominus mittere in terrā, vt ardeat, & accendatur. Accenditur quidem dum mundo, & carni, & diabolo renunciat: ardet autem dum ſanctis actionibus incumbit. Super has igitur aquas ſedere dicitur meretrix iſta, quia regnū diaboli per reges & principes ſuos dominatum habet in peccatoribus cuiuſcumq; conditionis ſint, ſiue

Eſai.48. Per aquas populi ſæpe intelliguntur.

Ezech.24

Gen.1. Exponitur locus myſticè

Malac. 4

Heb.7

Pſa.28.

Dan.11. Figura

siue Iudæi, siue Gentiles, siue barbari. Item quia in peccatoribus (vt superiꝰ dicebamus) ex quibus constat, conquiescit.

¶ Et decem cornua quæ vidisti in bestia, hi odient fornicariam, & desolatam facient illam & nudam, & carnes eius manducabunt & ipsam igni concremabunt.

¶ His verbis prædicit Angelus qđ reges illi impij & reprobi qui per hęc decem cornua sunt significati, se bestiæ, hoc est, diabolo adiungent atque odio prosequentur meretricem Babylonem, illam, videlicet, diaboli ciuitatem. Quo verò modo id contingat facilè est intelligere. In primis enim hi reges odio prosequentur ciuitatem diaboli, iurgia, bella, seditiones innumeras & intestinas excitando inter se: secundum illud quod Christus Dñs ait apud Math. c. 24. Consurget gens in gentem & regnum aduersus regnum, &c. Hæc autem initia sunt dolorum. Et rursum ait: & tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. Et deniquè concludit: erit tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vsquè modò. Quo in loco alludere voluit Dñs ad illud Dan. c. 9. Consummauit pactum multis hebdomade vna, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia, & sacrificium; & erit in templo abominatio desolationis & vsquè ad consummationem, & finem perseuerabit desolatio. Deniquè fient bella acerrima ab hostibus illis impijs qui se mutuo diripient, spoliabunt, exurent, & necabunt. Et hoc modo meretricem hãc, hoc est, impiorum ciuitatem, reddent desolatam & nudam, & vt exprimeret angelus huius odij intestini magnitudinem quo inuicem deflagrabunt, addit: *& carnes eius manducabũt*, Est enim hyperbolica locutio. Præterea: *& igni vastabunt eam* quasi nihil eorum omissuri quæcumqꝫ suggesserit impius eorum animus. Hæc calamitas quotidie in hoc miserabili mũdo conspicitur. Amatores enim huius seculi odio se inuicem prosequuntur. Vnde Paulus ait: inuicem inuidentes, inuicem odientes. Deinde Hæc decé cornua odio habebunt meretricem illam: quia dum impij & reprobi iniquè agunt se ipsos odio prosequuntur. Quisquis enim diligit iniquitatem, odit animam suam: quoniam malè amando animam suam odit iustitiam, & ex consequenti præparat illam ad perpetuam miseriam. Vnde Christus ait: qui amat animam suam perdet eã, & qui odit animam suam in vitam æternam custodit eam. Quemadmodum qui habet feudum ad tempus, nimirum in vitam dumtaxat, & desiderat illud in emphiteusin, vt aiunt, habere, reddit illud proprio domino, qui illud ei donat perpetuò. Sic nos cũ vitam habeamus ad tempus, debemus illam Deo tribuere, vt illã æuo sempiterno possideamus. Vt vir prudens arculam naufragio potius exponit, quàm pretiosam margaritam, quam in ea seruare solebat: ita & nos debemus corpus potius periculo exponere, quàm animam. Et summa ope niti vt eã custodiamus, quod multo sit illo prætiosior. Contra verò faciunt impij qui arculam lapidi prætioso, aut monili præferunt. Potius enim perdere volunt æternam vitam quã temporalem, ita vitam propriam diligunt, vt virtuti præponant eam, in angustia posiri. Nõ aiunt qđ olim Susanæ: angustiæ sunt mihi vndiqꝫ, si enim hoc egero mors mihi est, si autem nõ ege-

Tribus modis reprobi Principes regnũ diaboli dicuntur odire Math. 24

Math. 24

Dan. 9

Impij inuicem se odio prosequũtur. 2. modus

Similitudo

Similitudo

Dani. 13. 4

egero non effugiam manus veſtras, A ſed melius eſt mihi abſq; opere incidere in manus hominũ q̃ peccare in conſpectu Dñi. morte corporis potiꝰ elegit propter Deũ q̃ turpiter peccando animã odio proſequi. At impij aiunt: melius nobis eſt animã odiendo perire, quã in manus hominũ incidere. Hi ergo reges fornicariã illam impiorũ collectionẽ odio habebũt: quãdo omnia illis libidinũ, & flagitiorum genera permittentes ſua authoritate, B & imperio ad maiorẽ ſemper impietatẽ cõcitabũt, quomodo qui aim ſuã amat (vt modo dicebamus) & talia illi indulget, perdere eã ac verè odiſſe in euãgelio dicitur, nã ſi amare eſt benè alicui velle: contra odiſſe, malè alicui cupere: rectè dicitur de his regibꝰ q̃d fornicariã illã odio habebunt *Et deſolatam facient eam ac nudã.* Deſtitutam. ſ. & nunc temporis fide ac bonis operibus, & olim futuris gaudijs em- C nibus, ita vt de illa poſſit dici illud Hierem. quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo. *Et carnes eius manducabunt.* Quia intelligentes ſe à Deo eſſe abiectos ac reprobatos, de corpara ii ſpiritualiq; aliorũ dãnatione gaudebunt ducentes conſolatio, habere ſui ſimiles. *Et ipſam igne concremabunt.* Quando ſuo exẽplo in ẽterna incendia præcipitabũt. ¶ Tandẽ tertio reges illi impij maximo liuore & odio proſequentur fornicariã illã. ſ. diaboli ciuitatẽ, videtes ſe vnà cũ ea perituros, & in æternę dãnationis barathrũ præcipitatũ iri. *Et tunc deſolatã facient eã.* Hoc eſt, facient eã eſſe in inferis ſine ſolatio & cõſolatione aliqua, *& nudã.* Omni videlicet bono quod antea habuerat. Vnde de illa dici poterit tunc illud Ezech. c. 23. & dimittent te nudã & ignominia plenã. *& carnes eius manducabunt.* Quia de corporali eius dãnatione gaudebunt, hoc eſt enim (inquit Richar.) eius carnes manducare de cruciatu carnis eius exultare, quẽadmodũ enim Chriſtus Dñs & omnes ſpiritus cęleſtes de bonorũ fœlicitate gaudebunt: Sic diabolus atq; eius ſatellites & miniſtri de improborum pœna exultabunt. Quæ tamen lętitia minimè diabolo eiusq; principibꝰ vertetur in cumulũ conſolationis, ſed in maioris doloris & cruciatus augmentũ. Carnes itẽ eius manducabunt: non proprijs, ſed alienis dentibꝰ: nõ dubiũ quin vermiũ immortaliũ. Vermis enim eorũ non morietur: vt Eſai. ait. c. vlt. non enim ſolũ cõſcientiæ morſus atq; cruciatus ſemper illis in ęternum durabit, ſed corpora eorũ viuaciſſimi abrodent vermes. *& ipſam igne concremabunt.* Luxibus eã ſolitis deſtitutam gelẽnæ ignibus cõburent: atq; ipſi ætternũ incendiũ miniſtrabũt. Hoc eſt, erunt in cauſa principes illi & reges ſcelerati, vt ciuitas hæc diaboli perpetuo igne cõburatur. Hinc colligesquã malũ ſit impijs hominibus ad hęrere: quoniã mutuò ſibi ſunt cauſa dãnationis. Hinc Eſai. ait. c. 33. Spinæ cõgregatæ igne cõburentur. Impij quidẽ homines meritò ſpinis cõparantur cum alios pungant, atq; dolorem inferant. Inuicem igitur peccatores ſepũgunt D & tandem in faſciculos collecti igne comburentur æterno. Hos igitur tribulos & ſpinas fugiamus, ſi ſapimus: ne tantorum ſint nobis cauſa malorum.

Richar.

Thre. 1.

Manducare enim dicitur carnes a Chryſoſtomo, qui ita delectatur in eius pœna ac ſicũ ſapore & deſiderio comederet carnes ipſius.

Ezech. 23

Hiai. vlt.

Malum eſt impijs adhærere. & quare.

Eſai. 33

impij ſpinis compa rantur.

¶ Deus enim dedit in corda eorum vt faciant quod placitum eſt illi: vt dent regnum ſuum beſtiæ, donec conſummentur verba Dei. Græca lectio hic habet. ὁ γὰρ θεὸς ἔδωκεν εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν,

πεῖναι τὴν γνώμην αὐτῶ, καὶ ποιῆσαι μίαν γνώμην, idest, & dedit Deus in corda eorum, vt facerent voluntatem eius, & vt facerent vnam voluntatem. Itaquè quod interpres noster rectè vertit, vt facerent quod placitum est illi, Τὸ illi, referri non debet ad fornicariam, vt quidam referunt, cum Græcè, πορνὴν, idest, fornicariam, sit fœmini generis, & αὐτῶ, masculini, vel neutrius. Ideoquè, vel ad θηρίον, idest, bestia referendum est, vel ad τὸν θεὸν, idest. Deus. Sit igitur primus sensus referendo ad Deum. Dedit Deus in corda eorum, vt facerent quod iam decreuerat illos Deus facturos, quod què æterno illo consilio suo ante futurum præuiderat. γνώμη, enim non voluntatem modo sed deliberatum ante consilium significat. Ac si apertius diceret: quòd illos deprauatæ suæ libertati dimissos: sinit Deus impietatem suam peragere, quod ante fore ipse præuiderat, & decreuerat. Permittit enim Deus (vt Richardus annotauit) iusto iudicio suo, quod impij homines mala perpetrent, tum, propter decorem vniuersi, tum propter piorum commodum & vtilitatem. Nequaquàm enim omnipotens malum sineret, vt Augustinus est autor, nisi ex illo bonum aliquod vniuersitati proueniret. Ex eo enim quod mala in mundo sunt, maiorem decorem iuxta illa posita videntur habere bona. Sed non est iniustus Deus, eo quod iniquos ini què agere permittat: cum iustum & æquum sit vt quibus arbitrij libertatem tantam contulit, ea ad libitum vti liceat. Iniustum namquè esset si illis solius boni imponeret necessitatem, quibus in conditione dono gratiæ boni, vel mali eligendi confert libertatem. In hoc enim creatura rationalis excellentem habet dignitatem, quod creatori non coactam sed liberam exhibet seruitutem. Placet ergo quod subipso data ab ipso vtimur arbitrij libertate: sed displicet, quod in nobis illi repugnamus voluntatis pra uitate. Nequaquàm enim mala est arbitrij diuinitus indita libera potestas: sed sub arbitrio orta peruersa volũtas. Libertas à Deo donatur: creatura dono libertatis abutitur. In efficientia igi tur mali quantum ad malos nihil boni: quantum ad placitum Dei nihil mali. Nam quod faciunt malum est: quod Deo placitum est, bonum est. Quia igitur quicquid mali, malis accidit, totum Dei iudicio, & iusta permissione fit ideo ait: Deus enim dedit vt faciant quod placitum est illi. Hæc Richardus.

Richardus

¶ Dedit ergo Deus in cordibus impiorum, ob iniquitates suas, vt faciant quod illi sit placitum: coniungantur voluntate bestiæ, sic vt bestia ex eis consarciat sibi regnum. Hinc Dominus dicitur apud Paul. tradere qui eiusmodi sunt in reprobũ sensum, vt faciant quæ non conueniunt. ¶ Hinc etiam colliges, fœdus & amicitiam cum bestia, hoc est diabolo, vel Antichristo Dei fieri consilio, permitten te impiorum mala, vt inde eliciat innumera bona. Potentissimos olim fecerat Deus ac ditissimos Babylonios, qui tanta bonitate Dei abutentes persecuti sunt populum Dei: quod non sine magno Dei consilio factum est vt ea persecutione ad se reddiret populus eius, & à malis corrigeretur: eiusquè fides, & constantia in virtute omnibus esset omnino manifesta. Simili sensu dicit Deus induraſſe cor Pha-

Ro.1.

permittit deus fœdus impiorum cum diabolo vt inde eliciat multa bona.

quare dicitur quod deus cor pharaonis induraſſe,

intelligẽdus.

Augustinus quare sinãtur à deo impij mala perpetrare

D. Aug.

cant,fuit beſtia,& iam non eſt,iam ni A hil facta eſt,&non erit in perpetuum. Poſt mortem enim & Chriſti paſſionem princeps mũdi huius à regno dieiectus eſt. Hæc igitur eſt beſtia,quæ fuit,quia potentia maxima ante aduẽtum Chriſti polluit:ſed iam non eſt, quia deiectus eſt ab atrio ſuo à duce potentiori,hoc eſt,à Chriſto. Vnde apud Iob.cap.18.dicitur de impio,habitent in tabernaculo eius ſocij eius, Iob.8 qui non eſt. Habitabunt enim in hoc B mundo,in nouiſſimis temporibus Angeli cœleſtes,qui fuerunt in principio ſuæ conditionis,ſocij dæmonis, qui iam non eſt,cum ſit eiectus à ſua gloria.

¶Secunda intelligentia huius loci 2.ſecuſus eſt, vt per hanc beſtiam intelligatur Antichriſtus,qui beſtiæ nomine Danielis ſeptimo deſcribitur:& vidi, inDan.7 quit,quoniam interfecta eſſet beſtia, & perijſſet corpus eius & tradita eſſet C igni ad comburendum.Et beſtia quidem meritò vocatur, ob ferinos ac truculentos eius mores. Hæc igitur Quare beſtia Anti Chriſtus dicatur fuiſſe & non eſſe beſtia dicitur fuiſſe,& non eſſe : eo quod ſæuitia eius non ſit diu duratura,modicum enim regnatura eſt,quẽ admodum de impio ait Dauid Pſalmo.36.Vidi impium ſuper exaltatum Pſa.36 & eleuatum ſicut cedros libani, & tranſiui, & ecce non erat. Præterea, non mirum ſi de Antichriſto dicatur D quod fuit,& non eſt:cum de eodem 1.Io.2. ipſe Ioãnes Baptiſta.1.Cano.2.dicat: filioli nouiſſima hora eſt,& ſicut audiſtis quia Antichriſtus venit : & iam Antichriſti multi facti ſunt.Et eadem epiſtola.cap.4. Omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum ex Deo non eſt : & hic eſt Antichriſtus. De quo audiſtis, quoniam venit, & nunc iam in mundo eſt. Et Paulus de Antichriſto loquẽs 2.ad Theſalonicen.ſecundo, & nunc 2.Theſ.2 iam,inquit,myſterium operatur iniquitatis:hęc ergo beſtia fuit in Cain& cæteris Eccleſiæ perſecutoribus, & hæreticis, & non eſt modò in perſona,ſed erit aliquando. Et ideo ſtatim dicitur.

¶ *Et aſcenſura eſt de abyſſo* ideſt,aſcenſura eſt, & ventura in mundum, de profundo iudaicæ impietatis puteo.Nam de tribu Dan naſciturus dicitur. Futurum præterea eſt, vt hic idem Antichriſtus de impiorum cordibus aliquando per virtutem exeat: exalteturquè in mirabilibus eius: & hoc eſt quod ait : & aſcenſura eſt de abyſſo. Abyſſum omnes ferme expoſitores ad impiorum profunda cordа referunt:ſed nec tunc diu durabit homo hic impurus:quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, vt Paulus teſtatur.2.Theſa.2.& Eſai.2. & id- 2.Theſ.2. circò addit Ioan. *& in interitum ibit.* Eſai.2. Non ergo eſt quare electi ſtatim deſpondeant animum, ſi interim præmi eos contingat,nec expoſtulent, quaſi derelicti ſint à Deo: qui vltra non curare velit de eis.Non vtiq; propterea præmi ſinuntur,ſed vt aurum per ignem probentur.

¶ *Et mirabuntur inhabitantes terram (quorum nomina non ſunt ſcripta in libro vitæ à conſtitutione mundi) videntes beſtiam quæ erat,& non eſt.* Per terram inhabitantes diximus ſæpè homines terrenos intelligi: qui toto pectore incumbunt terræ, qualis erat dines ille euangelicus, qui triſtis diſceſſit à Chriſto dicente: ſi vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes,& da pauperibus, & veni ſequere me.Vnde Chriſtus addit:quàm difficile ſit diuitem intrare in regnum cœlorum. Habitantes terram etiam

Inhabitãtes terram dicũtur homines terreni, carnales.& omnes deniq; reprobi

Math.c.19

dicuntur illi, qui mundi & carnalibus tenentur voluptatibus. Denique vt in summa dicam: omnes reprobi dicuntur inhabitantes terram: & hi sunt quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ à constitutione mundi, id-est, quos Deus suo incomprehensibili consilio non prædestinauit ad vitam à constitutione mundi, tunc videlicet quando mundum constituit: & hominum genus creauit: quando benedixit primis parentibus. Solum enim electorum nomina scripta sunt in libro vitæ à constitutione mundi. Ijs enim dicetur sedente Domino pro tribunali, venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Vnde obserua: tres esse libros (vt Euthimius in Psalmo. 68. & 139. ait) quorum vnus est vniuersalis, continens omnes homines tàm iustos quàm impios, quem Dauid Psalmo. 60. librum viuentium appellauit, de quo ait Psalmo. 139. In libro tuo omnes scribentur. Alterum continet solum iustos: quos Deus approbat. Iuxta illud Psalmi primi, nouit Dominus viam iustorum. Tertius continet peccatores. De quo ait Danie. septimo: iudicium sedit, & libri aperti sunt. Diuus Ioānes in hoc loco de secundo libro intelligit non enim terrenorum hominum, & reproborum nomina scripta sunt in libro vitæ, non solum à constitutione mundi, sed nec ab æternitate. Vnde nota hanc scripturæ phrasim: non sunt scripta in libro vitæ à constitutione mundi: id-est, nunquam. Qua phrasi nos vtimur cum Hispanè dicimus: esto no ha acontecido desde que el mundo es mundo, id-est, nunquam contigit. Ait ergo Ioānes. *& mirabuntur inhabitantes terram, et cætera.* id-est, reprobi & terrenisediti homines, non scripti in libro vitæ maximè mirabuntur, & dolebunt interitum Antichristi, in quo habebāt fiduciam. mirabuntur ergo & dolebunt. Dolor iste, & admiratio contra Deum erit, cui indignabuntur, quod spe sua sic repente sic misere frustrati sunt. *Videns*, inquit, *bestiam quæ erat & non est.* Græca sic habent. Βλεποντες τὸ θηριον ὅτι ἦν καὶ οὐκ ἔστι καὶ παρέσται. id-est, videntes bestiam, quę erat, & non est, & adest ac propè est. Siue de diabolo intelligamus, iudicio instante, soluendo: siue de ipso Antichristo.

Math. 25.

Psa. 68. Euthimus docet tres esse libros iudeo Psa. 60 Psa. 139.

Psa. 1.

Dan. 7

Nota Phrasim scripturæ.

¶ *Et hic est sensus qui habet sapientiam.* Hic, non pro nomen sed aduerbium est. Nam Græca habent, ὧδε, id-est, in hoc loco. Quasi dicat: in his quæ vidisti, & quæ dico, sensus latet multa sapientia plenus. Quē nisi qui multa sapientia sit præditus non assequetur: nam sensus diuinus redundat per sacræ scripturæ loca. Alia translatio habet: & hic est mens quæ habet sapientiam, id-est, hoc loco est intelligentia quæ habet sapientiam absconditam. Ac si apertius diceret: loci huius intellectus sapientia non vacat. Hinc discamus quanta diligentia sit legenda scriptura sacra, vt sensum dei habeamus & sapientiam eius assequamur: qua sola nobis vera beatitudo cōtinget. Quærat mundus quæ sua sunt, euertat montes, venas scrutetur terræ, vt vnicum frustulum radiantis metalli inueniat, vestium prætiosa ornamenta conquirat, nos autem rerum diuinarum intelligentiam, quæ nos beatos ac fœlices facit, scrutemur.

Maxima diligentia est legāda scriptura sacra vt sensum eius verū habeamus

¶ *Septem capita septem montes sunt, super quos mulier sedet: & Reges septem sunt: quinque cecciderunt, vnus est,*

a. intelligẽ tu de vrbe Roma.

¶ *Et venit vnus de septem Angelis.* Si vnum pro primo accipiamus, vt hactenus fecimus more Hebræorum, rectè Angelus; qui primò effudit phialam & afflixit eos qui adorauerant Antichristum, & characterem eius acceperant, nũc Ioãnem alloquitur: ostensurus damnationem Babylonis, ideſt Romæ, in qua multos futuros esse huiusmodi probabile est, & quod futura sit mater fornichationũ terræ.

¶ *Damnationem meretricis magnæ.* Merito de vrbe Roma matre fornichationum, & plena idolatria: quasi de meretricibus loquitur Angelus iuxta morem prophetarum. Sicut enim in fornichatione omnia vitia, sed maxime idolatria intelligitur vt diximus capite. 14. Ita ciuitates idola colẽtes appellantur meretrices. Michææ. 1. Et omnes mercedes eius comburẽtur igne. Et omnia idola eius ponam in perditionem. Quia de mercedibus meretricum congregata sunt. Et vsquè ad mercedem meretricis reuerterentur, ideſt, à meretrice transibunt ad meretricem. A Samaria ad Niniuem. Nahum. 3. de Niniue dicitur: propter multitudinem fornichationum meretricis speciosæ. Lege capite tertio Hieremiæ, & decimo sexto Ezechiel.

Supra c. 14

Michææ. 1

Nahũ 3. Hier. 3. Ezech. 16.

¶ *Cum qua fornicati sunt reges terræ.* Ideſt, cuius idola Reges aliarum ciuitatum coluerunt: & colent postea, vt diximus. c. 14.

* *Et inebriati sunt qui habitant terram de vino prostitutionis eius.* Non loquimur de vino vt hactenus: non enim dicit de vino indignationis, aut iræ: sed de vino prostitutionis eius. Et quoniam meretricis metaphoram seruat, quæ omnibus ad fornicandum prostituta est, eius illecebras, & blandicias, quibus ad fornicandum hæc vrbs alliciebat: vocat vinum prostitutionis. Quia illis quasi vino suaui ui homines inebriabat, & dementabat. Significat ergo Romam plurimos ad suam idolatriam allexisse: & allecturam esse spe lucri, & honorũ, & voluptatum.

¶ *Et abstulit me in spiritu in desertum.* Ideſt, visione imaginaria, vt superius diximus. In desertũ verò abstulit, vt melius ostendere posset vrbem Romam ab alijs separatam, vt mulierem sedentem super aquas multas. Hæc enim visio melius in deserto loco ostenditur. Significat etiam eam vrbem in magnam solitudinem esse cõuertendam post supplicium, vt videbimus. c. 18.

Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam. Apud nos ambiguũ est omnino. Nequè constat satis, an bestia coccinea sit, & plena nominibus blasphemię: an mulier ipsa. Sed in Græco manifestum est bestiam dici coccineam, & plenã nominibus blasphemiæ, & habentem capita septem, & cornua decem. Quoniam hæc nomina apud græcos neutrius generis sunt. Et ideo non possunt referri ad mulierem, sed ad bestiam, quæ græcè neutro genere dicitur. ¶ In quo primò obseruãdum est: mulierem, & bestiam, sine vllo articulo poni. Vt intelligamus mulierẽ, & bestiã, nũc inducq; hactenꝰ inductę nõ fuerint. Ideo enim nõ poni articulũ diximꝰ. c. 13. Cũ tamẽ postea articulos addat in hoc ipso. c. quasi de rebꝰ iã notis loquẽs. Itaq; de Babylone quidem loquutus fuerat antè, sed sub vrbis nomine, non sub nomine mulieris. Et de Diabolo multa dixerat. c. 11. sub nomine draco-

nis: de hac tamen bestia qualis nunc describitur, nihil hactenꝰ dictum est, quæ videlicet mulierem sustineat, & vehat: quod draconi conuenire nõ videtur, sed alteri bestiæ aptiori ad vehendum. Nõ est ergo hæc bestia quæ cap. 13. & sequentibus commemorata est, ideſt, Antichristus. Bestia ergo hæc diabolus regnans. Quia ab initio ferè mundi regnare cæpit in hominibus.

¶ *Coccinea.* Dicitur nõ propter crudelitatem vt putauit Aretas: aut certè non tàm propter crudelitatem, quæ colore rufo significari soler, & ideo draco rufus appellatus est Græcè, πυρρὸς Pyrros, quàm propter diuicias & fastum regium atqꝫ delicias. Vestis enim coccinea diuitum & regum vestis est: & valde pretiosa. Inde Nahum. cap. 2. dicitur: vidi exercitus eius in coccineis. Et 1. Regum. 1. dicit Dauid: flete sùper Saul, qui vestiebat vos coccino in delicijs. Math. 27. Et exuẽtes eum, clamydem coccineam circũdederunt ei. Volebant, scilicet, eum ornatu regio induere. Plinius etiam author est lib. 22. c. imperatorum paludamẽta coccineo colore fuisse tincta. *Super bestiam mulier sedet.* Quia tyrannicum regnum Romanorum diabolus portabat, & sustentabat: vt per illud persequeretur, & occideret Christianos, & maneret ibi cultus idolorum.

¶ *Plenum nominibus blasphemiæ.* Regnum diaboli plenum est vndiqꝫ nominibus blasphemiæ: quia membra eius regnantia, ideſt, Romani imperatores, & qui eos in monarchia præcesserunt semper Deum verum blasphemabant: & iustos persequebantur, & se deos appellari atquè adorari volebant.

¶ *Habentem capita septem & cornua decem.* De quibus paulo post suo loco dicemus.

¶ *Et mulier erat circundata purpura & coccino.* Ciuitas quæ omnibus gentibus dominabatur, & vniuersi orbis opibus abundabat, rectè purpura & coccino circundata dicitur. Nam purpura, quæ sanguine tingitur purpuræ piscis ex chonchiliorum genere, & nigrantis rosæ colore sublucet. vt tradit Plinius libro. 9. cap. 36. Vestis etiam regum est, & nobilium, & diuitũ Dan. cap. 5. Purpura vestietur, & torquem auream habebit in collo, & tertius in regno meo erit. Legite Plinium in eodem loco. Erat ergo mulier preciosissimis vestibus amicta, partim coccineis, partim purpureis, & auro, & lapidibus preciosis, & margaritis tecta: quoniam Romani omnium gentium victores, omnes diuitias in vrbem asferebant.

¶ *Habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione.* Romani innumera idola habebant: & vbiqꝫ gentibus apud quas versabantur, & ad vrbem venientibus sua idola tradebant, suosqꝫ mores corruptissimos. Et quoniam omnes Romanorum gratia, & auxilio indigebant libenter id suscipiebant. Idcirco mulier depingitur cum calice aureo pleno abominationum. Ita enim legendum est, vt est in græco apud Primasium, & Aretam. *Et immunditia,* inquit, *fornicationis eius.* id est, idolatriæ eius, atqꝫ hoc poculum propinabat omnibus gẽtibus. Et ideo dictũ est paulò antè: & inebriati sunt qui in habitabant, de vino prostitutionis eius. Abominationes autem vocat grauiora, turpioraqꝫ peccata: calix aureus diuitias eius indicat: qua ratione etiam dictum est Hiere. 51. Calix aureus

Plinius Dan. 5. b.

Nahũ. 2. a. 2. Reg. 1. d. Math. 27. Plinius

Hier. 51.

reus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram. Sed magis indicat opes & diuitias quibus gẽtes ad idola & ad turpitudines suas vrbs ista alliciebat.

¶ *Et in fronte eius nomen scriptum.* Frons sedes est verecundiæ. Quia ergo nequaquam sese occultabat, aut rãtorum scelerum conscientia latebat, sed palàm vbiq; nominari & cognosci volebat: nomen habet in fronte.

¶ *Mysterium. Babylon magna.* Cum dicit, mysterium, arcanum significat latere in nomine. Idest, non propriè accipi Babylon, sed figuratè. Quemadmodum de Hierusalem dicit. ca. 11. Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Aegyptius. Cæterũ cum articulo dicitur, *magna, &, mater,* quod eximia sit inter vrbes magnas, & inter matres fornicationum & abominationum terræ: quod iam supe rius exposuimus.

¶ *Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum.* Hoc in nullam ciuitatẽ æquè conuenit ac in Romam. In qua innumerabiles martyres occisi sunt. Quamuis nõ puto Ioãnem loqui de martyribus tantum, qui vsq; ad suam ætatem occisi fuerunt: sed etiam de postea occidendis. Nec puto mulierem ebriam dici tantum, propter sanguinem in ea effusum: sed etiam propter sanguinem qui eius iussu & potestate in alijs ciuitatibus effusus est. Nã hunc etiam ipsa fudit. Ebria dicitur vt plurimum sanguinis fussum indicet. Ebrietas enim copiam magnam solet Psa. 35. significare. Vt Psalmo 35. inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Deute. 32. Deu 32 Inebriabo sagittas meas sanguine. Ge- Gen. 43. g nes. 43. biberunt & inebriati sunt cum eo, idest, abundè biberũt. Erat autem ebria sanguine sanctorum, & sanguine martyrum, & multos quoq; Christianorum extra martyrium occidit: non odio Christi, sed auaritia & crudelitate: & appetitu dominandi. Multos quoquè Iudæorum ante aduentũ Christi in prælijs interfecerũt Romani duces.

Et miratus sum. Non intelligebat magnam & obscuram, & multiplicẽ visionem.

Et dixit mihi angelus, scilicet, qui mihi hoc ostendebat. *ego dicam tibi sacramentum mulieris,* quod græcè mysterium dicitur, noster interpres semper hoc sacramentum vocat vtroque nomine arcanum quidpiam absconditũ in re alia, & latens significat. Et quanuis in alijs, interdum tamen in rebus sacris hæc omnia vsurpantur: vtriusq; ethimologia indicat. Nam sacramentum à sacrando dicitur. Mysteriũ autem à verbo μυειν, quod est claudere, abscondere, occultare. Vnde mysterium, ideſt, arcanum sub quo arcani aliquid latet. Quodq; perficitur nisi occulta aliqua sacrorum ratione. Erant enim, μυστηρια, sacra arcana, quæ latini secluſa vocant. Hæc autem duorum generum erant, apud eleusinem terræ Atticæ, magna, quæ cereri sacra erant, & parua, quæ proserpinæ. In quib9 quæ agebantur, sacerdotes summo silentio occultabant. Mysterium ergo est arcanum quod in doctrina sacrorum traditur: siue arcanum sacrorum, aut ad sacra pertinens. Sapien. 6. Sap. 6. d quid est autem sapientia, & quemadmodum facta sit, referam: & non abscondam à vobis sacramenta Dei. Et Dan 2. c Danie. cap. 2. mihi quoq; non in sapiẽtia quę est in me, pluſquam in cunctis viuentibus sacramentum hoc reuelatum est. Ad Ephes. 5. Sacramentũ hoc Eph. 5

Sacramẽta siue mysterium quid in sacra scriptura significet.

magnum est: ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Et cum sæpè occurrat hoc vocabulum & nostra translatio modo mysterium, modò sacramẽtum dicat, in græco semper est mysterium. Vnde etiam septem Ecclesiæ sacramenta dicta sunt per excellẽtiam: quoniam in illis subtegumento rerũ sensibilium gratia latet.

¶ *Bestia quam vidisti fuit & non est.* Quoniam bestia non diabolus intelligitur sed diabolus regnans, rectè de illo ait: *fuit & non est*, Fuit, idest, regnabat olim in mundo ante aduentum Christi: nunc autem, *non est*, quia non regnat eiectus à Christo: & fugatus ac victus. Ita Beda, & Aretas, & Ambro. Ioan. 12. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras Et Luc. 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt omnia quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens, vicerit eum: vniuersa arma eius auferet.

Et ascensura est de abyssο, In Antichristo videlicet membrorum suorũ potentissimo, hoc est, licet nunc eiectus hic regnare desierit, iterum redibit eius regnum, cum Antichristus ascenderit ex abysso, idest, ex mari, quod late explicauimus initio. c. 13.

Et in interitum ibit, Idest, interibit, cum occidetur Antichristus, hoc est, regnare desinet.

Et mirabuntur inhabitantes terram. Cum bestia venerit in Antichristo & tot per illum signa fecerit, mirabuntur terreni homines. Hæc quę sequuntur superius explanauimus. c. 13.

Et hic est sensus: qui habet sapientiã. Hoc videtur dicere. Hæc est intelligẽtia siue expositio visionis bestiæ. Longè tamen aliter se res habet. Nam, hic, aduerbium est, vt constat ex Græco. Vt cum Math. ca. 12. legimus. Et ecce pluſquàm Ionas hîc: & ecce pluſquã Salomon hîc. Ita ergo habent græca. hîc mens quæ habet sapientiam, scilicet, adsit, aut animaduertat, idest, qui sapiens est, & intelligere potest, quæ dicentur, intendat animum & percipiat interpretationem. Sed pro eo quod dicimus, mens in Græco est, νοῦς, quod sensum quoq; atq; intelligentiam significat. Quod nostro interpreti placet: ac si dicat, hîc, idest, in his quæ modo dicam, est sensus, idest, explanatio huius visionis, habens sapientiam, idest, vera & sapiens: verè & sapienter hæc ita intelligentur. Math. 12.

¶ *Septem capita septem montes sunt.* Hoc satis iam exposuimus. c. 14.

Et reges septem sunt. Videmus hic vnam & eandẽ rem duo significare. Quod ad sensus præsertim mysticos diligenter obseruandum est.

Quinquè ceciderunt, vnus est, & alius nondum venit. Sine coniunctione legendum est: *alius nondum venit*: vt est in græco, & apud Victorinum, & Primasium. Hoc loco Victorinus insigniter lassus est. Putauit enim Neronem resuscitandum esse: & Antichristum fore. Quod etiam multi ex veteribus Ecclesiæ scriptoribus crediderunt: vt refert Hieroymus in illud Danielis. 11. Et cor eius aduersus testamẽtum sanctum. Quinque autem reges qui ciderunt eos dicit esse Victorinus, qui post Neronem, Romanum imperium tenuerunt, vsq; ad tempus quo Ioãnes scripsit Apocalypsin. 1. vsquè ad Domicianum, qui tunc regnabat. Alium qui nondum venit vult esse Neruam, qui successit Domiciano, & breue tempus mansit: quoniã biennium non impleuit. Sed quid dicet de tot imperatoribus, qui fuerunt & Victo. f. 279. D. Hiero. Dani. 11

fu-

rãnos principes diſpendendo, & imperium Chriſtiano iugo ſubijciendo. Victurus haud dubiè, & hos reges decem, & vndecimum Antichriſtum. Quem iuxta propheticum vaticiniũ interfecturus eſt ſpiritu oris ſui. Et hoc, ideo quia dominorum dominus regumq; eſt rex. Et quamquam ſolus victoriam peracturus eſt, partem tamen victorie electis ſuis, & fidelibus adſcribere dignatur: vt quia cum ſuis regibus pugnam in Chriſtum inituA rus eſt Antichriſtus, ita cum ſuis electis pugnaturus dicitur Chriſtus, & de uicturus. Vel dicamus quod venient in hoc agno, & ij qui cum illo ſunt vocati, & electi fideles: ſed victoriam (vt par eſt) agno tribuent cuius virtute ſunt victuri, ſine cuius virtute nemo quid quam efficiet. Proinde Paulus cum plus omnibus ſe laboraſſe diceret: gloriationis finẽ retorſit in gratiam eius, dicens: non ego ſed gratia C Dei mecum. 1. Corin. 16. & iterum: gratia Dei ſum id quod ſum. Porrò prædeſtinati vocantur in hoc loco tribus nominibus, ſcilicet, vocati, & electi, & fideles. Vnde vocati & electi nomina ſunt ſubſtantiua, & non adiectiua, ſicut adnotauimus apud Math. inter explicandum illa verba: multi ſunt vocati, pauci verò electi. Quos enim Deus prædeſtinauit, hos & vocauit, & inde appellãtur vocati: & quos prædeſtinauit, illos & elegit ante mundi D conſtitutionem, vt eſſent ſancti, & immaculati incõſpectu eius in charitate. Vt Paulus ait ad Epheſ. 1. & inde dicũtur electi ſiue inclyti. Et ij vocati & electi, meritò appellantur verè fideles. Iuſtificati enim ex fide viua, pacem habent ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Et ij omnes, quos tot ac tantis nominibus nõ poteſt explicare ſanctus Apoſtolus pro dignitate, hoc loco dicũtur pugnare, & vincere virtute agni, qui dicit: cõfidite quia ego vici mũdum, victores ergo ſumꝰ in Chriſto, in quo ſolo vincemus mũdum, carnem, peccatum, infernum, & diabolum, & omnes aduerſarias poteſtates. Ioã. 16. Non dominus armaturam aliquam corporalem præbet, ſuis, ſed innocentiam qua vincũt diabolum, & vincent Antichriſtũ eius. Hi enim ſunt milites Chriſti de quibus pſalmiſta ait: innocentes & recti adhæſerũt mihi, & hæc eſt pugna illa de qua intelligemus illud quod Dominus ait Hieremiæ (vt ipſe enarrat) capi. 1. dicens: ecce ego cõſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna. Vt euellas & deſtruas, & diſipes, & ędifices, & plãtes. Gladio enim verbi dei pugnãt electi, & euellunt ſcelera, & iniquitates, & deſtruũt fidei inimicos, diſperdunt & diſipãt draconem, & beſtiam eius, & ędificant ſuper lapidem Chriſtum, & plãtãt virtutes. Hoc gladio agnus pugnabit cum inimicis ſuis, atq; in nouiſſimis diebus pugnabit cũ regibus terræ, & vincet eos ad ſuam fidem trahendo. Vnde ipſe ait apud Eſaiam. ca. 49. audite inſulæ & attendi te populi de longè. Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meę, recordatus eſt nominis mei, & poſuit os meum quaſi gladium acutum, & poſuit me quaſi ſagittam electam. Ac ſi apertius diceret: ò vos mortales omnes etiam inſulani, ò vos gentes remotiſſimæ. quæ in abſtruſſis inſulis longè què diſtantibus habitatis, audite euangelium meum. Dominus enim ab vtero vocauit me, & de ventre matris meæ recordatus eſt nominis mei. Eſt enim Chriſtus appellatus Ieſus ab angelo priusquàm in vtero cõciperetur

2. Cori. 16.

Predeſtinati vocãtur vocati & electi & fideles.

Math. 20.

Epheſ. 1

Ioã. 16

Pſa. 24. d

Hier. 1.

Eſai. 49.

Lu-

Lucæ 2. Lucæ.2. Quàm verò veritati consonet, quod os Christi gladius acutus cognominetur, nemo est qui nō videat, cum apud Paulum legamus: sermonem Dei esse gladium ancipitem, qui pertingit ad diuisionem animæ, & spiritus. Hebræ.4. Hic est gladius, de quo apud Math. Christus ait: nō veni pacem mittere in terram, sed gladium. Os enim Christi est tāquàm gladius acutus, qui hominum corda penetrās, ea omnino à seculi affectibus abscindit. Huius gladij vim Diuus Paulus sentiens aiebat: viuo ego, iam nō ego, sed viuit in me Christus. Et Petrus rursum: ad quem ibimus domine? verba enim vitæ æternæ habes? Hic gladius citra cruorem secat: at nullus ita cruentus. Hic gladius neminem interficit: at nullus sibi moritur, & Deo viuit nisi hoc gladio primū secetur: hic gladius inuisibilis est, & ideo inuisibilem Deo parat victimam, olim enim mactabant Deo oues, & bobes in sacrificium: verum tamen gladius hic nō pecudes sed ipsum hominem deo mactat, sacrificium quidem deo in odorem suauitatis. Hic est gladius quē vidit D. Ioā superius cap. 6. in ore sedentis in throno. Hoc gladio iubetur Petrus animalia linteo compræhensa occidere, vt diuus Lucas narrat, Actorum ca. 10. his verbis: Petre occide & manduca. Hoc gladio succintos legimus viros illos ad bella doctissimos: & Salomonis lectulum ambientes. Namque sancti Apostoli, & Ecclesiæ doctores non alijs se obmuniunt armis ad sathanicos deludendos ictus, aut ad tenebrarum reppellendas potestates, nisi hoc gladio quod est Dei verbum, Paulo ad hoc monente & hortante Ephesios, galeam salutis assumite, ait, & gladium spiritus quod est

Hebr. 4 Sermo Christi tā quā gladius

Math. 10

Ioā. 6.

Diuini gladij proprietates.

Ioā. 6. Apo.

Actor. 10

Cant. 3.

Eph. 6. c

A verbum Dei. Hic est gladius qui pinguissimi Agag traiectus in viscera, illū vitali orbauit spiritu, ex Samuelis prophetæ opera. Est namq; Agag iste obesissimus mundus hic, qui operibus, delicijs, fraudibus, & nequitijs pinguescit admodum: at Christo authore gladio isto penitus confoditur, vt illi aiebant: ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Acutus porrò est gladius hic: acuta enim subtilem habent actionem: & exiguam morā conficiunt: verbum autem Dei nō moratur in persuadendo homine. Vocat namq; Petrum, & Andream Christus, & continuò vocanti parent. Vocat Mathæum, & subitò cedit, vocat Paulum, & repentè morigerus fit. In vmbra quoq; diuinæ manus protectus est Christus vt homo. Vt Psalmista olim prædixerat: protexisti me à conuentu malignantium: à multitudine operantium iniquitatem. Et cætera alia quæ in hoc Psalmo 63. De protectione hac enarrantur. Quæ omnia illo carmine absoluuntur: sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum: & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum. Quidquid enim hostes Christi cum principe suo sathana aduersus Christum hactenus machinati sunt, & machinabūtur, inefficax fuit, quemadmodum inefficaces sunt sagittæ, quę à paruulis iaciuntur, & exilem habent ictum. Etenim agnus iste gladio isto, hoc est, spiritu oris sui vicit, & in nouissimis diebus vincet omnes hostes suos.

1. Reg. 15 Figura

Math. 19 d

Math. 24.

Math. 9.

Actor. 9

Psa. 63

¶ *Et dixit mihi: aquæ, quas vidisti vbi meretrix sedet, populi sunt, & gentes & linguæ.* Græci addunt post τὸ populi, καὶ ὄχλοι, id est, & turbæ, meretrix hæc, quæ & Babylon & mater fornichationum vocatur ciuitas & regnū

est

cum illo vincent. Ideſt, electi quos ipſe vocauit, qui fideles illi fuerunt. Quod de his maximè dici videtur, qui tunc erunt in terra.

Aquæ, quas vidiſti vbi meretrix ſedet. Aquæ ſignificant populos varios qui tunc Romanis parebant. Vt ait Ambroſius.

Hi odient fornicariam & deſolatã facient illam & nudam, &c. Hîc iam autores nonnulli, qui aliter quàm modò nos, interpretati fuerant veritate ipſa coguntur huic expoſitioni fauere. Nã Ambroſius planè dicit Romam fornicariam, & Ansbertus, & Haymo, & Anſelmus. Ideo cornua eſſe dicunt reges qui vniuerſo orbi dominabuntur, cum venerit Antichriſtus. Ex hoc autem quod modo ait Apoſtolus planè intelligitur Romam eſſe vaſtandam, & euertendam antequam Antichriſtus regnare incipiat. Vel certè ipſo initio regni eius. Tempore videlicet quo decem reges vniuerſo orbi imperabunt. Et antequam tres vincãtur ab Antichriſto. Quare hoc quoq; pro certo habẽdum videtur ante hoc tempus initij regni Antichriſti Romã defecturam à Chriſti vicario, ita vt ſit per aliquod tempus ſub poteſtate vnius ex decem regibus: & ſit quaſi officina quędam & idolatriæ & omniũ peccatorum ac turpitudinum. Fugato, ſcilicet, ſummo Põtifice cum multis ex bonis qui tunc in ea erunt. At cur reges tanto odio Romam proſequturi ſint, Apoſtolus non docuit.

Ambro. Ansber Haymo Anſelmus.

A Sed veroſimile eſt, eam multis diuicijs abundantem & potentem, & numero ciuium auctam, rebellaturam eſſe aduerſus regem cui parebat, vt libera maneat. Et fortaſſe tanta tunc erit potentia & fortitudo, totquè ſua ditione habebit, aut in tantum ſuperbiã efferet, Deo propter eius peccata permittente, vt iterum de recuperando orbis terræ imperio cogitet: bellumquè omnibus decem regibus inferre

B molliatur, aut certè eis reſiſtere: atquè ita omnes ſimul aduerſus eam pugnent. Et inſolitudinem redigant, & nudent eam omnibus ædificijs ſuis, & ſuis opibus, quibus ornabatur: & quaſi veſtiebatur.

Et carnes eius manducabunt. Hyperbolycè oſtendit per hoc, odium inſatiabile, & rabiem regum. Iob. 19. Quare perſequimini me ſicut Deus: & carnibus meis ſaturamini. Pſalmo. 26. dũ appropriant ſuper me nocentes: vt

C edant carnes meas. Ex quo intelligitur illud Iob. 31. Si non dixerunt viri tabernaculi mei quis det de carnibus eius vt ſaturemur. Cætera patent, nam hæc mulier quam vidit Ioãnes eſt ciuitas illa magna, ideſt, Roma quæ habet regnum ſuum ſuper reges terræ. Tempore enim Ioannis habebat hæc ciuitas mundi imperium, & omnes reges terræ illi parebant.

Iob. 19. d

Pſa. 26. a

Iob. 31. d

¶ *Finis Cap. XVII.*

Intelligentia Capitis decimiſepti mi apocalypſis.

T venit ad me vnus de ſeptem Angelis, quibus data ſiue permiſſa erat poteſtas plagis vniuerſam terram afficiendi: Et locutus eſt mecum dicens: veni per attentam conſiderationem: & oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ ciuitatis, inquam diaboli quæ fornicata eſt cum illo ſpiritualiter per idolatriam, & corporaliter per laſciuiam. Quæ ſedet ſuper aquas populorum multas. Cum qua fornicati ſunt & qui principem locum inter terrenos obtinent. Et qui immobiliter in amore terrenorum detinentur, inebriati ſunt de vino proſtitutionis eius, ingurgitati, inquam, inſtar ebriorum de fornichationibus ac libidinibus ipſius, tam ſpiritualibus quàm corporalibus, Et videbatur poſt hæc mihi quod abſtuliſſet me angelus in locum deſertum. Et tunc vidi imaginaria viſione mulierem ſedentem ſuper beſtiam, hoc eſt, impiorum collectionem nitentem diabolo atq; eius Antichriſto: martyrum ſanguine rubicundo & omni blaſphemiarum genere aduerſus Deum & Chriſtum ſcatentem. Habentem capita ſeptem, & cornua decem ſtatim explicanda. Et viſa eſt mihi hæc ciuitas diaboli ornata vt mulier ornari ſolet: omni libidinum ac luxus genere. Et inter alia habebat poculum in manu ſua plenum abominatione & immundicia fornicationis ſuæ. Inebriat enim hæc mundi ciuitas poculo ſuæ falſæ doctrinæ & poculo ſui peruerſi exempli, & poculo ſuæ hypocriſis ſui imitatores: Vt in abominanda flagitia pertrahat. Et in fronte huius mulieris ſcriptum erat (attendite obſecro myſterium) Babylõ magna, mater fornichationum & abominationum terræ. Et meritò ita vocatur: cum reuera hæc diaboli ciuitas plena ſit confuſione: fonſq; & origo ſit omnium impietatum: multosq; ad illa flagitia gignat & pariat filios. Et vidi hanc peßimam mundi & diaboli ciuitatem ingurgitatam & quaſi in ſanctorum veteris teſtamenti & noui natantem ſanguine. Et maximè miratus ſum. Et dixit mihi angelus qui viſionem hanc oſtẽdebat, quare tanta admiratione detineris? quaſi ignorans quid hæc viſio præferat? Ego oſtendam tibi ſignificationem occultatam in hoc ſigno. Beſtia, idest, diabolus quem vidiſti, Fuit olim per immenſam autoritatem, & regnauit ante chriſtum. Et iam non eſt tantæ autoritatis poſt Chriſti aduentum. Et aſcenſurus eſt de abyſſo & profundo vitiorum in altum ſuperbiæ. Et tandem cum apoſtatis angelis ſuis in perpetuum interitũ ibit. Item beſtia, idest, Antichriſtus fuit & non eſt, quia breui eſt regnaturus:

fuit

fuit etiam in ſuis ſatellitibus & membris quamuis ipſe modo non exiſtat. Hæc autem beſtia aſcenſura & oritura eſt de profunda Iudæorum abyſſo. Et reuera omnes terreni homines mirabuntur videntes hanc vel illam beſtiam, omnes inquam illi qui ſcripti non ſunt in libro vitæ. Tu verò attende nam loci huius mens ſapientia non vacat. Septem ergo capita, ſeptem montes, ideſt, ſeptem reges ſunt, qui ob animi elationē non immeritò montes appellantur: repreſentantes ſeptem mundi tempora in quibus vniuerſitas regum impiorum Eccleſiam Dei perſecuta eſt. Quinquè iſtorum regum iam ceciderunt: ceciderunt principes & tyranni qui regnauerunt ab Adam vſquè ad Noe, & a Noe vſq3 ad Abraham, & ab Abraham vſq3 ad Moyſen, & a Moyſe vſquè ad exilium Babylonicum & ab exilio iſto vſquè ad Chriſtum. Et vnus eſt ſextus enim rex iam ſupereſt, quo ſignificantur ij, qui a Chriſto vſquè ad Antichriſtum, & alius nondum venit. Septimus enim qui Antichriſtum ſignificat nondum venit. Et cum venerit oportet illum breui tempore manere. Tres enim tantùm annos cum dimidio regnabit. Et beſtia iſta & ſi de hoc numero ſeptenario ſit: octaua dicenda potius eſt, quum malitia cæteros tyrannos ſuperet. Ex hac beſtia oritura ſunt decem cornua, hoc eſt, decem reges immaniſſimi qui paruo illo tempore poſt beſtiam Antichriſtum regnabunt. Hi omnes idem propoſitum, eandem voluntatem perdendi Chriſti fideles habebunt. Et totos ſe, & ſua, Antichriſto tradent. Hi contra agnum Chriſtum pugnabunt. Et agnus vincet illos, quoniam dominus dominator eſt, & rex regum, & quamquā ſolus victoriam peracturus eſt, partem tamen victoriæ electis ſuis aſcribere dignabitur, vt quia cū ſuis regibus pugnaturus eſt Antichriſtus, ita cū ſuis electis pugnaturus dicatur Chriſtus, & deuicturus. Et dixit mihi angelus, aquæ quas vidiſti vbi meretrix ſedet, populi ſunt, & gētes, & linguæ, quibus illa conſtat impiorum congregatio, & conquieſcit. Et cornua illa ſiue reges illi impij ſe beſtiæ adiungent, & odient illam diaboli ciuitatem, videntes ſe vna cum ea perituros in æternum, tantoq3 odio eam proſequentur vt carnes eius dilacerare videantur. Præterea, hi reges impij odio habebunt eam, cum eius perditionis ſint cauſa, & ſic eam deſtitutam fide & bonis operibus in hac vita, & nudam etiam gratia facient in hac vita, & in futura gaudio illo ſempiterno. Et ita de corporali & ſpirituali eius damnatione gaudebunt ac ſi carnes eius magna cum delectatione manducaſſent. Deniq3 eam igni ſempiterno con-

cremabunt quando ſuo exemplo in æterna incendia præcipitabunt. Deus autem dedit atq; induxit in animos iſtorum regum eos ſuæ voluntati relinquendo, tum, vt facerent quod illi beſtiæ placitum eſt, & vnam eandemq; voluntatem habeant, ſiue cum beſtia, hoc eſt, diabolo ſiue cum beſtia, hoc eſt, Antichriſto, ſecum, ſcilicet, omnes perdendi: tum etiam vt facerent, quod iuſto Dei iudicio & conſilio decretum a Deo eſt, vt dū omnem auctoritatem ſuam ad arbitrium beſtiæ, donec omnia quæ de futuro Eccleſiæ ſtatu ſuis Deus reuelauit, impleta ſint. Et mulier quam vidiſti vt tecum apertius agam, ciuitas eſt diaboli, & magna quidem eſt ciuitas cum impiorum quos habet infinitus ſit numerus. Et hæc regnum habet & dominium ſuper omnes impios reges terræ, eos ad impietatem perducendo.

CAPVT DECIMVMOCTAuum.argumentum.

Babylonis illius magnæ meretricis ruina, de què ea, consortium suorum querimonia, et sanctorum contra exultatio hoc capite describitur.

Post hæc vidi alium angelum descẽdentem de cœlo, habentem potestatem magnam, et terra illuminata est à gloria eius. Et exclamauit in fortitudine dicens, Cecidit cecidit Babylon magna: et facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ & odibilis. quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes g e: et reges terræ cum illa fornicati sunt: & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti sunt. Et audiui aliam vocem de cœlo, dicentem, Exite de illa populo meus: vt ne participes sitis delictorũ eius, & de plagis eius non accipiatis. Quoniam peruenerunt peccata eius vsquè ad cœlum, & recordatus est dominus iniquitatum eius. Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundum opera eius. In poculo quo miscuit vobis, miscete illi duplum. Quantum glorificauit se, et in deliciis fuit: tantũ date illi tormentum & luctum: quia in corde suo dicit, Sedeo regina, & vidua non sum, & luctum non videbo. Ideò in vna die venient plagæ eius, mors, et luctus et fames, & igne comburetur: quia fortis est Deus qui iudicabit illam. Et flebunt, & plangent se super illam reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in deliciis vixe-

runt, cum viderint fumum incendii eius. longe stantes propter timorem tormentorum eius, dicentes, Væ væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum. Et negotiatores terræ flebunt et lugebunt super illam: quoniam merces eorum nemo emet amplius, merces auri & argẽti & lapidis pretiosi, & margaritæ, et byssi, et purpuræ, & serici, & cocci, & omne lignum thyinũ, & omnia vasa eboris, & omnia vasa de lapide pretioso, et æramẽto, & ferro, et marmore, et cinamomum & amomum, & odramentorum, et vnguenti, & thuris, & vini & olei, et similæ, et tritici, et iumentorum, et ouium, & equorum, & rhedarũ, & mãcipiorum, et animarũ hominum. Et poma desyderii animæ tuæ discesserunt à te: & omnia pinguia & præclara perierunt à te, et amplius illa iam non inuenient. Mercatores horũ, qui diuites facti sunt, ab ea longè stabũt, propter timorem tormentorum eius, flentes, ac lugentes, & dicentes, Væ væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat bysso, & purpura, et cocco, et deaurata erat auro, & lapide pretioso, et margaritis, quoniam vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ: & omnis gubernator, & omnes qui in lacum nauigant, et nautæ, et qui in mari operantur, longe steterunt & clamauerunt videntes locum incendii eius, dicentes, quæ similis ciuitati huic magnæ? Et miserunt puluerem super capita sua: & clamauerunt flentes et lugentes, dicẽtes, Væ væ ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes qui habebãt naues in mari de pretijs eius: quoniã vna hora desolata ẽst. Exulta super eã cœlũ & sancti apostoli & prophetæ: quoniã iudicauit Deus iudiciũ vestrũ de illa. et sustulit vnus angelus fortis lapidẽ quasi molarẽ magnũ, et misit in mare, dicẽs, Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna: et vltra iam non inuenietur. Et vox citha-

tharœdorum et muſicorum, et tibia canentiũ, & tuba, non audietur in te amplius, & omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius, & vox molæ non audietur in te amplius, & lux lucernæ non lucebit in te amplius, & vox ſponſi et ſponſæ non audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficiis tuis erraverunt omnes gentes. Et in ea ſanguis prophetarum & ſanctorum inuentus eſt: & omnium qui interfecti ſunt in terra.

A Romã intelligi aiunt: quã omnino deſolatur⁹ eſt angel⁹ de cœlo deſcẽdes.

¶ Primus ergo ſenſus ſit vt per hũc angelũ Chriſtus intelligatur, qui ſuperius. c. 7. dicitur angelus habens ſignũ Dei viui. Quem etiam. c. 10. nubẽ tectum expreſſit. Hic ergo meritò angelus vocatur cũ nũncius fuerit paternę voluntatis, & angelus noui fœderis, & qui vitã fœlicitatemq; ſempiternã ſuis annunciauerit. Angelus iſte de cœlo deſcendiſſe dicitur, non quia de loco ad locũ tranſmigrauerit, cũ infinitus ſit, cœlũq; & totum orbem terrarum ipſe impleat: ſed qui homo factus mũdo apparuit: vnde Paul⁹ qui cũ in forma Dei eſſet humiliauit ſemetipſum formã ſerui accipiens. Qua ratione etiam iſte angelus dicit apud Ioã. c. 16. Exiui à patre, & veni in mundũ: iterũ relinquo mundũ, & vadò ad patrem. Ac ſi diceret: antequã venirẽ in mundum, aſſumpto. ſ. mortali hoc corpore iam eram apud patrem: ſed veſtra cauſa veni in mundũ, vt vos in cœlũ eueherem. Quo etiam ſenſu de Chriſto myſticè loquens regius vates ait: à ſũmo cœlo egreſſio eius. Et hic Angelus teſtamenti habere dicitur poteſtatem magnam. Tum, quod omnipotens ſit quatenus Deus eſt: tũ etiã, quia data eſt illi omnis poteſtas in cœlo & in terra, vt ipſemet teſtatus eſt apud Math. c. vlt. Suæ quidem poteſtati, quatenus homo eſt, ac ſuæ ditioni ſubiecit pater omnia quæ cœlo terra q3 cõtinẽtur. Nullus eſt enim natio gẽtiũ quę ſui iuris nõ ſit. Et peculiariter, quod magis ad locum præſentem facit. Poteſtatem dedit ei pater cœleſtis iudicium facere, quia filius hominis eſt. Et rurſum: pater non iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit filio. Ac ſi diceret: ſumma,

1. ſenſus Chriſtus dicitur Angelus & quare.

quo modo dicatur Chriſtus deſcendere.

Ioã. 16.

Pſa. 18. b

Chriſtus dicitur habere poteſtatem magnam & quare. Math. vlti.

Ioã. 5. c

Ioã. 5. d

Caput. XVIII.

ET poſt hæc vidi alium angelum deſcendentem de cœlo, habentẽ poteſtatem magnã, & terra illuminata eſt à gloria eius. In hoc capite proſequitur deuaſtationẽ Babylonis, quam deſcribere incœperat. c. 16. Et 17. quã & nos proſequemur. Primò ſecundum cõmunẽ patrũ intelligentiã dicentiũ per Babylonem omniũ impiorũ collectionẽ eſſe intelligẽdã: quã deuaſtaturus eſt dñs magna virtute ſua. Deinde ſequemur aliorũ opinionẽ, qui per Babylonem,

præcipuaq; Dei autoritas eſt, iudicare mundum: rex enim eſt, ac Dominus vniuerſorum. Et tamen hanc quoq; totam poteſtatem impartiuit filio, cui tradidit omne ius iudicandi, quicquid in cœlo eſt, quicquid in terra, quicquid ſubter terram. Quem admodum pater omnia condidit per filium, omnia moderatur per filium, omnia reſtituit per filium: ita nihil iudicat, niſi per filium. Vt vterq; alterũ illuſtret ac decoret. Angelus ergo iſte teſtamenti, poteſtatem habet maximam & quatenus Deus eſt, & quatenus homo eſt. Vnde Haymo ait: quia iſte Angelus ad deſtruendam venit potentiam diaboli, rectè fortis perhibetur: vt potè contra fortem, fortior: & contra robuſtum robuſtior. Hic ergo angelus deſcendit de cœlo, & deſcendet in die iudicij cum poteſtate magna ad iudicandum meretricem magnam. Cum autem primùm deſcendit in mundum factus homo, ac factus rex Iudęorum, ſiue rex regum & dominus dominantium, reuera terra illuminata eſt à gloria eius. Nam incarnato domino per veritatem doctrinæ eius, fidei ac miraculorum claritate homines terreni fuerunt illuminati. Quod & Zacharias prædixit dicens: viſitauit nos oriens exalto: illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. Quod quã verum ſit, vel ipſa experientia docet. Ab omnipotente enim conditi ſum⁹, à miſericordiſſimo reſtituti. Perieramus, niſi ille pro ſua genuina bonitate miſertus eſſet noſtri, niſi ille veluti ſol quidam cœlitus nobis exortus, diſpuliſſet tenebras ignorantiæ noſtræ, profligaſſet peccatorum caliginem, ac frigida corda ſuæ charitatis accendiſſet

Haymo

Christo venięte in mundum terra illuminata eſt à gloria eius.

Luc. 1.

A igni. Iacebamus in tenebris, non poteramus ad illum oculos attollere. Ille ſe demiſſit ad nos, ſuiſq; radijs in animos noſtros immiſſis, ſerenus ac ſalutifer illuxit nobis, qui prius in tenebris peccatorum, ac deſperatione ſalutis, velut in vmbra mortis ſedebam⁹, mundanis cupiditatibus obtenebrati, cum ebamus ab impietate ad impietatem, palpitantes in denſiſſima caligine, pro cœleſtibus amplectentes terrena, pro veris vmbras, pro ſpiritualibus carnalia, pro ſalutiferis peſtifera. Meritò quidem ſe pluries angelus iſte nominat lucem mundi. Ego (inquit) ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. Ioan. 8. & rurſum: ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat, Ioan. 12. Denique, lux venit in mundum, & dilexerunt homines tenebras magis quàm lucem. Ioan. 3. vn de Haymo ait: quia iſte angelus ad euacuandam humanam ſapientiam acceſſit, benè terra gloria illius illuminata pronunciatur: ac ſi diceretur: cõtra falſæ doctrinæ tenebras, veræ ſcientię lux apparuit. Angelus ergo iſte in primo ſuo aduentu & per ſe, & per ſuos Apoſtolos & prædicatores euangelicos (quos ideo angeli nomine ſignificari diximus ſuperius) & magna poteſtatem exercuit, & gloria doctrinę & miraculorum totam terram illuſtrauit. In ſecundo verò aduentu cum angelus iſte ad iudicãdam Babylonem deſcenderit, adducet poteſtatem ſupremam & veniet cum mageſtate magna, gloria & ſplendore corruſcans.

Io. 8.

Io. 12.

Io. 3.

¶ Secundus ſenſus huius loci eſt, vt hic angelus, qui apparuit Ioãni prępotens ac ſplendidus, cuius ſplendore illuſtratus eſt orbis, & caſum Babylonis

2. ſenſus. Per Angelum certus prędicatorum ſignificatur

nis

nis magnæ prædixit,cuius damnationis causas prior ille angelus in precedentibus prænunciarat: significet autũ ordinem concionatorum,& ministrorum verbi Dei,qui maiori vi dicendi, maioriq; spiritu ac luce sub hoc tempus mundi ruinam & casum annunciabunt.

3 sensus verior vt intelligatur de angelo vero qui venturus est in nouissimis diebus ad Romæ desolationẽ

¶ Tertius sensus planior & simplicior est, vt tunc temporis venturus sit alius angelus ante mundi consummationem,qui ferat sententiam desolationis Romanæ.Hic autem & fortissimus erit,& de cœlo descendet cũctis mortalibus videntibus, vt intelligant tanta mala non casu fieri, sed diuina prouidentia & voluntate.Vidi, inquit, angelum descendentem de cœlo habetem potestatem magnam: hoc est, fortissimum. De eo enim ait postea: & sustulit vnus Angelus fortis lapidẽ quasi molarem magnum, & misit in mare.Et terra,inquit Ioãnes,illuminata est à gloria eius,idest,tantus erat eius splendor vt terram illuminaret: ex quo aparet eum magnum & fortẽ esse,& etiam notum esse omnibus gẽtibus,esse futurum illius vrbis supplicium.Gloriam vocare solet sacra scriptura spansam claritatem,& splendorem.2.ad Co.3.ait Paulus,quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus,fuit in gloria,ita vt non possent intendere filij Israel in faciẽ Moysi,propter gloriam vultus eius quę euacuatur:quo modo non magis ministratio spiritus erit in gloria? ac si diceret:si lex suis transgressoribus mortẽ afferens,insculpta & descripta in lapidibus,adeò splendida fuit, vt præ splẽdore in faciem Moysi intueri nõ possent filij Israel de mõte descendentis, legemquè adferentis , obumbrante eum domini splendore,quę tamẽ lex euanescit ac perit (neq; enim perpetuò resplenduit facies Moysi)quanto magis lex euangelica glorioſa & splẽdida erit,quæ spiritum largitur? Exo. etiam.40.dicitur:operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria domini impleuit illud.Nume.14. Apparuit gloria domini super tectum fœderis cunctis filijs Israel.

Gloria principi dore 2.co.3. Gag.

Exponitur locus Pauli

Exo.40.

Nu.14.

¶ *Et exclamauit in fortitudine dicẽs.* Tàm græci codices quàm latini variant, sed ita vt ad sensum referat nihil.Quidam græci & latini habent:& exclamauit forti voce. Ita legit Aretas.Sed idem est in fortitudine, & in forti voce.Alij ex græcis habent:& exclamauit in fortitudine voce magna. Primasius legit, & exclamauit voce magna & forti.Complutensis codex græcus habet, & exclamauit in forti voce: Latinus autem in fortitudine, quæ probatior lectio videtur. Quod si per hunc angelum secundum priorem sententiam Christum intelligamus certò scimus sæpè exclamasse tãta vi & spiritu, vt fluerent ad eum innumeræ gentes,& irent populi multi vt Esaias olim vaticinatus fuerat.c. 2. Stabãt,inquit Ioãnes, Iesus & clamabat,siquis sitit veniat ad me & bibat. Et rursum animam iam iam exalaturus cum clamore valido dixit : pater in manus tuas commendo spiritum meum. Cuius forti voce commotus Centurio credidit & publice eius diuinam naturam confessus est. Videns Centurio,inquit Euangelista, quod sic exclamasset ait, verè filius Dei erat iste.Cuius etiam clamore commota sunt omnia tàm cœlestia,quàm terrena.Nam velum templi scissum est in duas partes,petræ scissæ sunt, terra mota est,& sol obscuratus est.Deniq; vt Paulus testatur ad Hęb.c.5. In diebus

Aretbas

Angelus Christus sepę exclamare dicitur.

2 intelligẽtia

Esai.2 Io.7.c

Lu.23

Mar.15 Matth.27 Lu 23.

Hę.5

bus carnis suæ, ideſt, vitæ mortalis
Cap. suæ, preces ſupplicationeſq; ad Deũ,
qui poſſit illum ſaluum facere à mor
te cum clamore valido, & lachrymis
offerens, exauditus eſt pro ſua reuerẽ
tia. Tota autem vita pro nobis, noſtra
q; ſalute, ac pro ſua reſurrectione, aut
magis pro noſtra Chriſtus preces ad
patrem fundebat, clamore valido, for
tiq; voce, ingentiq; deſiderio, & exau
ditus eſt pro ſui veneratione. Quare
victa morte, victo Diabolo, victo mũ
do potuit meritò dicere, cecidit ceci-
dit Babylon illa magna. Vt ſtatim di-
citur. Et hoc eſt quod Angelus iſte di
Ioã.12 cebat apud Ioãnem: nunc iudicium
eſt mundi, nunc princeps huius mun
di eijcietur foras: ac ſi diceret: nunc in
ſtat extrema colluctatio ſathanæ, qui
princeps, vel tyrannus potius eſt hu
ius mundi, qui per peccatum hacte-
nus detinuit omnes in morte, qui dili
gunt hunc mundum. Nunc mundi
cauſa protrahitur in iudicium: at re-
darguta falſitate, clareſcet veritas, &
ille mundi princeps, mortis autor, dũ
ſe victorem credet, per mortem de-
pelletur à ſua tyrãnide. Condemnabi
tur enim peccatum per fidem euan-
gelicam. Eo ſublato, fractæ ſunt vires
tyrãni, qui non alio telo potens eſt.
Ioã.16. Hoc idem ſignificare volens. cap. 16.
ait Dominus: princeps mundi huius
iam iudicatus eſt. Per mortem quidẽ
meam palàm fiet, principem huius
mundi, qui hactenus per peccatum
exercuit tyrãnidem, iam ſuis ipſius ar
mis victum, eiectum, condemnatum
què eſſe: vt qui mortem meam procu
rauerit, per quem peccata mundi tol-
luntur, per quem confertur innocen-
tia per quem donatur libertas filiorũ
Dei, per quem datur immortalitas.
Hæc contritio mundi, hic caſus cõgre
gationis impiorum, hæc ruina diabo-
li ſignificatur hodie ab Angelo teſta-
menti Chriſto his verbis: cecidit ceci
dit Babylon illa magna. Cecidit reg-
num peccati per totum terrarum or-
bem extenſum. Quo in ſenſu myſti-
Eſai.21. cè intelliguntur verba illa Eſaiæ. c. 21.
Cecidit cecidit Babylon, & omnia
ſculptilia eorum comminuta ſunt: ſci
licet, ſpiritu oris noſtri angeli, & Apo
ſtolorum eius, vt non colerent pecca
tores amplius idola: quemadmodum
olim Cyrus qui typus fuit Chriſti, va
ſtauit Babylonem, & omnia eius ido
la contriuit.

2. ſenſus. ¶Sed quum his capitibus Ioannes
nõ tàm loqui videatur de primo chri
ſti aduentu, quam de ruina huius mũ
di poſt mortem Antichriſti, rectè lo-
cus iſte explicatur de tempore illo,
quando magno cum gaudio, & ani-
mi alacritate cœtus concionatorum
euangelij: tollentes ad ſydera voces
dicent: cecidit cecidit Babylon illa
magna, totum, ſcilicet, regnum Anti-
chriſtianorum, & omnis fortitudo re
proborum: quando Eccleſia catholi-
ca rurſum in fide corroborabitur, &
omnes laudem dicent Deo.

3. ſenſus ¶ Quod ſi per Babylonem Ro-
mam intelligamus: ſenſus eſt: quod
Angelus tunc verus de cœlo deſcen-
det, & clamabit in fortitudine ruinam
huius vrbis. Vox autem fortis indicat
magnitudinem ſupplicij, ac dominũ
vehementer iraſci eidem ciuitati. Ce-
cidit cecidit, dicet Angelus, Babylon
illa magna, ideſt, iam iam vrbs Roma
na cadet, & pœnas condignas dabit.
Verbi repetitio ad epitaſin facit, &
ruinæ augmentum explicandum il-
lius confuſæ Babylonis, quæ in priori
bus expoſitionibus dicta eſt impiorũ
collectio, & in hac poſtrema, Roma

fig-

significari dicitur.

¶ *Cecidit cecidit Babylon illa magna: & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi & custodia omnis volucris immundæ & odibilis.* Ideſt, iam iam cadet Babylon illa magna, & fiet habitatio dæmoniorum. Obſerua, ſicut in his verbis: cecidit cecidit Babylon illa magna, alluſit Euangeliſta ad locum Eſaiæ. ca. 21. & ad locum Hieremiæ. cap. 51. Vbi ſimilia verba ponuntur: ſic etiam in verbis ſequentibus alludit ad illum locũ Eſa. cap. 13. Non habitabitur vſq; in finem, & non fundabitur vſq; ad generationem & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec paſtores requieſcent ibi, ſed requieſcent ibi beſtiæ: & replebũtur domus eorum draconibus: & habitabũt ibi ſtruthiones, & piloſi ſaltabunt ibi: & reſpondebũt ibi vlulæ in ædibus ſuis, & ſirenes in delubris voluptatis. Per quæ omnia vaſtitatis & ſolitudinis ſigna monſtrãtur: quod tanta ſit depopulatio vrbis quondam potentiſſimę Babylonis, vt præ multitudine dæmonum ac beſtiarum nullus in eam audeat paſtorum, ideſt, deſerti appetitor intrare. Dicit ergo propheta quod fieri ſolet. Nam in vaſtis ſolitudinibus ſi quæ fortè relicta ſunt tecta, & veſtigia domorum, in eis beſtiæ omnis generis ſtabulantur, & aues rapaces & immundæ. Docet etiam experientia expectra ibi dæmonum videri ſæpè inuſitatis atquè horribilibus figuris. Ait ergo propheta. Nec ponet ibi tentoria Arabs. Tanta erit Babylonis euerſæ ſolitudo, vt nec Arabes qui in deſertis locis vitã degere ſolent, ibi cõmorentur in voce Arabs eſt analloge numeri, Arabs pro Arabes deinde eſt ſynedoche per Arabes, ſiue paſtores Arabię quos vis paſtores intelligit. Et piloſi, inquit, ſaltabunt ibi. In Hebræo eſt vſeirim ſaltabunt ibi. Septuaginta habent: & dæmonia ſaltabunt ibi. Eodem modo vertit Pagninus. Et rectè quidem. Nam dictio hæc habetur. cap. 17. Leuitici, vbi latinus interpres vertit: nequaquam immolabunt hoſtias ſuas dæmonibus. Quidam exiſtimant eſſe ſatyros. R. Dauid exiſtimat eſſe genus quoddam animalis in deſerto cõmorantis. D. Hieron. putat eſſe dæmonia, quæ ſententia verior eſt. Exiſtimant autem aliqui eos dæmones ſignificari, qui cultoribus ſuis piloſi & hirſuti inſtar hircorum apparent. Nã ſear pilum ſignificat: Sair verò hircũ. Vt Leui. 4. hircum de capris immaculatum. ¶ Tandem per ſatyros intelligunt alij, faunos & ſaryros. De quibus vi. Plin. lib. 4. cap. 1. Vbi ſcribit ſatyros animalia eſſe quadrupedia humana effigie rectè currentia, quæ vano errore deluſa gentilitas pro dijs ſylueſtribus coluit.

¶ Et vbi nos legimus in eodem loco Eſaiæ: Sed requieſcent ibi beſtiæ. Ait idem Hieronymus quod ſoli ſeptuaginta interpretes verterunt, θηρία, theria, ideſt, beſtias. Alij ipſo nomine quod apud Hebræos ſcriptum eſt, volentes genera dęmonum intelligi, vel phantaſmata. Pro vlulis eſt in hebręo ium, quam dictionem aiunt nonnulli catum ſylueſtrem ſignificare, quamuis etiam vlulam ſignificet. Eſt autem vlula auis à fletu denominata, quod ſemper vlulet, & fleat: quæ noctu tantùm videt. Et cum ſemper vlulet, nõ vult tamen ab vlulatus cauſa diſcedere. Hæ ſunt aues Babylonis cultrices. Pro vlulis ait Hieronymus, omnes ipſum verbum hębraicum, iim, ſoli ſeptuaginta onocentauros tranſtulerunt

Et

Eſai. 21
Hier. 51

Eſai. 13

Exponitur locus.

Piloſi qui dicantur.

Pagninus. Leui. 17

R. Dauid.

D. Hiero.

Plinius

Hiero.

Vlulæ quæ ſint.

D. Hiero

Et sirenes, inquit, in delubris voluptatis. Pro, sirenes, in hebraico est vethanim. Sunt qui interpretentur dracones: Doctiores autem sirenes, siue sirenas interpretantur, quæ sunt monstra quædam marina imaginem quãdam mulierum, vt aiunt, gerentia. Hæ sirenes, vt Homerus fictis fabulis memoriæ mandauit, cantus dulcedine nauigantes sopiebant, donec in medijs fluctibus obrupti perirent. At vlysses aures suorum clausit, ne earum cantum audirent, seq; ad nauis malum alligari fecit, & ita omnes euaserunt. Diuus Hiero. ait: Syrenæ autem thanim vocantur, quas nos aut monstra quædã, vel certè dracones magnos interpretati sumus, qui cristati sunt & volantes. Idem etiam eleganter describit apud eundem propheram. cap. 34. dicẽtem: & possidebunt illam onocrotalus, & hericius, & ibis & coruus habitabunt in ea & postea: & orientur in domibus eius spinæ, & vrticæ, & paliurus in eius munitionibus, & erit cubile draconum, & paschua struthionum. Et occurrent Dæmonia onocẽtauris, & pilosus clamabit alter ad alterum: ibi cubabit lamia, & inueniet sibi requiem. Palurius est herba aspera & spinosa, quæ à nostris appellatur cardo. Struthio est auis magna & vorax quæ ferrum digerit: vocatur à nostris abestruz. Onocentaurum dicunt esse animal monstruosum repręsentans quandam hominis imaginem à parte superiori, asini verò ab inferiori. Pilosus est dæmon in figura hirci. Lamiam dicunt esse animal prætendens faciem mulieris, pedes habens equinos, ferunt nõnulli esse auem inuisam, & in auspicatam: significat etiã mulierem, quæ instar strygum, sanguinem infantium sugit. Per hæc omnia voluit propheta vrbis vastitatem, & solitudinem significare. D. Hiero. imitatus est. 70. interpretes. nam vbi. c. 13. verterat bestię. Requiescent, inquit, bestiæ ibi: cum eisdem. 70. vertit modo dæmonia, dicens: & occurrent dæmonia onocentauris. Et vbi vertit vlulæ dicens: & respondebunt ibi vlulæ, nunc vertit onocentauri. Ex quibus intelligitur in vtroq; loco dæmones significari in bestiarum figuris apparentes. Non est ergo mirum Ioãnem nunc dicere: *& facta est habitatio dæmoniorum.* Aut dæmonia in solitudinibus versari. D. Hierony. in vita Pauli Eremitæ de Antonio per eremũ iter ad Paulum faciente hæc ait. Conspicit hominem equo mixtum, cui opinio poetarum hippocentauro vocabulum indidit. Et paulo post: inter saxosam conuallem haud grandem homunculum videt, aduncis naribus fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat. Antonius gradum præsit, & quis nam esset interrogans, hoc ab eo responsum accepit. Mortalis ego sum, & vnus ex accolis eremi, quos vario deluſa errore gentilitas, faunos, satyrosq;, & incubos vocans colit. Et quamuis Hieronymus de primo animali dubitet verumne animal fuerit, quod genuerit eremus montruosorũ animalium ferax, an diabolus ad terrendum eum simulauerit: De secundo ait. Hoc ne cui quam ob incredulitatem scrupulum moueat, sub Rege Constantino vniuerso mundo teste defenditur. Nam Alexandriam istiusmodi homo viuus perductus, magnum populo spectaculum prębuit: & postea cadauer exanime, ne calore ęstatis dissiparetur, sale infuso, Antiochiam, vt ab imperatore videretur al-

sirenes quę dicantur.

D. Hiero.

Esa. 14 Hiero.

Exponitur locus

Paliurus quid

Struthio.

Onocentaurus

Pilosus.

Lamia

D. Hiero.

la-

latum est. Mihi non est dubium dæ- A mones fuisse qui illas monstruosorũ animalium, quæ aliquando videntur in eremo, figuras simularint. Etenim licet homo huiusmodi inuentus sit, vt ait Hierony. nemo vnquam prodidit humano more verba loqui, quæ eum loquutum esse, ipse tradidit. Nec dubito quin ex barijs huius mundi dæmonum apparitionibus, ethnici inducti fuerint ad colendos faunos, & satyros, & nimphas, quæ Ouidius rustica numina appellat: & quas syrenas à septuaginta & à Hieronymo in his Esaiæ locis vocatas arbitror. Idem in interpretatione verborum Esaiæ sentiũt cum Hieronymo nobilissimi authores. Cyrilus enim in cap. 34. Esaiæ ait: cum dicit dæmonia & onocentauros sibi inuicem occurrere summam veluti solitudinem ciuitatis subinuit. Habitare enim dicuntur libenter in desertis locis etiam mali spiritus. Et Procopius etiam in cap. 13. Esaiæ: gaudent enim, inquit, desertis incultisquè locis etiam ipsi dæmones. Et ide probabile putat in sirenibus significari dæmonum naturam fraudibus aptam, quales de siremibus fabulę tradiderũt. Haymo in idem caput: pilosos esse dicit, faunos & satyros, & sirenas dæmones posse intelligi. Et in illud c. 34. & occurrent dęmonia onocentauris ait: in diuerso phantasmate. S. Thom. in B idem caput. 13. pilosos interpretãs ait: vel dæmones in tali figura assumẽtes corpora: domos desertas tales frequẽtantes sunt: qui & ambulant per noctem, & inquietant homines diuersis modis. Cum his autoribus consentiũt Vgo, & Dionysius in eadem loca, & alij recentiores. ¶ Et quamuis hæc ita sint: nemo tamen omnium quos citaui, causam huius rei tàm mirabilis & insolitæ explicauit. Cur, scilicet, dæmones locis desertis gaudeant, cum aptius eorum fraudibus videatur interhomines versari. Quæ sanè ratio ita Lyranum permouit in cap. 13. Esa. vt nullo modo verum putauerit dæmones in desertis morari. Ego propterea eos hoc fecisse arbitror ante aduentum Christi, vt hominibus persuaderent versari deos in terra, quibus curæ essent montes, & rura, & pecora. Atq; ideo sacrificia his offerrẽ debere. Et in animalium figura apparebãt, quæ rarò videntur, vt & maiorem sibi reuerentiam conciliarent rarò visi. Et cum animalia illa viderentur, etiã si ipsi ibi non essent, in illis tamen adorarentur. In desertis enim habitant homines simpliciores, qui facilius decipi, & alijs visa nunciare possint. Et illi facilius terreri homines possunt, quã in ciuitatibus, & terrore illo eos ad C idolatriam inducere. Atq; his de causis visibili figura libentius versantur in desertis locis, quàm in hominum frequentia, à qua tamen inuisibiles nõ discedunt. Accedit, quod omnes homines persuasum habent Deum non conuersari cum hominibus, sicut magi dicunt apud Danielem cap. 2. Exceptis dijs, quorum non est cum hominibus conuersatio. Quare aptior est illis Eremus. Videmus etiam in historijs ethnicorum, cum dij illorum D visi ab aliquo memorantur, id in solitudinibus, aut denique extra ciuitates contigisse. Post Christi aduentum eędem sunt dæmonibus causæ versandi in desertis infidelium. Inter fideles verò vt simpliciores credentium, vel à fide auocentur, vel noxijs superstitionibus imbuantur, & multis modis decipiantur. Alia autem causa post Christi aduentum accedit: vt monachos

de

Cur dæmones locis desertis gaudeant.

Lir. Esa 13

1. metã.

Cyrilus

Procopius

Haymo

D. tho.

Vgo. Dionisius. Dubitatio notanda

deterreret ab incolenda eremo, quæ ab ipso ferè tempore Apostolorum coli cœpta est. Ita sæpè apparuerunt beato Antonio varijs figuris ferarũ. Adeò vt de eodem tempore scribat Cassianus collatione. 7. cap. 23. Tanta namq; erat eorum feritas, vt vix pauci & admodum stabiles atq; ætate prouecti tolerare habitationem solitudinis possent: siquidem in ipsis cœnobijs in quibus morabantur octo, vel decem, ita eorum attrocitas grassabatur, & frequentes ac terribiles sentiebantur aggressus, vt non auderent omnes pariter noctibus obdormire: sed vicissim alijs degustantibus somnum, alij vigilias celebrantes, Psalmis & orationibus, & vigilijs inhærebant. Ait ergo noster Ioānes cadet iam iam Babylon illa magna & fiet habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi. Idest, habitaculum in quod diuertat quilibet spiritus immũdus.

Cassianus. Coll. 7 Cap. 23

¶ Et custodia omnis volucris immunda & odibilis. Volucres immundas secundum Aretham vocat dæmones, propter incertitudinem impetuosi accessus eorum aduersus homines: quoniam volucrum quoquè inuasio ex incerta solet expectatione superuenire. Immundæ & odibilis quoquè nõ irrationabiliter dictum est: quis enim prudens non abominabitur conuersationem cum dæmonibus? Propter quam etiã abominationes dictæ sunt. Idem etiam per has volucres intelligunt Primasius, Ansbertus, Haymo, Ambrosius & alij nõnulli patres. Quidam verò existimant non dæmones intelligi. Cùm id satis iam dictum erat. Item ex locis citatis Esaiæ, constat aues rapaces & ferociores ad ruinas domorum insolitudine relictas confugere. Et Sophoniæ. c. 2. de vrbe Niniue scriptum est. Et ponet speciosam in solitudinem, & in inuium & quasi desertum: & accubabunt in medio eius greges, omnes bestiæ gentium: & onocrotalus & æricius in liminibus eius morabuntur: vox cantantis in fenestra, coruus in super liminari.

Aretha Dæmones vocantur volucres immundæ & quare.

Primasius. Ansbertus Haymo Ambrosius

Saph. 2

¶ Quæritur tamen quas nam aues immundas vocet? Respondeo. Aues immundas dici, quæ in lege immundæ iudicabantur: & Leuitici. c. 11. numerãtur. Hæc sunt quæ de auibus comedere non debetis, & vitanda sunt vobis. Aquilam, & Gypheta, & Heliaetum, & miluum ac vulturem iuxta genus suum, & omne coruini generis in similitudinem suam, struthionem, & noctuam, & larum, & accipitrem iuxta genus suum, bubonem & mergulum, & ibin, & cygnum, onocrotalum, & porphyrionem, herodionem, & charadrion iuxta genus suum, vpupam quoq; & vespertilionem. De quibus loqui Ioã. nõ est dubiũ: quoniã quida illorum nominantur, & habitare dicũtur in ruinis vrbium. Esa. 13. & c. 34. & Sopho. 2. constatq; ide de reliquis quę non nominantur esse intelligendum, cũ ijsdem in locis & ipsę nidificẽt. Sed cur immundas eas Ioã. vocat, cũ legetantũ, nõ etiam natura sua sint immũdæ, & euangelio nulla auis, nullumq; animal immũdum censeatur? ad hoc mihi ita respondendũ videtur. Huiusmodi aues & animalia, nõ ideo immũda dici solũ quod lege prohibita sint: nã ante legẽ erant munda & immunda animalia, vt constat ex. c. 7. Gene. Ex omnibus, inquit Dñs, animantibus mundis tolles septena & septena, mas culũ & fœminã: de animantibus verò immundis duo & duo. Et. c. 8. dicitur: ędificauit autem Noe altare Dño: & tol-

Quæ vocẽtur aues immundæ Leui. 11

Gryphon. falcon, milano, buitre, abestruz, lechuza, lauanco açor, buho cueruo marino, cigueña, cisne, aue thuial o paludial que se mãtiene de pescados, pelicano, falcon de pecacar, aues marinas mayores y abubillas, mosciegalo

Gen. 7

tollens de cunctis pecudibus & volucribus mundis obtulit holocaustum super altare. Nec dicendum est munda & immunda dici à Mose ea, quæ postea in lege mũda & immũda censenda erant. Moses enim fideliter refert verba Dei, vt sibi dicta sunt. Nec poterat Noe intelligere quid de illis in lege statuendum erat. Melius ergo hebræi censent ante legem fuisse distinctionem mundorum & immundorum. Immundæ igitur aues dicuntur propter ferocitatem & rapacitatem: quia non mansuetæ sunt, nec frumento, aut seminibus aluntur: vt colũbæ & turtures sed ferè & violenter, & & cũ aliarũ damno cibum quęrentes. Puto aute Ioã. vocabulo illo, *odibilis*, explicasse quas volucres immundas diceret: quas s. homines oderunt, quasi rapaces, & de carne vescentes, & violentas. Atq; has esse existimo, quas diras appellauit poeta.

Æneid. 7 *Stat acuta silex præcisis vndiq; saxis*
Dirarum nidis domus opportuna volucrum.

Seruius ¶ In quæ verba Seruius ait: dirarũ nomine eas aues intelligi, quæ humanis cadaueribus vescebantur. Non autem quæ mali ominis erant, vt bubones. Nota etiam multas ex his auibus, quæ lege erant immundæ, etiam in eis quoq; fuisse inuisas: quia in auspicatæ erant. Vt est apud Plinium lib. 10. c. 12. & 13. Quã verò immundę & inuisę aues sint vpupę, & harpyæ explicatione non eget. De harpyis enim ait poeta.

At subita horrifico lapsu de montibus adsunt
Harpyiæ: & magnis quatiunt clangoribus alas,
Diripiuntq; dapes, contactuque omnia fœdant.
Immundo: tum vox tetrum dira inter odorem.

Et infra.

Rursum ex diuerso cœli cæcisq; latebris
Turba sonans prædam pedibus circumuolat vncis
Polluit ore dapes.

¶ Verùm quoniam nullas aues immũdas haberi, aut vocari legimus apud aliàs nationes, nisi apud Iudæos probabilis est secũdũ aliquos Ioã. eas tantũ immũdas appellari, quæ in lege erãt immũdæ: atq; ideo vocabulo ipso legis atq; Iudæorũ vsum fuisse: qđ tamen interpretatus est, cũ easdem dixit odibiles, siue inuisas, vt est in græco. Non quod iam lege aliqua essent immundę, sed ita ac si diceret: facta est custodia auium illarum, quę olim immundæ in lege vocabantur, & omnibus inuisæ sunt. Quas autem aues lex damnasset non poterat latere Christianos conuersos ex gentibus: quoniam in Ecclesijs legebantur etiam lex & Prophetæ, vt modò fit. Deinde inter conuersos ex gentibus multi morabantur tàm Iudæi, quàm ex Iudæis conuersi. Eoquè tempore nondum lex omnino obseruari desierat: quare nota hæc omnibus esse oportebat.

¶ His ita iam explanatis ad explicationem huius loci deueniamus.

¶ *Facta est*, inquit, *habitatio dæmoniorum: & custodia omnis spiritus immundi: & custodia omnis volucris immundæ & odibilis.* Si per Babylonem impiorum collectionem intelligamus, & per Angelum, Christum in primo aduentu de cœlo descendentem, sensus huius loci hic erit: quòd post casum diaboli, & ruinam huius mundi cuius ipse princeps erat: facta est ciuitas ista habitatio dæmoniorum, id est, 1. sensus

eius nouissima fient deteriora prioribus. Quia spiritus immundus assumet septem spiritus nequiores se, id est, dæmoniorum universitatem, qui habitabunt, siue regnabunt in illa ciuitate magna Babylone. vt sicut Deus habitat in electis, & verè de ijs, Paulus ait: templum Dei sanctum est, quod estis vos: & quemadmodum cum duo, vel tres sunt congregati in nomine Christi, tunc in medio est Christus: sic rectè quoquè Babylõ illa spiritualis, dæmoniorum habitatio, & custodia omnis spiritus immundi, & voluc̃ris immundæ dicitur: sic etiam in instituto, vbi in Antichristi nomine congregati sunt, in medio eorum est dæmonum caterua. Quos volucres cœli etiã vocat Christus Luc. 8. in parabola seminis. Cum enim dixisset de semine secus viam inter seminãdum lapso, subdit. & volucres cœli comederunt illud. Deinde in explicatione parabolæ ait: qui autem secus viam, ij sunt, qui audiunt (Dei verbum scilicet) deinde venit diabolus, & tollit verbũ de cordibus eorum. Benè autem dicuntur volucres ab agilate aerij spiritus. & immundæ, ob vitiorum obscœnitatem. Et ódibiles, siue vt græci legunt, μεμισημένοι. i. exosę & inuisę, propter rationem superius ab Aretha allatam.

¶Iam verò si hæc verba ad nouissima tempora referamus, & per Babylonem, eandem huius mundi cõfusionem intelligamus, ita erit etiam: nam cœtus ministrorum Dei significatus per angelum hunc, conuertet electos in numeros ad fidem, & tunc cadet subitò regnum diaboli, & Antichristi: in cuius ruinis habitabunt dæmonia, & spiritus immundi, & volucres immũdæ, modo iam explicaro: imo etiam tunc verum erit quod Esaias dicebat: non ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi. Sed requiescẽt ibi bestiæ: & replebuntur domus eorum draconibus: & habitabut ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi: & respõdebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & sirenes in delubris voluptatis: nullus, in qua, bonus pastor habitabit in mundi confusione: qui enim ibi morabuntur nõ pastores, sed beluę dicẽdi sunt. Hę sunt beluæ illę, quas Dñs ad montem Sina accedere prohibebat. Exo. 19. Est enim sacra scriptura mons, quò si quis accedat vitam belluinam degens, lapidibus interficitur. Bonus pastor tunc habitabit hyerosolymæ, in visione pacis, & in Sione, hoc est, in sublimi diuinæ cõtemplationis speculatione. Domus verò Babylonis bestijs & draconibus replebuntur, siue vt. 70. vertut clamoribus replebuntur: & meritò sic vertut. Nã nulla ibi erit quies nulla tranquillitas, & omnia turbulentissima erunt. Habitabunt ibi struthiones, animalia corpore magno & graui, atq; voracissima, omnia quęcũq; deuorant, concoquentia. Habitabunt, inquã, homines ventri dediti & crapulæ, quorũ, vt ait Apostolus, Deus vẽter est. Habitabũt etiã vlulę semper vlulantes & flentes, hoc est, mundi amatores, qui cũ eius labores cõquerantur, ab illis tamen se iungi nesciunt. Hi non solùm lucem non vident, sed eam detestantur, atquè in ipso virtutis splendore tenebris circunfunduntur: at in media huius mũdi caligine, in negocijs labyrintho in extricabilib⁹ linceos oculos habentes, perspicuè vident. Habitabunt denique ibi sirenæ, hoc est, blandissimæ voluptates, quæ mentem ab officio detorquent, homines sua falsa dulcedine decipientes. Iusti quidem tunc ne earum fallaci deliniti voluptate nau-

Matth. 18 — Exo. 19 — Phil. 3 — Esai. 13

naufragium faciant, claudent aures exemplo Vlyſſis, nauiſquè arborem, hoc eſt, Chriſti crucem amplectentur, dabuntquè vela, donec ad beatitudinis portum accedant. Hæ ſirenæ in delubris voluptatis tunc habitabunt, hoc eſt, in aulis principum.

3. ſenſus ¶ Quod ſi per Babylonem, intelligamus Romam: facilis quidem erit expoſitio. Deſolabitur enim tũc temporis Babylon illa magna, ſicut olim deſolata eſt omnino Babylon in terra Chaldæorum: & in eius ruinis iam non habitabunt ciues, ſed dæmonia, & ſpiritus immundi, & volucres immundæ & inuiſæ, ſicut olim ad literã contigit primæ Babyloni, quæ deſolata fuit, & nunquam reædificata: nam ea ciuitas quæ poſtea ædificata eſt, nõ in eodem ſolo: neque ijſdem limitib9 eſt ſita. Et pro Babylone conditę ſunt inſignes ciuitates Cteſiphon, & Seleucia, vt refert Strabo, li. 15. geographiæ.

¶ *Quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes.* Eadem verba ſunt. c. 14. vbi ait Ioanes: cecidit cecidit Babylon illa magna, quæ à vino fornicationis ſuæ potauit omnes gentes, quæ iam ſuo loco latè explicuimus. Hæc tàm huius mundi, quàm Romæ deſſolationis eſt cauſa potiſſima, quod omnibus fermè impoſuerit nationibus. Eius enim perditæ & deploratę vrbis tum inſtituto doctrinę, tum falſę religionis exemplo, potauit dæmon omnes gentes, eò quod à vero dei cultu deſciuerũt: & ſic fornicati dicuntur per idolatriam reges terræ, ſiue terreni cum ea eidem conſentientes. Et non modò de ſpirituali ſed etiam de corporali fornicatione intelligendum exiſtimant doctores. Ira ergo diuinæ vltionis potati ſunt omnes gentes, & reges terræ inebriati ſunt: quæ illis cõtigit, quia Babylonis, hoc eſt, mundi, vel quia Babylonis, hoc eſt, vrbis Romæ tàm in fornicatione ſpirituali quàm corporali ſotios ſe fecerunt.

¶ *Et reges terræ,* inquit *cum ea fornicati ſunt.* Et hęc poſita & expoſita ſunt c. 17. ex his quæ dicta erant. c. 14.

¶ *Et mercatores eius de virtute deliciarum eius diuites facti ſunt.* Virtutẽ Græci vocant dynamin, ideſt, potentiam. Eſt primus ſenſus. Huius mundi amatores, neglectis veris diuitijs, per immenſam auaritiam, ſeculi tantum opibus perituris inhiauerunt, & inde animarum ſuarum diſpendio diuites facti ſunt. Quod & ad prima tempora, & peculiariter ad illa nouiſſima poſt caſum Antichriſti, referendum eſſe exiſtimo. Si verò de Babylone, hoc eſt, vrbe Roma ſit ſermo: ſenſus erit: quia deliciæ illius erãt potentiſſimæ & maximæ, nec sumptui parcebat cuiuis: dum modo voluptatibus quas cupiebat frueretur: mercatores ex omnibus terræ mariſquè partibus, quicquid gulæ gratum eſſe poterat, quicquid in veſtibus & in reliquo ornatu placeret, Romam importabãt: vt omnia genera auium, animalium, piſcium, & lapidum precioſorum, & ſimilium, vt in hoc ipſo capite videbimus, atquè ita diuites fiebant.

Primus ſenſus

Gag.

2. ſenſus

¶ *Exite de illa populę meus: vt ne participes ſitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis.* Quod de Babylone exire fideles admonentur, non tàm corporaliter quàm ſpiritualiter intelligendum eſt: vt ne illius mores imitentur delictorumquè ipſius ſint participes, ſimulquè ſupplicíorum. Quamquàm etiam quatenus fieri poteſt, vitandum eſt eo-

Munus cõcionatoris per ius de re fideles vt à mũdo fugiant.

rum contubernium. Discant hinc cõ cionatores Euangelici vocare fideles ad amouenda castra sua à Babylone huius mundi, & ab errore deducere, & ad virtutem excitare. Dicens cum Angelo isto: exite de illa populo meus: vt ne participes sitis delictorum eius. Amouete, inquam, & separate vos à rebus huius Babylonis caducis & vanis, & relinquite eius scelera, & stationem vestram per sanctam mentis cogitationem, & pium animi desiderium in ciuitate illa cœlesti figite. Et cum Esaia: derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius. Ac si diceret: contemnite mundum, & regnum Diaboli, & conuertimini ad me, & ego miserebor vestri. O cæcitatem & ignorantiam nostram planctu & fletu maximo dignam: qui ciuitatem illam supernam contemnimus, & mundi Babylonem sectamur. Flagitia & mala huius mundi summo amore prosequimur, & summum illud supremumque bonum derelinquimus. Exi de Babylone ò populo Dei, ne particeps fias delictorum eius. Genesis capite vigesimo octauo, sacra narrat historia. Sanctum Isaac mandasse inter alia filio suo Iacob, vt longè à Chananæis separaretur, ne se immisceret illis, qui olim omnes delendi erant. Noli, inquit, accipere coniugem de filiabus Chanaam &c. Quod exemplum vtinam, & nos imitemur. Scimus & nos sententiam latam super principem mundi, & regnum eius, quare longè nos ab eius regno separare deberemus, & quotquot possemus eripere: iuxta consilium Angeli huius dicentis: exite de ea populo meus. In

Esai. 55

Ge. 28. Figura

libro Iosue legimus, fugisse populum Domini vt victoriam sibi comparaRent, & hac fuga de Rege Hay ciuitatis victoriam adeptum fuisse. Eugiebant ab hostibus, relicta ciuitate, & ad eremum confugiebant Israelitę illi, & erat Iosue cum fugientibus. Hay significat chaos, siue confusionem. Si ergo volumus superare mundum, si vincere Babylonem, fugiamus ab illa, derelinquamus illam, & vincemus. Et erit nobiscum Iosue, hoc est, Iesus, cuius ille Iosue typum & figuram gerebat. Quid igitur immoramur? Cur detinemur in hac Babylone? Audiamus Deum dicentem: Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis. Et apud Lucam: siquis, inquit, vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Et Diuus Petrus, per hoc, inquit, efficiemini diuinæ consortes naturæ, fugientes eius, quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem. Et Angelus hoc loco: facta est, inquit, Babylon habitatio Dæmoniorum. Exite de illa populo meus. Quod intelligentes fideles, & electi post primum Christi aduentum: & multò melius post interitum Antichristi, & desolationem nouissimam regni Diaboli: exient de illa superata Babylone. Contemnendo pestiferas voluptates, relinquendo turbulenta negotia: & Christianæ Philosophiæ vacabunt, quæ animis medetur. Exite, inquit, de illa, vos qui habetis animum excelsum, & altum qui contemnitis infima, vana, & inania, & aspiratis ad excelsa, & cœlestia. Fælices qui audiunt hoc verbũ Dei & custodiũt illud. Qui relinquunt mundum, fugiunt ab animę inimicis, fugiunt à falsis appetitibus,

Iosue. 2. Figura

Esai. 48. Lu. 9. c. Math. 10 d

2. Pet. 1

re-

reuocant mẽtem à ſenſibus, cogitatio nẽ depraua ta conſuetudine auertunt, nam hi non contaminabũtur à Babylone, nec cum ea perpetuas pœnas dabunt. Fęlices qui parent domino dicẽti etiam per Eſa. c. 52. Recedite recedite, exite inde. Pollutum nolite tangere, exite de medio eius. Et qui obediũt ei præcipienti per Hieremiam: recedite de medio Babylonis, fugite à Chaldæis. Multi detrahunt de mundo, illũ conuicijs & maledictis proſequũtur, ſed eum minimè feriunt, quod animum ab illo non ſeparent. Quemadmodum enim qui vult funda lapides rotare, & proijcere, quibus aliquem feriat, opus eſt, vt ſe ab eo abducat, quem vulnerare appetit, alioqui cum eo coniunctus nihil efficiet, ſic qui vult dictis aut ſcriptis mundum ferire, recedat ab eo, nam eum amplectẽs funda ſuorum ſermonum vulnerare non poterit. Si Dauid eſſet cum Goliath coniunctus, eum funda ſua occidere nequaquam poſſet. Ideo viri perfecti mundi confuſionem vulnerarũt quia ab ea longè receſſerunt. Hinc eſt quod Paulus ſecundo Corinthios capite ſexto, nos admonet dicens: nolite iugum ducere cum infidelibus, hoc eſt, ne qua vobis cum infidelibus neceſſitudo ſit & familiaritas, nedum cõnubia: quæ enim participatio iuſtitię cum iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras? quæ autem conuentio Chriſti ad belial? aut quæ pars fideli cum infideli? quis autem conſenſus templo Dei cum idolis? Vos enim eſtis templum Dei viui ſicut dicit Deus, quoniam in habitabo in illis, & in ambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio illorum, & ſeparamini dicit dominus: & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos. Eade cauſa præcipitur. Geneſ. c. 19. Loth, vt exiret de Sodoma, ſurge, ne tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis: ſalua animam tuam, noli reſpicere poſt tergum, & in mõte ſaluum te fac. Surge, inquit, quaſi dicat: ceſſas? neſcis tempus breue. Sic Paulus nobis dicit: ſurge qui dormis. Egredere inquit: feſtinandum à conſortio malorum, ſi non corpore, ſaltẽ animo ſeparari vbi nulla ſpes emẽdationis ſuperſt. Hinc Zacharias: fugite de terra aquilonis. Et moſes: recedite de tabernaculis impiorum. Et vt offenderent Angeli non paruum periculum imminere Loth niſi exiret, addunt: ne pereas. Non enim paruum periculum eſt, vbi Deus comminatur. Et vt intelligeremus non ſatis eſſe exire, ſed reſtare adhuc alia, aiunt angeli: ſalua animam tuam. Quaſi dicant: ereptus eſt de medio malorum, ſed nondum ſecurus. Imò nunc vel maximè cauendum tibi eſt. Nos quod noſtrum erat fecimus, fac & tu quod tuum eſt. Ex gratia liberatus es, vide ne denuo te ipſum perdas. Omnia hæc etiam nobis dicuntur. Errant igitur qui poſt ſuſceptam gratiam ociantur, quaſi omnino ſecuri ſint: hi, audiant hęc verba: ſalua animam tuam, & in monte ſaluum te fac. Quibus verbis monemur ad altiora contendere, ne in imis, & terrenis hæreamus. Sicut enim aues quo altius aſcendunt, eo magis ſecuræ ſunt à laqueis, & inſidijs hominum: Idem in nobis contingit. Allegoricè autem mons in quo ſaluamur Chriſtus eſt, mons, ſcilicet, gratiæ & miſericordiæ. Venite, inquit, aſcendamus ad montem Domini.

Eſai. 48.
Hier. 50
Sile.
1. Reg. 17
2. Cor. 6
Leui. 26. b
Eſai. 52
Ge. 19.
Exponitur locus.
Epa. 5.
Zach. 2
Nu. 16.
similit.

¶ Quod ſi per Babylonem intelli
2. Explica. gamus Romã, facilis erit explanatio huius loci, & totius huius capituli. Nã cum Roma in nouiſſimis temporib9 euertenda & comburenda ſit, tunc Deus electos ſuos in ea relictos vt exeant hortabitur, ſiue per Prophetas qui tunc erunt, ſiue per internam inſpirationem, aut per angelos, quemadmodum cum capienda erat hieroſolyma à Tito. De quo ita ſcribit Euſe-
Euſebius bius, lib. 3. Eccleſ. hiſtor. cap. 5. Eccleſia verò, quæ in hieroſolyma fuerat congregata reſponſo à deo accepto emigrare iubetur: & tranſire ad oppidum quodam Pellam nomine, trans Iordanem: quo ablatis ex vrbe ſanctis & iuſtis viris vindictæ cœleſti fieret locus, tàm de vrbe ſacrilega quàm de populo impio, per excidiũ & patriæ euerſionem ſumendæ.

¶ *Et ne participes ſitis delictorum eius.* Hoc eſt, pœnarum quas pro delictis ſuis patietur. Poſſumus etiam propriè delicta accipere. Vt ſit ſenſus: exite ne tantorum peccatorum contagio aliquo modo polluamini. Quod probabile videtur, quum ſequatur ſtatim & de plagis eius non accipiatis. Quoniã qui inter malos manet, nec fugit cum poſſit: eorum commercium, tacitè quodam modo, probare videtur. Atq3 ita etiam fit particeps delictorũ. Quamuis ſi ſicut prius diximus, exponamus: rectè dicere poſſumus, illud quod additur: & de plagis eius nõ accipiatis, exaggerationis cauſa repetitum eſſe. Ac ſi diceret: ſine dubio accipietis de eius plagis, niſi fugiatis, quoniam Deus vehementer ei iraſcetur, & acerbiſſimè eam puniet.

¶ *Quoniam peruenerunt peccata eius vſq3 ad cœlum.* His verbis oſtẽdit Ioã. tempus inſtare quo vel à mundi confuſione, vel ab vrbe Roma recedendum ſit. Eſt autem hęc locutio hyperbolica ad inſinuandam enim peccatorum ipſius grauitatem. Ait quod vſq3 ad cœlum Deiq3 aures, ideſt, ipſius notitiam peruenerint. Nullum tamẽ eſt peccatum adeò paruum, quod nõ perueniat ad cœlum, ideſt, ad Dei notitiam. At non ſolet ſacra ſcriptura huiuſmodi verbis vti, niſi quum peccata maxima ſunt, & eorum vindicta differenda non eſt. Inducit enim Deum quaſi manſuetum quendã hominem peccata tollerantem, & quaſi diſſimulãtem ſe videre, ne punire neceſſe ſit. Cum tamen illa vltra modum excreſcunt, & iam non poſſunt non videri, tunc ſe videre atq3 cognoſcere fatetur, & ad vindictam ſumendam cogitur. Hinc eſt quod Dominus ait Ionæ: ſurge & vade in Niniuem ciuitatem grandem, & prædica in ea, quia aſcendit malitia eius coram me. Et Gene. 4. ait Dominus Cain, vox ſanguinis fratris tui clamat ad me, quaſi dicat non poſſum diſſimulare me nõ audire. Et c. 18. Clamor Sodomorum & Gomorrheorũ multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis, deſcendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere cõpleuerint, an non eſt ita vt ſciam. Ambroſius, iniquitates Babylonis omnipotens Deus ſemper intuetur: ſed cũ vindictam non exerit videtur non videre quod videt. Eandem peccatorũ grauitatem docet Paulus. 1. ad Theſſa. c. 2. dicens: prohibentes nos gentibus loqui vt ſalui fiant: vt impleant peccata ſua ſemper. Peruenit enim ira Dei ſuper illos vſque infinem. Ac ſi diceret: inhibentes Euangelij prædicationem ne ſaluæ fiant gentes. Vt peccata ſua ſemper augeantur, & grauius de-

Quæ ſe peccata impiorũ dicantur vſque ad cœlum peruenire.

Ionæ. 1. Ge. 4.

Ge. 18

Ambro.

1. Theſſa.

Explicatur locus.

lin-i

linquãt ſic vt Chriſtus illis dicat apud Math.cap.23. Et vos implete menſurã patrum veſtrorum, ideſt, & hoc quo quê quod cogitatis, ſcilicet, necem meam, adijcite ad patrum veſtrorum peccata. Nunc Paulus ait: vt impleant peccata: ideſt, vt ſeipſis euadant deteriores. Oecumenius interpretatur, vt peccata ſua augeant, quaſi ipſi peccare inſtituerint ſemper, & hũc ſibi ſcopum propoſuerint. Si enim, inquit, vtile eſt ad fidem gentes accedere, cur non & ipſi accedunt? Sin momenti nullius eſſe putant, cur accedentibus inuident? Vides ergo quo pacto volũtariè atq; de induſtria peccant, ac nihil nõ faciunt, vt peccata ſua impleãt, hoc eſt, ea gratia, ne quando â peccatis recedant: & propter hoc, inquit, peruenit in illos ira Dei, vſquè infinẽ. Quoniã reuera aſcenderunt peccata eorum vſquè ad cœlum. Diſſimulat quidem Deus donec peccata noſtra ad cœlum vſq; peruenianᵗ: diſſimulat quouſq; peccatorum noſtrorum mẽſura impleatur. Vnde Gene.15. ait: nõdum impletæ ſunt iniquitates amorrheorum. Implere autem peccata, eſt inceſſanter peccare ſine omni timore & obſtinatè: item peccata defendere, nolle reſipiſcere: quod eſt peccatum in ſpiritum ſanctum, quod nunquam dimittitur. Igitur cum omnes fateamur malitiam hominum hoc tempore ad ſummum peruenifſe, meritò timere debemus: ſi enim peccata noſtra ad ſummum & ad cœlum vſquè peruenerunt, certum eſt iudiciũ Dei non longè abeſſe: quare exeamus de Babylone & ad Dei miſericordiam corde contriti & humiliati conuertamur. Derelinquamus eam, vt Hieremias ait, quoniam peruenit vſquè ad cœlos iudicium eius, & eleuatum eſt vſq; ad nubes, ideſt, pœna ei iuſtè inflicta ſumma eſt & maxima: eo quod peruenerint peccata eius vſq; ad cœlum, hoc eſt, eo quod ſcelera eius ſunt grauiſſima.

Math.23

Occumenius.

Gen.15 Implere peccata quid ſit.

Hiere.51

¶ *Et recordatus eſt dominus iniquitatum eius.* Ideſt, decreuit omnino de ea pœnas ſumere. Græcè, θεὸς, ideſt Deus omnium iniquitatum eius: non quod verè oblitus eſſet Deus, inquem non cadit obliuio: ſed tanquam oblitus diſſimulaſſet. Hoc idem dictũ eſt, cap. 16. Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicẽ vini indignationis iræ eius. Quod iam expoſitum eſt. Eſt enim tropus iſte ſæpè à nobis explicatus. More enim hominum dicitur Deus recordari, vel obliuiſci. Qua phraſi vſus eſt apud Ezech. cap. 18. dicens: ſi impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt amplius non recordabor: ad pœnam & ignominiã hoc intellige. Nam alias omnium recordatur Dominus. Et Sapien. 11. Diſſimulãs peccata hominum propter pœnitentiam.

Ezec.18.

Sap.11.

¶ *Reddite illi, ſicut ipſa reddidit vobis.* Non manus in eam inferẽdo, ſed animaduerſione dignam iudicando. Non enim iubentur electi aduerſus Babylonem pugnare, aut ei nocere: ſed gaudere de ſupplicio, quod Deus de illa ſumit: proptera quod ſanctos perſequuta fuit: & alia multa peccata commiſerit: ac ſi diceret: ſumite cum Deo de illa vindictam: & animis atq; ore iuſtæ Dei ſententiæ fauete: ſicut Babylon de veſtris malis lętata eſt, ita & vos nũc lætamini eam pro ſuis ſceleribus dignè plecti. Et quemadmodum de vobis illa ſiniſtrè iudicauit, ita & vos electi iudicate: palâmq; eã

Iuſti debẽt reddere malũ pro malo non inferẽdo, ſed animaduerſione dignum judicando.

fore impostricem docete. Et hoc est, quod Paulus ait. 1. Cor. cap 6. Sancti enim de hoc mundo iudicabunt. Secundum quam explicationem stat sententia: diligite inimicos vestros benefacite ijs, qui oderunt vos: orate pro calumniantibus & persequentibus vos. Et rursum docemur non esse reddendū malum pro malo. Malum enim facto non est reddendum sed iudicio.

1.co.6

Math 5

Malum facto non reddendum sed judicio

¶ Et duplicate duplicia secundum opera eius. Græcè legitur, *διπλώσατε αὐτῇ*, duplicate illi. His verbis non significat eam duplo maiori pœna affici quam quod merita fuerat, vt nonnulli videntur intelligere: neq; enim id diuinæ iustitiæ est, sed sensus est: affligite illam & cruciate duplo magis quã ipsa vos cruciauit. Hoc est, grauibus vos illa doloribus affecit: sed pro his, duplo maioribus nunc à Deo afficiemini. Sed ais, quid ergo est quod regius vates ait Psalmo. 78. Redde vicinis nostris septuplum, si hoc in loco solum dicitur duplicate duplicia secundum opera eius? Videtur Dominus hic moderari sententiam. Respondendum est, in loco illo Psalmi numero septenario significari pœnarum vniuersitatem, vt sæpè docuimus, ac si diceret Dauid: redde omnis nostræ calamitatis autoribus vltionem perfectã, hoc est, æternam. Hic autem loquitur de pœnarum quantitate: hoc est, vt corpore & anima torqueantur: vel vt pœna damni & pœna sensus crucientur. Martyres enim à Babylone vna pœna, hoc est, corporis oppressi sunt: Babylon autem duplicem pœnam dabit.

Ps.78

Duplæ pro portione affligendi reprobi

¶ In poculo quo miscuit vobis, miscite illi duplum. Idest, dupla portione supra quam vos afflixit, illam affligite, idest, affligendam decernite. Explicat quod dixerat sub obscurè, & simul repetitione rem exaggerat: quasi dicat, sine dubio duplum bibet quàm vos bibistis. Sumite idem poculum, quod ipsa vobis propinauit: & in illud infundite duplum vinum & propinate illi. De poculo & de infusione meri diximus multa. cap. 14. Poculum quidem & calicē pro afflictione sumi docuit Christus, dicens: pater si possibile est, transeat à me calix ille. Discant ergo electi æquo animo impiorum iniurias ferre cum transitoria & perfunctoriæ sint: & certò sciant impios ac reprobos duplum esse recepturos, geheēnam videlicet æternam. Locus iste explicatur illo loco Esaiæ. cap. 10. Væ assur virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea, &c. Et erit cum impleuerit dominus cuncta opera sua, in monte Syon, & in Hierusalem: visitabo super fructū magnifici cordis regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorū eius. Volens Deus Israeliticum populum castigare vsus est ministerio Senacheribi Assyriorum regis, qui Israelem graiter persequutus est. Sed postea sumpsit dominus de ipso Senacheribo cõdignas pœnas, in poculo enim quo miscuit populo suo rex ille, postea Deus miscuit duplum. Discimus ex his locis & alijs similibus debere nos æquo animo ferre tyrannorum iniurias, & afflictiones, putareq; nos in eas ob peccata nostra meritò incidisse: esseq; malos & impios homines virgã, qua nos dominus percutit, & esse flagellum, quo nos punit, & castigat. At non est, quare ipsi tyrãni glorientur, non enim iustitia, neq; ratione, nec viribus, sed nostris sceleribus vincunt. Nos enim illis arma præbemus, quibus nos persequuntur & vastant. Sed vt pa-

Esai 10. Declaratur locus

Iniuriæ æquo animo ferendæ

Similit. pater filium flagellat virga,quam finitis flagellis proijcit in ignem, sic Dominus punit multos medio hominũ impiorum,quibus vtitur tãquam virga,at postea eos igne, & temporaliũ, & ęternarum afflictionum comburit. Hoc idem volens dominus significare apud Ezechielem. Mucro:euagina te ad occidẽdũ: lima te vt interficias, & fulgeas. Et statim ait: reuertere ad vaginam tuam in locũ in quo creatus es,in terra natiuitatis tuæ iudicabo te: & effundam super te indignationem meam:in igne furoris mei sufflabo in te. &c.

Eze 21

¶ *In poculo quo miscuit miscete illi duplum.* Eodem bibere poculo prouerbialiter olim vsurpari consueuit.

Nu. 16

Plaut. Plautus in Cassina: vt Senex eodem hoc poculo quo bibi biberet. Estquè eisdem affici incommodis,malisq; cõmunibus obnoxium esse. Trãslatum vel à bibendi certaminibus, vel abijs qui metuunt venena. Cecidit Babylõ magna,exclamat Angelus in hoc loco,reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis:& duplicate duplicia secũdum opera eius,in poculo quo miscuit, miscite illi duplum. Et in Abachc. c. 2. air Dominus,bibe tu quoq; & consopire:circundabit te calix dexteræ domini & vomitus ignominię super gloriam tuam.

Abach. 2

Secundo ¶ *In poculo quo miscuit miscete illi duplum.* Superius cap. 14. dicebamus verbum istud latinum miscere,aliquãdo idem significare quod propinare, potumq; exhibere,siue mera,siue diluta potione propinetur. Quale est illud apud Iuuenalem: Nescit tot millibus emptus pauperibꝰ miscere puer. Et illud quoq; apud alium:qui raptus ab alite sacra miscet amatori pocula grata suo. Secundum hanc significationem explicabant aliqui locum illũ Apoca. cap. 14. Hic bibet de vino iræ Dei,quod mistum est mero in calice iræ ipsius. Est enim Græcè pro mistũ κεκερασμενω, verborum autem ordo & sententia sic habet, vt ibi diximus: hic bibet de vino mero iræ Dei,quod mistum,idest, infusum est in calice iræ ipsius,sic etiam hoc verbum vsurpari potest in hoc loco:in poculo quo miscuit,miscete illi duplum. Pro quibus græca habent, ἐντῷ ποτηρίῳ ᾧ ἐκέρασέ κεράσατε αὐτῃ διπλουν, Prouerbiorum cap. 9. pro, miscuit vinum: græcè legitur, ἐκέρασεν οἶνον. Et vbi vulgatus interpres legit Psalmo. 74. Calix in manu Domini vini meri,siue vt alij vertunt vini turbidi,siue rubentis plenus misto:septuaginta,pro,misto,nõ vsi sunt verbo, μιγάξω, aut μισγω, siue κυκάω, quæ verba,alijs alia miscere, confundere,& conturbare,significant:sed posuerunt verbum, κεράννύω, quod à dictione, κέρας, ideſt, cornu, deductum, propriè propinare est, & in calicem potionem infundere. Diciturq; à græcis, κερανυύσαι, quod infunditur in calice bibituro, etiam si non diluatur aqua,aut alio potus,vel liquoris genere. Vtebantur quippè veteres cornubouis pro populo,vt Athęneus & interpres Nicandri testantur. Vnde factum quidam putant, vt non solum cornua Dionysio finxerit antiquitas, sed etiam taurus ipse diceretur. Sed & hinc etiam à quibusdam, κρατηρ, quasi κἀρἀτηρ, à dictione etiam, κέρας, appellari putatur ergo,in latina vulgata editione adiectiuum misto in prædicto loco Psalmi,vice fungitur substantiui,neq; alius cuiusq; rei,aut liquoris confusionem in vinum,sed ipsius vini meri in calicem infusionem significat. Est ergo verborum series atq; sententionem

Psa. 74

Pro. 9

Athæneus

Iuuena.

tertia ſecũdum hanc explicationem, quia eſt calix in manu Domini plenꝰ infuſione vini meri, ideſt, optimi ac potentiſſimi ad inducendum ſoporẽ, & ebrietatem potanti. Secundum quã ſignificationem explicari poteſt, locus ille Ioannis dicentis miſcete illi duplum in poculo quo miſcuit vobis ideſt, infundite & propinate illi duplum in poculo quo propinauit vobis. Sed quamuis hæc ſententia probabilis ſit probabiliorem iudicauimus ſuperius.c.illo.14. vt miſcere propriè accipiatur.

¶ *Quantum in deliciis fuit, tantũ da illi de tormento.* Quam vera ſit hæc ſententia, vel in vno Herode rege. De quo Actorum.ca.12. dicitur Herodes veſtitus veſte regia, ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat, Dei voces, & non hominis. Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, eo quod non dediſſet honorem Deo, & conſumptus à vermibus expirauit. Vermibus eum Dominus obiecit, vt dolorem, & ignominiam haberet: quantum enim in delicijs fuit, tantum eſt illi datum de tormento. Hinc in propheta: locuſta & bruchus fortitudo Dei magna dicuntur. Mira autem Dei vindicta eſt, & mira iuſtitia, illos peſtimere omnium fœdiſſimo & teterrimo morbo, qui vltra communem hominum ſortem efferuntur, & feroces quasuis ſuperant beſtias. Hæc ergo ſors arrogãtium ac tyrãnorum hominum eſt, vt quantum in delicijs fuerint, tantũ perſentiant nõ ſolum in futura ſed etiam ſæpè ſæpius in vita præſenti tormentorum.

¶ *Quantum glorificauit ſe, & in deliciis fuit: tantum da illi tormentum & luctum.* Siue vt verũ poteſt: quantum magnificauit ſe, & in laſciuijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. ideſt, iuſtum quidem eſt ac conſentaneum, vt maius tormentum ac ſupplicium maioribus correſpondeat delicijs. Qua propter tantum date, ideſt, quanto digna ſit ſupplicio, iudicate ſecundum quod in delicijs fuiſſe eam conijciatis. Secundum enim quantitatem delicti debet eſſe & plagarũ modus. Glorificare ſe, eſt ſuperbè, iactare & extollere ſe: ac velle maiorem omnibus exiſtimari. Ac ſi diceret: vidiſtis eam ſuperbiſſimè iactare, ac magnificare ſeſe: & à cæteris omnibus coli: vidiſtis quàm delicatè & quantis in voluptatibus vixerit, gaudere igitur nũc, tantundem accepturam tormenti & luctus. Hoc autem (ſi de Roma in Babylone deſignata ſit ſermo) de temporalibus plagis quæ illi imminebant, intelligendum eſſe, indicant verba ſequentia: ideo in vna die venient plagæ eius, mors & luctus, & fames: & igne comburetur. Quaſi diceret, quum multo tempore ſe glorificauerit, & in delicijs vixerit, vnius diei afflictio in qua omnes plagæ eius veniunt, æquabitur longi temporis voluptatibus. Quare hoc non ita planè intelligitur de pœnis æternis, ſicut de temporalibus, nam multò illæ maiores ſunt voluptatibus huius vitæ.

Glorificare ſe quid ſit

Prima intelligentia

¶ Quod ſi patrum explicationem & intelligentiam ſequamur, qui hunc locum de pœnis æternis intelligunt, quærendum eſt quonam pacto peccatum temporale plectatur pœna æterna: & quo modo tunc verum ſit quod hîc dicitur, quantum glorificauit ſe tantum date illi tormentum & luctum. Ad hoc dicẽdum: quod ſi de pœnis æternis ſit ſermo, tunc hæc verba ita ſunt exponenda: quantum meruit

2. intelligentia.

ruit pœnarum ob ſuperbiam & delicias tuas tantum illi date. D.Gregor. 9.Moral.capi. 39. Explicans illa verba Iob, vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat, explicat ordinem & rationē diuinæ ſententiæ meritæ pro peccatis. Neq; enim, inquit, omnipotens Deus qui mala benè punit, inordinata eſſe nullo modo, vel tormenta permittit: quia ipſa quoquè ſupplicia, quæ ex lance iuſtitiæ prodeunt, inferri ſine ordine nequaquam poſſunt. Quo modo autem in ſuplicijs ordo non erit, dum damnatum quemquè iuxta modum criminis retributio ſequitur vltionis? Hinc quippè ſcriptū eſt: potentes potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior inſtat cruciatio. Hinc in Babylonis damnatione hîc dicitur: quantum exaltauit ſe, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Si igitur iuxta modum culpæ pœna diſtinguitur: cōſtat nimirum quod pœnis ordo ſeruatur. Et niſi tormentorum ſummam, meritorum acta derimerent, nequaquam iudex veniens dicturum ſe meſſoribus eſſe perhiberet. Colligite primum zizania, & ligate ea in faſciculos ad comburendum. Si enim nullus in ſupplicijs ordo ſeruabitur, cur comburenda zizania in faſciculos ligantur? Sed nimirum faſciculos ad comburēdum ligare, eſt hos qui æterno igni traendi ſunt pares paribus ſotiare: vt quos ſimilis culpa inquinat, parem pœnam conſtringat: & qui nequaquā diſpari iniquitate polluti ſunt, nequaquam diſpari tormento crucientur: quatenus ſimul damnatio conterat, quos ſimul elatio ſubleuat, quoſq; nō diſſimiliter dilatauit ambitio, non diſſimilis auguſtet afflictio: & par cruciet flamma ſupplicij, quos in igne luxuriæ par ſuccendit flamma peccati. Sicut enim in domo patris manſiones multæ ſunt pro diuerſitate virtutis, ſic damnatos diuerſo ſupplicio gehennę ignibus ſubijcit diſparilitas criminis. Quæ videlicet gehēna quamuis cunctis vna ſit, non tamen cunctos vna eademq; qualitate ſuccendit. Nam ſicut vno ſole omnes tangimur, nec tamen ſub eo vno ordine omnes æſtuamus: quia iuxta qualitatem corporis ſentitur etiam pondus caloris: ſic damnatis & vna eſt gehēna quæ afficit, & tamen non vna omnes qualitate comburit: quia quod hîc agit diſpar valetudo corporum, hoc illic exhibet diſpar cauſa meritorum. Quo modo ergo nullus in eſſe ordo ſupplicijs dicitur, in quibus profecto quiſq; iuxta modum culpæ cruciatur? Sed ſanctus vir poſtquam vmbram mortis intulit, quanta ſit cōfuſio in damnatorum morte ſubiungit: quia ipſa quoq; ſupplicia quæ ordinata per iuſtitiam veniunt, ordinata proculdubio in corde morientiū nō ſunt. Hæc Gregor. quā tum ergo magnificauit ſe, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum. Similem vltionem comminabatur olim Dominus tyro & ſydoni magnificantibus ſe: numquid vltionem vos reddetis mihi, & ſi vlciſcimini vos cōtra me, cito velociter reddam viciſſitudinem vobis ſuper caput veſtrum. Hoc idem minatur idem Dominus Pharaoni apud Ezechielem. cap. 31. dicens: Cui aſſimilatus es ò inclite atq; ſublimis in te ligna voluptatis? Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimam. Ac ſi diceret: cui te ſimilem feciſti ò Rex illuſtris? Quæ eſt hæc tua verborum iactatio? Quid inflaris & intumeſcis? Tu cum alijs principibus, qui tibi ſimiles mundi

D. Grego.

quo modo ſit ordo in pœnis inferni.

Similit.

Math. 13. d

Ezec. 31.

voluptatibus ducebantur, æternis in inferno cruciatibus torqueberis. Vt quantam glorificasti & magnificasti te, & in delicijs, & lasciuijs fuisti tantum accipias tormentum & luctum. Hîc igitur iam vides pœnam respondere culpæ. Si per superbiam & animi elationem peccasti, per dejectionem punieris. Omnis enim qui se exaltat humiliabitur ait Dominus apud Lucam cap. 6. Si in hac vita riseris in futura lugebis. Stat enim sententia: væ vobis, qui rideris nunc, quia lugebitis. Diues quidem ille indutus byssо & purpura qui conuiuabatur permagnificè siti inexplicabili torquetur, vt narrat Lucas. cap. 16. Quantum quidem glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum datum est illi tormentum & pœna. Quando igitur hæc ita sunt caue obsecro tibi ò miser homo, & aliorum supplicia obliuioni non tradas, atquè antè mentis oculos habe semper, vt ad te redeas, vt doleas, vt in futurum prospicias, ne similia peccata committas, cum diuina iustitia eadem etiam pœnas à paribus peccatoribus exposcat. Me profecto latet vnde tãta insolentia miseris mortalibus insit, vt in sacco diuinæ iustitiæ pondera diuersa esse putent, ad sua, aliorumq; delicta examinanda: Sibiq; persuadeant se cum mitius agendum, quàm cum alijs, cum sint ijsdem peccatis irretiti. Deut. 25. Præcepit Dominus non habebis in sacculo diuersa pondera, maius, & minus: nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iustum & verum, & modius æqualis & verus erit tibi: & in domo iustissimi iudicis Dei pollicentur sibi homines esse varia pondera, varios q; modios, & inæquales ad sua metienda, & æstimanda peccata? O mentiam deplorandã

Luc. 6

Luc. 16

Deut. 25

A ò in gentem cæcitatem. Quantum se glorificauit, & in delicijs fuit, datæ tantum tormentum, & luctum ait dominus de Babylone: & tu qui eadem cõmisisti crimina minus te accepturum speras tormenti & luctus.

¶ Vide obiter loci damnatorum epitheta. Appellatur hîc terra vltima, & in eodem capite vocatur inferus, abyssus, terra infima, lacus, infernus. Alijs autem locis vocatur fouea, gehẽna, terra obliuionis, puteus interitus.

B

¶ Quia in corde suo dicit: Sedeo regina, & vidua non sum, & luctum non videbo. Hoc est quod dixit: glorificauit se. Et hæc sunt verba glorificationis. Quibus manifestè alludit ad illud Esaiæ. cap. 47. De Babylone illa prima Chaldæorum regia, quę figura fuit huius secundæ Babylonis. Et ideo de ea quoque dictum est: & nunc audi hæc delicata & habitans confidenter: quæ dicis in corde tuo: ego sum, & nõ est præter me amplius: non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem. Et de supplicio similiter dicit. Venient tibi duo hæc subitò in die vna, sterilitas & viduitas. Cæterum verba Ioannis non ita accipienda sunt, ac si tunc à Babylone, hoc est, à Roma dicerentur, cum ipse viuebat: sed de tempore extremo intelligenda sunt, de quo nunc sermo est: cum iubentur sancti exire ne cum ea puniantur. Ex quo manifestum est, eo tempore magnam futuram esse Romæ potentiam (si per Babylonem intelligatur, ac multis eam ciuitatibus & fortè prouincijs esse imperaturam. In corde autem suo dicit: quasi efari non audens, ne vel superba videatur, aut potentiorum regum inuidiam sibi conciliet.

C

D

Esai. 47

2. intelligẽtia.

¶ Se

¶ *Sedeo*, inquit, *regina*, Ideſt, magnum imperium habeo: multis impero. *Et vidua non ſum.* Vidua dicitur vrbs quando imperio ſuo, & ciuium ſuorum frequentia, & multitudine priuatur. Threnorum primo. Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo, facta eſt quaſi vidua domina gentium. *Et luctum non videbo.* Nihil mihi continget triſte. Nemo mihi nocebit. Item, hæc mundi confuſio imprimis ait. *Sedeo vt regina.* Regnans, ſcilicet, in impiorum mentibus, quos ipſa ſua impia, & falſa doctrina decepit. *Vidua non ſum.* Ideſt, ſponſi & mariti loco, ſemper amatorem habeo: non vnum, aut alterum, ſed omnem impiorum cætum. Quemadmodum enim Eccleſiæ catholicæ nunquam deerunt amatores fideles: ita nec huic Sathanæ congregationi. *Et luctum non videbo.* Hæc ſceleratorum collectio ſecuritatem ſibi promittit. Quàm verò inanis, & vana ſit hæc fiducia, oſtendit Euangeliſta ſatis aperte verbis ſequentibus. Quibus eius perpetua pœna, & miſerabilis exitus deſcribitur. Si enim hæc miſera ciuitas memor eſſet exitus & finis ſui, ad ſe rediret, nec eas tàm intolerabiles pœnas daret. Eandem ob cauſam Babylon illa prima tàm infeliciter, & miſerè perijſſe dicitur, quod non recordata fuerit nouiſſimi ſui. Vt hinc colligamus quàm vtile, & commodum ſit exitum, & finem rerum memoriæ mandare. Ideo olim hieroſolyma in ærumnas maximas incidit, vt teſtatur Hieremias Threnorum primo dicens: ſordes eius in pedibus eius, nec recordata eſt finis ſui. Pedum nomine affectus intelligens, quibus anima mouetur & ambulat, qui tunc contaminantur, quando rationi & Dei legi parere nolunt, ſine vlla mortis & inferni conſideratione. De huiuſmodi hominibus aiebat Moyſes, Deuteronomio capite trigeſſimo ſecundo. Gens abſque conſilio, & ſine prudentia vtinam ſaperent & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent. Recordare ergo nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Vt Eccleſiaſticus admoneat. Eo quod Babylon iſta nõ eſt recordata finis ſui incidit, in eas pœnas quas ſtatim noſter Ioannes refert.

¶ *Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, et igne comburetur.* Si de impiorum vniuerſa collectione ſit ſermo, ſenſus huius loci hic erit. Illico cum dixerint pax & ſecuritas repentè fiet interitus, tum corporalis, deſignatus quidem morte, fame, & luctu: tum etiam ſpiritalis in anima, qui per ignem ſignificatur æternum: quo exuretur hæc impiorum congregatio. Hinc colliges ſolos huiuſmodi impios & præſcitos ſibi hoc in mundo ſecuritatem polliceri, dicentes: moram faciet dominus meus. Sed heu miſeros illos, quia veniet illis ſubitò repentina calamitas, mors, luctus, fames, & ignis. Quemadmodum & in diluuio factum legimus, & in Sodomorum ſubuerſione. Sic Paulus ait: cum dixerint pax & ſecuritas tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. Sic regius vates: ſubitò inquit, defecerunt: perierunt propter iniquitatem ſuam. Sic noſter Ioannes infra ait, ſe vidiſſe lapidem molarem in mare proiectum ab Angelo dicente: hoc impetu mittetur Babylon. Sic Baltaſar Rex cum in conuiuio eſſet: primò quidem vi-

Thre. 1.

2. intelligẽ

Deu. 32

Eccleſiæ. 7

1. ſenſus

Lu. 12. Soli impij ſibi hoc in mundo ſecuritatem pollicẽtur.

Eſai. 47. Vtile eſt rerum finem conſiderare.

Threno. 1.

1. Theſſa. 5

Pſa.

Dan. 5.

dit manum scribentem, Mane, Te- A
thel, Phares. Deinde, & eadem no-
Dani. 5 cte perijt. Sic idem iudicium mun-
do incumbit. Lata est sententia, nu-
merauit Deus omnem impietatem
mundi, & non longè abest comple-
ctio. Quare non est, quare tàm se-
curi simus, nequè est quare superbia-
mur dicentes cum misera Babylone
luctum non videbo, nam subitò in
vna die venient plagæ nostræ, & ap-
pendemur in statera, & inuenti mi- B
nus habentes afficiemur morte, lu-
ctu, fame, & igne sempiterno: & de-
mum nullo sperante auferetur à no-
bis hoc mundi regnum, hoc est, po-
tentia, deliciæ, opes & gloria. Non
ergo tardes conuerti ad Dominum,
subitò enim venit ira eius, hoc est,
mors, luctus, fames, & ignis.

a sensus ¶ Quod si per Babylonem Ro-
mam accipiamus, plagæ istæ tempo-
rales esse à quibusdam intelliguntur. C
Quare sensus est. Propter hanc su-
perbiam, & confidentiam subitò si-
mulquè venient omnes plagæ eius,
ideſt, quæ à Deo decretæ illi sunt
pro tot peccatis. Mors, quia plurimi
in ea occidentur, venientibus
aduersus eam decem Regibus: vt
diximus capite decimoseptimo pro-
pe finem. Luctus, quo superstites
lugebunt occisos. Fames, qua confi-
cientur: & denique tota vrbs incen- D
detur.

¶ *Quia fortis est Deus, qui iudi-
cabit illam.* Minimè mirandum quod
tanta in fine mundi in vna die veniat
prædicta calamitas: Nam fortis ac
præpotens est Deus qui omnem im-
piorum collectionem in momento
ictu oculi iudicabit atquè damna-
bit. In vna enim die venient plagæ
eius, ideſt, omnigena calamitatum
genera. Quod si hæc ita sunt, vt ve-
rè sunt, quid mirum quod illis tem-
poribus mors, & luctus, & fames, &
ignis irruant subitò in Babylonem,
hoc est, Romam. Quando Deus,
qui potentissimus est, & qui omnia
quæcumquè voluit fecit, siue in cœ-
lo, siue in terra, sit illam iudicaturus?
Germanicus codex Græcus addit,
κύριος, ideſt, Dominus. Veronensis ha
bet tantum, κύριος, ideſt, Dominus, nõ
θεος, ideſt, Deus.

¶ *Et plangent se super illam Reges* 2 sensus.
terræ, qui cum illa fornicati sunt. Qui-
dam Græci codices habent, καὶ κλαυ-
σονται αὐτὴν καὶ κοψονται ἐπ' αὐτὴ, ideſt,
& flebunt illam, & plangent super
ea. Est autem propriè, κόπτειν, præ
doloris impatientia corpus cædere, &
lacerare. Veronensis codex habet
tantum voce actiua, κλαύσουσι, ideſt,
flebunt. Græca scholia Reges terræ
dæmones interprætantur: iuxta quod
Christus Diabolum principem mun
di appellat. Alij autem per Reges in-
telligunt huius mundi proceres,
quos plangere Ioannes effingit, qui
prius sibi ipsis pollicebantur luctum
nusquàm futurum, dicentes: *Luctum
non videbo.* Flebunt autem qui cum
hac meretrice muliere lasciuierint,
quia cum ea fornicati pœnæ quoquè
peccati participes effecti sunt. Om-
nes igitur siue dæmones, siue primo-
res Babylonis mundiquè huius, la-
chrymas fundent.

¶ *Cum viderint fumum incendii e-
ius.* Ideſt, æterno illam incendio ar-
dentem, cuius & ipsi sunt partici-
pes. Simulat in super Ioannes eos
longè stare à tormentis dicens:
*Longè stantes propter timorem tor-
mentorum eius.* Non longè qui-
dem

quidem corpore aut loco, ſed animo eius tormenta (quorum non erunt expertes) non parum abhorrentes: ſicut qui ad patibulum pertrahitur, animo procul ſtat, quia illud abhorret, ac viribus vniuerſis nititur euadere.

Gaius Claudius.

a. ſenſus

¶ Cæterum ſi de Roma ſit ſermo planior ac ſimplicior eſt huius loci ſenſus: & omnium eorum quæ ſequuntur. Reges enim terræ qui ad illam deliciarum, & idolatriæ cauſa confluere ſolebant, flebunt eius incendium procul intuentes, & non audentes accedere, ne ſupplicij eius participes fiant. Non qui propè accedunt ad damnatos, ſolent & eorum amici, & participes criminis exiſtimari, & plecti.

¶ Magna tamen quæſtio eſt, qui nam ij Reges putandi ſint, quando quidem tunc tantùm erunt decem Reges, ſignificati in decem cornibus beſtiæ, vt ſæpè dictum eſt: neque iſti eſſe poſſunt, qui eam lugebunt: quoniam iſti autores incendij futuri ſunt. Sicut capite decimo ſeptimo dictum eſt. Hi odio habebunt fornicariam, & deſolatam facient illam, & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipſam igni concremabunt. Huic quæſtioni probabiliter ſatisfacere poſſumus ſi dicamus illos ipſos decem Reges, eſſe qui flebunt & qui cum illa fornicati ſunt. Prius enim illam amabunt, & cum ea fornicabantur, & delicijs eius fruebantur: ſed poſtea in eam exardeſcentes propter eius ſuperbiam, & perfidiam, vt capite decimoſeptimo dictum eſt eam concremabunt. Solent autem magnarum, & potentium vrbium ruinas etiam ipſis victoribus ſedata iracundia miſerabiles eſſe. Vnde illud.

Supra .17.

Quis talia fando, mirmidolum dolo-
pumue.
Aut duri miles vlyſſis temperet à lachrymis.

¶ Ita etiam Titus Imperator cùm in Aegyptum profectus hyeroſolymam veniſſet, triſtemq; ſolitudinem quam videbat, antiquæ ciuitatis claritudini compararet: dictorum operum magnitudinem, & veterem pulchritudinem recordatus, miſerebatur excidium ciuitatis: vt ſcribit Ioſephus libro ſexto, de bello Iudaico, capite .14.

Ioſephus lib. 6 de bello Iudaico

¶ Si autem quæratur cur timuerint Reges, vt propè accedere non ſint auſi? Reſponderi poteſt, non alios Reges timuiſſe, qui nulli tunc erunt, ſed Deum iratum vrbi, cuius voluntate tantas ei pœnas dediſſe cernerent: ne forte etiam in ſe animaduertat, qui illius miſererentur.

¶ Sed probabilius eſt, Reges vocari illos, qui regnabant in terra, antequam occuparetur vniuerſa à decem Regibus. Vulgatum eſt in ſacra ſcriptura, & in communi ſermone, vt res mutatæ iſdem nominibus appellentur, quæ habebant antequam mutarentur. Vt Exod. cap. ſeptimo: proiecerunt ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones: ſed deuorauit virga Aaron virgas eorum. Sic ſacramentum corporis Chriſti, ſæpè panis dicitur Ioannis capite ſexto. Sic etiam & nos vxores regum, ducum, comitum defunctorum reginas appellamus, Duces, Comitiſſas: ſic Reges poſt regnum amiſſum Reges dicimus. Iudi. cap. 1. 70. Reges amputatis manuum ac pedum ſumitatibus colligebant ſub menſa mea ciborum reliquias. Poſtremò hoc etiam dicemus probabiliſſimè, Reges dici gubernatores & præſides regnorum,

Res mutatæ ſolent appellari in ſacra ſcriptura nomine quod habebant antequã mutarentur Exo. 7

Io. 6. In feſto ſacramenti

Iudi. 1

Reges appellantur in sacra scriptura qui regum personam gerunt

qui pro regibus ea gubernabunt tunc. Quoniam vsitatum est etiam in sacra scriptura, vt habeat quis eius nomen cuius in re aliqua gerit personam. Vt probauimus cap. 1. Ita Pontius Pilatus gubernator & præses Iudææ, Rex appellatur etiam in Psalmo secundo. Sicut exponunt Apostoli Actorum cap. 4. dicentes: Qui Spiritu sancto per os patris nostri Dauid pueri tui dixit: quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: Astiterunt Reges terræ, & principes cõuenerunt in vnum, aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Conuenerunt enim verè in ciuitate ista, aduersum sanctum puerum tuum Iesum, Herodes, & Pilatus cum gentibus & populis Israel. Et quamuis incertum sit quid aptius sit ex his quæ dicta sunt, omnia tamen in verba Ioã. conueniunt, & fortè omnia contingent.

Psa. 2 act. 4

¶ *Dicentes, væ væ ciuitas illa Babylon magna, ciuitas illa fortis, quoniam vna hora venit iudicium tuum.* Idest, breui tempore ac in momento venit damnatio tua, siue sententia damnationis tuæ. Alludunt Reges isti ad illud Ezechie. cap. 16. Et accidit post omnem malitiam tuam, væ væ tibi, ait Dominus. Duplex væ, siue duplex pœna tibi accidit propter scelera tua. Nimirum temporalis & æterrena. D. Grego. Ezech. 2. explicat quid per lamentationes, carmen, & væ, intelligendum sit.

Ezechie. 16

D. grego. Ezech. 2.

¶ *Et negociatores terræ flebunt, et lugebunt super illam.* Negociatores mercatores vocat. Vnde tales apud Græcos vocantur, ἔμποροι emporii: & inde dicitur emporium. Idem vocabulum est in Græco apud Mathæ. cap. 13. vbi Christus ait: Simile est regnum cœlo

Negociatores dicũtur mercatores

Math. c. 13

A rum homini negociatori, quærenti bonas margaritas. Flebũt autem mercatores isti, tum quia euersa impiorũ collectione & in profundum præcipitata, nulli supererunt impij, quibus cũ in negocium mittant, aut permutent: suas in super merces ad delicias vendant. Qui enim per immensum auaritiæ studium lucro inhiant, tunc mũdo damnato lachrymas præ dolore fundent, quod iam non habebunt qui B bus cum vsuras faciant, deliciasquè suas vendant. Sed dormient miseri diuites somnium suum cum Babylone & nihil diuitiarum inuenient in manibus suis. Quod si de Roma sit sermo: reuera ita etiam continget: quòd mercatores terræ flebunt super illam. Quoniam illa subuersa, qui mercimonijs importandis in vrbem maximam, & delicijs deditam, ac diuitijs plenam, vehementer locupletabantC tur. Iam minimè locupletabũtur, nec ditescent: vnde reddens rationem huius addit statim Ioãnes.

2. sensus

2. sensus

¶ *Quoniam merces eorum nemo emet amplius.* Non quod aliæ ciuitates Roma euersa, non possent multa emere, sed quod tantam præciosissimarum mercium copiam nulla alia ciuitas consumere, aut coemere posset. Pro emet, interpres legit, ἀγοράσαι, Græca nunc habent ἀγοράζω, idest, emit præ D. sens pro futuro.

¶ Hinc colliges quanta afficiantur tristitia mercatores, & negociatores huius mundi auaritiæ dediti, quando desunt quibus per fraudes, & dolos, merces suas vendant. Hinc est etiam quare nomen istud mercatoris aliquando malè audiat in sacra scriptura. Vnde vbi nos legimus Leuit. c. 19. Non eris criminator, nec susurro in populo, vertunt nõnulli: non incedas

Maximè tristantur mercatores quando desunt emptores quibus per fraudes bona sua vendant

Leuit. 19

mer

Nomen mercatoris quaremalè audiat.

mercator in populo tuo. Neque inep A tè: Solent enim mercatores technis, & dolis homines decipere, & menda cijs ac periurijs lucrum suum augere. Id qđ est in Proue. Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: transferunt nonnulli: ambulat vt mercator, qui arcanum reuelat. Et per mercatorem intelligunt delatorem, & susurronem, & hominem veluti ex dolis cõflatum. De eiusmodi mercatoribus

Pro. 11.

Zach. vlti. dici potest quod olim Zacharias di- B cebat capite vltimo. Non erit mercator vltra in domo Domini exercitum. Hos mercatores eiecit olim Deus de templo flagellando, vt narrat Mathæ. cap. 21. Et ejciet de templo cœlesti post interitum Babylonis.

Math. 21. Domus, inquit, mea, domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum. En vides quemadmodum mercatores comparet Deus latronibus. Auaritia enim morbus C est latronum, & radix latrocinij. Graphicè profecto eos depingit Christus, pulchrè sanè ipsis personam detrahit. Solent qui eiusmodi sunt omnibus se præferre, Christus autem nec latroni bus quidē meliores eos iudicat, imo peiores.

¶ *Merces auri et argenti.* Vt luxuriam generaliter regni Diaboli, & peculiariter Romæ ostendat, simulquè diuitias incredibiles sigillatim ab hoc D loco enumerat: precioſioresquè merces quæ in eam inuehebantur. Merces autem auri & argẽti sunt, vasa pulcherrima aurea, & argenta. *Et lapides pretiosi.* Omne genus lapidum precioſarum Romam conuehebatur ad locupletissimos ciues, & numis minimè parcẽtes, dum id compararent,

Margarita quod placebat. *Et margaritæ.* Similiter intelligendum est, merces margaritæ, ideſt, margaritarum. Margarita omnes gemmas precio superat. Latinis vnio dicitur. Nomen impositum à Romanis delicijs. Sic autem vocatur lapis iste, quod nulli duo reperiantur indiscreti. Plinius libro. 9. cap. 35. Principium ergo, culmenque omnium rerum pretij margaritæ tenent. Et paulò post, dos omnis, in candore, magnitudine, orbe, lævore, pondere, haud promptis rebus: in tantùm vt nulli duo reperiantur indiscreti. Lapillus iste candidus in conchis nascitur, maximè in indico occeano. *Et byssi.* Byssus genus lini candidissimi, & tenuissimi. Quod veteribus erat in delicijs. Lucæ decimosexto. Homo quidam erat dives, & induebatur purpura & bysso. Quod nomen vt & alia multa Græci, & Latini, ab Hebræis acceperunt; apud quos dicitur bus.

Plinius

Lævor. i. lævitas asperitati cõtraria linea, Margarita alijs ir. Byssus, cõcha Olanda. Lucæ. 16.

¶ *Et purpuræ, et serici, et cocci.* De purpura & cocco, siue coccinis vestibus diximus capite. 17. in Græco est, κοκκίνα coccini. Sed nihil refert, cum idem in vtroquè significetur. Coccũ appellant granum tinctorium. & pro purpura, eaq; quam vulgo scarlatam vocant, sumitur. In gis igitur, mulieris huius luxus designatur, in vestium ac ornamentorum sumptu & precioſitate. Sericum autem est tenuissimæ & precioſissimæ lanæ genus. Quod apud seras scythiæ asiaticæ, aut (vt alij malunt) indiæ populos ex arborum frondibus dicitur dependens. Quamquam non desunt, qui vermiculi lanificium esse putent, qui gentis illius lingua ser appelletur. Quam sententiam nec Iulius quidem pollux dissimulauit onomastici sui libro septimo. Priorem opinionem sequitur

Coccus La grana parateñir Purpura Escarlata

Sericum Algodon oteda

Iulius pollux

Virgilius

Virgilius.2.Georgi. Velleraq; vt fo-
lijs depectant mollia ſeres. Hinc ſeri-
ca vestimenta dicta ſunt,quæ ex ſeri-
co conficiebantur. Quæ diuerſa erãt
à bombycinis nunc dictis,quæ tamen
apud veteres tanti fiebant,vt libra ſeri
ci libra auri veniret,vt autor eſt Fla-
uius Vopiſcus in vita Aureliani Impe
ratoris ad finem,vbi ſic habet:veſtem
ſericam neque ipſe in veſtiario ſuo
habuit, neque alteri vtendam dedit.
Et cum ab eo vxor ſua peteret,vt vni
co pallio blatteo Serico vteretur, ille
reſpondit:abſit vt auro fila penſentur.
Libra enim auri,tunc libra ſerici fuit,
hæc ille. *Et omne lignum thyinum.* Ho-
rum lignorum meminit noſter inter
pres.3.Regum.c.10.Attulit ex Ophir
ligna thyina multa nimis. Feciteq; rex
de lignis thyinis fulcra domus domi-
ni,& domus regiæ,& citharas lyraſq;
cantoribus:non ſunt allata huiuſmodi
ligna thyina,neque viſa vſq; in præſen
tem diem.Antonius Nebriſenſis in.3.
quinquagena.ca.1.Ligna thyina, odo
rata ligna eſſe dicit:vt cedrum, cypreſ
ſum,iuniperum,à verbo thyos, quod
ſignificat odorem mittere.Hoc quod
ipſe affirmare videtur omnia ligna o-
dorata hoc nomine comprehendi,ap
paret minimè abhorrere à verbis Ioã
nis:& omne lignũ thyinum. Si enim
vnica eſſet arboris ſpecies, non dice-
ret:omne lignũ thyinum. Nihilomi-
nus non omnes arbores odoratę hoc
nomine ſignificantur,ſed certum ge-
nus arboris,quam græci vocant thyõ,
vt ex Homero ſtatim oſtẽdemus.De
quo genere Ioãnes hic loquitur. No-
men autem ab odore ſumptũ eſt, vt
paulò ante diximus ex Nebriſenſi.
Quare & ligna thyna,& thyina rectè
dicuntur. De hac arbore Plinius lib.
13.cap.15. hæc tradidit.Nota etiam Ho

Blatteus.a.um.i.purpureus roro bombyo.

Lignum Thyinum. Genus arboris odoriferi 3.Reg.3.

Antonius.

Ligna thyina quæ ſint

Plin.li.13. c.15.

A mero fuit.Trogete , vocatur ab alijs,
thya.Hanc igitur inter odores vrit
dit in delicijs Circes : quã deam vole
bat intelligi,magno errore eorũ: qui
odoramenta in eo vocabulo accipiũt,
&c. Et mox addit: Theophraſtus qui
primus à magni Alexandri ætate ſcri
bit quæ circa vrbis Romæ quadrigen
tiſſimum quadrageſſimum geſta ſunt
annum:magnum iam huic arbori tri
buit honorem,memoratas ex ea refe
rens templorum veterum contigna-
B tiones:quandam immortalitatem ma
teriæ in tectis contra vitia omnia in
corruptæ.Radice nihil criſpius. Nec
aliũde precioſiora opera. Præcipuam
autem eſſe eam arborem,circa hamo
nis delubrũ,naſci & in inferiore Cy-
renaicæ parte. Locus Theophraſti à
Plinio citatus,& pene ad verbum po
ſitus eſt in.5 lib.de hiſto.plantarum.c.
5.vbi etiam ait:thynum quod ab alijs
C thya appellatur,naſcitur apud hamo
nis phanum,atq; Cirenenſi agro, for-
ma cupreſo ſimilis,tum ramis,tum fo
lijs.

¶Et idem Theophraſtus lib.1.cap.
15.enumerat eam arborem inter ſem-
per virentes.Locus Homeri eſt in li-
bro.5.Odyſſęę:vbi Latinè ait.

Ignis autem in foro magnus ardebat
Procul autem odor cedri
& thyi per inſulam redolebat.

D ¶Ex his videmus aliam arborem eſſe
cedrum,aliam thyũ. Quàm ergo pre
cioſa fuerint ligna thyna ſiue thyina
ex verbis Theophraſti, & Plinij intel
ligemus.Simul etiam conſtat certum
genus arboris eſſe.At ſi certum genus
arboris eſt,quid ſibi vult Ioãnes cum
ait *& omne lignum thyinum.* Reſpõde-
tur:minimè inde colligi cedrum , &
iuniperum,& cæteras arbores odora-
tas ligna thina dici.ſed aliquas eſſe ſpe
cies

Vel Eota etiam Homero tum, trogetæ vocãtur ab alijs thya.

Theophraſti

Homerus

cies thyæ,ſicut variæ ſunt ſpecies cedri,& aliorum arborum. Quàuis nõ abſurdè etiam interpretari poſſumus, *Omne lignum thyinum*, quidquid vbiq; naſcitur ligni thyini.

Arethas

Primaſius

¶ *Et omnia vaſa de lapide precioſo.* Græcè dicitur:& omne vas de ligno precioſiſſimo. & ita legunt Arethas, & Primaſius,non de lapide precioſo. Ita eſt etiam in Græco codice complu tenſi.In latino autem, de lapide precioſo.*& æramento*,ideſt,ære vt ex græco conſtat.*καὶ χαλκου*,*& cinnamomum.* Quidam legunt cinnamomi, vt Primaſius:ſed nihil refert,nam ſi legamꝰ cinnamomũ accuſatiuo caſu ita poſitum eſt,vt omne lignum thynum,& omnia vaſa eboris,&c.Imo hæc omnia accuſatiuo caſu leguntur in Græco:atq; ita potius legendum arbitror. Si autem legas cinnamomi ſubaudi merces,vt in ſequentibus, & odoramẽtorum,& vnguenti,& thuris, &c.

Primaſius

Plinius lib. 12. cap. 20. Cinnamomum

De cinnamomo multa Plinius lib. 12. cap.20.Fructex eſt duorum cubitorum altitudine ampliſſimus: palmiq; minimus:quatuor digitorum craſſitudinis:ſtatim à terra ſex digitis ſurculoſus arido ſimilis.Cum viret non odoratus,folio origani, ſiccitate gaudens, ſterilior hymbre,ceu diræ naturæ.Gignitur quidem in planis, ſed denſiſſimis in vepribus rubiſq;,difficilis collectu.Eadem fere Theophraſtus, lib.9. de hiſtoria plantarum.cap.5.Multa etiam de eo Dioſcorides,lib.1.cap.13.Et poſtea idem Plinius ait: prętia quondam fuere in libras denariorum mille. Auctum id parte dimidia eſt incenſis(vt ferunt) ſiluis ira barbarorũ, id acciderit ne,ob iniquitatem perpotentium,an forte,non ſatis cõſtat.Auſtros ibi tàm ardenter flare, vt æſtatibus ſyluas accendant : inuenimus apud autores. Coronas ex cinnamomo interraſili auro incluſas primus omnium in templis capitolij atq; pacis dicauit imperator Veſpaſianus Auguſtus.Radicem eius magni ponderis vidimus in palatij templo, quod fecerat.D.Auguſto cõiux Auguſta aureæ pateræ impoſitam: ex qua guttæ edittæ annis omnibus in grana durabantur:donec id delubrum incendio conſumptum eſt.Hæc Plinius,ex quibus intelligitur quanti factum fuit apud veteres cinnamomũ, *& amomũ*. Hoc additur in quibuſdam exemplaribus , ſed malè cum neque in græcis ſit,neq; in emendatis Latinis: Neque apud antiquiores autores. *Et odoramẽtorum & vnguẽti*,Odoramenta græcè vocat thymiamata,quæ videlicet, odoramenta incenduntur. Vnguenta verò liquida ſunt. Quorum magnus vſus erat apud Græcos, & apud Hebræos vt conſtare poterit,ex Luc.c.7. & Ioã.cap.12.*& ſimilæ*. Quid ſimila, vel ſimilago,cuius toties in ſacra ſcriptura fit mentio, docet Nebricenſis in 3.quinquagena.cap.42. vbi negat eſſe florem purgatæ farinæ,vt omnes ferè volunt,hoc eſt,pollinem illam ſubtiliſſimam quæ ex ceraſeorum concuſſione reſoluitur,atque euolat: aut farinam purgatiſſimam. Nam panis ex ſimila factus ad alimentum firmiſſimꝰ eſt:factus verò ex polline valdè infirmus autore Celſo.Ita autem explanat quid ſit. Granum tritici molitum in tres partes reſoluitur:in cutem illam tenuem,quam furfures medici , Plinius, & Columela ſaluiatum appellant,reliqui farinæ purgamenta.In nucleum,hoc eſt,in ſemen illud dulce, & glutinoſum in medio ſinu grani, quod eſt ſemen vnde erumpit triticum:in corpus,quod defendendi ſe-

Surculoſus

Cinnamomũ etiam hodie inoſcitus nomen retinet vulgus à quadam caualium ſpecie cinnamum appellat

Theophraſtus li.9.de hiſtoria plãtarum cap.5. Dioſcorides. lib.1.ca.13

Amomũ frutex eſt ex ligneo cõuoluens in racemi modum: flore purpureo,ceu candidæ violę foliis vitis albæ ſimilibus

Simila

minis causa à natura positum est, & cum seminatur moritur iuxta illud Ioan. 12. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. Hoc corpus est in farinã resolubile, cum illud quod lemen vocamus lentore suo, vix resolui possit. Cum ergo farina tritici, quæ ex his tribus constat, concutitur cetaseo, excernitur purgatissima farina, quam pollinem dicimus, manente semine in cetaseo cum saluiato. Deinde crebra concussione secernitur saluiatum à semine, semenq; omnino à saluiato secretum vocatur simila, seu similago. Hoc Serenj carmine comprobat. Addidit excussus dulci similagine furfur. & etiam recentiorum hebræorum autoritate, qui hoc significare affirmat hebraicam vocem, soleth, pro qua noster interpres semper vertit similam. Simila autem magni semper facta est: vnde Martialis lib. 3.

Lentor humor tenax & glutinosus.

Io. 12.

Non poteris similæ dotes numerare nec vsus.

¶ Alij hanc rem hoc modo explicant. Simila est medulla farinæ triticeæ, hoc est, ea pars quæ media est inter pollinem & secundarium, potissimam nutriendi vim habens. Hispanè vocatur semola o acemite. Sunt enim molitæ farinæ partes quatuor, pollé, simila, secundarium, siue cibarium, & furfures. Pollis seu pollen dicitur flos tritici à verbo polleo, quod frumenti præstantissimi sit. Marcellus, Dioscoridis interpres dicit pollinem esse tenuissimum puluerem, subtiliorem q; farinæ partem, qualis circa molas plerunq;, & loca in quibus panis pinsitur, parietibus hærens inuenitur. Secundarium verò, siue panis secundarius vocatur panis vulgaris & sordidus, vt qui confectus sit ex farina, ex qua pollinis, & similę pars ante sit excussa. Hic etiam secundus dicitur. Horatius pasti siliquis, & pane secundo. Simila ergo erit ea pars farinæ, quæ media est inter pollinem, & secũdarium, & quæ medulla est farinæ triticeæ. Eadem & similago dicitur. Plinius lib. 18. cap. 10. similago ex tritico fit laudatissima. Ex Africo iustum est è modijs redire se modios, & pollinis sextarios quinque: ita enim appellant in tritico, quod florem in siligine. Præterea secundarij sextarios quatuor, furfurumq; tantundem. Oleaster verò explicans verba illa Exo. cap. 29. e. simila triticea facies ea ait: Significat nomen hębraicum soleth, hebręis farinæ purgatissimæ florem: de qua apud Martialem. Nec poteris similæ dotes numerare nec vsus. Omnia enim quæ deo erant offerenda, oportebat esse mundissima. Quamquam igitur triticum & simila idem esse videantur, aliqua tamen est differentia, quia simila flos est farinæ triticeę, quo denotatur huius Babylonis nimium studium, ac in victu curiositas. & ideo ait & similæ & tritici.

Siligo pũ candial

Exo. 29.

¶ *Et iumentorum, & ouium, & equorum & rhedarum.* Rheda genus leuiculi currus, in quo gestabantur nobiliores in villas suas. Cuiusmodi sunt hodie quos nos coches vocamus. Quod vocabulum non græcum, nec latinũ sed gallicũ esse testatur Quintilianus lib. 1. cap. 5. Vsurpatumq; à Cicerone dicente, Attico. lib. 5. hanc epistolam ditaui sedens in rheda, cum in castra proficiscerer.

Rheda.

¶ *Et mancipiorum, et animarum hominum.* Cum dixerit mancipiorum, superuacaneum videtur dicere, & animarum hominum. Verum mancipia aliqua vendebant mercatores, vt seruirent,

uirent, aliqua verò vt occiderentur. Idest, vt pugnarent in circo cum bestijs: aut mutuis vulneribus in spectaculis gladiatorum se conficerent. Cicero epistolarum lib. 7. epist. 1. De ludis agens: reliquæ sunt venationes binæ perdies quinq; magnificæ: nemo negat. Sed quæ potest esse homini pollitico delectatio, cum aut homo imbecillus à valentissima bestia laniatur, aut præclara bestia venabulo transuerberatur? Hos igitur vt significet, qui interficiebantur: ait: & animarum hominum. Anima siquidem vitam significat, Actorum 20. neque enim facio animam meã pręciosiorem me: græcè animas homini, vel animas hominum, subaudi vendunt, ideſt, quæ plurimum delectant homines, vel quæ homines imprimis capiũt. Est enim hebraismus quod nihil habeat homo anima sua charius & preciosius.

Act. 20:

¶ *Et poma desiderii animæ tuæ discesserunt à te.* Verba sunt Apostoli ad Babylonem: aut Angeli loquentis Apostolo, ex probantis Babylonis gulositatem: quæ varia pomarum genera, fructusq; delicatissimos, vndiq; conquirebat ad voluptatem. Poma tua quæ anima tua desiderabat, ideſt, quæ appetitui tuo gratissima erant, non edes. Cæterum vbi nos habemus, poma, in græco est, ὀπώρα, quod nomẽ Aretha ait: ex communi consuetudine sumi solet pro tempore, siue temporis opportunitate. Vnde sic legit hunc locum: & tempus desiderij animæ tuæ recessit à te. Erit igitur alter sensus cum priori recipiendus. Discessit à te tempus tuum, siue opportunitas tua. Nihil iam lætum habebis. Sed prior sensus melius hæret cum sequẽtib⁹, & aptior est. Græcis enim, ὀπώρα, A significat pomum, ideſt, omnem molioris corticis fructum: vt autor est Constantinus lib. 2. Geoponicorum: Quæ autem duriori sunt cortice latinis nuces dicuntur, ακροδρυα, acrodrya à græcis appellantur, quæ in ambitu linosum putamen habent. Quod genus appellatione nucum apud latinos continetur, temporis autem opportunitatem hoc vocabulo, opora, significari, non autoritate eruditorum probari arbitror, sed vulgari consuetudine, vt ipse Arethas testatur. Apud doctos enim nõ quoduis tempus, sed autumnum. Vnde poma quoniam autumno proueniunt, idem nomen habuerunt. Obserua nam, quod huic miseræ ciuitati continget, quotidie multis peccatoribus delitijs affluentibus euenire videmus. In medio enim cursu voluptatum suarum poma desiderij animarum suarũ discedunt ab eis, & amplius illa iam non inuenient. Quid poma appellare possumus nisi fructum voluptatum, & desideriorũ humanorum, quem non sine maximo labore & animi anxietate miseri mortales colligere nituntur? Certa res est maximè laborandum esse, vt quis conscendat in arborem procerã, ad illius poma percipienda. Sed postquàm infęlix & miser homo lassatus est, audit: poma desiderij animæ tuæ discesserunt à te, & amplius illa iam minimè inuenies. Hoc contigisse misero illi qui dissipauit omnia bona sua viuendo luxuriosè, certa res est. Cupiebat enim implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabãt, & nemo illi dabat. Quid est, cupiebat, & nemo illi dabat, nisi cõtendere reuerti ad voluptates Aegypti? Cęterũ nõ valuit obtinere? Quid nisi poma desiderij sui discesserunt ab illo? Benè autem

Aretha.

B C D

tem hic filius prodigus, & adolescens esse dicitur, & poma quærere Babylonis, quia is similis erat puero insipienti, qui poma facilè putrefactia plus facit, quàm res pretiosas, velut gemmas, vel aurea liquid tale, non enim ad voluptates illas supernas quærendas & colligendas oculos cordis leuabat, sed ad poma terræ dimittebat. Et frustratur enim peccatores, cum minus putant desiderio suo & voluptatib⁹ suis. *Et omnia pinguia & præclara perierunt à te.* Ideſt, omne genus pinguium & delicatorum ciborum. *Et amplius illa iam non inuenient.* Tui videlicet emptores, vel mercatores, vt ea vendant. Quasi dicat: omnes tuæ deliciæ repentè euanescent, & sicut fumus deficient. *Mercatores horum,* Græcè emporì, quos paulò ante vocauit negociatores: mercatores ergo horum, honorem, scilicet, *Qui diuites facti sunt,* merces suas vendentes meretrici mulieri, *A bea longè stabunt,* Animo, scilicet, vt dictum est: si per illam intelligamus omnem impiorum cætum. Si autem Romam, tunc hi abea longè stabunt. Græca scholia hos mercatores dæmones appellant, qui pro delicijs, & peccatis homines emant, & vendant, prout Esaias ait: Ecce enim in iniquitatibus vestris venditi estis. Siue ergo isti dolentes perijsse instrumentũ animas inescandi, siue auari mercatores, longè stabunt dicentes. *Væ væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat byſſo, & purpura, & cocco.* Ideſt, quæ omni deliciarum genere affluebat & diuitiarum: quia vna hora: breuiq; momẽto, eam omnia istæc ornamenta, & illectamenta destituerunt. *Quoniã vna hora,* inquit *destituta sunt tanta diuitia.* Ideſt, breuissimo tempore, & quasi puncto temporis desolatæ sunt tantæ diuitiæ huius Babylonis. Pro, destitutæ, est in Græco, ἠρημώθη, eremodie, quod est, desolatæ sunt, in solitudinem versæ sunt, & perierunt: vt interpretatur Arethas, Primasius legit quoniam, vna hora exterminatæ sunt tantæ diuitiæ. Duo igitur significat græcum verbum tantas diuitias & desolatas esse, & perijsse destitutas atq; desertas, id est, suis possessoribus orbatas. Quod magis sentire videtur interpres. Quoniam ex illis multa relicta sunt deserta: multa à victoribus adducta. Areth. Primaſius

¶ *Et omnis gubernator, & omnis qui in locum nauigat.* Pro omnes qui in locum nauigant, Veronensis, & Dion. vsianus codex habet, πᾶς ἐπὶ τῶν πλοίων πλεῶν ideſt, quicunq; nauigat. Germanicus habet. πᾶς ἐπὶ τῶν πλόιου ὅμιλος, ideſt, omnis turba nauigio vtens. Siue omnis in nauibus versantium turba. Puto interpretem pro, πλοίων legisse, λιμνῶν, quod stagna significat, & paludes, vel aliud simile. Quod si vt græci legunt, nos etiam legamus, locus iste ad eos etiam referri poterat, qui in mari nauigant. Vnde Primasius legit: & omnis qui per mare nauigat. Tyconius autem Hom. 16. legit: & omnis qui nauibus nauigat. Imo paulò post nomen græcum, πλοῖα, plæa, quod est vbi nos habemus lacum, & interpretati sumus: nauigia, idem interpres vertit naues: vbi ait: qui habebant naues in mari. At iure nunc vertit, *& omnis qui in locum nauigat.* Quoniam, πλοῖον, plæon magis parua nauigia significat, qualia in lacibus versantur, quàm naues. Deinde quoniam statim meminit eorum qui nauigant in mari, cum ait: *& nautæ, & qui in mari operantur.* Rectè autẽ meminit, *lacum,* quoniam nonnullos habet Italia vbi sita est Babylõ, hoc est, Ro Tyconius

Esaiæ 52.

Roma:& ex his hodie quàm magna piſcium vis conuehitur ex his verbis.

Et omnis gubernator,& omnes qui in loco nauigant, & nautæ longè ſteterunt videntes locum incendii eius. Argumentum ſumit Beda aduerſus peculiarem & ſecundam expoſitionem noſtram. Numquid,ait: omnes mare nauigantes adeſſe poterunt,vt videant incendium ciuitatis? Sed mirum eſt hoc eũ argumentum mouere,cum ſint verba ipſa manifeſta. Sitquè in promptu reſponſio,non de omnibus nauiganti bus loqui Ioannem, ſed de omnibus qui tunc in vrbem venient merces ſuas afferentes,qui plurimi erunt, vt ex dictis in hoc.c.intelligitur. Quod ſi de huius mundi confuſione locum intelligamus:ſenſus loci eſt:quod omnis qui cum Babylone illa magna negocium fuit,ſiue principes gubernatores,ſiue ciues & mercatores per mare pauperiem fugientes,& vt immodicè diteſcant, huc illuc diſcurſantes, longè animo ſteterunt à Babylone, à damnatione eius abhorrentes.

Beda.

¶ *Et nautæ.* Nautæ propriè dicuntur,omnes qui nauem regunt, & ducunt,& gubernatori in hoc opere miniſtrant. *& qui in mari operantur.* Pulchra periphraſis, qua nautas per mare nauigantes ſignificauit. Illi enim maximè operantur, & plurimum laborant,præſertim cum ventus ſecundus non eſt. Ita Pſal.106. Qui deſcendunt mare in nauibus, facientes operationes in aquis multis. Quæ verba poſſunt etiã ex parte referri ad reliquos qui in naui ſunt. Sed audiamus quid illi dicãt: *Quæ ſimilis ciuitati huic magnæ.* Ideſt, cui ciuitati vnquàm contigit,quæ huic magnæ ciuitati nunc cõtigiſſe cernitur? *& miſerunt puluerẽ ſuper capita ſua.* Quod eſt ſignum maximum lugentium & immodicè flẽtium. Vt Iob.cap. 2. De amicis ſancti Iob dicitur:& exclamantes plorauerunt,ſciſſiſq; veſtibus ſparſerunt puluerem ſuper caput ſuum in cœlum. Et Ioſue.7.Ioſue ſcidit veſtimenta ſua,& pronus cecidit in terram coram arca Domini vſque ad veſperam, tàm ipſe quàm ſenes Iſrael: miſeruntq; puluerem ſuper capita ſua. 1. Regum. 4. Currens autem vir de Beniamin, ex acie, venit in Silo indie illa ſciſſa veſte, & cõſperſ⁹ puluere caput. *Flentes & lugentes.* Auget hæc geminatio. Ac ſi diceret:vehementer lugentes. *Væ væ ciuitas illa magna,in qua diuites facti ſunt omnes qui habebant naues in mari de preciis eius.* Dolent & plangunt ſuper tàm repentina euerſione ciuitatis magnæ,cuius ob luxus & ſumptus immodicos,magnũ ex precioſis quibuſq; mercibus terra mariq; præſertim,quæſtum faciebant. Ex hoc loco ſumit argumentum ſibi certiſſimum Arethas non loqui Ioãnem in hoc capite de Roma,aut certa aliqua ciuitate in Babylone ſignificata. Sic enim ait:hinc certiſſimum eſt, quod nõ de vna ciuitate ſit ſermo, ſed de vniuerſo hoc corruptibili orbe licet accipere. Neque enim Babylon,neque Roma,neq; alia ciuitas ex nauium profectione ſolùm diteſcit, præter ſolum hunc mundum. Verum ipſe perperã verba hæc intellexit: neq; enim vrbẽ dicit diuitem factam eſſe ex nauibus, ſed eos qui habebant naues diuites factos eſſe mercibus,quas Romam importabant. Neq; de omnibus omniũ marium nautis loquitur, vt aduerſus Bedam paulò ante dicebamus,ſed de illis qui Romam cum mercibus naui gabant. Eſt enim Roma proxima mari. Imo & per Tiberim plura nauigia

Ioh.2. Ioſue.7. 1.Re 4. Areth.

Pſa.106.

mer

merces in eam inuehunt. Quare non est quur hunc etiam sensum non amplectamur.

¶ *Exulta super eam cœlum.* Idest, cœlestis conuersationis homines, vel angeli. Ita legendum est, vt est in Græco, & apud Aretã. Non exultate. Cœlum autem exultare iubet propter mundi ruinam, vel peculiariter propter Romæ casum, quoniam multa in ea flagitia contra Deum commissa sunt, & plurima idola adorata sunt. *Et sancti Apostoli & prophetæ.* Apostolos iubet exultare quoniam duo principes Apostolorum Petrus, & Paulus Romæ occisi sunt: & Ioannes ipse in dolium feruentis olei missus fuerat. Cæteri autem Apostoli, & Prophetæ multi noui testamenti, & sancti, iussu Romanorum Imperatorum, & præsidum prouinciarum perierunt. Multi etiam Romæ interfecti sunt. Nil ergo nos mouere debet Arethas, qui hîc etiam ait: etiam ex hoc confirmamur quod de mundo sit oraculum, & non de vna ciuitate: Nam & si de mundo hæc omnia exponi commodè possint, non est negandum de Roma posse aptè hæc eadem intelligi. Ad congratulationem ergo de impiæ meretricis & Babylonis euersione sancti inuitantur.

Arethas.

¶ *Quoniam*, inquit, *iudicauit Deus iudicium vestrum de illa.* Iudicare iudicium alicuius est, per verum iudiciũ reddere illi, quod ei debetur: aut quod per iudicium iniustum ei ablatũ fuerat. Iudicauit, inquit, Deus iudicium vestrum de illa, idest, quod diu de illa iudicium fieri optabatis, dicentes: quousquè Domine non vindicas sanguinem nostrum? id iam aduersus eam tulit Dominus. Hoc est iudicium quod iudicat Deus, siue hæc est vltio quam sumit Deus pro iniuria alteri facta. Hinc regius vates ait Psalmo. 9. Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam: sedisti super thronum qui iudicas iustitiam. Et Michæ, capite. 7. Donec causam meam iudicet, & faciat iudicium meum. Ex quo videmus quid sit illud Psalmi. 16. De vultu tuo iudicium meum prodeat. Est enim ac si diceret iudica iudicium meum: atq; ideo sequitur oculi tui videant æquitatem. Et Psalm. 118. Iudica iudicium meum & redime me. Hinc etiam intelligitur illud Sapien. 12. Cum ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas: vt bonitatem tuam cogitemus iudicantes: vt cum de nobis iudicatur, speremus misericordiã tuam. Est ergo sensus huius loci Ioannis: vltus est vos Deus, dãnabit Babylonem, propter iniurias quas vobis intulit. De his satis.

Pſa. 9.

Mich. 7.

Pſa. 16.

Pſa. 118

Sap. 12.

¶ Nunc operepretium est referre merces ciuitatis sanctę Hierusalem in qua mercatores euangelici sunt innumeri, afferẽtes in eam verum aurum, argentum, lapides pretiosos, margaritas, byssum & purpuram, coccum, & lignum thyinũm, vasa eburnea, & marmorea, cinnamomum, vinum, oleum, similam & triticum: aues, equos, rhedas & mancipia, & animas hominum, pomaquè præclara. Et denique omnia pinguia & præclara. Aurum igitur Ecclesiæ sapientia quidem est de qua Salomon ait Prouerbiorum, capite decimosexto, possi de sapientiam, quia auro melior est. Argentum est diuina cœlestisq; doctrina. Vnde Dauid ait: eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum. Per hanc doctrinam discernitur vera à falsa doctrina. Docet impius

Merces Ecclesiæ enarrantur & explicãtur.

Pro. 16.

Pſa. 11. b

pius Lutherus ſola fides ſufficit ad ſa-
lutem:docet ſcriptura ſacra, fides ſine
Iaco.2.d. operibus mortua eſt. Lapides pre-
cioſi ſunt viri apoſtolici vnde Diuus
Petrus in prima ſua Canonica, capite
1.Pe.2. ſecundo ait: & ipſi tanquam lapides
viui ſuper ædificamini domus ſpiri-
tuales. Inter hos lapides, Chriſtus eſt
lapis quidem precioſiſſimus, de quo
ſtatim addit Petrus referens Eſaiam,
Eſa.28. capite vigeſimo octauo. Ecce pono
in Sion lapidem ſummum angula-
rem, probatum, electum, precioſum.
Margarita precioſa Chriſtus eſt, de
qua ipſe apud Mathæum capite deci-
Math.13. mo tertio ait: ſimile eſt regnum cœ-
lorum homini negociatori, quærenti
bonas margaritas, inuenta autem vna
precioſa margarita vendit vniuerſa
quæ habuit, & emit eam. Byſſus, eſt
carnis maceratio, per ieiunia, vigilias,
cilicia & cæteros fructus pœnitentiæ.
Purpura, martyrum eſt, hoc byſſo &
hac purpura veſtietur Eccleſia. Pro-
uerbiorum vltimo. Byſſus & purpu-
Pro.vlt. ra indumentum eius. Sericum, ſuaui-
tas & puritas eſt virginum. Coccus
verò bis tinctus, charitas Dei & pro-
ximi. Vaſa verò eburnea omniquè la
pide precioſo ornata, varietas eſt me-
ritorum, & diuerſitas virtutum qui-
bus ſplendent & fulgent ſancti. Aera-
menta reſonans, conſonantia eſt bo-
næ vitæ, & ſanctarum actionum.
Quod verò Eccleſia ſuum ſuauiſſi-
mum cinnamomum habeat proba-
tione non eget, quando Paulus, ſecun
2.Co.2. do ad Coloſ. ſecundo, dicat: Chriſti
bonus odor ſumus. Et peculiariter
hic odor cinnamomi, &c. Vitam con
templatiuam ſignificat. Vnde Canti.
Can.3. tertio, dicitur: quæ eſt iſta quæ aſcen-
dit ſicut virgula fumi, ex aromatibus
myrrhæ & thuris, & vniuerſi pulue-
ris pigmentarij. Et alibi ſicut cinna-
momum, & balſamum aromatizans
odorem dedi. Quod verò noſtra hæc
ciuitas, oleum, ſimilam, & triticum
habeat docet pſalmographus myſti-
cè, Pſalmo ſecundo dicens: à fructu,
frumenti vini & olei ſui multiplicati, Pſa.4.
ſunt. Oleum, inquam, gratiæ, panem
& vinum, hoc eſt, corpus & ſangui-
nem Chriſti, quibus alitur, & nutri-
tur, & vitam cœleſtem auget & con-
ſeruat. Iumenta ſunt obedientes, &
manſueti qui cum Dauide aiunt: vt
iumentum factus ſum apud te, & ego Pſa.72.
ſemper tecum. Pſalmo. 72. De hoc iu-
mento myſticè loquitur Chriſtus in
parabola Samaritani, qui hominem
infirmum ſuper iumentum impo-
nens adduxit illum in domum ſtabu
larij. Oues dicuntur illi, qui ſiue per
infamiam, ſiue per bonam famam ſe-
quuntur paſtorem Chriſtum. Equi Lu.10.
verò prædicatores Euangelici ſunt,
quibus inſidet Chriſtus. Hi etiam
rhedę dicuntur, & currus Eccleſiæ,
quibus, & homines ſuauiter vehun-
tur, & quibus victui neceſſaria affe-
runtur. Talis erat Elias ille, cui E-
liſæus voces ad ſidera tollens dicebat:
pater mi, pater mi currus Iſrael & au
riga eius. 4. Regum capite ſecun- 4.Re.2
do. Et reuera vtrumquè munus va-
tes ille ſanctus agit. Nunc conſolaba
tur miſeros, nunc ſubueniebat paupe
ribus, nunc miracula edebat: nunc
deniquè in impios incandeſcebat. De
niquè ſua manu ipia, animaſquè ho-
minum habet Eccleſia: nam multi
ſunt illi tanquam mancipia perpetuò
ſeruientes, multi verò animas ſuas,
hoc eſt, vitas ſuas pro Chriſto expo-
nentes, & æquo animo beſtijs, hoc
eſt, tyrannis exhibentes. Hæc ſunt
merces huius cœleſtis ciuitatis, qui-

bus negociantur mercatores eius regnum cœlorum. Sed vide obsecro rerum vicissitudines: mundi mercatores videntes casum Babylonis, flebunt, lugebunt, dolentes ruinam, & casum eius. At verò mercatores regni cœlorum gaudebunt cum viderint vindictam eius: & lauabunt manus suas in sanguine eius. Item omnis gubernator, & omnes qui nauigijs nauigant, & nautæ qui in mari operantur, longè stabunt à Babylone & mittent puluerem super caput suum. Gubernatores, inquam, cœlestes, vt pote regendæ nauis periti, qui tutos sese ab huius mundani maris æstibus & fluctibus seruant, piam, scilicet, & moderatam vitam degentes. Nautæ etiam, & omnes in hoc mundi mari operantes, qui aduersus mundi fluctus & turbines laborant quotidie manibus operantes, ne ociosos illos dies Domini inueniat, habentes pro axiomate illud sapientis Ecclesiast. nono. Ecclesiæ. 9 Quodcumque potest facere manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas. Ij ergo omnes ineuitabilem vitæ huius finem diemque iudicij breui fore præsentientes, priusquàm veniat, obseruant: & cum viderint venientem, magis obseruabunt: & ab hac Babylone longè & stant modò, & tunc quum viderint vindictam stabunt: ab impiorum, scilicet, consortio & imitatione procul fugientes, & ob horrorem Babylonicæ ruinæ cinere caput aspergent, idest, pœnitentiam de ijs, quæ minus rectè egerant, facient.

¶ *Et sustulit vnus Angelus fortis.* Fortis appellatur hic Angelus, qui A mittere poterit tantum lapidem in mare. Qui Angelus typus est & figura Dei omnipotentis, qui magna fortitudine, & potentia consumpturus est Babylonem. Ne ergo mysticè cogamur hunc locum exponere, puto hunc Angelum reuera tali habitu ac specie Ioani apparuisse, mittentem grande saxum instar molę in mare, & dicentem:

¶ *Hoc impetu mittetur Babylon illa magna.* Vt fortitudinem in supplicio sumendo indicaret, magnum lapidem mitti in mare oportuit. Sed ali quid præterea significat magnitudo lapidis, subitaneam, scilicet, ac repentinam Babylonici regni ruinam, hoc est, irreparabilem omnium impiorum casum: quasi dicat: subitò ac irreparabiliter ruiturum, radicitusque casurum est regnum Diaboli. Quemadmodum molaris in mare delectus amplius non apparet, ita illius nulla erit redemptio ab infernis. Quod si de Romæ temporali ruina sit sermo, etiam hac comparatione significatur, illam esse omnino perdendam, soloquè æquandam: ita vt nulla eius supersint vestigia, & cum magno strepitu, & cum admiratione omnium esse disperdendam. Nam lapis molaris magnus est, & grauis: & quò grauior lapis est, eò maiori impetu & maiori strepitu cadit, & profundius mergitur, ac minus apparet. Sed quò mittenda est Babylon? In infernum, quasi in mare profundum: intelliguntur autem ciues Babylonis.

¶ Cæterũ vbi nos legimus hoc impetu, in Græco est pro hoc οὕτως idest, sic. Interpres legit, τούτῳ, idest, hoc impetu. Sed siue dicamus hoc impetu, siue sic impetu, idem sen-

sus

fus est. Ad id verò alludere Ioannes videtur, quod apud Hieremiam,
Hiere. 51. capite 51. Scribitur de Chaldaica Babylone. Vbi ita ait. Ascendit super Babylonem mare, multitudine fluctuum eius operta est. Et in fine capitis decimi sexti dicitur: Cumquè compleueris legere librum istum, ligabis ad eum lapidem, & proijcies eum in medium Euphratem, & dices: sic sumergetur Babylon, & non consurget à facie afflictionis quam adduco super eam, & dissoluetur. Væ væ miseris peccatoribus. Nam grauitas peccatorum suorum in causa est, vt lapis iræ diuinæ submergat eos in profundum: tales erant illi qui in mari rubro submersi sunt. Vnde Exod.
Exo. 15 capite decimo quinto dicitur: Descenderunt in profundum quasi lapis. Impetu scilicet magno sine spe redeũdi. Væ illis, quorũ iniquitates supergressæ sunt caput suum, & sicut onus grauè grauatæ sunt super eos, nam subitò veniet ira Dei, & magno impetu mittentur in mare. Hoc idem alia periphrasi significare voluit regius vates,
Psa. 62 Psalmo 62. Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt. Introibunt, inquam, in profundum inferni sine aliqua spe redeundi, & comparandi salutem. Cuius casus, & perpetua ruina figurata quoquè fuit in ruina & lapsu tyri, de
Ezech. 26. quo Ezechiæ capite 26. Ad longum differit. Et inter alia multa, addit: Hæc dicit Dominus: cum dedero te vrbem desolatam, sicut ciuitates quæ non habitantur: & adduxero super te abyssum, & operuerint te aquæ multæ. Et detraxero te cum his qui descẽdunt in lacum ad populum sempiternum, & collocauero te in terra nouissima sicut solitudines veteres cum his qui deducuntur in lacum, vt non habiteris. Porro cum dedero gloriam in terra viuentium, in nihilum redigam te, & non eris requisita, non inuenieris vltra in sempiternum, dicit Dominus. Hæc eadem euenient Babyloni mysticæ, hoc est, regno Diaboli, siue Romæ, in nouissimis diebus. Euenient singulis peccatoribus nolentibus agere pœnitentiam. Sine spe enim salutis in profundum maris proijcientur.

¶ Sed ais, si hæc ita sunt: quomodo verum erit quod Esaias ait capite vigesimo quarto. Congregabuntur in
Esai. 24. congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere: & post multos dies visitabuntur? Hoc testimonium videtur applaudere, vt Hieronymus ait, Origini & alijs, qui Diabolo & dæmonibus dant pœnitentiam, quod multa post tempora visitentur à Domino. Sed considerent quod non dixerit aperte scriptura diuina: visitabuntur à Domino, vel visitabuntur ab Angelis: sed absolutè visitabuntur. Ex qua ambiguitate verbi, & remedium potest intelligi, & correptio: quod post quam iusti præmia receperint, illi in perpetuis pœnis visitentur. Sensus ergo est: Reges terræ cum primùm excesserint è vita in inferno congregabuntur. Sed post multos dies, nempè in die iudicij visitabuntur, quando ab illis exigetur suæ vitæ ratio. Sed audita sententia iterum in inferos in æternum relegabuntur. Est enim ignis ille æternus, vt apud Mathæum
Math. 25 ait Dominus capite 25. Et apud nostrum Ioannem supra capite 14. quod
Supra. 14 significare volens Dominus vsus est hoc exemplo lapidis molaris proiecti magno impetu in abyssum. Ali-

qui locum hunc Esaiæ intelligunt de limbo vbi congregati sunt multi Reges, & Patriarchæ; donec Christus resurrexit. Tunc enim visitauit eos, & eduxit illos de lacu. Lacus siquidem limbus appellatur apud Zachariæ, capite nono. Tu quoquè in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. De hac re quod, scilicet, damnatus vltimam sustineat sententiam, sine aliqua spe veniæ exponunt & intelligunt aliqui locum illum Psalmi 38. Remitte mihi, vt refrigerer priusquam abeam, & amplius non ero. Qui enim in inferno est, est quasi non esset. Vnde Augustinus post multa in hunc locum disputata addit: Remitte mihi vt refrigerer priusquam abeam, & amplius iam non ero. Si enim mihi non remiseris peccata, ibo in æternum abite. Et à quo ibo in æternum? ab illo qui dixit, Ego sum, qui sum. Ab illo qui dixit: dic filijs Israel: qui est, misit me ad vos. Abeo ergo qui verè est: qui in contrarium pergit, ad non esse pergit. Quæ obsecro vita esse posset sine vera vita? quæ existentia sine vera existentia? Sunt ergo impij in inferno quasi non essent.

Zach. 9.

Psa. 38.

¶ *Et vox cytharœdorum & musicorum & tibia canentium, & tuba non audietur in te amplius.*

¶ Omnia illa quibus oblectari solebas ò Babylon, te pereunte penitus peribunt. Ita solent loqui Prophetæ de rebus, quæ subuertuntur. Vt Hieremias capite vigesimo quinto. Perdam què ex eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ, vocem molæ, & lumen lucernæ. Hæc eadem hic Ioannes commemorat: sed pro voce gaudij, & voce lætitiæ, sustituit vocem cytharœdorum, & musicorum. Musicos verò vocat cantores. Nam statim ponit tibicines, & tubicines dicens: & tibia canentium, & tuba non audietur amplius. Tibiam ad ludrica & ad lætitiam adhiberi solitam apud veteres nemo ignorat. Sed tuba non ad læta vtebantur sed ad bella. Atquè ita facilè & aptè dicere possumus nô audietur in te vox tibiæ canentium, vt in choræis solebas: neque audietur in te vox tubæ, qua milites tuos in prælium educas. Nullos enim habebis. Nam apud Græcos non sunt, ita hæc colligata. *Tibia canentium & tuba.* Vt in Latino, quasi ad eundem pertineant: sed dissociata. Ita enim est in Græco, & vox cytharœdorum & musicorum, & tibicinum, & tubicinum, non audietur in te amplius. Quamuis & tibiam in prælia allatam esse à lacedæmonijs, & cretensibus probat Aulus gellius libro primo noctium atticarum capite vndecimo. Sed id à Romanis factum minimè legimus: an verò postea faciendum sit, incertum est. Altera est horum verborum expositio valdè germana. Non audietur in te vox tibicinum & tubicinum ad mortuos cum pompa & honore sepeliendos. Iam enim nulli erunt qui moriantur: sed omnes mortui sunt. Etenim veteres, vt eruditè annotauit Antonius Nebrissensis in tertia quinquagena, capite 46. Ad pueros sepeliendos tibia vtebantur, ad viros, tuba. Vnde illud Persij.

Aulus gellius

Nebrissens.

Hinc tubæ candelæ tandemque beatulus alto
Compositus lecto &c.

Tuba utebanturantiqui in funere virorum, tibia verò, in funere parvulorum

¶ Et Virgilius in funere eorum qui in bello ceciderant.

Spar-

Spargitur & tellus lachrymis spargũtur & arma.
It cœlo clamorquè virum, clangorquè tubarum.

¶ Et Gelius libro.20.capite secundo, cum verba hæc ex oratione Marci Catonis retulisset: Siticines, inquit, & liticines, & tubicines. Postea autem infert. Nos autem in Capitonis Attæi coniectaneis inuenimus Siticines appellatos, qui apud sitos canere soliti essent, hoc est, vita functos, & sepultos: eosquè habuisse primum genus tubæ qua canerent, à cæterorum tubicinum proprietate differens: quos siciniſtas vulgus dicit. Qui rectius loquuti sunt, sicinnistas, litera, n, gemina dixerunt. Sicinnium enim genus veteris saltationis fuit. Saltabundi autem canebant, quæ nunc stantes canunt.

¶ De tibia verò Stasius scribit.

Tibiacui teneros suetum deducere manes.

Math.9 Inde Mathæi capite nono. Infunere puellæ scriptum est. Cum venisset Iesus in domũ principis, & vidisset tibicines, & turbam tumultuantem, dixit: recedite: non est enim mortua puella.

¶ En vides gaudium in luctum, & in summam mestitiam conuersum. Meritò dicebat Christus væ vobis qui ridetis, quoniam flebitis: & beati Luc.6 qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Obserua in sacra scriptura nomine musicæ iucunditas & gaudium designatur. Vnde de impijs huius Baby Math.5 lonis ciuibus sic Iob capite vigesimo primo. Tenent tympanum & cytharam, & gaudent ad sonitum organi: & ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. De Iob.21. huiusmodi intelligens Esaias ait: capite quinto. Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsquè ad vesperam, vt vino æstuetis. Cythara & lyra, & tympanum, & tybia inconuiuijs vestris: & opus Domini non respicitis. Hæc instrumenta musica habet Babylon ista, quibus se sui ciues deliniunt, & effœminant: quibus consonantibus prosternantur, & Diabolum adorant sicut olim vniuersarum gentium populi statuam auream regis Babylonis adorabant. Efficiunt enim vanæ voluptates, vt idolis, hoc est, mundo, dæmoni, & carni seruiamus, & obtemperemus. Sed quæ est hæc insania & stultitia, vt sirenarum cantibus delectemur? In salicibus in medio Babylonis suspendamus organa nostra. Et quoniam iuxta flumina Babylonis sedemus, oculos ad cœlestem ciuitatem leuemus, eamquè considerantes lachrymas prædolore fundamus. Quomodo cantabimus in terra aliena exules à cœlesti patria? Maximè cum omnes huius miseræ Babylonis delitiæ sint flumina, ad mare illud profundum inferni currentia. Vbi omnis vox cytharædorum & musicorum, & tibicinum amplius non audietur: Sed perpetuus fletus & luctus, & stridor dentium. Genesis capite quarto. Sacra narrat Ge.4 historia quod ex impio Cain originem traxit tubal, qui fuit pater cañentium cythara, & organo. Omnes impij qui vitam suam in voluptatibus transigunt, filij meritò dici possunt impij & scelerati Cain: qui tandẽ miserè peribunt. Aderit aliquando dies quando hæc omnia cessabunt: vt hoc loco Dominus comminatur. Eandem comminationem inuenies apud Ezechie.cap.26. vbi Dominus Ezech.26.

Impij qui voluptatibus dant operam filij Cain dicũtur & quare.

Psa.136

ait tyro: quiescere faciam multitudinem canticorum tuorum, & sonitus cytharārum tuarum, nō audietur amplius. Eodem modo Esaias euersionē prædicēs Moabitarum, ait: auferetur lætitia & exultatio de Carmelo, & in vineis non exultabit, nec iubilabit. Et Hieremias Dei nomine inquit: quiescere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Hierusalem vocem gaudij, & vocem lætitiæ. Omnem lætitiæ materiam auferet Dominus ab impijs.

Esai.c.16

Here.7

¶ Et omnis artifex omnis artis: nō inueniatur in te amplius. Cum tot fuerint in te prius omnis generis artifices, iam nullus inuenietur. Neque enim erunt cui laborent. Omnigenis priuaberis delicijs, & artibus ad victū necessarijs, neque aliquo tibi opus erit artifice. Dum igitur tempus habemus operemur bonum. Vnde meritò consulit Eccle. cap. 9. Quodcumq; potest manus tua instanter operare. Et Christus ait Ioā. 9. Me oportet operari donec dies est. Venit nox quando nemo potest operari. Tunc enim omnis artifex omnis artis non inuenietur, non solum ad victum corporalem parandum, sed neq; artifex spiritualis ad vitam æternam acquirendam.

Eccl.9.

¶ Vox molæ non audietur in te amplius. Ideſt, nullum triticum post hac in esum tibi moletur: nemo siquidem erit cui triticum molatur.

¶ Et lux lucernæ non erit in te. Lucernis multis, & magnis, & pulchris vtebantur in conuiuijs Romani: ad quas maximè nunc respicere videtur. Ac si dicat: cessabunt iam læta conuiuia. Quod si de mūdi causa fit oratio sensus erit: vbi nōnunquam tibi ad solatium, & consolationem, aut lucernæ, aut solis claritas affulgebat, nunc post hac, densissimis eris hinc inde circumsepta ac vallata tenebris perpetuis. Contra verò de muliere forti dicitur in Prouerbijs capite vltimo: non extinguetur in nocte lucerna eius.

Pro.vlt.

¶ Et vox sponsi & sponsæ non audietur. Nullæ in te nuptiæ fient, vt ante. Erat enim magnus sumptus & apparatus nuptiarum: magna in eis conuiuia, & magna alacritas. Vbi ergo aliquando ad sui consolationem nuptialia cantica decantata sunt, & tunc vox sponsi & sponsæ audita: post eius casum haud quaquam erunt, sed horū loco erit fletus maximus.

¶ Quia mercatores tui erunt principes terræ. Si de Roma sit sermo. Videtur hoc expositioni nostræ aduersari: qua eos qui græcè empori dicuntur, ideſt: negociatores, siue mercatores in hoc ipso capite propriè accipimus: eosq; esse diximus qui Romam merces suas lucri causa importabant. Neque enim cum hoc rectè cohæret, quod nunc principes terræ mercatores eius esse dicit. At minimè aduersari ex vero horum verborum sensu intelligimus, qui est huiusmodi. Tanta fuit dignitas & præstantia imperij tui, vt non solum vulgares homines mercatores tui essent: sed ipsi etiam principes terræ. Principes terræ vocat mercatores, quoniam pretiosissima quæ in terra sua habebant Romam deferebant ceu mercatores, ideſt, speculatus, & vt sibi animos Romanorum conciliarent: atq; ita principatū suum retinerent, aut quæ non habebant sperarent. Et à suis honorarentur & ditiores essent. Legite librum 1. Machab. cap. 8. & alia in illis lib. duobus: ex quibus hoc quod dicimus ex parte intelligi poterunt. Sed cur quæso causa supplicij Romæ pōnitur, mercatores eius fuisse principes terræ? primum,

mum, vt tyrãnis eius ostendatur: quæ quibus volebat regnum & principatum deferebat, etiam si principes illi aliàs essent indigni: modò amici sui essent. Secundò propter id quod continuò sequitur; quod statim explicauimus. Interim considera insatiabilem mercatorum cupiditatem, & auaritiam, quam quotidie experimur. Videmus enim eos opib9 principes præire, imo ex humilibus hominibus fieri principes terræ, ac subitò, suis permutationibus, ac negocijs, vsurisq3 ita ditescere vt nobiles, delicijs, auro & argento, &c. Longè superent. His aiebat Dominus apud Esaiam. cap. 5. Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, vsq3 ad terminum loci. Mirum profecto est quod cum radix omnium malorum sit cupiditas, tot videamus mortales pecuniæ seruos esse. A minori vsq3 ad maiorem ait propheta quidam, omnes auaritiæ student. Est namq3 morbus iste veluti linea æquinoctialis, quæ ambit totum orbem. Et quemadmodum illi, qui sub æquinoctiali viuunt, nigri sunt: qui verò ab ea longè separantur albedine afficiuntur, & quantò longius distant, tantò sunt candidiores: hic qui auaritiæ obediunt scelerati sunt, qui verò eam ex animo fugiunt virtutis candore decorantur: & quantò longius absunt, tantò puriores sunt. Ait igitur Esaias: væ vobis principes terræ, qui auaritiæ vacatis, & maximo studio, nimiaq3 cura ac diligentia per fas nefasq3 possessiones vestras augere curatis vsq3 ad terminum loci, hoc est, donec non sit amplius locus vllus: nam æternam damnationem incurretis. Væ vobis, inquam, quia nõ solũ vestræ, non solum, Romanæ, sed etiã totius mũdi ruinæ eritis causa. Væ vobis qui induimini byssо, & purpura, & epulamini oppiparè & splendidè, nam recepistis bona in vita vestra, quare subitò moriemini, & in infernũ sepeliemini. Iam ergo secundam causam perditionis & interitus Babylonis audiamus.

Cõtra auaros. Esai. 5. 1. Tim. 6 Here. 9. Similit. Esai. 5. Lu. 16

¶ *Quia in veneficijs tuis errauerũt omnes gentes.* Idest, quia principes & reges tuis blanditijs ad idolatriam adduxisti: atq3 ita omnes gẽtes in errorẽ induxisti. Quod facilè fuit regibus earum errantibus. Sicut Ieroboam in errorem induxit Israel. Legite. c. 7. Oseę. Atq3 hinc intelligite cur. c. 17. Roma dicta est mater fornicationum terræ. Vt omittamus omnes prouincias à Romanis fuisse gubernatas: simulquè ab illis & mores, & vocabula multa, & idolorum cultum accepisse, quæ illi colebant. Hæc etiam est causa quare Babylon magna, hoc est, diaboli rõgnum in profundum mittetur, quod suis mendacijs, impostoris, dęmoniorum doctrinis gentes intoxicauit, & fascinauit, ita vt non obedierint euangelio, aut veritati. Veneficium enim hoc loco pro spirituali intoxicatione sumi videtur. Oseæ. 7. Supra. c. 17

¶ *Et in ea sanguis prophetarum & sanctorum inuentus est.* Repentè mutat personam more prophetico, quod annotauimus. cap. 2. & à secũda transit ad tertiam. Cum autem dicit sanguinem prophetarum & sanctorũ inuentum esse in ea, elegans metaphora est, ab ijs, qui post homicidiũ man9 & vestes habent sanguine intinctas. Quale est illud Esa. 63. & conculcaui eos in ira mea, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea. Et Hieremi. 2. Et in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum & innocẽtium. Aliqui ita exponũt hunc locum Esai. 63 Hie. 2

loquendo de Babylone magna, ideſt, ſuper hanc meretricem, ſiue reproborum collectionem, veniet omnis ſanguis iuſti effuſus ab origine mũdi, ad conſummationem ſeculi vſq; Quaſi dicat: vſq; adeò ſeuera erit diuina vltio in hãc reproborum collectionem, vt rea omnium martyrum pro Chriſto occiſorum ac Dei nomine non iniuria videatur. Sed nos ſecundum ſenſum proſequemur etiam : addit igitur.

Reprobi quo modo dicantur reciſſi ſi ſanguinis iuſti

¶ *Et omnium qui interfecti ſunt in terra.* His verbis conuincere putat Beda non agere Apoſtolum hîc de vna ciuitate. Nunquid, inquit, eadem ciuitas occidit Apoſtolos, quæ & prophetas, aut omnes ſanctos? Sed hæc eſt ciuitas, quam Cain fratris ſui ſanguine fundauit : & vocauit nomine filij ſui Enoch i. poſteritatis ſuæ omnis. Nam ſeptem generationes deſcriptæ ſunt Cain. In eius ciuitatis ædificium fundatur omnis ſanguis iuſtus à ſanguine Abel iuſti vſq; ad ſanguinem Zachariæ, ideſt, populi & ſacerdotis. Hęc Beda. Nos autem (vt & alia omnia) ita & hæc, de vna ciuitate dici poſſe exiſtimamus. Ideſt, de Roma. Non enim dicit omnes ſanctos interfectos eſſe in ea, ſed inuentum eſſe in ea ſanguinem omnium ſanctorũ qui interfecti ſunt in terra. Ideſt, ipſi imputari vt autori. Cum enim quo tempore hæc Ioãnes ſcribebat Roma vniuerſo orbi imperaret, & poſt multos annos deinde imperium tenuerit, omnia gerebantur per præſides, quos prouincijs præfecerat: & ipſis iubẽtibus martyres, & ſancti vbiq; occidebantur: adeò vt Iudęi Pilato dicerent, nobis non licet interficere quẽquam Ioã. 18. Quare ex quo perſequutio cæpit in Chriſtianos, omnes ferè martyres & prophetæ noui teſtamenti (de his enim loquitur) per Romanos in vniuerſo orbe occiſi ſũt. Et quamuis per alios nõnulli fuerint occiſi, pauci tamen ſunt, aut potius nulli, comparatione reliquorũ, quos Romani occiderunt. Quod ſatis eſt vt verè & propriè dicatur: & omniũ qui interfecti ſunt in terra. Multi etiã poſtea per Romanos interficientur. Roma igitur & tota etiam impiorum collectio his præcipuè cauſis peribũt: & quia mercatores eius erant principes terræ: & quia in veneficijs ſuis erauerũt omnes gẽtes: & quia in ea ſanguis prophetarum & ſanctorum inuentus eſt. Meritò quidem olim dicebat vates quidam, væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus. Et Ezech. 24. Væ ciuitati ſanguinum. Solent Prophetæ vrbes in quibus cædes innocẽtibus inferuntur, ſanguinum ciuitates appellare: vt hoc loco, & Abachuc. 2. & Nahum. cap. 3. Has omnes perdere ſolet Dominus, & dare ſanguinem earum ſuper petram limpidiſſimam ne operiatur, vt Ezechiel ait.

Beda

Ioã. 18.

Ezech. 24

Abachu. 2. Nahũ. 3

¶ *Finis Cap. XVIII.*

Intelligentia Capitis decimi octaui apocalypſis.

¶ *Et*

ET post prædicta vidi imaginaria visione alium Angelum verum, in nouissimis temporibus descensurum reuera de cælo, cunctis mortalibus videntibus, vt intelligant tanta mala non casu, sed diuina prouidentia fieri. Angelum, inquam, fortissimum, cuius tantus erit splendor, vt terram illuminaturus sit. Hic Angelus voce maxima, quæ maximæ ruinæ signum est futura clamabit, & prænunciabit Romæ, quæ Babylon merito vocari potest, ruinam: Dicens: cecidit cecidit Babylon illa magna iam iam, inquam, vrbs illa Romanorum pœnas condignas dabit. Nam omnino desolabitur, ita vt iam non sit hominum habitatio, sed dæmoniorum, qui solent in vrbium ruinis & in solitudinibus habitare. & sit custodia omnium spirituum immundorum, qui vt simplices homines decipiant, & prodijs colantur in ruinis apparere solent. Vt denique sit custodia omnium auium immundorum & rapacium, quæ ad ruinas domorum in solitudine relictas solent confugere. Huius autem ruinæ causa maxima erit, quod omnibus fere impresserit nationibus. Eius enim perditæ vrbis tum instituto doctrinæ, tum falsæ religionis exilio, potauit diabolus omnes gentes: et reges terræ cum ea per idolatriam fornicati sunt. Et mercatores ex omnibus terræ mariſq; partibus, quicquid gulæ gratum esse poterat, quicquid in vestibus, & in reliquo ornatu placeret, Romam siue Babylonem istam importantes diuites facti sunt: tanta erat deliciarũ eius nimietas. Tunc dominus de cælo dicet electis suis habitantibus Romæ iam iam perituræ. Egredimini egredimini o populi mei de hac impia Babylone, ne tantorum peccatorum contagio polluamini, & ne cum illa etiam pœnas detis. Quoniam peccata eius tam grauissima sunt, vt vsq; ad aures Dei peruenerint, ita vt amplius dissimulare non possit: & ideo decreuit de ea condignas pœnas sumere. Reddite illi iam sicut ipsa reddidit vobis, sumite, inquam, mecum de illa vindictam, & animo atq; ore iustæ meæ sententiæ fauete. Et sicut illa de vestris malis lætata est: ita et vos lætamini eam pro suis sceleribus dignè plecti. Et duplicate supplicia secundum opera eius: cruciate illam duplo magis, quàm ipsa vos cruciauit. Et duplæ portione supra quam vos afflixit, illam affligite, siue affligendã decernite. Sine dubio, inquam, duplum bibet, quàm vos bibetis. Et quia iustum est, vt maius tormentum, maioribus respondeat delicijs, secundum quantitatem delicti eius tantùm sit plagarum modus. Quantum ergo ma-

gni-

gnificauit se, & in lasciuiis fuit tantum date, siue iudicate dignam esse supplicio. Quia dicebat in corde suo, quasi efari non audens (ne vel superba videatur, aut aliorum regum inuidiam sibi conciliet.) Sedeo regina, multisq3 impero & vidua non sum, nec priuata innumera ciuium frequentia, & multitudine, vt aliæ multæ iam sunt vrbes: & spero me luctum nunquam visuram, aut triste aliquid mihi euenturum. Nemo mihi nocebit. Propter hanc ergo superbiam, & confidentiam subitò simulq3 euenient omnes plagæ eius, ideſt, quæ diuinitus illi decretæ sunt. Pro tot peccatis eueniet illi mors, quia plurimi in ea occidentur venientibus aduersus eam decem regibus. Eueniet luctus, quo superstites lugebunt occisos. Fames, qua conficientur: & deniq3 tota vrbs incendetur. Et quid mirum quod hæc omnia illi subitò accidant, quando Deus, qui omnia quæcumq3 voluit fecit, sit illam iudicaturus. Tanta erit eius calamitas, quod reges illi, & principes & primores terræ, qui deliciarū, & idolatriæ causa ad illam confugere solebant, flebunt: eius incendia procul intuentes. Et non audentes accedere, ne suplicii eius participes fiant. Tunc quidem flendo dicent: væ, væ, væ, ciuitas illa Roma, ciuitas magna, ciuitas illa fortis, quoniam breui venit damnatio tua. Et mercatores terræ etiam tunc flebunt. Quia illa euersa, tantam illam preciosissimarum mercium copiam, quam ad illam afferebant, nulla alia ciuitas consumere aut emere poterit. Vasa, inquam, aurea & argentea, omne genus lapidum præciosorum, margaritas, byssum, & purpuram, sericum, & coccum, & quicquid vbiq3 nascitur ligni thyini. Et omne vas de lapide, vel ligno preciosissimo, & ære: & cinnamomum, & thymiamata & vnguenta, & similam, & triticum, & iumenta, & oues & equos, & leuiculos currus in quibus gestari solent nobiliores, & mancipia ad seruiendum, & animas hominum pugnantium in circo cum bestijs. O misera Roma, quia iam videre videor omnia pomorum genera, omnesq3 fructus delicatissimos quos vndiq3 conquirebas ad voluptatem, discessisse a te: atq3 omne genus pinguium, & delicatorum ciborum: amplius tui emptores iam non inuenient ad emendum. Et mercatores horum bonorum, qui diuites facti sunt merces suas illi vendentes, ab ea longe stabunt dicentes: væ væ ciuitas illa magna, quæ omni deliciarum genere atq3 diuitiarum affluebat, quia breuissimo tempore desolatæ sunt tantæ diuitiæ eius. Et tunc omnis gubernator, & omnes qui per lacus italicos nauigabant

ad

ad ferendas huic vrbi merces: & omnes nautæ naues ducentes, & gubernatori parentes, qui solent in nauibus plurimum laborare maximè cum ventus secundus non est. Hi ergo omnes tunc dicent: cui ciuitati vnquàm contigit, quæ huic magnæ ciuitati nunc contigisse cernitur? & in signum maximæ tristitiæ, & mæroris miserunt puluerem super capita sua vehementer lugentes: atquè dicentes. Væ væ ciuitas illa magna, in qua ditissimi facti sunt omnes mercatores qui per mare, vel lacus, vel per Tiberim adducebant prædictas merces preciosas. Exultate ergo omnes Angeli, exultate omnes homines quorum conuersatio in cœlis est, propter huius vrbis ruinam, quando tanta in ea flagitia contra Deum commissa sunt: Exultate Apostoli omnes, qui iussu impiorum imperatorum, aut præsidum huius Babylonis, interfecti estis. Exultate Prophetæ nouæ legis, quoniam quod iam diu de illa iudicium fieri optabatis dicentes: quousque Domine non vindicas sanguinem nostrum, id iam aduersus eam tulit Dominus. Et post hæc audiui quasi vocem turbarum multarum maximas gratias agentium Deo pro euersione huius impiæ Babylonis, ac dicentium: alleluia. Laudate Dominum pro tanto, scilicet, beneficio accepto. Et post hæc mihi vnus quidam Angelus apparuit mittens grande saxum instar molæ in mare: dicens, hoc magno & repentino impetu præcipitabitur Babylon illa magna in profundum abyssi, sine spe aliqua redeundi. Et vox cytharædorum & musicorum, & tibia canentium & tubarum, deniq; omnia illa, quibus oblectari solebas, ò Babylon, te pereunte peribunt. Gaudium tuum conuertetur in luctum, & in mærorem: & risus in fletum. Et cũ tot fuerint in te prius omnis generis artifices, iam nullus inuenietur: nullumq; triticum post hac in esum tibi moletur. Cessabunt iam læta conuiuia, in quibus lucernis multis, & magnis vtebaris de more tuo. Nullæ in te nuptiæ fient vt antea, vbi prægaudio & alacritate cantica, & sponsæ audiebantur. Quod si huius tuæ ruinæ causas nonnullas audire desideras, audi. Prima quidem erit, quia principes terræ, siue potius tyranni terræ, mercatores facti: ad te afferebant preciosissima quæ in terris suis possidebant, spe magni quæstus, & vt sibi animos tuorum conseruarẽt: atquè ita principatum suum tyrannicè partum retinerent, aut quem non habebant, pararent: & vt a suis, maximis honoribus, & muneribus afficerentur: sicq; per fas nefasq; ditissimi efficerentur. Quorum ma

lo

lorum tyrannis tua in causa fuit. Praterea, quia principes & reges tuis blanditijs ad idolatriam adduxisti, atq; ita omnes gentes in errorem induxisti. Quod facile fuit regibus earum tyrannis. Deinde quia plurimorum prophetarum ac martyrum pro Christo occisorum rea facta es. Nam cum mundi esses regina & vbiq; dominium haberes imperatores tui, principes tui, & proconsules & praſides tui vbiq; sanctos interficiebant. Et ideo tu facta es rea omnium sanctorum martyrum & prophetarum noua legis.

Cap.

CAPVT DECIMVM NONVM ARGUMENTUM.

Exultationem electorum super euersione Babylonis, ac meretricis magnæ continet hoc caput: & aduentantis in iudicium Christi habitum et apparatum. Demum Antichristi, et Prophetarum eius ruinam.

POst hæc audiui quasi vocē turbarū multarum in cœlo dicentium, Alleluia. Laus et gloria et virtus Deo nostro est: quia vera & iusta iudicia sunt eius qui iudicauit de meretrice magna quæ corrupit terram in prostitutione sua, & vindicauit sanguinem seruorū suorum de manibus eius. Et iterum dixerunt, Alleluia. Et fumus eius ascendit in secula seculorum. Et ceciderunt seniores viginti quatuor & quatuor animalia, & adorauerunt Deum sedentem super thronum dicentes, Amen alleluia. Et vox de throno exiuit, dicens, Laudem dicite Deo nostro omnes sancti eius: et qui timetis eum pusilli & magni. Et audiui quasi vocem turbæ magnæ, & sicut vocē aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorū, dicentium, Alleluia: quoniā regnauit dominus Deus noster omnipotens. Gaudeamus, & exultemus, et demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ agni, & uxor eius preparauit se. Et datum est illi vt cooperiat se byssino splendenti & candido. Byssinum enim iustificationes sunt sanctorum. Et dixit mihi, Scribe, beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Et dicit mihi, Hæc verba Dei vera sunt. Et

Matt. 22. a
Luc. 14. d

Et cecidi ante pedes eius, vt adorarem eum. Et dicit mihi, Vide ne feceris: conseruus tuus sum, et fratrũ tuorum, habentium testimoniũ Iesu. Deum adora. Testimonium enim Iesu, est spiritus prophetia. Et vidi cœlum apertum, et ecce equus albus: et qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis & Verax, & cum iustitia iudicat, & pugnat. Oculi autem eius sicut flamma ignis: & in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse. Esai.36. Et vestitus erat veste aspersa sanguine: et vocabatur nomen eius, Verbum Dei. Et exercitus qui sunt in cœlo, sequebãtur eum in equis albis, vestiti byssino albo & mundo. Et de ore eius procedit gladius ex vtraque parte acutus: vt in ipso percutiat gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea: et ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. Et habet in vestimento et in femore suo scriptum, Rex regum & dominus dominantium. Psa.2.a.1.

Et vidi vnum angelum stãtem in sole, & clamauit voce magna, dicens omnibus auibus quæ volabant per medium cœli, Venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei: vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, et carnes fortiũ, & carnes equorum et sedentium in ipsis, et carnes omnium liberorum et seruorum, et pusillorum & magnorũ. Et vidi bestiam & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum praliũ cũ illo qui sedebat in equo, & cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia, et cum ea pseudopropheta: qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui missi sunt hi duo in stagnũ ignis ardentis sulphure: & cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius, & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum. Supra 17.d 1.Tim.6.e

Caput XIX.

Post

POst hæc audiui quasi vocem turbarum multarum in cœlo dicentium, Alleluia Laus & gloria, & virtus Deo nostro est: quia vera & iusta iudicia sunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in prostitutione sua, & vindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius. Et iterum dixerunt Alleluia. Et fumus eius ascendit in secula seculorum.

¶ *Post hæc audiui quasi vocem turbarum multarum.* Vicio librariæ inoleuit error, vt pro turbarum, scriberetur tubarum, cum Græcè sit, ὄχλων πολλῶν, ideſt, turbæ multæ apud Ambrosium, & Bedam, corruptè ponitur tubarum multarum. Meritò autem dicitur quasi turbarum multarum, aut quasi turbæ multæ, quoniam multorum futura est hæc vox. Ideſt, omnium Angelorum, & sanctorum, qui tunc erunt in cœlo: & simul cum Angelis laudabunt Dominum, quod supplicium de Babylone sumpserit. Sicut dixit capite decimo octauo. Exulta super eam cœlum, & sancti Apostoli, & Prophetæ: quoniam iudicauit Deus iudicium de illa. Et reuera sicut olim omni populo vociferante, & clangentibus tubis corruerunt muri Iericho, sic corruet impiorũ collectio in nouissimis temporibus, & corruet Romana vrbs. Vociferantibus sanctis & clangentibus tubis: & quemadmodum fundato templo Domini (vt in primo libro Esdræ, capite tertio refertur) steterunt sacerdotes in ornatu suo cũ tubis, vt laudarent Deum, & concinebant in hymnis, & confessione Domino. Quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius super Israel. Omnis quoquè populus vociferabatur clamore magno, in laudando Domino, eò quod fundatum esset templum Domini. Sic hodie sancti destructa Babylone in cœlo, ideſt, in Ecclesia triumphante ac militante: canunt domino. Et exultantes gratias illi agunt dicentes Alleluia. Et rursum confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Agunt quidem Deo maximas gratias, quod destruxerit Babylonem, & sancta Hierusalem reædificauerit.

Supra. 18

Esdræ. 3.

¶ *Alleluia.* Hoc corruptè vbique scribitur: & profertur quasi vnica dictio sit, cum sint duæ: & prima aspirationem habeat in principio. Vt videre est in verbo Hillel vnde oritur. Deinde cum distinctione quadam siue virgula inter duas partes melius scribit hoc modo: Hallelu-ia. Et ita proferendum est vt accentum habeant in vltima. Significatio nota est, laudate Dominum. Allelu, sonat laudate, Et, ia, vnum est ex decem Dei nominibus, quæ Hieronymus enumerat, & interpretatur in epistola ad Marcellam, cuius initium est: nonagesimum Psalmum. Sæpissimèquè in Psalmis repetitur. De quo nomine sic ait. Octauum ia, quod in Deo tantum ponitur, & in Alleluia extrema quoque syllaba sonat. Et in epistola sequenti ad eandem quoque scribens sic ait. Igitur Alleluia exprimitur laudate Dominum. Ia, quippè apud Hebræos vnum de decem Dei nominibus est. Et illo Psalmo vbi legimus, laudate Dominum, quoniam bonus est Psalmus, apud Hebræos legitur,

Hal eluiæ quod signi ficet

To 3 Pl. 95

Aalleluia chi tob ſambra. Multa huiuſmodi legimus in Pſalmis. Nonnulli enim habent pro titulo Alleluia, aut ſimplex, vt Pſalmo. 104. & 106. & 110. cum octo ſequentibus. Aut geminatum, vt Pſalmo. 105. Atque his omnibus diuinæ laudes potiſſimum continentur: & ad eas nos Pſalmi ipſi exhortantur. Vt ex eorum quoquè initijs intelligi poteſt. Multi enim incipiunt confitemini domino. Et Pſalmus. 146. Quem diuus Hieronymus citauit. Et Pſalmus vltimus vbi nos habemus laudate Dominū in ſanctis eius, habent Alleluia. Et Pſalmus. 116. vbi habemus laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Et Pſalmus. 148. vbi legimus, laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelſis, & quæ ſequuntur, pro laudate habent Alleluia, in hebrẽo, quod & multis alijs locis inuenitur.

A tes Euangelij dilatatus eſt ſermo, non potuiſſe ſemel ſuſcepta mutari. Quoniam ergo vſitatiſſimum erat inter Hebræos, & inter primos credentes Alleluia, & nemo quid valeret, ignoraret, facilè inter Græcos quoque retentum eſt. Hæc igitur vox Alleluia, magnam lætitiam, & gaudium præſefert. Hinc eſt quod Hieronymus ait in epitaphio fabiolæ ad occanum. Sonabant Pſalmi, & aurata tem
B plorum, roboans in ſublime quatiebat Alleluia. Quo docere volebat quod quando vir aliquis virtute, & pietate præditus è vita hac mortali diſcedit, non deplorandus, aut flendus eſt, ſed tunc potius vox lætitiæ eſt audienda, hoc eſt, Alleluia. Hinc eſt quod mater Eccleſia, & dominicis diebus ſæpè, & à reſurrectione vſquè ad feſtum pentecoſtes canat Alleluia. Eſt enim tempus exultatio-
C nis & lætitiæ. Hac itaquè voce pij inuicẽ ad prædicãdas magnificas Dei laudes perpetuo cohortantur, & vtũtur. Sed quid ſancti addant, audiam⁹.

¶ Quid hoc nomen iam ſignificet, aut vnde deriuetur Hiero. iam expoſuit. Multi à verbo, aia, deducũt, quod ſignificat eſſe: quod ex Deo omnia habeant vt ſint. Cur autem Apoſtolus hẽbraicis verbis, vtatur ad græcos ſcribens præter morẽ ſuũ, poteſt ex verbis Hieronymi cognoſci, qui poſteriori epiſtola ad Marcellam quã modo indicauimus, cum quæſiſſet marcella, cur quædam hæbraica nomina ſine interpretatione poſita ſunt in ſacra ſcriptura ita reſpondet. Ad quod
D nos quia dictãdi anguſtia coartamur, breuiter reſpondem⁹. Siue ſeptuaginta interpretes, ſiue Apoſtolos id curaſſe, vt quoniam prima Eccleſia ex Iudæis fuerat congregata, nihil ad credentium ſcandalum innouarent, ſed ita vt à puero imbiberant traderent: poſtea verò quàm in vniuerſas gen-

¶ *Laus, & gloria, & virtus Deo noſtro eſt.* Nihil eſt in hac gratiarum actione difficile. Tantum Latina paulum diſtant à Græcis, & Græca non nihil inter ſe. Germanicus codex habet: ſalus & gloria, & honor, & poteſtas domino Deo noſtro. Dionyſius habet, Dei noſtri. Veronenſis tantum habet Deo noſtro, & non habet domino Deo noſtro. Sed & ſi parum refert ita ne legatur, an vt prius dictũ eſt, tamen omnino legendũ arbitror, vt prius diximus, laus, & gloria, & virtus Deo nr̃o: neq; addendũ, eſt, vox enim eſt optãtiũ, vt Deus laudetur, p pter ſuppliciũ quod de Babylone ſũpſit. Huius rei cauſa prius dixerunt,

Al-

Alleluia. Hoc etiam indicat Primasius, qui legit, salus & claritas Deo nostro. In Complutensi Latino, & Græco legi. Salus & virtus, & gloria Dei nostri, & subauditur. Sit, sed vsitatius est, quod diximus vt. ad Timot. primo. Regi seculorum immortali, & inuisibili soli Deo honor & gloria. Et Apoca. 5. sedenti in throno, & agno benedictio, & honor, & potestas in secula seculorum. Et. cap. 7. Benedictio, & claritas, & sapientia & gratiarum actio, honor decus & fortitudo Deo nostro in secula seculorum Amen. In quorum locorum interpretatione hæc vocabula tria, quæ nunc occurrunt interpretati sumus. Et sensus est, Deus noster laudetur, & glorificetur ab omnibus: ille potens sit, & omnibus imperet, omnes ei pareant.

1. Thim. 1

Apo. 5. & 7

¶ *Quia vera & iusta iudicia sunt eius qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terrã in prostitutione sua.* Et ferunt laudibus Dei vera iudicia & iusta: à quibus quæcumquè aliena sunt, nec vera, nec iusta esse dici possunt. Ac si dicerent: iustissimam sententiam tulit de meretrice, & veram: non ex falsa suspitione ortam. Obserua. Sancti in hac vita cantant misericordiam & iudicium: vnde Dauid ait Psalmo. 100. Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Quandiu hîc vitam agimus à misericordia diuina, quæ magna est super nos laudes Dei inchoare debem⁹ exẽplo Dauidis. Qui cum intelligeret magis in hac vita relucere diuinam misericordiam ideo ab ea initium sumpsit. Beati verò qui perpetua fælicitate fruuntur cum liberi sint, & immunes ab omni seruitute à Dei iusto iudicio laudes incipiunt dicentes, quia vera, & iusta iudicia eius, quia iudicauit de meretrice magna.

Psa. 100.

¶ *Et vindicauit sanguinem seruorũ suorum de manibus eius.* Digna quidè meretrix illa non paruo supplicio: im primis, quia corrupit terram suam prostitutioe, ideſt, sua pestifera doctrina omnes carnales ac terrenos homines intoxicauit, idola, scilicet, & immunditias quarunuis nationum, & scelera edocens, amans & sequens. Secundò quia innoxium sanguinem instar aquæ fuderat. Hinc dicitur suo iudicio Deum vindicasse seruorum suorum sanguinem. Sanguis in sacra scriptura accipitur aliquando pro morte & calamitate: vt Genes. cap. 42. Etiam sanguis eius exquiritur. Aliquando pro vita, vt primo Paralipo. 11. Absit vt in cõspectu Dei mei hoc faciam, & sanguinem istorum virorum bibam. Tunc ergo dicitur Deus vindicare, aut requirere sanguinem sanctorum suorum de manu hostiu, quando cædes illorum vlciscitur. Væ illis qui rei sanguinis innocentium sunt: nam vindicabit Dominus sanguinem sanctorum suorum. Audite ò homines impij quorum manus sanguine sanctorum plenæ sunt, quid Dominus dicat Deu. c. 32. Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea: reddã vltionẽ hostibus meis, & his qui oderunt me retribuam. Inebriabo sagitas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. Quis non timebit te ò rex gentium? sola voce conturbas, & terres: vox (inquit Dauid) Domini confringentis cedros, quanto magis si gladium acuas? Tunc enim reddes vltionem hostibus tuis. Hostes enim Domine tui sunt qui seruos tuos persequuntur, & lædunt. Inimici tui sunt qui tuos odio prose-

Gen. 42

1. Paralip. 11

Sanguis in sacra scriptura aliquando sumitur pro morte & calamitate aliquando pro uocatur

Deu. 32

Psa. 28.

quuntur. Quare meritò non Apoſto A li non prophetæ non ſancti qui in cœ lo ſunt ſolùm laudant Dominum: ſed omnes gentes eum laudare debent, quod ſanguinem ſanctorum ſuorum vlciſcatur.

¶ *Et iterum dixerunt alleluia.* Idē quòd dixerant, modo cōfirmant. Ad maiorem enim aſſeuerationem dicto rum repetunt alleluia.

¶ *Et fumus eius aſcendit in ſecula ſeculorum.* Preſentis temporis eſt. *aſcendit*, vt conſtat ex verbo Græco, ἀναβαίνει. Ac ſi diceret: ſemper aſcender, & ſemper nota erunt beatis eorū ſupplicia, & ſemper canent alleluia lætantes quod Deus de ea iudicauerit. Hac loquendi phraſi ſcriptura perpe tuos reproborum inſinuat cruciatus. Supra 14 Eadem verba ſunt. cap. 14. Per fumū intelligitur tribulatio, & cruciatus: quando ergo tribulatio eſt temporalis, fumus dicitur temporalis, quando verò eſt perpetua, fumus perpetuus eſſe dicitur. In hoc ergo fumo oſtenditur damnatio æterna impiorum. Si cut enim ſuperbia eorum, qui Deum odio proſequuntur aſcendit ſemper: ſic fumus, hoc eſt, cruciatus: aſcendit in ſecula ſeculorum. Opera quidem impiorum ſunt veluti ligna ad comburendum apta, & ad nihil aliud vtilia. Hoc idem ſignificare volens Dominus de hieroſolymę euerſione prę D dicens ait, apud Eſa. cap. 34 Aſcendet fumus eius à generatione in generationem, deſolabitur in ſecula ſeculorum. Quod hodie impletum videmus. Poſtquam enim ciuitas illa fuit per Titum funditus euerſa propter Iudæorum infidelitatem, & Chriſti cædem, nūquam poſtea fuit eodem loco, & ſitu reędificata: neq; ibi Iudæi templum habent, nec ſacrificia.

Opera impiorū ſūt velutilig - na ad comburendum vtilia

Eſai. 34

¶ *Et ceciderunt ſeniores viginti quatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deum.* Inter gratias agentes, potiſſimùm numerantur quator animalia, & viginti quatuor ſeniores, de quibus ſupra diximus. cap. 4. Quoniam ſicut præcæteris Deum amant, ita gaudent vehementius de vltione iuſtitiæ eius. Eſt & altera ratio quoniam Euangeli ſtæ doctrinam vitæ Euangelicæ, & normam rectè perfectèq; viuēdi ſcri B pſerunt. Eandemq; viginti quatuor ſeniores ſuo exilio docuerunt & confirmauerunt. Quare meritò Deū laudant in eorum ſupplicijs, quia ab eorum vita abhorruerunt: & à quibus multi ipſorum, aut omnes potius, vel mortem, vel perſequutiones multas pro vita euangelica tradenda, atquè confirmanda paſſi ſunt. Omnes ergo iſti adorauerunt & laudarunt.

¶ *Sedentem ſuper thronum, dicentes C Amen, alleluia.* Laudant Deum ſedentem ſuper thronum, ſcilicet, & in de omnia iuſtè iudicantem. Dicunt verò Amen. Hac voce quidem confirmantes Dei iudicia: Et vera iuſta que eſſe confitentes. De qua voce diximus. cap. 1. Alleluia etiam dicunt, ideſt, laudate Dominum. Quaſi dicant, dignus eſt laude ęterna, quia meretricem iudicio dānauit ęterno. Cęterum quater dicitur à ſanctis alleluia, quia tota laus ſanctorum verſatur circa perſonarum trinitatem, & eſſentiæ vnitatem.

¶ *Et vox è throno exiuit.* Quoniam omnes cælites magna animorum cō ſentione Deum laudarunt, ne forte qui erant in terra contriſtarentur: aut miſeratione tantarum calamitatum, aut metu conſummationis ſeculi, vox exijt de throno, ideſt, à Deo, quę iubet omnes ſeruos eius laudare Dominū,

&

& exultare. Sed à Deo exijt per seraphim, vt Arethas ait, qui throno coniunctiores sunt: sicut legimus Esa. 6. Vidi Dominum sedentem super thronum, excelsum & eleuatu, & ea quæ sub ipso erant, replebant templum. Seraphim stabant super illud. Esse autẽ, eorum vox indicat. Aiunt enim, laudẽ dicite Deo nostro. *Et qui timetis Deũ pusilli & magni.* In regno illo cœlesti omnes sunt reges, omnes magni: qui Deum intueãtur, summo bono fruãtur, quamuis alijs alij sint fęliciores. At in hac vita quidam magni, quidam pusilli, qui enim non fecerit, & docuerit minimus vocabitur in hoc regno cœlorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. In vita illa cœlesti nullus est timor seruilis, nam perfecta charitas foras mittit timorem. In hac autem vita viget, & timor seruilis & filialis. Hortatur igitur vox angelica omnes fideles timentes Deum, vt illum summis laudibus eferant. Cæterum vbi nos legimus omnes sancti eius, græcè dicitur πάντες οἱ δοῦλοι, ideſt, omnes serui eius. Quasi dicat: alij lugeãt, vos qui serui eius estis, respicite, & leuate capita vestra: & qui eum reuerenter colitis, & aliquando timore correcti contremiscere soletis, gaudete puniri eos qui magestatem illius spreuerunt. Item siue pusilli sitis, siue magni, siue inquam perfecti, siue minus perfecti, siue pauperes, siue diuites laudate eũ. Pusillos etiam vocat pauperes, & abiectos: magnos verò diuites & potentes. Gaudete ergo pusilli, quia cito efficiemini magni: & vos magni quamuis videatis diuitias & potentiam vestram finiri in terra ne doleatis, quoniam maiora vos manent in cœlo.

Esai. 6.

Math. 5.

¶ *Et audiui quasi vocem turbæ magnæ.* Perperam Ambrosius, & Beda, & Haymo, & quidam alij hìc legunt, *turbæ multæ.* Cum in Græco manifestę sit, ὄχλου πολλοῦ, ideſt, turbæ multæ. Sicut in principio capitis. Post hæc audiui quasi vocem turbarum multarũ. Exprimit gaudium maximum Angelorum, & sanctorum omnium de cõsummatione mundi, & perfecta sanctorum glorificatione. Sed maxima describitur hæc vox adhibitis rerum valde sonantium similitudinibus; vt intelligamus, & illam esse plurimorum, ideſt, omnium cœlitum, & maximè cuiusdam atq; ineffabilis lætitiæ testem esse. Beda, magna vox canentium, magna cordis est deuotio: quæ multiplici reperitu laudis, & ruinam impiorum, & gloriam Domini suorũ concelebrat æternam. *Et sicut vocem aquarum multarum.* De hac voce diximus c. 1. *Et sicut vocem tonitruorũ magnorum.* Voci tonitrui comparatur hęc vox sanctorum, quia maxima est, & cœlestis: & quia hæc vox impijs cum auditur terribilis est. De quo supra. c. 14. diximus. Iam hìc vides quàm fęciles sint sancti habitantes in domo dei. Meritò ergo ait regius vates, Psalmo, 83. Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Verè beati sunt, & non solùm terq; quaterq; beati, sed in infinitum beati, qui iam in habitant illam amplissimã iocundissimamq; domum tuam: à qua nos adhuc peregrinantes in corpore longè absumus, tamet sit illuc contendamus spiritu. Verè beati illi sunt, quibus iam concessum est stare coram te omni tempore, dulcissimũ què vultum tuum contueri: beati qui iam panem manducant in regno tuo, facti conuiuæ mensæ tuæ: hi profecto à laudibus tuis nequaquam cessabunt,

Ambros. Beda Haymo

Beda.

Psa. 83

& indeficienti cantico te collaudabũt in perpetuis æternitatibus : audietur vox illorum ſicut audiri ſolet vox turbarum multarum,& ſicut vox aquarum multarum,& tonitruorum magnorum ſemper reſonans Alleluia.

¶ *Quoniam regnauit Dominus Deus noſter.* Iam finitum eſt regnum peccati:& in poſterum ſolum Deus noſter regnabit. Tunc adimplebitur,qđ dicitur, adueniat regnum tuũ. Quo verbo inter alia poſtulamus, vt omnia Chriſto regi ſubijciãtur. Data quidem eſt ei omnis poteſtas in cœlo,& in terra : conſtitutus eſt ſuper opera manuum domini: videmus quidem Dominum Ieſum propter eius paſſionem & mortem,gloria & honore circundatum,nondum autem videmus ei omnia ſubiecta,nondum eſt vnum ouile,& vnus paſtor. Adhuc regnat peccatum adhuc regnat mors: multis adhuc ignotum eſt, quanta ſit felicitas Dei regno ſubijci: & ideo malunt eſſe mancipia diaboli.Petimus igitur, vt adueniat regnum Chriſti,nihilque remaneat illi non ſubiectum, tollanturq; de regno eius omnia ſcãdala, ac nouiſſima deſtruatur mors. Quod tunc continget quando Babylon illa magna penitus corruerit, tunc enim regnabit Dominus Deus noſter. *Omnipotens.* Ideſt,cuius eſt potentia,vt omnia faciat,quæ vellit:& cui ſoli regnum debetur.

¶ *Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei. quia venerunt nuptiæ agni, et vxor eius præparauit ſe.* Vxor futura dum domi ſuæ manet ſponſa dicitur: cum nuptiæ fiunt, & ad ſponſi ædes ducitur,iam vxor vocatur. Ita Eccleſia dum domi ſuæ expectat ſponſi ſui aduentum,ideſt,dum in terra manet vſq; ad diem iudicij, vocatur ſponſa: ſicut ait Ioã.cap.3. Qui habet ſponſam ſponſus eſt. Cum autem in die iudicij ducetur ad domum ſponſi,ideſt cum Chriſto aſcendet in cœlum dicetur vxor. Hę ſunt nuptię de quibus Matthæ.22. ſcriptum eſt,ſimile eſt regnũ cœlorum:&c. qđ non eſt intelligedũ de Eccleſia, neq; de Chriſto Domino,vt multi volunt,ſed de cœleſti regno vt ſonat,ita vt ſit ſenſus: negocium regni cœleſtis taliter ſe habet,ita ſe res habet in illo acquirendo,& hoc ſe ſolet modo habere.Simile eſt ergo regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo,ideſt, qui celebrare nuptias filij ſui volens,miſit vt vocarentur inuitati.Et quoniam iam nuptiæ inſtabant dixit Ioãnes: quia venerunt nuptiæ agni. Hæ ſunt etiam nuptiæ de quibus Dominus intellexit apud eundem Math.cap.25. Sub parabola decem virginum. Quibus dictũ eſt:ecce ſponſus venit exite ouiam ei, & quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias.In his nuptijs fiet conuiuium illud quod refert Eſaias.c.25. de quo ſtatim dicemus.

¶ *Et vxor,* inquit,*eius præparauit ſe.* Videlicet omni ornamento virtutũ & omni genere meritorum bonorũ, hoc eſt,iam venit ad illum cumulum ſanctitatis,ad quem electa erat. Perſtat in eadem metaphora. Nuptæ enim diligenter ſe ornant in domum viri ducendæ.

¶ *Et datum eſt illi vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti, & cãdido. byſſinum enim iuſtificationes ſunt ſanctorum.* Quia obſcurum videbatur quod dixerat, & vxor eius præparauit ſe,nunc id explicat.Proditura Eccleſia ad viri ſui amplexus ornat ſe vt ſolent nuptæ, & amictu pulcherrimo ſeſe operit, hoc eſt,iuſtificationibus ſanctorum,bonis me-

Math.18

Math.25

Eſai.25.

meritis membrorum ſuorum. Et quoniam bona merita iuſtorum dona dei ſunt, meritò ait, & datum eſt illi. Vnde Iacob. 1. dicitur omne datum optimum de ſurſum eſt. 1. Cor. 4. quid habes quod non accepiſti. Hac autem veſte operiri cæpit ex quo electa eius membra operari cæperũt. Sed quum ea finiuntur, tunc verè cooperit ſe, quia iam integra veſte ſua tegitur. Præterea, ita loqui videtur Apoſtolus quaſi tunc cum exitura eſt, ſe cooperiat: quia tunc tota prodijt in viri angelorumq; conſpectu. Tunc eximia eius pulchritudo tota innoteſcit. Tunc integrum meritorum ſuorum præmium accipit. Intelligit autem iuſtificationes, ideſt, opera iuſtè & ſanctè facta, quibus homines magis iuſtificantur in byſſino, ſcilicet, amictu. Quoniam byſſus tenuiſſimi, & candidiſſimi lini genus eſt, & maioris perſpicuitatis cauſa additur, *ſplendenti & candido*. Vt ſignificetur innocentia & puritas ab omni labe libera, quam tũc habitura eſt Eccleſia: & quam pœnitentiæ & reliquarum virtutum operibus comparauit. Siquidem linum cũ natura candidum non ſit, tunſione, & maceratione aſſidua mundum & candidum redditur. Ita caro noſtra operibus pœnitentiæ dealbanda eſt. Vbi nos legimus, *Splendenti & candido*, in græco eſt, ἐνδύσιον καθαρὸν καὶ λαμπρὸν ideſt, byſſino puro & ſplendido. Quod idem eſt, quum enim linum eſt valde purum, & mundum tunc magis ſplendet & lucet. De his glorioſis, & ſplendidis virtutibus intelligens Propheta Eſaias ait. cap. 35. gloria libani data eſt ei, decor Carmeli & Saron. Ac ſi diceret: nihil erit pulchrius, feraciꝰ, & glorioſius Eccleſia Chriſti, quæ antea erat velut inuium & ſterile deſertum. Habebit enim gloriam libani & pulchritudinem carmeli, & ſeron. Per libanum intelligitur templum Salomonis, quemadmodum apud Zachariam. cap. 11. & apud Ezechielem. c. 17. vt ibi ſtatim propheta exprimit. Per Carmelum, & Saron, intelligetur Iudæorum populus. Voluit ergo Eſaias ſignificare omnem candorem, & fructuum ſpiritualium fertilitatem, & abundantiam, & omnem gloriam, & pulchritudinem, & omnes deniq; virtutes, & merita danda eſſe Eccleſiæ ſponſæ agni. Quod alia ſimilitudine ſignificare volens noſter Ioãnes ait: & datum eſt illi, vt cooperiat ſe byſſino amictu, puro, & candido, & ſplendenti, hoc eſt, ſanctis operibus, & virtutibus quas iuſtificationes appellat, obſerua. Datum eſt à diabolo Babyloni, & meretrici magnæ, vt exterius cooperiat ſe byſſino amictu ſplendenti vt, inquam, reſplendeat opibus diuitijs, voluptatibus, & potentia, quibus tandem ſpoliata immiſſa eſt in abyſſum, vt capite præcedenti vidimus: at ſponſæ agni datum eſt à Deo vt præparet ſe & induatur intus, & foris byſſino amictu puro & ſplendenti, hoc eſt, gratia, & innocentia, & omnibus virtutibus: vt tandem in gloria Deo in perpetuum copuletur. Factis ergo ſuis ſanctis ſponſa agni cooperitur, & induitur, quo contra, impij, ait Beda, qui iuxta Eſaiam telas aranearum texunt, nõ operientur operibus ſuis. Opera enim illorum, opera inutilia. Admirabili artificio & ſubtilitate confícit aranea telam ſuam, ſed in aere. Ex quo fit vt ipſa tela ſimul cum aranea facilè frãgatur & pereat. Aranearum telis reuera induuntur impij. Quid obſecro eſt omnes mundi potẽtię, opes & diuitiæ, niſi aranearũ telę, vanę &

Iaco. 1. Cor. 4.

Zach. 11. Ezh. 17.

Eſai. 59.

Eſai. 35.

& inutiles, & quæ simul cum ipso cor de vbi texuntur, labefactantur, & penitus consumuntur: quibus exuta impiorum collectio in perpetuis tenebris penas luit. Quare rectè addit statim Propheta: telę eorum nō erūt in vestimentum, neqȝ operientur operibus suis: opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus suis. At iustorum cœtus spiritualibus ornamentis induitur: vt in hoc loco vides. Vnde apud Esaiam. c. 61. ait: gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, qui induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circundedit me, quasi sponsam ornatam monilibus suis, obserua. Non ait Ecclesia, gaudebo in mundo, sed in Domino, sponso, scilicet, suo, gaudet enim in Domino semper, vt Paulus hortatur ad Philip. scribens: quia induta est indumentis salutis, hoc est, iustitia & charitate. Ita tamen illa Christus virtutum ornamentis induit, ac si esset spōsa, quæ in die nuptiarum splendidis vestibus cooperiri solet, & pulcherrimis ornamentis indui, & corona decorari. Vnde Hierony. in epistola ad amicum ægrotū de viro perfecto ait. Tunc iusti tantum in luce erimus. Quoniam omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur: discretionem enim faciet personarum, diuersitas meritorum. Nam si inter ipsos sanctos erit aliqua de operatione distantia, dicente Apostolo: stella à stella differt in claritate: quam diuersitatem, inter impios & iustos sentiemus: quorum alij in iudicio, alij in sanctorum concilio resurgunt? Qui & si resurrectionis ipsius tempore segregantur, quid de habitu formaq; dicemus? Quæ, vt mihi videtur, non vestè aliqua textili, neque mulierum elaborata pensis, sed suis meritis, & orationibus erit inuenta: beato Ioane hoc in reuelatione monstrante, qui sanctos ait indutos byssinum se vidisse. Et ne forte sub tegmina byssini, aut stamina quæ reremus, & materiale, vel corruptibile ac fluxum aliquid exerceri in cœlestibus opinaremur, subdidit: byssinū autem iustificationes sanctorum sunt. Tunc ergo, vt intelligo, in superficie corporis nostri venient, quæ nūc sunt tecta sub corpore. Tunc vnicuiq; mi serum me, conscientia sua vestis fiet. Hæc ille.

Esai. 61.

¶ *Dixit mihi.* Scilicet, Angelus qui mihi loquebatur. Vt constat ex sequentibus.

¶ *Scribe.* Hoc non solum dici, sed scribi etiam vult: vt semper in animis hominum infixum seruetur. Atquè hac spe omnes, & præsertim ij, qui extremo tempore erunt, ad labores, & pericula quæuis subeunda æquo animo, confirmentur.

¶ *Beati qui ad cœnam agni vocati sunt.* Beati inquit, ac si dicat: & si multas persecutiones ferant beati. Et si eos scelerati homines odio, & liuore prosequātur, beati. Beati, inquit Christus, qui persequutionem patiuntur propter iustitiam: beati qui lugent. Beati eritis cum vos oderint homines, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes, propter me gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis: gaudete quoniam ad cœnam agni vocati estis. Sed ais: quo modo fęlices dicūtur qui ad cœnam agni vocati sunt: nōne multi sunt vocati, pauci vero electi? Nōne multi ad nuptias & cœnā agni vocati sunt, & multi venire contempserunt, vt refert Dominus apud Luc. c. 14? Nōne ait

Math. 5.

Luc. 14.

ait neminem illorum guſtaturum cœ A cat ſuum,ſatis eſt in memoriam reuo
nam eius? Ad hoc dices,quod non a- care quod Chriſtus ait in eodem. c.
git hoc loco Ioãnes de communi vo- 14.Lucæ.Cum facis prandium , aut Lu.14.
catione,ſecundum quam , multi ſunt cœnã noli vocare amicos tuos. Illud
vocati pauci verò electi. Sed de illa potius obijciendum. Quod cum a-
quæ propria eſt electorum. De qua pud Math.cap.22. De eiſdem nuptijs
Ro.8 Paulus ad Romanos.8.inquit:quos au agitur,non cœna dicitur , ſed pran- Math.22
tem prædeſtinauit,hos & vocauit. & dium.
quos vocauit,hos & iuſtificauit:quos ¶Et miſit,inquit,ſeruos ſuos voca
autem iuſtificauit illos,&glorificauit. re inuitatos ad nuptias , & nolebant
Vnde omnes prædeſtinati dicuntur venire:& iterum miſit alios ſeruos di
vocati de quibus apud Mathæum B cens:dicite inuitatis , ecce prandium
Chriſtus ait multi ſunt vocati pauci meum paraui.Præterea,cœna hæc in
verò electi,ideſt,multi qui vocantur hoc ſeculo fieri videtur , ait enim in-
ad vineam Domini in qua vſquè ad trauit autem Rex,vt videret diſcum-
mortis noctem laborant alij à mane, bentes,& vidit ibi hominem non ve-
alij ab hora tertia, &c. Et qui propter ſtitum veſte nuptiali.Reſpõdetur,fa-
laborem ſuum denarium,hoc eſt,prę cilè hoc ſolui poſſe , ſi dicamus nup-
mium beatitudinis recipiunt: quãuis tias non ita accipi vt hactenus expo-
pauci ſint electi,ſiue incliti qui tantũ, ſuimus,ſed copulationem Chriſti, &
vel ipſa hora mortis laborantes pæni- Eccleſiæ,quæ in hac vita fit homini-
tendo denariũ beatitudinis accipiant, bus ad euangelium venientibus , vt
ſed de hoc multa diximus in illum lo C Hiero.& multi alij interpretantur. & Hiero.
Math. 22 cum Mathæi,ſcitu digna. De hac er- in ijs,Ianſenius in concordia euangeli
go ſecunda vocatione loquitur hic ca.cap.105.Sed reuera de ijſdem nup-
Dominus notandum autem quod ait tijs loquitur Ioãnes,& Mathæus , vt
Beda ad cœnam vocatos. Vnde Beda , non docet Hilarius,Canone.22. in math. Hilarius
ad prandium,ſed ad cœnam vocatos & Euthimius.Eſt tamen hoc diligen
narrat,quia nimirum in fine diei, con ter memoriæ mandandum, ſcripturã
uiuium cœna eſt. Qui ergo finito prę ſacram ſolere res magnas multis no-
ſentis vitæ tempore , ad refectionem minibus appellare,vt per ea multæ il
ſupernæ contemplationis veniũt,pro larum proprietates , quoad fieri
fecto ad cœnã agni vocantur. Quæ poſſet explicentur.Ita Deus, Chriſtus,
D.Greg Hom.24 ad verbum deſumpſit ex Gregorio, D beatitudo,diabolus,pœna damnato-
Home.24.in Euange. qui ibi hæc re- rum varia nomina habent.Sed aliquã
fert: & ita vt nos interpretatur . De do nomina affert in eandem rem cõ-
Lucæ.14 hac cœna dictum eſt lucæ.cap.14.Ho uenientia,quæ ſecum pugnare viden
mo quidam fecit cœnam magnam,& tur. Quemadmodum Chriſtus,Apo. Apo.5.
vocauit multos.Si quis forte obijciat 5.Leo & agnus vocatur . Ecce vicit
Gregorio,& Bedæ,apud veteres non leo de tribu Iuda radix Dauid aperire
fuiſſe prandia ſed cœnas,quod nõnul librum.Et paulo poſt,dignus eſt ag-
li exiſtimarunt,ideoq; fruſtra eos ob nus qui occiſus eſt, accipere virtutẽ.
ſeruare non eſſe, dictum ad prandiũ, Leo propter fortitudinem,agnus pro
ſed ad cœnam:hic vt errorem agnoſ- pterea quod pro nobis oblatus eſt. Et

ſa-

pro 8.c

sapientia in creata dicitur genita, Pro. 8. Non dum erant abyssi, & ego iam concepta eram, atque eadem dicitur creata. Eccle. 24. Ab initio & ante secula creata sum. Genita vt ostendatur nata ex patris substantia, creata vt sine mutatione, & sine labore patris nata intelligatur. Quemadmodum interpretatus est Hilarius lib. de synodis. & eum sequutus S. Thom. 4. contra gentes. ca. 4. ita sanctorum felicitas, & cœna dicitur & prandium. Cœna, quia finis diei est, & laboris, prandium, ne putemus finiri posse eius voluptatem. Sed postea quam initio eam percepe runt beati, atq; nunc percipiunt, semper aliam atque aliam manere. Id est, non esse perpetuam: sicut post prandium restat alterum conuiuium: nec terminatur in eo gaudium, sicut in cœna terminari videbatur. Eodem modo dictum est de eadem beatitudine Esa. cap. vltimo. Et erit mensis ex mense: & sabbatum ex sabbato, id est, festo festo tunc succedet, non terminabitur illius vitæ festiuitas: vnum & perpetuum gaudium erit. Loquitur enim more nostro sacra scriptura. Apud quos nullum gaudium est quod semper duret, sed tunc nobiscum optime agitur, cum assidue gaudium gaudio succedit. Quod autem ait Math. Intrauit autem rex vt videret discumbentes, non epulantes dixit, sed discumbentes. Antea enim discumbitur, quam prandeatur. Ergo qui nunc in Ecclesia sunt, discumbunt: quia comparant se ad prandium, id est, ad beatitudinem, quam sine dubio consequentur, si iuxta vocationem suam viuant. Sicut ait. & egressi serui eius congregauerunt omnes quos inuenerunt malos, & bonos, & impleta sunt nuptiæ discumbentium. Nam cum in Eccle-

Hilarius & Tho. 4. Sanctorū felicitas in sacra scriptura nocat cœna & prandium & quare.

Eccle. 24. b

siam ingrediuntur tunc discumbunt at prandium, vel cœna in cœlis datur. Itaque non dicuntur discumbentes propter locum qui solet idem esse discumbentium & cœnantium: sed quia qui discumbunt paulo post sine dubio cœnabunt, si ita vt par est in eo loco fuerint. Beati ergo illi qui ad cœnam agni vocati sunt hæc est cœna illa, hoc est prandium illud, hoc denique conuiuium: de quo prædixerat Esai. capite vigesimo quinto. Et faciet Dominus exercituum omnibus populis conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum, & vindemiæ defæcatæ. In cœlesti illa beatitudine sancti diuinis epulis saciantur. Hoc intelligens Dauid dicebat: satiabor cum apparuerit gloria tua. Ac si diceret: cum animus meus e corporis vinculis tanquam ex carcere ad sedes beatissimas & ad mensam illam cœlestem ascenderit, tunc admirabilibus epulis satiabor, omnibusque voluptatibus affectus, te Deum meum, summum & immensum intuebor. Ad hoc cœleste conuiuium nos inuitat Angelus hic. Et apud Lucam Christus: Ego, inquit dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Hoc est, conuiuium ad quod ipse Deus nos inuitat, ad quod omnes qui vocati sunt accedunt, de quibus dicitur in Psalmo. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Hæ dapes, hoc nectar, hæc Ambrosia, hæc pabula mentis sunt, non corporis alimenta. Et hoc est conuiuium de quo hic loquitur Ioannes, in cœlesti patria parato. vbi sancti in æternum saciantur. O gloriosam cœnam,

Esai. 25.

Psa. 16.

Lu. 22.

Psa. 35.

ò

ò sedes illas beatas, æternas què mansiones, in quibus fęlices illi conuiuæ æternis dapibus perfruũtur. Beati ergo qui manducabũt panem in regno Dei: qui recumbent cum agno beati.

Et dixit mihi hæc verba dei vera sunt. Ad maiorem huius rei confirmationem hoc additum est. Et vt magis ad tolerandum & laborandum in via, & vinea dñi excitẽtur fidęles. Ac si apertius diceret: quod scribẽdũ dixi, beati qui ad cęnam agni vocati sunt, non ex me ipso dixi, nec mea vox est, sed dei, & vera ac certa est, neq; vnquã vana inuenietur. Stat quidem sententia: cælũ & terra transibunt verba autẽ mea non transibunt. Quod summè consolatur fideles, in tribulationibus, scientes quod verba Dei vera sunt: vt certò fidant in eius promissis. Cur igitur desperamus? Cur diffidimus, cũ ipse tanta promittat? nec minus tamẽ hoc verbo terreantur impij, qui huius Babylonis sunt ciues, nã & ijs minatus est perpetuam ruinam, & eius verba vera sunt. Noli igitur nimium esse securus. Qui tibi ad se conuerso pollicetur cœnam, idem ita obstinato minatur ruinam, & famem. Idem Deus vbiq; loquitur. Ad pœnitentiam igitur curramus, & tunc ad cœnam agni vocabimur sine dubio: nam verus est Deus, se ipsum negare non potest.

Luce. 22

¶ *Et cecidi ante pedes eius vt adorarẽ eum.* Multæ in hoc loco dubitationes occurrunt. Quæri enim iure potest, cur modo adorare velit Angelũ Apostolus, qui antea nõ fecit. Deinde quo adorationis genere. Tertio, rectè ne fecerit, an secus. Nã si rectè fecit, cur prohibet angelus: si autem non rectè, cur similiter eum adorare tentauit. c. 22. In prima dubitatione ratio multorum patrum hæc est: adorare eum

Supra 22.

A Ioãnes vult, quia maiorem eum esse cognouit. At hæc adorandi profectò causa est, sed minime docet neq; exponit quod rogamus, quare modo potius quàm antea eum adorauerit. Existimo Apostolum nostrum lætissimo vaticinio delectatum de nuptijs agni, & de innumera multitudine eorum qui vocati sunt ad easdem nuptias prægaudio & exultatione in terram cecidisse: & quasi maximas gra-

B tias agentem adorare voluisse pronuncio. Hoc idem narrat scriptura sacra, Gene. cap. 17. contigisse Abrahæ. qui audita promissione Isaac nascituri prægaudio & lætitia incredibili, & venerandi studio cecidit in terram. Cecidit, inquit, Abraham in faciem suam, & risit in corde suo dicens: putas ne centenario nascetur filius. Et Iudicum. capi. 13. Manue & vxor eius proni ceciderunt in terram. Potest

Gen. 17.

Iudicũ. 13.

C hoc ex cap. vltimo huius libri intelligi: in quo Ioãnes iterum cecidit, vt angelum adoraret similia nuntiantem. Hæc videlicet: & nox vltra non erit, & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis: quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in secula seculorum. Et dixit mihi hæc verba fidelissima sunt, & vera. Et quamuis supra quoque quædam de beatitudine dixerit, vt vi-

D dere est in fine capitis septimi, & cap. vndecimi. Tamen quæ nunc dicit expressiora sunt: nec ad quosdam dicuntur vt illa, sed ad omnes, & quasi iam proxima narrantur. Pro his ergo, & iterata illa asseueratione; hæc verba vera sunt, quæ in vtroquè loco posita est gratias agit. Forsasse etiã deũ hæc dicebat visibili specie angelus apparuit, quasi specimen quodã Apostolo daturus futuræ illius felicitatis,

qua homines Angelis ſimiles & æquales futuri ſunt: atquè ideo terrenus illo nimio ſplendore Ioannes cecidit ad pedes eius, ſicut cecidit cap. 1. Cum primum eundem Angelum vidit: & ſicut ceciderunt Apoſtoli in transfiguratione Chriſti, vt narrat D. Mathæ. cap. 17. Math. 17

¶ De adorationis genere nulli dubium eſſe debet, quin ita adorare Ioãnes voluerit, vt Angelum adorari parerat, ideſt, non vt creatorem ſed vt creaturam, non enim ignorabat aut ſoli Deo dandam eſſe adorationem latriæ, aut Angelum eſſe eum, qui loquebatur, vt initio libri & poſtea ſæpè dixit. Sciebatquè nullam creaturam rationalem adorandam eſſe adoratione latriæ, etiam quatenus Deum repreſentat, ne ipſa creatura adorari videatur. Nec nos moueat, vt adorationem latriæ eſſe credamus, verbum adorare, aut cecidiſſe ad pedes eius: cum vulgatum ſit, ſæpè in ſacra ſcriptura hæc creaturis tribui. Vt Gene. 19. Loth cum vidiſſet Angelos, ſurrexit, & iuit obuiam eis: & adorauit pronus in terram. 3. Regum. 1. Inclinauit ſe Bethſabet, & adorauit regem. Et mox: & annunciauerunt regi dicentes, adeſt Nathan Propheta. Cumquè introiſſet in conſpectu regis, & adoraſſet eum pronus in terram dixit, &c. Rectè ergo Ioãnes adorat nuncium Dei ſui, & beatum, & lætiſſima nuntiantẽ. Gen. 19 3. Reg. 1

¶ Sed cur prohibet Angelus? hãc dubitationem ſoluit D. Grego. Ho. 8. euangelicę lectionis. Vbi cum dixiſſet: quia enim cœli rex terram noſtræ carnis aſſumpſit, infirmitatem noſtrã illa iam angelica celſitudo non deſpicit: hoc etiã addit: hinc eſt enim quod Loth, & Ioſue Angelos adorant, nec tamen adorare prohibent: Ioãnes vero in Apocalypſi ſua adorare Angelum voluit: & eum idem angelus adorare compeſcuit dicens: ne feceris, cõſeruus enim tuus ſum. Quid eſt quod ante Redemptoris aduentum homines Angelos adorant: poſt modum verò adorari refugiunt? niſi quod naturam noſtram, quam prius deſpexerant, poſtquam hanc ſuper ſe aſſumptam reſpiciunt, proſtratam ſibi videre pertimeſcunt. Nec iam ſub ſe velut infirmam cõtemnere auſi ſunt: quam ſuper ſe videlicet in cœli rege venerantur. Gregorium ſequuntur glo. & Ansbertus, & Haymo, & Rupertus, & alij nõnulli. Nec immerito ad hoc addendum videtur, vt plenior cauſa reddatur, quod ex verbis ipſius Angeli colligitur noluiſſe Angelum adorari ſe, quoniam præter dignitatem, quę hominib⁹ acceſſit aſſumente filio Dei eorum naturam, hæc quoquè magna eſt. Miniſtros Chriſti eſſe eos, & prophetas, & euangelicæ doctrinæ nuncios: tum etiam propter hanc doctrinam vexari ab inimicis Chriſti. Conſeruus, inquit, tuus ſum, & fratrum tuorum prophetarum: & eorum qui ſeruant verba libri huius. Ac ſi dicat: mihi ſummè honorificum eſt, Chriſti miniſtrum eſſe: & eius myſteria tibi nũciare. Cũ tu igitur & fratres tui mihi pares ſitis in eo, quod mihi glorioſiſſimum eſt, ideſt, in reuelando teſtimonio Ieſu Chriſti, nolo vt me adores. Itaquè in honorem Chriſti nõ vult adorari à Ioane: quaſi õtendens quanti faciat Chriſtum, cum tãto honore amicos eius fideles proſequatur adhoc facit illud quod Dauit ait: Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus. Accedit, quod cum de beatitudine loquatur, inquã omnes æquales Angelis erunt, rectè vt hoc oſtendat D. Greg. Pſa. 138

dat conseruus Ioānis, & coæqualis appellari vult, potius quam adorari.

¶ Cæterum hoc Angeli exemplo edocemur non superbire, nolle ab hominibus adorari lege, de hoc D. Gregorio 21. Moral. cap. 10. & vi. quæ. c. 22. annotauimus. D. Greg.

¶ *Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu.* Id est, habentium in se signa quibus testentur se esse Iesu. Et ipsum Iesum esse verum filium Dei, vt exposuimus c. 6. Tales sunt qui eum prædicant, & annunciant, & pro eo patiuntur. Hos prophetas vocat: quoniam illorum habebant spiritum prophetiæ, vt abscondita scripturarum patefacerent, & vētura prædicarent: atque ita maiori auctoritate testimonium de Christo redderent. Quare quod hic dixit, & fratrū tuorum testimonium habentium Iesu. c. viii. apertius explicauit dicens: & fratrum tuorum prophetarum. Nec absurdè exponeremus prophetas hîc veteres commemorari, etiam qui simile habuerunt testimonium Iesu, id est, multa de eo prædixerūt, & suis prędictionibus se Iesu esse testabātur.

¶ *Testimonium enim Iesu, est spiritus prophetiæ.* Id est, spiritus prophetię qui est in Ecclesia sicut & in alijs prophetis, qui de Christo testificati sunt, testimoniū quodā, & indiciū est Iesu. Nō enim datur spiritus prophetiæ nisi credentibus in Iesum: quare cū tàm apertum habeas testimoniū Iesu, meritò non patior adorari a te. Diximus etiā de hoc c. 6. aliter Gagneius. Testimoniū Iesu, est spiritus prophetiæ, vnde & Petrus huic omnes, inquit, prophetæ testimonium perhibent: conseruū ergo se dicit habentium spiritum prophetiæ, non prophetarum tantum spiritum, sed prophetiæ largitorem spiritum sanctum.

¶ *Et vidi cœlum apertum.* Quoniam dixit paulò ante, quia venerunt nuptiæ agni: & vxor eius præparauit se: neque ante futuræ sunt nuptiæ quàm Christus victionē de hostibus eius sumat: nunc de eius aduentu ad hāc victoriam agit. Et quidem si verba præsentia tantum consideremus cum præcedentibus, manifestè ad extremum iudicium pertinere videbuntur: sed si totum locum apertè perspiciamus, videbimus nequaq; de iudicio illo verba fieri, sed de descensu Christi inuisibili ad subueniendū sanctis laborātibus, & cū Antichristo, & ministris eius certantibus, & vidi, inquit, bestiā & reges terræ, & exercitus eorū congregatos ad faciendū prœliū, cū illo qui sedebat in equo, & quę sequūtur. Tunc enim nō erit Antichristus, nec possunt ad eū diē referri quæ ibi scripta sunt. Ambro. Rectè ergo ait Ambro. c. 19. nullo modo existimare debemus, qđ hoc caput ad aduentū Christi, pertineat in quo ad iudiciū venturus est, sed potius ad electos, qui in fine mūdi nascituri sūt. Fine etenim mundi instante veniet dñs cū sanctis suis, vt pugnet pro ipsis contra Antichristū, & ministros eius. Et idē repetit postea cū venit ad explanationē verborū, quæ modo retulimus. Vt igit ea quæ præcedūt de nuptijs ad cōsolationē sanctorū scripta sūt vt viriliter pro tāta fide pugnēt: ita nūc vt sciant se non esse in hoc certamine à Christo deserendos, sed eum invisibiliter affuturum vt pro se pugnet, eum equo albo descendentem inducit. Merito autem vidit cœlum apertum, quoniam Christus, & magna sanctorum multitudo è cœlo eueniunt in terram. Sicut portæ vrbis aperiuntur vrbis per eas prodeunti-

bus. Præterea se vidisse in ea visione cœlum apertum testatur Ioānes, vt eam significaret mysteria omnia illa cœlestia, illi aperte fuisse demonstrata. Semper enim quod ait cana cœlestia ac diuina mysteria illi aperiuntur dicitur fuisse ei cœlum apertum.

¶ *Et ecce equus albus.* In equo albo Christi corpus immaculatum, vt diximus cap. 6. Siue eius humanitatem plerique intelligunt. Quod in hoc loco minime probatur. Quoniam angeli, qui sunt exercitus eius etiam vehuntur equis albis. Et Zacharias, capite primo. Vidit equos albos quibus, scilicet, vehebantur Angeli: nec potest ibi aliqua humanitas designari. Atq; eadem ratione nō probo quod alij existimant per hunc equum albū intelligi congregationem Apostolorum omnium & eorum qui de Christo Iesu perhibent testimonium: sed equum album ei tribuit quoniā quasi inducem ad prælium venientem inducit. Equus enim multū in prelio equitem iuuat: vt diximus in eodem cap. significat ergo bene instructum, & paratum bellatorem, vt ibidem dictum est, albo est equus: vt victoria futura significetur. Vnde in illo cap. 6. Apocalypsi dicitur ecce equus albus, & qui sedebat super illum exiuit vincens, vt vinceret.

Zach. 1.

Sup. 6.

¶ *Et qui sedebat super eum vocabatur fidelis & verax.* Fidelis quia quicquid suis promisit, cumulate redditurus est. Verax eadem ratione dicitur, quasi constans in promissis. Sed videtur hoc esse ad impios referendum, vt verax dicatur, quia eos ita vt dixit, punit.

¶ *Et cum iustitia iudicat & pugnat.* In Græco & in nōnullis codicibus legitur, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει, ideſt, & in iustitia iudicat: sed idem sensus est. Quoniam cum magna eum potentia venientem describit, ne quis illum fortasse credat viribus, & potentia abusurum, aut omnes perditurum dicit eum iuste iudicare secundum omnium merita, nulliq; nocuturum, & aduersus neminem pugnaturum, nisi aduersus eum qui pœnas suis factis commeruerit. Viriliter igitur agamus & confortetur cor nostrum, quoniam Dominus est qui pugnabit pro nobis. Audiamus quid olim dicebant Aegyptij, vt scriptura testatur Exodi 14. Fugiamus Israelem Dominus enim pugnat pro eis contra nos.

Exo 14

¶ *Oculi autem eius sicut flamma ignis.* Quod est videlicet rati ignem, & supplicia inferre mollientes, vt diximus cap. 1. Væ impijs aduersus quos excandescet iustus iudex, & quum maximo vultu ostendet velle se vindictam de illis sumere. Timeamus miseri, & dicamus cum regio vate, cū iratus fueris misericordiæ tuæ obsecramus domine, vt recorderis.

¶ *Et in capite eius diademata multa.* In capite suo coronas multas habere dicitur, vt ostendat se habere potestates omnium regum, & hoc est, quod ipse ait data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra, Math. c. vlt. Mihi inquit data est potestas, & nulli alij. Nec simplex aliqua potestas, sed omnis. Nō vna sed coronæ multæ, & diademata multa. Nec super externa tantum sed super spiritualia nec in terra tantum, sed in cœlo. Iam si magnum videtur potestatem habere super terrena, quanto maius est potestatem habere in cœlo & in terra? Magnū quid videmur habere, si propitium habemus potentem aliquem regem vna tantū corona insignitum. Et tamen plerūq;

Psa.

Math vlt.

fal-

fallũtur qui in regibus huiuſmodi ſpem ſuam collocãt. Quia vana ſalus hominis, mundanaq3 poteſtas baculus eſt arundineus. Si igitur tantã confidentiam habent homines in bona illa poteſtate, quanto magis in vera poteſtate Chriſti, qui non vnum aut alterum diadema in capite ſuo habet ſed multa, hoc eſt, omnium ſupremas poteſtates. Quod etiam apertius ſignificare volens Daniel. c. 7. ait. Et dedit ei poteſtatem, & honorem & regnum. Et omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruient, poteſtas eius, poteſtas ęterna, quæ non auferetur: & regnum eius quod nõ corrũpetur. Eius enim imperium nullo fine claudetur nulla poſteritate delebitur, nulla temporum varietate diſſipabitur. Hic eſt rex ille qui omnia mundi regna comminuit & abſtulit diademata à regibꝰ eorum, & impoſuit ſuper caput ſuũ. Quod docere volens idem Daniel. c. 2. ait: in diebus autem regnorum illorum ſuſcitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non diſſipabitur: & regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem & conſumet vniuerſa regna hæc, & ipſum ſtabit in ęternum, hæc omnia adimpleta eſſe in Chriſto, & in regno eius certa res eſt. Regnante enim imperio Romano natus eſt rex noſter Chriſtus, cuius regnum æternum erit: neq3 ab hoſtibus aliquando penitus extinguetur ſed in hac vita initium ſumens in cæleſti illa vita in æternum permanebit: oppugnatur in hac vita regnum Chriſti, & oppugnabitur: ſed minime expugnabitur, nũquàm q3 penitus euertetur. Portæ enim inferi non præualebunt aduerſus illud, vt Chriſtus Rex noſter ait Math. 16. Quoniam ipſe cũ illo eſt vſq3 ad conſumationem ſeculi. Math. 28. Dan. 7. Dan. 2. Math. 16.

A B C D

li. Math. vlt. Vnde regius vates inquit Pſal. 144. Regnum tuum regnum omnium ſeculorum: & dominatio tua in omni generatione & generationẽ Pſal. 88. ait pater filio ſuo. ędificabo in generatione & generationem ſedem tuam. Et quia hæc erant admiranda al loquitur ſtatim Dauid regẽ noſtrũ habentẽ in capite ſuo diademata multa. Confitebuntur cæli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in Eccleſia ſanctorum. Veritatem Dei vocat eius promiſſa. Et ſtatim pater ait: in æternum ſeruabo illi miſericordiã meam, & teſtamentum meum fidele ipſi. Et ponã in ſeculũ ſeculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies cæli. Et thronus eius ſicut ſol in in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in ęternum, & teſtis in cælo fidelis. Vocat Chriſtum regem noſtrum ſemen Dauidis, quia ab eo quatenus homo genus trahebat iuxta id quod ait Matheus: liber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham. Hic rex noſter regnat ſuper omnes reges in ęternum in Eccleſia, quæ in omne tẽpus duratura eſt. Dicit autem thronum Chriſti duraturum ſicut dies cęli, hoc eſt, quandiu ſol, & luna, durauerint. Quæ aſtra ſunt teſtes perpetuitatis regni Chriſti, vt ipſum ęternũ eſſe ſignificaret. Quãdo igitur dñs regnauit ſuper omnes qui in terra, & in cęlo ſunt exulter terra, & lętẽtur inſulę multæ. Lętemur, inquam, omnes, quoniã rex iſte noſter ante ſecula, operatus eſt iã ſalutẽ in medio terrę, hoc eſt, in hierosolyma qnę eſt in medio terrę, pmiſſę, vt Baſilius ait: in medio terræ, hoc eſt, palã, & coram omnibus, tanq̃ id in theatro ſpectãtibꝰ. Lętetur Iſrael. i. Eccleſia Catholica in eo qui fecit eũ, & filię Sion exultent in hoc rege ſuo. Math. vlti. Pſa. 144. Pſa. 88. Pſa. 73. Pſa. 149.

quoniam ecce rex noster sedens super equum album habēs in capite suo
Esai 51. diademata multa, qui, vt Esaias ait, regnabit rex in iustitia. In hac enim iudicat & pugnat, & principes eius qui eum sequuntur in iudicio præerunt. Ipse est Dominus iudex noster, vt idem ait. Dominus legifer noster, dominus rex noster qui venit vt saluaret nos, & in nouissimis diebus iterū
Esai 33. veniet, & saluabit nos ab Antichristo & eius satellitibus. Ipse reuera est rex ille de quo olim Hieremias dicebat: Ecce dies venient, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit. Et faciet iudicium & iustitiam in terra, In diebus illis saluabitur iuda, & Israel habi-
Iere. 23 tabit confidenter, & hoc est, nomen quod vocabūt eum, Dominus iustus noster. Quem locum tàm catholici quàm hebræi de Christo intelligunt, siue de messia, quem Deus vocat germen, siue semen, siue fructum Dauidis, quia ex eo secundum humanam naturam originem traxit. Nomē, Dauid, est in dandi casu, tàm in textu hebraico, quàm in græco. Et nomen hebraicum significans germen significat etiam orientem. Qua ratione cō-
mori. 70. interpretes verterunt: & suscitabo Dauidi orientem iustum. Oriens enim Christus rex noster nūcu-
Zach. 3 & 6 patur Zachar. 3. Adducam seruum meum orientem. Et cap. 6. Ecce vir oriens nomen eius. Et vbi nos habemus: hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster: pro domino, est in hebræo iehouah, quod nomen Deum significat, & nemini nisi Deo tribuitur. Ex hoc igitur loco Hieremiæ apertè colligitur Christū dominum esse ex familia Dauidis, & esse regem regum, & verum Deum.

A Ideo vocatur Iesus Christus, saluator & vnctus. Deus est verus saluator, & ipse est verus rex. Olim enim reges vngebantur. Vnde volens vtrumquè designare Euangelista Mathæus ait: li Math. 1
ber generationis Iesu Christi. Quando igitur tantum tamq; potentem regem habemus minime timeamus hostes nostros spirituales, quando ab illo facilè possumus liberari. Habet enim diademata multa, ideſt, suprema
B potestatem. Mitto modo expositionem aliquorum hunc locum ita exponentium: & in capite eius diademata multa, ideſt, in Deo patre qui est caput Christi, infinita charismata, quib9 electos suos Christus muneratur & donat. Gag.

¶ *Habens nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse.* Hoc aliqui explicant de nomine tetragrammatôn, quod ineffabile dicitur: eò quod eius vim ac e-
C nergiam nemo plenè nouit, nisi Deus. Et quemadmodum incomprehensibilis est Deus, sic & nomen eius, hoc autem nomine assumptum homine dotauit Deus; illudq; est nomē super omne nomen quod dedit illi Deus, vt, scilicet, Christus Deus & homo dicatur. Alij hoc nomen, aiunt, esse id quod paulò post docet: & vocatur Cag. Clau.
nomen eius verbum Dei. Sed hoc nomen nemini notum esse nisi ipsi,
D hoc indicat nullam creaturam plenè atq; integrè cognoscere diuinam verbi generationem. Generationem eius, inquit Esaias, quis enarrabit? quasi di- Esai. 53
ceret: quis poterit tàm altum & ineffabile mysterium generationis verbi Dei exponere sermone? Cęterum ob
serua quod in sacra scriptura multa di Regula. in sacra scriptura.
cuntur ignorari nisi ab vna persona diuina, & tamen reuera non excludun-
tur aliæ personæ. Math. 24. ait Christus: Math. 24

ne-

nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Quo in loco non excluditur Spiritus sanctus cum sit vnus Deus cum patre. 1.ad Cor.c.2. Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita & quæ Dei sunt nemo cognouit, nisi spiritus Dei. Vbi solus spiritus sanctus dicitur cognoscere secreta Dei. Cum tamen non dubium sit patrem & filium eadem comperire, in huiusmodi ergo locutionibus solũ excluduntur creaturæ. Habet ergo dux noster & rex regum nomen ineffabile quod nemo nouit quid perfectè & exactè significet nisi ipse. Hoc est nulla creatura illud potest cõprehendere. Secundò hic obseruari potest alia sacræ scripturæ regula, Aliquando quidem sacra scriptura de Christo seorsum, & per se loqui solet: aliquando quatenus caput est totius Ecclesiæ, nosq; membra eius. De hac loquendi forma explicant nõnulli patres locum illum Ioãnis, cap. 3. Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Nunquid solus Christus ascendit in cœlum? Nõne Ioãnes vidit in cœlo turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, tribubus & linguis? Dicitur ergo solus Christus ascendere, vt caput Ecclesiæ est, nosq; illius vestimenta & membra. Et sicut nobis ascendentibus ascendunt nobiscum vestimenta ascendunt manus & pedes, ita ascendẽte Christo ascendere dicuntur eius viua membra, hoc est, fideles & electi. Quare locum illũ Ioãnis de Christo, & eius membris intelligendum esse existimant nõnulli. Qua phrasi vsus est idem Christus cum dixit Saulo: Saule Saule cur me persequeris. His ita constitutis aiunt nõnulli, adhuc modum loqui modo Apostolum, cũ ait: habens nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse. Hoc est, ipse cum sibi cõiunctis. Fideles enim qui membra Christi sunt, nouerunt regem istũ vocari veracem, iustum, sanctum, vocari etiam Dei verbum, Deum denique verum. Quamuis aliàs perfectè comprehendere nequeant hæc omnia.

1.Co.2

Regula in sacra scriptura.

Io 3.

¶ Et vestitus erat veste aspersa sangui ne. Aliqui ita hæc verba explicare volunt vestitus erat veste aspersa sangui ne, ideſt, carne tincta sanguine. Quia in ea pro nobis passus est, eaquè fuso sanguine nos redemit. Christi autem humanitas vestis dicitur, eò quod deitatis tegeret fulgorem hominum oculis haud quaquam conspicuum. Hinc est quod ait Apostolus habitu inuentus est vt homo. Et ob hanc eius intinctam vestem Esai. c. 63. dicitur quis est iste qui venit de Edon tinctis vestibus de bosra? & rursus: quare rubrũ est indumentum tuum: & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui solus, & de gentibus nõ est vir mecum. & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumẽta mea inquinaui. Sed reuera locus iste non ita intelligẽdus est, nedum locus præsens Ioãnis quo inducit regem Christum descendẽtẽ cum omni militia cœlesti adiuuandũ suos electos. Vtrobique igitur inducitur & describitur Rex iste instar ducis victoris hostium suorum sanguine cruentati, & de illis glorioſẽ triumphantis, siue vindictam sumere volẽtis. Vestis ergo aspersa sanguine tàm apud Esaiam quã apud Ioãnem cruẽtum supplicium significat: apud Esaiã iam sumptum de inimicis, hoc est, dia

Esai.63.

bolo, mundo, morte, & peccato: apud Ioãnem, ſumendum, & ſanguinem hoſtium fundendum. Hoc etiam indicat venire Chriſtum ad ſubuẽiendum electis laborantibus, & ad vltionem ſanguinis iuſtorum ab impijs effuſi: ſicut à iuſtis inuocatus eſt. cap. 6. his verbis: vſq; quo Domine ſanctus, & verax non iudicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum, de his qui habitãt in terra. Quemadmodum autem ſi quis ad vltionem amici nefariè extincti procederet, & memoria ac dolore impiæ cædis pallium eius ſanguine tinctum ferret, vt magis ſe ad pœnas acriores ſumendas excitaret, ita Chriſtus, vt doceat ſe recordari iuſtorum, & ſcelera in eos patrata vindicare velle, rectè veſtes habet aſperſas ſanguine, vt eo etiam crudeliſſimum ſupplicium ſumpturũ ſe doceat. Hæc ergo omnia nõ ita intelligenda ſunt, vt ſanguinem habeant, ſed tropologicè ſunt intelligenda. Sicut etiam intelligitur illud Pſalmo. 109. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquaſſabit capita in terra multorum: de torrente in via bibit, propterea exaltauit caput. Inducit vates Meſſiam tanquã ducem ſtrenuum bellum gerentem cum hoſtibus. Ac ſi diceret iudicabit Meſſias gentes, & omnia tunc erunt plena cadaueribus: & percutiet capita ſiue principes qui præſunt regionibus amplis, & diuitibus: & tantũ ſanguinis fundetur, vt etiam liceat victori bibere de ſanguinis torrente cęſorum in via, ideſt, dum perſequetur hoſtes. Propter eam victoriam multum attolletur, & euadet clariſſimus Chriſtus.

Pſa. 109

¶ Et exercitus qui ſunt in cælo ſequebantur eum in equis albis. Hũc locum explicat D. Grego. lib. 31. Mora. cap. 9. Cuius verba omnia ſine autoris nomine in commentarium ſuum tranſtulit Ansbertus. Equus quippè eſt vnicuiq; ſanctæ animæ corpus ſuum, quod videlicet nouit, & ab illicitis cõtinentiæ fræno reſtringere, & rurſum charitatis impulſu in exercitatione boni operis relaxare. Equitis ergo nomine anima ſancti viri exprimit, quæ iumentum corporis benè ſubditum regit. Vnde Ioã. in Apo. Dominum cõtemplatus ait: & exercitus qui ſunt in cœlo ſequebatur eum in equis albis. Multitudinem quippè ſanctorũ, quæ in hoc martyrij bello bellauerat, rectè exercitum vocat, qui idcirco in equis albis ſedere referũtur: quia nimirum eorum corpora, & luce iuſtitiæ, & caſtimoniæ candore claruerũt. Verum quia non hic de vltimo iudicio, vt oſtẽdimus, agitur: ſed de auxilio quod Chriſtus electis affert certantibus, nõ video quo modo martyres hic intelligantur, aut eorum corpora equi dicãtur, cum tunc nulla corpora habitura ſint. Accedit, quod exercitus cæli ſemper Angeli intelliguntur: vt cum dicitur Dominus exercituum. Et Luc. 2. & ſubito facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis laudantium Deum. Quare Angelos ſine dubio intelligere debemus, atq; eos præſertim qui hominum curam gerunt. Quemadmodum Zacha. 1. Angeli cuſtodes hominum in equis albis ſedent. Et poſt eum, inquit, equi rufi, varij, & albi. Frequens quidem eſt in ſacra ſcriptura quod Deus dicatur exercituum, hoc eſt, Angelorum: vt modo dicebant. Hi ſunt veluti caſtra Dei. Hinc eſt, quod. 4. Regum. c. 6. Sacra refert hiſtoria apertos fuiſſe à Deo oculos pueri Eliſæi, & vidiſſe montem plenum equorum, & currum igneorũ,

Luc. 2

Zach. 1

4. Reg. 6

in

in circuitu Elisei. Descenderat enim exercitus Angelorum ad protegendum sanctum Prophetam. Dicit hodie descendunt cum Christo duce ad defensionem electorum. Quæ maxima consolatio piorum esse debet. Habent enim Deum ducem & exercitum Angelorum qui eos defendant ab hostibus spiritualibus. Vnde Dauid ait: Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis: in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum: super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Christus enim ex noster scuto suo nos defendit, & circundat: vnde Dauid testatur scuto circundabit te veritas eius, vt non timeamus à timore nocturno, neq; à sagitta volante in die, hoc est, à subito aliquo periculo. Adhibet etiam secum exercitus Angelorum qui illi sequuntur, vt electos diligenter custodiant, atq; in omnibus actionibus ad quas voluerint manus suas extendere illis assistant: eosq; ita obseruent, & illuminando, perficiendoq; dirigant, vt in nullo à via recta deuient, neq; ad dexteram, neque ad sinistram declinent: neq; ab hostibus suis spiritualibus patiantur aliquid nocumenti accipere: tàm tenere quide eos diligit Deus, vt huic exercitui solicitissime mandet de eorum custodia. Cuius mandato commotus exercitus iste, eos fidelissime omni cura ac diligẽtia custodiit, ita vt quasi in manibus eos portent, per viam quam illis ambulare libuerit. Curant etiam diligenter, ne quo modo contingat alicubi eos ad lapidem pedem offendere. Denique nec vniuersum serpentum genus illis quicquam nocere possit: hoc est, nulla virtus inimicorum illis nocere possit.

Psal. 90

Dd. 40

Procuratio. Angelorum.

Zoar est fretum byssinum. Quidam exponunt, de vestibus byssinis candidissimis, vt supra dictum est. Et cum dei Angelis lucemo dicendum est, in byssino agi gloriosam sanctitatem & innocentiam significari. Sicut de sanctis ipse expositum est in hoc ipso capite byssinum esse iustificationes sanctorum. Haec ergo vestem induamur exemplo mulieris fortis, cuius byssus erat indumentum.

Apoc. 19

¶ *Et de ore eius procedit gladius ancipitis.* Nonulla codices græci legunt ex vtraq; parte acutus, alijs dee tero vtraque parte, vt apud Eraſmi bodie videre licet: quamuis is tamen vetuerit, ex vtraq; parte acutus quum Græcè solum dicatur ῥομφαία ὀξεῖα. Aethas, & Primasius, & ante eos Cyprianus legunt ex vtraq; parte acutus, sed multi tàm Græci quàm Latini habent tantum modo gladius acutus. Sed cum hoc parum referat ad sensum, fortasse hæc posterior lectio verior est. Et illud, ex vtraq; parte, additum est ex loco simili capitis i. Et de ore eius gladius vtraq; parte acutus exibat. Quod sæpè fieri solet. Quemadmodum Math. 7. Nolite iudicare, vt non iudicemini: vbi nonnulla exemplaria tradunt: nolite condemnare, vt non condemnemini: quod non est in Græco: sed desumptum videtur ex Luc. c. 6. vbi legimus: nolite iudicare, & nõ iudicabimini: nolite condemnare, & nõ condemnabimini. Per hunc gladium quidam Dei verbum intelligunt quod damnaturus est in die iudicij impios, cui resistere poterit nullus. Quadere merito dici potest vtrinq; acutus. Nã vt Paulus ait penetrabilior omni gladio ancipiti. Sed siue sit sermo de iudicio, siue ante iudicium cum dominus venerit ad subueniendum iustis; ita est, hoc gladio acuto sententiam significa

Cypr. lib. 2 9 testim. c vltimo

Math. 7

Luc. 6

ficari mortis ore Christi in sceleratos proferendam. Sed de hoc iam diximus cap. 1. ac si dicatur in gratia eius quasi gladius quidam acutus erit. Multos enim occidet sicut ait paulo post: & cæteri occidentur gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius. Esai. 11. Simile est illud Esaiæ 11. & percutiet terram virga oris sui. Pro quo 70. interpretes transtulerant verbo oris sui. Acsi diceret, impios & sceleratos homines reprehendet, & maxima pœna afficiet. Vbi per terram homines terrenis deditos significare voluit, qui cœlestia non curant, sed huius mundi voluptates & opes incredibili desiderio sectantur. Considera obsecro peccati calamitatem & vim. In causa est vt homo cœlestia minime intueatur, & si ad illa comparanda sit conditus: sed solum in terram à brutis & iumentis etiam possessam respiciat. Hos percutit Dominus verbo oris sui, & gladio suæ seueriſſimæ sententiæ. Et spiritu oris sui interficiet illos. Vnde Dauid ait Psalmo 9. Increpasti gentes & perijt impius, nomen eorum delesti in æternum & in seculum seculi. Quod nunc id videre poteris ait enim statim Apostolus. *Vt in ipso percutiat gentes.* Esai. 9 Idest, omnes impios qui sanctis aduersantur.

¶ *Et ipse reget eos in virga ferrea.* Idest, acerrime puniet: & duriſſimum in illis imperium exercebit. Eadem verba sunt posita cap. 2. quæ abunde expositæ sunt ibi. Ferrea virga non est ad regendum, sed ad confringendos eos, qui in vita lutei sunt, & parati vt confringantur, & conterantur.

¶ *Et ipse calcat torcular vini furoris.* Idest, aple grauissimis supplicijs eos afficiet. De calcatione torcularis diximus cap. 14. & de vino furoris etiam A diximus in eodem capite, in parabola vineæ, quam adducit Dominus apud Mathæum c. 21. inter alia dicitur fuisse torcular. Est enim in vinea Domini torcular, quo exprimitur vinum, & remanent præsse omnes fæces. Sic dominus torculari iusti iudicij sui separare solet malos à bonis, malis & iniquis oppressis perpetuò manentibus. De hoc torculari loquitur, Threno. cap. 1. Thre. 1 Torcular calcauit dominus virgini filiæ Iudæ, ideſt, calamitate illam oppressit. B

¶ *Et ipse reget eos in virga ferrea, & ipse calcat torcular vini furoris iræ dei omnipotentis.* Torcular est domuncula, aut cella, in qua mustum, aut oleum exprimitur. Trabs ipsa, qua vuæ, aut oleæ premuntur, dicitur prælum, locus in quem mustum defluit, lacus, vt ex Columelá intelligitur, lib. 12. c. 50. inde iudi. 6. Cumq; Gedeõ filius eius C excuteret, atq; purgaret frumenta in torculari. Esa. 63. & vestimenta tua, sicut calcantium in torculari. Deinde per Metonymiam continens pro cõtento ponitur, ideſt, locus ipse pro vuis, aut oleis, quæ ibi ponuntur calcandæ. Oseæ 9. Area & torcular non pascet eos. 4. Regum. c. 6. vnde te possum saluare? De area, vel de torculari? Lacus etiam ipse dicitur aliquàdo torcular. Mathæ. 21. & fodit in ea torcular. Mar. 12. Pro quo Marci. ca. 12. & fodit lacum. D Notandum etiam ex Hieronymo in Esai. 63. & in Threno. 1. Torcular iuxta scripturæ consuetudinem, non solùm cõgregationem nouorum fructuum significare, sed etiam vltionem atque supplicia peccatorum, si adiungatur verbum Calco, aut aliud simile. Esai. 63. Torcular calcaui solus, ideſt, solus hostes meos vici, atq; cõculcaui, sumpta metaphora ab vuis, quæ validè

Mat. 21. Mar. 12. Calcare torcular quid sit in sacra scriptura. Esai. 63.

cal-

calcantur,& præmuntur.Et de captiuitate Hieruſalem,inquit, Hieremias Threno.1. Torcular calcauit domino virgini filiæ Iuda.Qua metaphora vtitur in hoc loco Ioānes noſter cum ait:& ipſe reget eas in virga ferrea, & ipſe calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis.Præmet enim dominus impios & ſceleratos homines in die iudicij in inferno,& calcabit illos. Ad quam calcationem inuitabit tunc temporis angelos ſuos dicens, quod olim apud Ioelem.cap.3.prædicebat:venite,& deſcendite, quia plenum eſt torcular. Quemadmodum enim cum iam vuæ omnes congregatæ ſunt,calcatoribus dicitur , vt premant,& conculcent eas : ita cum in die iudicij, omnes impij congregari, & infinita multitudo ex omnibus nationibus collecta erit,dicet iudex, plenum eſt torcular,exuberant torcularia,(quod bis dicitur vt ingens punitorum multitudo ſignificetur) venite,& calcate:exibunt enim Angeli, & ſeparabūt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis Mathæ.c.13.

Nu.11 Paſcere quid in ſacra ſcriptura.

¶ *Et ipſe reges eas in virga ferrea.* Paſcere in ſacra ſcriptura pro quo noſter interpres ſolet vertere,regere,interdum paternam curam,& gubernationem in rege ſignificat , interdum verò rigidam gubernationem , & ſeueram,qualis in repugnantes,& duræ ceruicis ſubditos exerceri ſolet,idquè fere ratione adiuncti, (nam perſepoſitum in bonam potius ſumitur partē) vt Pſalmo. 2. Reges eos in virga ferrea.Hebre.paſces eos in virga ferrea. & in hoc loco de chriſto iudicaturo ait Ioā. de ore eius procedit gladius ex vtraq; parte acutus,vt in ipſo percutiat omnes gentes.Et ipſe reget eas in virga ferrea:Ita etiam intelligitur illud Oſeæ.4.Nunc paſcet eos Dominus,quaſi agnum in latitudine, ideſt, hoſtiliter vexari ſinet dominatu Aſſyriorum,itaq; paſcere in gladijs, ſiue in lanceis,ſiue regere in virga ferrea, eſt fortiter , & potenter dominatui noſtro ſubijcere,& cū poteſtate imperare in illa ergo die iudicij paſcet dominus , ſiue reget impios grauiter eos cruciando,& hoſtiliter vexando.

¶ *Et habet in veſtimento & in femore ſuo ſcriptum rex regum, & dominus dominantium.* Hunc locum Gregorius exponit Homilia. 13. in Ezechielem. Quid, inquit, veſtimentum eius eſt, niſi corpus quod aſſumpſit ex virgine,nec tamen aliud eius veſtimentū eſt,atque aliud ipſe.Nam noſtrū quoque veſtimentum,caro dicitur: ſed tamen ipſi nos ſumus caro , qua veſtimur.Hoc autem veſtimentum illius longè ante Eſaias reſpiciens per crucem paſſionis ſanguine cruēratum dixit : quare rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua quaſi calcantium in torculari? cui ipſe reſpondit. Torcular calcaui ſolus, & de gentib9 non eſt vir mecum. Solus enim torcular in quo calcatus eſt calcauit , qui ſua potentia eam quam pertulit paſſionem vicit.Nam qui vſque ad mortem crucis paſſus eſt , de morte cum gloria ſurrexit. Gregorium ſequuntur Ansbertus,& quidā alij. Sunt qui per hoc veſtimentū Eccleſiam intelligant qua indutus eſt Chriſtus, quam vocat Paulus ad Epheſ.5. Glorioſam non habentem maculam, aut rugam. Sed neſcio an hæ expoſitiones huic loco adaptari poſſint. Nam ſi equus humanam naturam ſignificabat ſecūdum aliquos, non eſt quare dicatur, modo per veſtimentū eandem ſignifica-

Greg

Caro chriſti eſt veſtimentum eius

Eſai. 63

Eccleſiæ eſt veſtimētū Chriſti

ficari: & per equum Ecclesia cui deus A insidet significabatur, vt alij affirmant: non est quarè modo eadem Ecclesia per vestimentum significetur. Quare nostram expositionem prosequentes iuxta id quod de veste eius sanguine aspersa superius diximus, modo etiam, vt cæpimus exponere debemus. Et quoniam veste illa cruētata vltionem futuram significauit, & sanguinem hostium fundendum, rectè in eadem scriptum est: *Rex regum* B *& dominus dominantium.* Vt intelligamus quod sit rex potentissimus, & omnes qui plurimum dominantur esse etiam ei subijciendos: neminem q3 ex his fore, qui eius potentiæ resistere valeat. Et quemadmodum vestes cruentatæ non significant ipsum, talem vestem esse habiturum, sed ore irato & terribili magna iudicia vltionis sumendæ præseferre: ita hæc inscriptio nihil aliud indicat quàm om- C nibus hominibus manifestam tunc fore eius potentiam, ex his quæ faciet, & ex multitudine eorum qui occidentur. Eadem ergo vestis quæ habet sanguinem aspersum, habet & hanc inscriptionem. Quoniam simul & iram in aduersarios magnam ostēdit, & potentiam ad puniendum, hāc regiam potestatem tàm magnam ac supremam significare voluit Spiritus sanctus in animali illo habenti qua- D

Ezech.10

tuor facies, hoc est homines, vituli, aquilæ & leonis. Habet Christus faciē leonis quia est Rex regum & Dominus dominantium. Est enim leo omnium animalium Rex, fortis & inuictus quando enim ipse rugit cætera animalia maximo timore conquiuntur & terrentur. Quod si leo noster rugiat quis nō timebit? Dominus dominantium regnat indutus leoniam fortitudinem sicut significauit Psa. 92. Sed iam de hoc diximus superius in illa verba, & in capite eius diademata multa. ¶In fęmore etiam scriptum erat hoc idem in fęmore autem generis propagatio intelligi solet, vt etiam adnotauit Grego. Ho. 13. in Ezechi. & Ansbertus, & Beda, & alij. Ita dictum est Exo. 1. Omnes animæ eorum qui egressi sunt de fæmore Iacob, 70. Et Gene. 24. Abraham seruum suum iurare iussit hoc rictu. Pone manum tuam super fæmur meum, vt adiurē te. Et c. 49. non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de fæmore eius. Et quoniam Christus omnes electos quos Euangelio suo patri genuit (de quib9 ait Esai. 8. ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Dominus: & Pau. ad Heb. 2. qui multos filios in gloriā adduxerat) & reliquos electos ante aduētum eius reges tūc facturus est, ideſt, in regno cœlorum collocaturus cum magna potentia, & cum omnium bonorum affluētia: meritò habet scriptum Rex regum & Dominus dominantium.

Psa. 92.

Greg. Ansbertus Beda Exo. 1.

Gen. 24

Gen. 49

Esai. 8.

Ho. 2.

¶ *Et vidi vnum angelum stantem in sole.* Per hunc angelum ab aliquibus omnis Angelorum chorus intelligitur, qui tunc parati erunt Christo parere, & obsequi ad peccatorum vltionem. Et sic in sole stare dicentur, quia constantes erunt pro Christi ministerio, qui sol est iustitiæ, alij volunt hūc Angelum esse vnum de præcipuis angelis quem vidit stātem in sole, ideſt, in eminentiore loco. Alij volunt vidisse angelum stantem in sole, ideſt, in Dei splendore.

¶ *Et clamauit voce magna dicens omnibus quæ volabant per medium cœli.* Ad congratulandum, secundum aliquos, inuitatur omnes electi, qui aues cœli dicun-

Aues cœli
Dicuntur electi & aliquando reprobi & dæmones
Matth. 13
Dein. 60

dicuntur, quia eorum, conuersatio in cœlis est. Pro huius sententiæ explicatione obserua. In sacra scriptura aues cœli summi in bonam & malam partem. Apud Matth. c. 13. Summuntur in malam cum dicitur quod volucres cœli comederunt semen quod cecidit in via. Hoc est, dæmones rapiunt de corde hominis voluptatibus dedito verbum Dei. In bonam verò partem sumuntur apud eundem ibidem quum ait Dominus: simile est regnum cœlorũ grano sinapis, quod cum creuerit maius est omnibus olerib⁹, & fit arbor, ita vt volucres cœli veniant, & habitent in ramis eius, per granum sinapis Christum abiectũ & minimum existimatum intelligũt patres. Hic autem creuit dedit nobis vberes fructus per fidei prædicationem, & taliter est dispersa, & dilatata arbor ista per totum orbem terrarum, vt volucres cœli, hoc est, viri perfecti & contemplationi diuini in ea requiescant. Sed si hunc locum & ea quæ sequuntur conferamus cum alio loco Ezechielis intelligemus in his omnibus solum designari victoriam quam dux noster, & exercitus eius adepturi sunt de hostibus suis. Ait enim Ezechiel capite trigesimo nono. Tu ergo fili hominis, hæc dicit Dominus Deus, dic omni volucri, & vniuersis auibus cunctisque bestijs agri. Conuenite, properate, concurrite vndique ad victimam meam, quam ego immolo vobis, victimam grandem super montes Israel, vt comedatis carnem, & bibatis sanguinem. Carnes fortium comederis, & sanguinem principum terræ bibetis, arietum, & agnorum, & hircorum taurorumque, & altilium, & pinguiũ omnium. Et comedetis adipem in saturitate, & inebriabimini super mensam meam de equo, & equite forti, & de vniuersis viris bellatoribus ait Dominus. Tam apud nostrum Ioannem hic quam apud Ezechielem conuocat dominus aues ad deuorandum hostiũ cadauera. Eodem modo Esaias: omnes bestiæ agri venite ad deuorandum: similiter Hieremias congregamini omnes bestiæ agri, properate ad deuorandum carnes, scilicet, cadauerum, quæ erunt insepulta. Et vt significaret Ezechiel sceleratorum hominum diuersitates, qui Antichristo adherebunt, & cum eo interficiẽtur ait: arietum, agnorum, &c. Quod apertiꝰ explicat Apostolus noster dicens.

Matth. 13
D. s. p. epiph.

Ezech. 39.

Esai. 56. c.

Esai. 66.

Venite & congregamini ad cœnam magnam Dei: vt manducetis carnes regum & carnes tribunorum, & carnes fortiũ, & carnes equorum & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum, & seruorum & pusillorum & magnorũ. Quod si spiritualiter hoc nellis etiã intelligere, tunc electi mentem animiq; sui desiderium explebunt de vltione impiorum ciuium, & consortiũ Babyloniis sic Esaias. c. 66. egredientur, & videbũt cadauera virorũ qui præuaricati sunt in me: & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni. Egredientur quidem viri iusti à consideratione sui, ad impiorum consideratione, & videbunt eorum cadauera. Obserua, quod cœnæ Dei participem fieri, & ex ea ædere, cum hoc spiritualiter interpretandum sit, est in nominis Dei exaltatione, multorumq; salute, & cõuersione, quasi in delicatissimo conuiuio, epulisq;, suauissimis, ac exquisitis oblectari. Etenim qui impense gestit, & lætatur, quodam modo conuiuari

dicitur & manducare, prout Chri-
stus in Samaritanæ conuersione, hinc
Apostolis dicebat: Alium cibum ha-
beo manducare quem vos nescitis.
Io.4 Quia igitur vltione facta impiorum,
& ciuium & consortium Babylonis
magna erit nominis Christi exalta-
tio, ac totius orbis ad Christum con-
uersio, in his magnopere lætabuntur
electi & sanctisatiabitur quoquè eo-
rum appetitus, quo vltionem inimi-
corum Dei appetunt. Et Hunc in
modum eorum carnes manducare
dicuntur, tàm apud Ioannem, quàm
apud Ezechielem. Sensus igitur
est omnes pios, & electos Antichri-
sto deuicto, euersisquè suis, in quibus
sunt Reges, tribuni, etcætera. Lætari
velut in lætissima cœna. Et ad hanc
exultationem inuitatur cum dicitur:
venite congregamini, &c. Sed iam au
di qualis futura sit vltio.

¶ *Et vidi bestiam, & Reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo qui sedebat in equo & cum exercitu eius.*

¶ Prælium, cuius hîc habetur ser-
mo, potissimùm capitur pro eo quod
erit sub summo Antichristo. Ab ini-
Psa.128 tio quidem cõtra Ecclesiam fuit prę-
lium, dicente regio vate: sæpè expug-
nauerunt me à iuuentute mea, etcæ-
tera. Sed non vsquè adeò manife-
stum, aut ingens, sicut erit Antichri-
sti tempore, qui cum suis septem Re-
gibus assęclis, & satellitibus pugnabit
contra insidentem equo albo, ver-
bum Dei, scilicet, vt prius diximus: &
contra exercitum eius, idest, omnes
Angelos. Tantam quoquè inci-
det in audaciam, vt se prævaliturum
indubiè arbitretur. Sed quidem
Supra 13. frustra: vt capite decimo tertio, di-

A ctum est, qui in captiuitatem duxerit,
in captiuitatem vadet. Et qui gla-
dio occiderit, oportet eum gladio
occidi. Videbitur enim impijs An-
tichristus in sui regni exordio vince-
re: sed tamen tandem, vt statim se-
quitur destruetur. Reges ergo ter-
ræ, & exercitus illorum illi septem
Reges sunt, qui Antichristum sequen
tes contra Christi seruos pugnabunt.
Hoc enim est pugnare cum sedente
B in equo, & cum exercitu eius, quia
Christus cum suis semper est, & illos
pugnantes tuetur per Angelos suos.
Et hoc est, quod dicit Actorum capi-
te nono. Saule Saule cur me per se- Act.9
queris? Non enim tàm Christia-
nos quàm Christum ipsum per se-
quebatur, qui illos hoc tantum nomi
ne oderat, quod essent Christiani.

¶ *Et apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta.* Metaphoram ser-
C uat præliorum in quibus multi occi-
duntur, multi viui capiuntur, vel vt
occidantur, vel vt libertate donen-
tur. Et quia Antichristus cum suo
præcursore non occidetur ita vt reli-
qui, sed viui mittentur in infernum,
vt statim ait: eleganter dixit appre hen
sam esse bestiam, & cum ea pseudo-
propheram.

¶ *Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis.* Stagnum ignis dicit, quia fouea
illa maxima inferorum, tota ple-
D na est igne & vndiquè damnati cin-
guntur, & operiuntur igne illo sicut
pisces aquæ in stagno. Nec fluuium
dixit sed stagnum, quoniam non fluit
aut mouetur, vt aqua fluuiorum, sed
ita est in fouea illa sicut aqua est in sta
gno.

¶ Est autem magna & per difficilis quæstio quomodo Antichristus

mit-

mittendus dicatur viuus in ſtagnum A
Theſ. 2. ignis, quum Diuus Paulus 2. ad Theſſalonicenſes ſecundo, dixerit: quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu o-
Eſai 11 ris ſui. Et ante eum Eſai. dixit, capite vndecimo, & percutiet terram virga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Locum quidem Eſaiæ poſſemus quoquo modo eludere. Diceremus enim cum Cyrillo, & Procopio in impio, dæmonem intelligi. At Pauli verba nõ B ſinunt: qui ſine vlla dubitatione loquitur de Antichriſto. Variè hæc varij exponunt: quo modo, ſcilicet, viuus Antichriſtus mittatur in infernum, ſed ita vt referre non ſit neceſſarium Bedæ, & Anſelmi, & Thomæ, expoſitionem, plus cæteris habet probabilitatis Antichriſtum, & pſeudoprophetam, eſſe quidem interficiendos, ſed dici mitti eos viuos in ſtagnum ignis, vt intelligamus eo- C rum pœnas, multo fore acerbiores quàm aliorum. Sicut grauius cruciatur qui viuus in ignem conijcitur, quàm qui gladio interficitur. At neque hæc mihi placet, nam neque ita loqui ſolet ſacra ſcriptura, nec ſatis comode nunc ita loqueretur, vbi de vera eorum morte agebat, & de ſupplicio tantorum ſcelerum. Quod quoniam ſcire oportebat, non erat inſolita locutione obſcurandum. Er- D go Ioannis verba quoniam apertiſſima ſunt, neque aliter explicari poſſunt, niſi admodum violenter, ita vt ſonant intelligamus: credamusque Antichriſtum cum ſuo pſeudopropheta viuum ad inferos eſſe rapiendum. Quid igitur paulo reſpondebimus? Sanè Antichriſtum interficiendum dici: quoniam ſubito rapietur à dæmonibus Chriſto iubente. Hoc enim ſignificat ſpiritu oris ſui apud Paulum, verbo ſuo, iuſſu ſuo, vt docent Chryſoſtomus, & Theophilatus, & alij. & deſinet eſſe inter viuentes, totaque ſua potentia, & tyrannide ſpoliabitur. Nam perire, & interfici, & non eſſe dicuntur qui in magnas calamitates incidunt, & qui vniuerſa ditione ſua ac poteſtate priuantur. Et illi etiam qui inter homines non apparent viuentes, maximè cum in locum ducuntur mortuorum. Ita capite decimo ſeptimo, C. 17. dictum eſt, beſtia quam vidiſti fuit, & non eſt. Et aſcenſura eſt de abyſſo & in interitum ibit, ideſt, poteſtate ſua priuabitur. Cyrillus atque Procopius verba illa Eſaiæ, & ſpiritu la Eſai. 11. biorum ſuorum interficiet impium, de dæmonibus exponentes non dubitarunt dicere dæmones interfectos eſſe à Chriſto, quod eis potentiam ſuam abſtuliſſet: & quod eſt apud Eſaiam, cap. trigeſimo quarto. Quo Eſai 34 niam inebriatus eſt in cœlo gladius meus, etcætera. Hieronymus de turba, & ſupplicio dæmonum interpretatus eſt. Sed manifeſtiſſimum exterminiũ habemus Numerorũ decimo ſexto, de Dathan, & Abiron, Nu. 16. qui viui deſcenderunt in infernum. Moyſes ait: ſi conſueta hominum morte interierint, & viſitauerit eos plaga qua & cæteri mori ſolent non miſit me Dominus. Interituros dicit ſed non morte conſueta, & paulo poſt: deſcenderuntque viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis. At verò omnis Iſrael qui ſtabat per gyrum fugit à clamore pereuntium. Docet cur perire dixerit, quos viuos in infer-

num descendisse affirmat. Quod scilicet, de medio viuentium sublati essent: & ad locum mortuorum ducti. Simile est & eodem modo intelligendum illud Psalmi quinquagesimoquarto quod Dauid alludens ad eandem historiam veniat, inquit, mors super illos, & descendant in infernum viuentes? Ex his intelligemus non esse verum, quod quidam tradunt de morte Antichristi, & ex his verbis explicatur ab Haymone in capite vndecimo Esaiæ. Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Hoc est potentia iussionis suæ. Nam licet à Michaele, vt quidam asserunt interficiatur, Domini tamen nutu hoc totum implebitur. Occidetur autem sicut quidam tradunt, in monte Oliueti in papilione ac solio suo, illo in loco contra quem in cœlos Dominus ascendit. Hæc Haymo. Etenim proprie non occidetur, sed desinet esse inter viuentes, & priuabitur omni sua potentia & lætitia: rapietur autem in locum mortuorum à dæmonibus: quorum, hoc est officium, sed iussu fortasse Michaelis, siue Iesu Christi. Siue id per Michaelem dæmonibus notum fiat, siue per Christi iussionem. Aperietur ergo terra subito, & viuus cum suo pseudopropheta deueniet ad ignem gehennæ. Neque obstat, statutum esse hominibus semel mori. Hæc enim acerbior pœna est omni morte, & quod in paucis certa aliqua ratione fit, non derogat legi communi, præsertim ipso legislatore iubente. Et cum supplicium legis in alterum quod maius est commutatur. Verum quoniam illud de Datham simile est huic quod nunc dicitur, & eos multi affirmant non peruenisse viuos ad locum damnatorum, sed mortuos esse in via atque ibi corpora permansisse, animas autem descendisse in gehennam: vt Abulensis, quæstione vigesima, in capite decimo sexto, nume. Lyranus, Hugo, Cardinalis, Dionysius, in idem caput, hoc probabilius, & hoc potius dicendum uidetur Antichristum, & pseudoprophetam viuos absorbendos esse à terra, sed terra iterum sese concludente, ante perituros quàm gehennam attingant. Atque ita lex impletur, de qua ad Hebræos nono. Statutum est hominibus semel mori, & Antichristus interficietur iussu Christi, sicut docuit Paulus, & non cogimur fateri corpus eius immortale esse apud gehennam ante diem iudicij. Ad Ioannis ergo verba primum hoc dicemus: qui viuus mittitur in ignem, satis esse si viuus sit, cum mitti incipit, etiam si viuus non perueniat ad ignem, viui igitur missi sunt in stagnum ignis hi duo, licet in itinere animæ separatæ fuerint à corporibus: & ita etiam verum est quod Paulus ait, quem Dominꝰ interficiet spiritu oris sui. Quẽ admodum de Dathan, & Abiron, putauit Abulensis, in capite illo decimo sexto Numerorum. Verum est tamen quod huic sensui verba Ioannis adhuc repugnare videntur, qui non dixit eos viuos à terra esse absorbendos, sed viuos mittendos in stagnum ignis. Atque ita idem videtur de Dathan, & Abiron, de quibus ait sacra scriptura descenderunt què viui in infernum si quis tamen apte potuerit verba Ioannis interpretari, non repugnabunt. Maximè cum Dauid di-

Psa 54

Abulen.

Lyra. Nu 16 vgo cardi. Dionisius.

dicat : veniat mors super illos , & descendant in infernum viuentes, vtrumque verum esse poterit si viui mittantur in infernum peccatores , quamuis ad illud non perueniant viui sed in via veniat super illos mors.

¶ *In stagnum ignis.* Hic varia lectio e ,quidam enim legunt in stagnum ardens igne & sulphure: vt Primasius alij,in stagnum ignis ardentis sulphure.Atque hanc verissimam lectionem esse arbitror.Confirmaturque ex eo quod legimus, capite vigesimo primo.Pars illorum erit in stagno ardeti igne & sulphure.In Græco est in stagnum ignis ardentis in sulphure, & ita vertit Erasmus.

¶ Quæritur autem vtrum figurata sit hæc locutio an propria. Vt verum sulphur apud inferos esse credendum sit:nam figuratam esse videtur docere Esaias. cap.30. cum de gehéna ait: nutrimentum eius ignis,& ligna multa, flatus domini , & torrens sulphuris succendens eam. In quem locum Hieronymus metaphoricam locutionem esse affirmat.Et res ipsa declarat si enim sulphure nutritur ignis , quid necesse fuit dicere flatus Domini est torrens sulphuris succendens eam? Quibus verbis non sulphure sed voluntate Domini nutriri docemur.Deinde absurdum videtur hoc sulphur concedere.æternum enim esse oportet,vt æternum ignem nutriat.At vnde gignetur nouuum sulphur,vt sufficiat æternitati,aut quæ causa creata illud gignet? Respondetur,verum sulphur esse apud inferos , idque haud obscure ex sacra scriptura colligi. Nã igne , & sulphure pluit super Sodomam & vicinas ciuitates. Quam pœnam Iudas Apostolus æterni ignis pænam esse describit.Sicut Sodoma, & Gomorrha, & finitimæ ciuitates simili modo ex fornicatæ ; & abeuntes post carnem alteram , factæ sunt exterminiũ,ignis æterni pœnam sustinentes. Et apertius Apocal.4. & cruciabitur igne.& sulphure,&c.Et.cap.10.& diabolus qui seducebat eos,missus est in stagnum ignis & sulphuris , vbi & bestia & pseudopropheta cruciabuntur. Et.cap.12.Pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure. Atque hæc est communis sententia eorum qui hos omnes Apocalypsis locos interpretantur.Et Abulen.cap.25.Matth.4.quæstio.560. Quam eisdem locis Apoca.comprobat. Quod autem ex Esaia obiecimus in hoc metaphoricũ est:quod flatum Domini ponit incendentem ignem,qui similis dicitur torrenti sulphuris,vt ignem semper ardere Domini voluntate intelligamus. Perinde ac si torrens sulphuris in illũ influeret. Sulphura autem intellexit cum dixit ligna multa.Sed vt doceret semper Deum conseruaturum esse tàm ignem quàm sulphur quo nutritur,addit illud : flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam. Itaque non consumitur igne sulphur, & nouum in locum consumpti succedit,sed vt corpora ipsa damnatorum vrentur,neque vnquam consumentur, ita & sulphur ponendum. Sulphur ergo ibi ponendum fuit vt esset aliqua materia in qua ignis incendere tur loco illo,ab eiusdẽ ignis natura alieno:deinde etiam,vt fœtore suo damnatorum pœnas augeret,ne odoratui deessent sua cruciamenta , quæ alijs sensibus non deerunt . Confirmat hoc Ansbertus, cum ait : terribiliter autem locus supplicij, stagnum ignis, & sulphuris esse dicitur: quia quos de

Esai 30

Iudæ.e. vnico

Supra. 4. & 10

Apoc. 20

Abulen Matth.4

mergit simul & exurit, & cõtinuis fæ toribus replet, &c. Atq3 hoc per Dei potentiam fiet, sine vlla resolutione sulphuris, vt loco citato explanauit Abulensis.

* *Et cæteri.* Sunt qui minus peccaue rant. *Occisi sunt in gladio sedentis super equum.* Id est, interfecti sunt iuliu Christi. Vt iam diximus. Occidentur autẽ quo modo exercitum Gog, & Magog occidendum esse dicemus. 20. capite. *Et omnes aues saturatæ sunt.* Hoc propriè & sine vlla metaphora rectè intelligitur. In campo enim infinita erunt cadauera quæ comedentur ab auibus. Cum quo stat quod tunc omnes electi hanc considerantes vltionẽ saturabuntur & sui animi desiderium explebunt, vt superius diximus.

¶ *Finis Cap. XIX.*

Intelligentia Capitis deciminoni apocalypsis.

ET post hæc audiui in signum maximæ lætitiæ, impia iam Babylone deuicta, quasi vocem turbarum multarum. Erit enim hæc vox & omnium sanctorum, & omnium angelorum laudantium dominum, & dicentium Hallelu-ia, laudate, inquit, dominum, cõfiteminilli quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Quoniam Babylonem destruxerit, et cælestem Hierusalem ædificauerit. Laus ergo & gloria, & virtus, siue potentia Deo nostro. Laudetur, inquam, & glorificetur Deus noster ab omnibus: ille potens sit, & omnibus imperet, omnes ei pareant, quod iustissimam sententiam tulerit de meretrice & veram: non ex falsa præsumptione ortam. & merito quidem: quia meretrix ista innoxium sanguinem instar aquæ fuderat. Quare miris laudibus efferatur dominus quod vindicauerit sanguinem seruorum suorum. Iterum ergo atq3 iterum dicamus: Hallelu-ia. Semper quidem ascendet, et semper nota erunt beatis eorum supplicia. & ideo semper canent Hallelu-ia. Lætantes quod Deus de ea iudicauerit. Et tunc ceciderunt seniores viginti quatuor, hoc est, viri virtute præstantes, viri apostolici primores Ecclesiæ cælestis, & quatuor animalia, hoc est, Euangelistæ quatuor, & inter alios omnes peculiariter deo gratias maximas agentes laudauerunt illũ. Nam quum hi præcæteris Deum ament, præcæteris gaudent de sumpto supplicio impiorum. Adorauerunt ergo Deum sedentem super thronum,

& inde rectè omnia iudicantem: dicentes Amen. Rectè quidem Domine rectè factum est: Hallelu-ia, laudate ergo dominum nobiscum omnes. Tunc vox a deo per seraphim egressa est dicès omnibus laudem dicite deo nostro omnes sancti eius qui in terra vitam agitis, & qui in cælo: Alij lugeant vos qui serui eius estis, & maxima reuerentia eum prosequimini, siue pusilli sitis, siue magni, siue inquam pauperes sitis, & abiecti, siue diuites & potentes gaudete, & laudibus efferte Deum, quia si pusilli estis cito efficiemini magni, si verò magni, maiora vos manent in cælo. His dictis statim audiui prægaudio maximo vocem angelorum, & sanctorum omnium ad sidera sublatam, quasi audiret aliquis vocem turbæ innumeræ, & vocem aquarum multarum, & tonitruorum magnorum. Huius verò tripudij causa erat, quod iam finitum esset regnum peccati: & in posterum solum rex noster & dominus Deus noster regnaret. Deus, inquã, noster omnipotens, cuius tanta est potentia, vt omnia faciat quæ vellit. Gaudeamus, inquiunt, & exultemus, & maximas gratias agamus deo quia iam venerunt nuptiæ agni. Iam quidem adest consumata & plena Christi coniunctio cum Ecclesia sponsa sua, ab omnibus iam reprobis purgata, assumptis corpore & anima ad beatitudinem electis. Et vxor eius Ecclesia præparauit se in hac via fide & spe, & charitate atq; cæteris virtutibus ad contrahendum spirituales has nuptias: & perductura ad viri sui cælestes amplexus concessum est illi a sponso suo Christo, vt sese cooperiat amictu pulcherrimo, byssino, scilicet, splendenti & candido, hoc est, iustificationibus sanctorum, bonisq; meritis membrorum suorũ: qua integra & perfecta veste cum nuptiæ istæ iam celebrentur, cooperta est. Et angelus qui mecum loquebatur dixit mihi scribe quæ modo tibi sum dicturus: vt semper animis hominum infixum sit, vt hac spe omnes & præsertim ij, qui extremo tempore erunt ad pericula quæuis subeunda æquo animo confirmentur. Beati, qui ad æternæ beatitudinis conuiuium, quod sponsæ suæ Ecclesiæ Christus parauit, vocati sunt: nam hi sunt vocati, quos Deus iustificare voluit, & iustificatos ad æternum conuiuium maxima cum gloria perducere. Cæterum vt mihi maiorem fidem adhibeas, hoc tibi compertum sit, quod modo scribendum dixi, non ex me ipso dixisse, ne meam vocem esse sed Dei, quæ vera ac certa est, neq; vnquam inanis, & vana inuenietur. Ego vero territus tanto splendore angeli hæc mihi dicentis, cecidi ante pedes eius, vt debitum honorem & debitam reuerentiam illi exhiberem. Sed tanto nos iam dignos honore iudicãt angeli

postquam filius Dei homo frater q3 noster factus est, vt minime vellint a Christi seruis, & amicis tanta reuerentia coli. & ideo ait mihi: Vide ne hoc feceris nam iam conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium fidem eius, & spiritum prophetiæ: atq3 habentium in se signa quibus testẽtur se esse Iesu, & ipsum Iesum esse verum filiũ Dei: tales enim sunt qui eum annuntiant, & qui habent spiritum prophetiæ quo abscondita scripturarum patefaciant. Deum ergo adora. Hoc autem scire te vellim, quod spiritus prophetiæ qui est in Ecclesia, testimonium quodam & indicium est Iesu. Non enim datur spiritus prophetiæ nisi credentibus in Iesum. Quare cum tam apertum testimonium habeas Iesu, merito non patior adorari a te. Post hæc ostensum est mihi aliud mysterium quod antequam Dominus ad iudicandum veniat, implebitur. Tempore, scilicet, Antichristi & satellitum eius electos persequentium. Vidi igitur cælum apertum. & ostensus est mihi eques cælestis prætereuntium, & adiutor in tribulationibus, qui tanquam dux sedere mihi videbatur super equum albũ, qualiter solent duces alicuius exercitus apertis portis ciuitatis egredi. Dux iste appellabatur fidelis, & verax eo quod constans sit in promissis, qui et si potentissimus sit, nemo existimet eum sua potentia abusurum. Iuste enim semper iudicat secundum vniuscuiusq3 merita. Oculi autem eius sicut flãma ignis. Quod signũ erat maximum, ducis irati, & supplicia inferre molientis. Capiti vero suo, non vna, vel altera sed quam plurimæ impositæ erant coronæ ac diademata multa: vt ostenderet se habere potestatẽ regum omnium, datamq3 illi esse in cælo & in terra. Habebat dux iste nomen scriptum quod nemo hominum, aut Angelorum comprehendere potest, ipse enim solus illud perfecte nouit, & sicut solent duces strenui egredi è prælio hostium suorum sanguine cruentati in signum victoriæ, sic dux iste vestitus erat veste aspersa sanguine, quo significaret cruentum supplicium sumendum de Antichristo & exercitu eius, & vocabatur nomen eius verbum Dei. Et exercitus angelorum, qui sunt in cælo, & custodes esse solent electorum & protectores, sequebantur tantum ducem Christũ, etiam in equis albis, vt electos protegerent: his enim cura mandata est a deo, vt custodiant pios in omnibus vijs suis, & in prælio spirituali iuuet. Quod si quæras, qua veste exercitus iste angelorum ducem suum sequebãtur, byssina alba, scilicet, hoc est, maxima atq3 perfecta innocentia & sanctitate. Et vidi quod de ore ducis procedebat gladius acutus, quo significaret linguam eius tunc futuram quasi gladium acutissimũ, cuius iussu et

im-

imperio plurimi tunc corruent, quos gladio percutiet gentes impias ac scelera-
tas, quæ sanctis aduersabuntur. Et ipse reget eas in virga ferrea, acce rri-
mèq3 puniet. Et ipse tunc calcabit torcular vini furoris, grauissimis sup
plicijs eas afficiendo. Scriptum habebat dux iste iam victor effectus in ve
stimento & in fæmore suo, rex regum & dominus dominantium, & nō
immerito quidem, vt intelligamus quod Christus dominus sit rex poten-
tissimus, & omnes reges terræ & potentes qui plurimum dominantur, es
se ei subijciendos. Post partam hanc victoriam vidi angelum quendam
eorum qui stant coram Christo qui est splendor gloriæ & clamauit vo-
ce magna volucribus cæli rapacibus, vt congregarentur, omnes ad deuo-
randum carnes cadauerum hostium Domini. Venite, inquit, & congre
gamini ad cœnam magnam Dei, vt manducetis carnes regum, & tri-
bunorum, & fortium, & equorum, & sedentium in ipsis, & carnes om-
nium liberorum & seruorum, & pusillorum & magnorum. Innumeræ
enim volucres cæli comedent tunc de cadaueribus militum Antichristi,
imo verò tunc electi, qui aues cæli meritò vocari solent, tunc mentem
animumq3 suum explebunt de vltione impiorum. Nullum enim conui
uium nullum prandium, illis esse poterit suauius, et splendidius quàm vl
tio et vindicta visa reproborum. Et vidi bestiam Antichristum et exer
citus eius congregatos ad præliandum cum duce Christo, et cum exercitibus
angelorum, qui eum sequebantur: (pugnando siquidem impij aduersus e-
lectos Christi in odium eius, aduersus illum, et aduersus angelos pioru pro-
tectores pugnare dicuntur) pugnauerunt quidem sed tandem victi sunt:
& quamuis innumeri in prælio occisi fuerint, multi tamen vt in prælijs
contingere solet, viui apprehensi sunt: inter quos apprehensa est bestia im-
manissima, hoc est, Antichristus et præcursor eius pseudoprophetæ, et viui
ambo præcipitati sunt et immissi in stagnum ignis sempiterni. Cæteri ve-
rò qui minus peccauerunt, occisi sunt iussu Christi. Totq3 remā
serunt in campo impiorum cadauera, vt omnes volucres
cæli saturatæ fuerint.

CAPVT VIGESSIMVM

Argumentum.

Draconis alligatio, et electorum regnum hoc capite describitur: deinde ipsius draconis solutio, eiusq; aduersus electos, et Dei Ecclesiam pugna nouissimaq; ruina: postmodum mortuorum resurrectio & iudicium.

ET vidi angelum descendentem de cœlo, habentem clauem abyssi, et catenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & Sathanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit, et signauit super illum vt non seducat amplius gentes, donec cõsummentur mille anni. & post hoc oportet illum solui modico tempore. Et vidi sedes: & sederunt super eas, et iudicium datum est illis. & animas decollatorum propter testimonium Iesu, et propter verbum Dei, & qui nõ adorauerunt bestiam neque imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frõtibus aut in manibus suis, & vixerunt et regnauerunt cũ Christo mille annis. Cæteri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni. Hæc est resurrectio prima. Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima. In his secunda mors non habet potestatem: sed erunt sacerdotes Dei et Christi: et regnabũt cum illo mille annis. Et cũ consummati fuerint mille anni, soluetur Sathanas de carcere suo, & exibit & seducet gẽtes quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog et Mogog, & congregabit eos

Ezech. 38. 39.

in

in prælium, quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circuierunt castra sanctorum & ciuitatem dilectam. Et descendit ignis à Deo de cœlo, et deuorauit eos: & diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis et sulphuris, vbi & bestia & pseudoprophetæ cruciabũtur die ac nocte in secula seculorum. Et vidi thronum magnum candidũ & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra & cœlum, et locus non est inuẽtus eis. Et vidi mortuos magnos, & pusillos stãtes in cõspectu throni, et libri aperti sunt: et alius liber apertus est, qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secũdum opera ipsorum: et dedit mare mortuos qui in eo erant, & mors & infernus dederũt mortuos suos qui in ipsis erant, et iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.

Caput. XX.

NEquam singula huius loci verba interpretemur illud animaduerte obsecro quàm verè prædixerat olim, Esai. cap. 49. Esai. 49

Hoc quod in hoc loco testatur D. Ioãnes: Tata erat ac semper fuit potestas diaboli super mortales vt impossibile videretur, vt quis posset ab eo illam tollere. Vnde aiunt: nunquid tolletur à forti præda? Aut quod captum fuerit à robusto, saluum esse poterit? quibus respondet propheta: hæc dicit dominus. Equidem & captiuitas à forti tolletur: & quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur. Quo in loco vides primùm, homines esse predam diaboli, & abeo captos & vinctos. Deinde vides, fortem esse diabolum, & potentem, sed potentiorem esse Christum atq; fortiorem, qui eum ligauit, & ab eius dominio, & potestate nos eripuit. Quod idem & in Euangelio, & in hoc loco demonstrauit. Sed ais: si draco iste catenis alligatus est, quid in causa est, vt quotidie homines mordeat, lędat, dilaceret, & deuoret? Ad quod apud Lucam. cap. 11. hac similitudine Augustini respondebamus in cõmentarijs nostris. Vt canis ligatus te mordere, aut lædere, aut offendere nõ potest, sed si accesseris ad ipsum id poterit, sic diabolus nisi ad illum appropin-

Mar. 3. Lucæ. 11.

pinquaueris,te offendere minime poterit:sed si accesseris in caute viuendo miserabiliter peribis. Venit igitur de cœlo Christus,vt diabolum alligaret. Eam ob causam ait in hoc loco Ioanes se vidisse Angelum descendentẽ de cœlo,habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua, qui apprehendit draconem serpentem antiquum,qui est diabolus,& sathanas, & ligauit eum per annos mille. Hoc est,eius potestatem,ab hominibus seducendis,& possidendis, qui fuerunt liberandi,cohibuit: atque in hunc modum captiuitas à forti ablata est,vt Esaias ait: ascendens enim Christus in altum,ait Paulus, captiuam duxit captiuitatem: quod iam multo ante prædixerat Dauid. Hæc autem captiuitas non solum refertur ad sanctos illos, in limbo detentos, sed generaliter ad hominum genus. Sunt autem arma huius draconis,fallaciæ,voluptates,deliciæ,opes, magistratus;& cætera alia quibus homines inficit quotidie. Iam verò ad singula huius loci verba exponeda accedam.

Eph 4.

Psa.67.

¶ *Et vidi Angelum descendentem de cœlo.* Primus huius loci sensus est, vt de Christo intelligatur. Ipse enim est angelus testamenti missus à patre quem tantopere desiderabamus. Ipse est qui quando incarnatus est de cœlo descendit de sua illa altitudine sese humiliando. Inclinauit enim tunc cœlos & descendit. Humiliauit semetipsum habitator cœlorum sublimium, & modo quodam cœlos inclinauit, cum de sublimitate cœlorum descendit,vt nobis præstaret auxilium, atq; à draconis potestate liberaret. Humiliauit ergo se,vt descenderet ad hominum infirmitatem,& sua morte superaret:sua gratia peccatum,suis viribus

1.sensus

Psa.17

Aug.

A serpentem antiquum. Dominus ergo paterna prędirus potestate descendit in carne cum principe mundi bella gesturus,atq; illo ligato vasa eius erepturus. *Qui habet clauem abyssi.* Habere dicitur Christus clauem abyssi, tũ, quod habeat omnimodam in infernum potestatem,quippè qui resurgens inde victor redijt. Vt Gagneius annotauit. Tum,quod claudat sua virtute hiatum totius mali. Vt ait Richardus: B tum etiam quod potestatem, & vim obtineat claudendi abyssum, hoc est, impiorum corda tenebris plena, ne diabolus pro suo arbitratu illis mediatibus electos perdat,persequatur,& interimat. Vt D. Tho. ait: tandem habere dicitur angelus iste clauem abyssi, hoc est,diaboli qui abysso comparatur:quem Christus potest obcludere non sinendo,vt eius malicia ad actus quos desiderat peruenire possit. Vt C idem doctor sanctus affirmat. Clauis ergo inferni & abyssi est potestas christi in diabolum,& infernũ, & corda impiorum. Itaq; angelus iste habet clauem regni cœlorum qua aperit electis, vt ingrediantur regnum cœleste, & qua claudit ne reprobi intrare possint. Habet etiã clauẽ mortis & inferni & abyssi,ad aperiẽdũ, & impios in carcerẽ detrudendũ. Sed ais, superio.c.9.dictũ est vidi stellã,hoc est,diabolũ de cœlo cecidisse,& data est illi D clauis putei abyssi. Quo pacto igitur, & Christus & diabolus in eadẽ potestate cõueniunt? Ad hoc facilè respõdere poteris,non esse eandẽ potestatẽ in vtroq; Christi nãq; potestas ea est, qua claudit diabolo,atq; eius sectatoribus ingressum ad opera praua in electos,& alios perpetranda:vt nõ tantũ illis lędãt,quantũ cuperent. At diabolus dicitur habere clauẽ putei abyssi, quia

D. Tho. Beda. Gag Richardus

5 tho. rich Gag. Rupertus

quia Deo ita permittente potestatem habet tentandi amplius homines scelerates & impios, vt decidant in maiora peccata. Hoc autē scelus maximū est, illud autē sanctū & piū. Ia vero abyssus nunc significare cor hominis, nūc infernum, nunc diabolum probatione non eget. Mens & cor hominis, imperscrutabile abyssus vocatur. Q. d. gratia carens dicitur mystice abyssus illa, de qua Gene. 1. dicitur, & tenebræ erant super faciē abyssi. De qua potest dici illud Eccl. 1. profundū abyssi quis dimensus est. Infernus præterea abyssus appellatur Luc. 8. vbi dæmones rogabant Christū, ne eos in abyssum ire cōpelleret. Hæc appellari solet abyssus magna, habens suos fontes, i. dæmones qui rupti dicuntur ad inūdationē mūdi. Gen. 7. Hæc abyssus operit Aegyptios, cū mali mergūt in inferos Exo. 15. Hæc est abyssus de qua dicitur apud Ezech. 26. & 31. Exaltasse assur, hoc est, diabolū: & vallasse ionā designantem eos qui in inferno detinentur. In hūc abyssum hic draco mitti dicitur. Diabolus quoq; abyssus appellatur. Vnde cū Exo. 15. dicitur: cōgregatę sunt abyssi in medio mari mystice de dæmonibus intelligitur. Habet igitur Christus clauē istorū abyssorū, modo quo exposuimus. *Habentē catenā magnam in manu sua.* i. Facultatē dæmones coercendi, & vinciendi. Solus enim Christus per potentiā suā diaboli sęuitiā ligare potest solus pro libito suo ea vti potest, & hoc est, quod ait eā habere in manu sua. Solus hanc habet catenā, qua ligauit draconē, cubantē in delubris gentiū, à quibus pro Deo colebatur. Catena ergo magna in hoc loco est ipsa potestas christi, dicitur autem magna, qua draco iste ligat quia hæc diuina potestas necessaria fuit, qua posset veluti ligatus reprimi, ne nobis noceret; & qua posset in perpetuis pœnis detineri. Hæ sunt catenæ illę huerudentes de quibus loquitur D. Petr. in. 2. sua Cano. c. 2. dicens: si enim deus angelis peccantibus nō pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarū tradidit cruciādos, in iudiciū reseruari: supple: neq; huiusmodi magistris mendacibus parcet. Vbi verò nos legimus, rudētibus; est vox græca, σειραῖς, quæ cathenas & quæcūq; vincula significat. Est autē sic vertendū ad verbū ex græco. Si enim Deus angelis cum peccassent, non pepercit, sed cathenis caliginis in infernū detrusos tradidit in iudiciū seruatos, &c. Per cathenas igitur, siue per rudētes significatur diuina vis & potestas qua ineuitabiliter condēnatur diabolus (Sunt autem rudentes funes quædā nautię) Et qua detinetur certo & statuto tempore ne pro sua vi & potentia & libitō lædat. Quod explicat D. Grego. 32. Mora. c. 12. Exponens illa verba stringit caudā suam, quasi cedrum. Cedri, inquit, nomine superba prauorum potentia designatur sicut per prophetam dicitur: vox Domini confringentis cedros. Quid autem cauda behemoth istius, nisi illa antiqui hostis extremitas dicitur, cum nimirum vas proprium illū perditum hominem ingreditur: qui specialiter Antichristus nuncupatur. Qui quoniam modo honoribus seculi, modo signis & prodigijs fictæ sanctitatis in tumorem potentiæ eleuari permittitur, rectè voce dominica cauda illius cedro comparatur. Sicut enim cedrus arbusta cætera in altum crescendo deserit, ita tunc Antichristus mundi gloriam temporaliter obtinens, mensuras hominum, & honoris culmine, & signorum po-

Ge. 1
Eccles. 1
Luc. 8.
Gen 7.
Exo. 15.
Exe. 29. 31
Exo. 15.
Grego.
Psa. 28.

testate transcendit. Spiritus quippè in illo est, qui in sublimibus conditus, potentiam naturæ suæ non perdidit, vel deiectus. Cuius idcirco virtus nunc minime ostenditur, quia dispensatione diuinæ potentiæ ligatur. Vnde per Ioannem dicitur. Vidi Angelum descendentem de cœlo, habentem clauem abyssi, & cathenam magnam in manu sua, & apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus, & sathanas: & ligauit eũ per annos mille, & misit eum in abyssum. Ligatus quippè missus in abyssum perhibetur, quia retrusus in prauorum cordibus, potentia diuinæ dispensationis astringitur, ne in quantum nocere valet effrenetur: vt quamuis per eos occultè sæuiat, ad violentas tamen rapinas superbia non erumpat. Hæc Gregorius. Ad hoc idem mysteriũ facit quod idem Dñs ait: Iob. 40. An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? Per linguam dæmonis falsam doctrinam intelligimus, aduenientе ergo & descendente angelo nostro, hoc est, Christo nostro de cœlo, alligata est lingua, hoc est, doctrina draconis, & potestas est alligata: quia neque naribus, neque lingua potest diabolus modo nocere: nisi quantum Deus illi permiserit. Vnde Esa. cap. 37. ait illi Dominus ponam circulum in naribus tuis, & frenum in labijs tuis. Minatur enim dñs diabolo in senacherib significato, & ait ego te effrenatũ veluti frẽno domabo. Et apud Hiere. c. 28. idem dñs ait: cathenas ligneas cõfregisti, ego inducã cathenas ferreas. i. quia pœnam leuiorem subire renuisti, pœnas graviores subire cogeris. His igitur cathenis, hoc freno & camo solet dñs ligare diabolũ, & eius sectatores. Vnde Dauid precat: in chamo & frẽno maxillas eorũ cõstringe, qui nõ aproximãt ad te. Ac si diceret qui dulcibus tuis exhortationibus & promissionibus ad te venire nolũt: aduersitatibus ad te venire cõpellas: ad eum modũ quo equi & muli solent frenis, & chamis constringi, & cogi ad faciẽdum opera hominũ, quæcũq; ipsi voluerint, ad quæ alioqui induci nõ possunt. His cathenis atq; compedibus solet dñs continere & alligare principes huius seculi. Ad alligandos, ait Dauid, reges eorum in compendibus: & nobiles eorum in manicis ferreis. Timeamus igitur peccatores Deum, habet enim in manu sua cathenas ferreas, habet chamum & frẽnum, habet compedes & manicas ferreas quibus ligat impios & ligatis manibus & pedibus, proijcit in tenebras exteriores. Vt ipse ait apud Math. c. 22.

Iob. 40.

Gal. 3.

Hiere. 28.

Pſa. 31.

Pſa. 149.

Math. 22.

¶ Et apprehendit draconem serpẽtem antiquum, qui est Diabolus, & Satanas. Hæc sunt nomina & cognomina tetra hostis humani generis à nobis aliàs explicata, & nunc iterum explicãda. Draco, imprimis vocatur propter sæuitiam astutia coniunctam. Leo dicebat Hiero. aperte irascitur draco occulte insidiatur. Serpens, propter fraudulentiã. Gen. 3. Serpens erat callidior cũctis animãtibus: Antiquus, vel quia veterator, vel quia à mũdi cõstitutione cõditus est: vel quia primũ hominẽ decepit, serpente animantẽ ingressus. Hũc appellat Iob leuiathã. Vnde D. Grego. lib. 4. Mora. c. 12. explicans illũ locum: maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare leuiathã: sic ait. Leuiathan quippè interpretatur dicitur additamẽtũ eorũ. Rectè autẽ diabolus additamẽtum illorũ hominũ qui in paradiso sunt cõditi, appellatur: quia

De barbaris omnibus diaboli.

D. Gregi

quia postquam primam culpã mala suggestione intulit, hanc quotidie augere grauioribus persuasionibus non desistit. Vel certè per exprobrationẽ Leuiathan vocatus est i. additamentũ hominum dictus. Eos namq; in paradiso immortales reperit, sed diuinitatẽ immortalibus promittendo, quasi eis aliquid vltra q̃ erant se addere spopondit. Sed dum blandè nõ habita se daturum perhibuit, callidè & habita subtraxit. Vnde & eundem Leuiathã, ita propheta describit dicẽs: super Leuiathan serpentem vectem, super Leuiathan serpentem tortuosum, Leuiathan quippè iste in eo quod se addere homini spopondit, tortuosis ad eum finibus irrepsit, quia dum falso imposs sibilia promisit, verè & possibilia sustulit. Querẽdum verò nobis est, cur qui serpentem dixerit, tortuosumq; illico subiungens interposuit vectem, nisi fortè quod in serpentis tortitudine fluxa mollities, in vecte autem est duritiæ rigiditas. Vt ergo hunc & durum signaret & mollem, & vectem nominat & serpentem. Durus quippè est per malitiam, mollis per blandimẽta. Vectis ergo dicitur, quia vsq; ad necem percutit, serpens autẽ, quia se per insidias molliter infundit. Sed hunc Leuiathan Angelus de cœlo descendens nunc in puteo abyssi clausum premit: vt in hoc loco narrat D. Ioan. quem tamen in mundi fine ad apertiora certamina reuocat, & totum contra nos in suis viribus relaxat. Vnde statim hîc dicitur, cum completi fuerint mille anni soluetur Satha nas. Vocatur etiam, *diabolus*. Hoc grẽcum nomen est, significans criminatorem, & calumniatorem, deorsumq; fluentem. Et meritò quidem, nam quia non seruauit suum principatum, sed relinquẽs suum domicilium, hoc est, cœlum, defluxit in istum caliginosum aerem. Dicitur etiam Hebraicè, Sathan, hoc est, aduersarius. Vnde & in Zacharia dicitur: stabat Sathan, ideſt, aduersarius, à dextris eius, vt aduersaretur ei. Incitat enim semper ad malum aduersarius iste. Vnde. 1. Petri. 5. dicitur: aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quẽrens quem deuoret. Draco igitur propter nocendi malitiam, serpens, propter fallendi astutiam diabolus propter status sui casum. Sathã propter obstinationem dño aduersandi nominatur. Præter hæc cognomina etiam appellatur in sacra scriptura belial, ideſt, apostata, præuaricator, & absquè iugo. Vnde & Apostolus: quæ, inquit, communicatio Christi ad belial, & vbicunq; lxx. ponunt filios pestilentiæ, in hebraico (vt Hierony. annotauit) scriptum est belial. Vnde, & illud quod in Psalmo canitur de mysterio saluatoris: filius iniquitatis, non apponet nocere ei, in hebraico dicitur, filiq belial. Appellatur quoq; & alijs nominibus, vt in alio Psalmo scriptum est: super aspidem & basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem, & draconem. Qui draco propriè in hebraico appellatur Leuiathan. Ipse est, & magnus cętus. De quo, quod à Christo capiendus sit, mystico in Iob sermone narratur. Qui magnum cętum capturus est: nam & ibi pro ceto Leuiathã ponitur. Et iterum: adduces autem draconem in hamo: circundabis capistrum naribus eius. Statimquè: hoc est principium plasmatis Domini, quod factum est, vt illudatur ab Angelis eius. Et in Psalmo: hoc mare magnũ, & spacioſum, ibi reptilia quorum nõ est numerus: animalia paruæ

Esai. 27

Zach. 3. c

1. Pe. 5.

Beda.

2. 10. 6. c

Pſa. 88. d

Pſa. 90. c.

Iob. 40. c.

Ibidem. d.

Pſa. 103. c.

cũ magnis. Draco iſte quẽ formaſti ad illudendum ei. De hoc ſuperius. c. 12. ſcripſit Ioã. depingens prælium inter Michaelem & hunc draconẽ & victoriã à Michaele, & angelis eius partam. Vbi interim nota: quod & in Pſa. & in Iob, propterea factus dicatur draco, hoc eſt, Leuiathã: vt illuderetur ei ab angelis. Vnde Apoſtoli accipiunt poteſtatẽ, vt calcent ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omne virtutem inimici. Hæc ex Hiero. Eſa. 27. in locũ ſuperius à Grego. allato. ¶ Igitur hũc draconem, hunc ſerpentem antiquũ, hunc calũniatorem, & hoſtẽ noſtrũ, apprehendit (ait Ioã.) angelus de cœlo deſcẽdens, & ligauit per annos mille. Palã eſt, inquit Rupertus, & ita ab effectis cõprobatum, quod illũ apprehenderit, & ligauerit. Si enim ille ligatus à Chriſto non eſt, quomodo iam imbecillis iacet, ex quo Chriſtus paſſus eſt? quomodo tot ab illo euadunt homines? quomodo tã multis nõ dico grãdeuis & ſapientibus viris, ſed à pueris teneriſq; puellis illuſus eſt? quod ſi patrũ hiſtorias, & martyrũ geſta memoriæ recolamus, intelligamus non ſolũ eũ eſſe ligatũ, ſed infatuatũ. Nec ſolũ cathena magna, ſtringuntur illi manꝰ & pedes, verũ etiã, ſicut Iob dñs promiſerat, & nares perforatas in ſudibꝰ, & linguã ſune ligatã, & circulũ in naribꝰ habet, & maxilla eius armilla perforata eſt. Inde eſt quod illudunt ei, non ſolum ſerui, ſed etiam ancillæ domini, quod concidunt eum amici, qđ diuidunt eum negociatores illi, quicumq; bonas margaritas quærentes, & vnam precioſam euangelicæ veritatis margaritam inuenientes, comparauerunt illam datis omnibus ſuis. Quis dinumerare poſſit millia martyrum, multitudines confeſſorum, choros virginum, plebemq; omnium electorum, qui ex tunc videnti, & inuidente illo in cœlum euolauerunt. Vere igitur, dictum eſt, quod angelus apprendit & ligauit illũ. Hęc Rupertus.

Lucæ. 10. D. Hiero. Rupertus. Satbs ligatus, & infatuatus Iob. 40. & 41. Math. 13. Proturgemus

¶ *Et ligauit eũ per annos mille.* Hoc fecit per paſſionem ſuã Chriſtus quã do principem dæmonem, qui ab Adam vſq; ad paſſionem ſuam tyranni dem exercuerat, compeſcuit, ne adeò vt antea nocere poſſet fidelibus per baptiſmum aduerſus eius ſæuitiam & fraudem, Dei gratia cõmunitis. Mille annos autem omne tempus euangelicę legis vſq; ad Antichriſtum ſignificare aiũt patres, quo medio tempore in abyſſo inferni tanq; clauſus & cruce Chriſti velut ſigillo obſignatus, detinetur ſathanas, ne pro ſuo arbitrio noceat, vt ſuperius diximus. ¶ Pro maiori huius loci intelligentia hic annotare libet quod D. Grego. lib. 9. Mo. c. 1. ait: in ſacra ſcriptura, inquit, millenarius numerus pro vniuerſitate ſolet intelligi. Hinc in Pſa. 104. verbi qđ mandauit in mille generationes cũ cõſtet quod ab ipſo mundi exordio vſq; ad redemptoris aduentum per Euangeliſtam non amplius q̃. 77. propagines numerentur. Quid ergo in millenario numero, niſi ad proferendam nouã ſobolem perfecta vniuerſitas præſcitæ generationis exprimitur. Hinc & per Ioã. in hoc. c. dicitur, & regnabunt cũ eo mille annis. Quia videlicet regnum Eccleſiæ vniuerſitatis perfectione ſolidatur. Hoc idem affirmat lib. 35. c. 12. Vbi adducit idem teſtimoniũ Dauid. Verbi quod mãdauit in mille generationes. i. in vniuerſas generationes. Qua phraſi nos etiam Hiſpanè vtimur. D. Auguſt. quoquè explicans noſtrum textum libr. 20. de Ciui. Dei cap. ſeptimo ait: mille annos pro annis

Pſa. 104 D. Aug.

om

omnibus huius seculi posuit Ioānes, vt perfecto numero notaretur ipsa tē poris plenitudo. Millenarius enim nu merus: denarij numeri quadratū soli dū reddit. Decē quippè decies ducta, fiunt centū, quæ iam figura quadrata sed plana est. Vt autē in altitudinē sur gat, & solida sit, rursum centum, de cies multiplicantur, & mille fiūt. Porrò si centum ipsa aliquo modo pro v niuersitate aliquando ponuntur, qua le illud est, quod Dñs omnia sua dimi tenti, & eum sequenti promisit, dicēs: accipiet in hoc seculo cēruplum. Qđ exponens quodam modo Apostolus ait: quasi nihil habentes & omnia pos sidentes. Quanto magis mille pro v niuersitate ponuntur: vbi est soliditas ipsius denariæ quadraturæ? vnde nec illud melius intelligitur, quod in Psal. legitur: memor fuit in seculum testa menti sui, verbi quod mādauit in mil le generationes, ideſt, in omnes. Hæc Augusti. numerus ergo hic definitus pro in definito sumitur, quo etiā mo do accipitur Iob. c. 9. cum ait: si volue rit contendere cum eo, poterit respō dere ei vnum pro mille? ac si diceret: nec ad vnum ex innumeris quæ ille aduersus nos citare potest, sufficiēter respondere poterimus, vt nos penitꝰ expurgemus. Et Eccle. 16. melior est enim vnus timens Deum, quàm mil le filij impij. Alligabitur ergo diabolꝰ donec compleantur mille anni, hoc est, donec veniat Antichristus. Et tūc soluetur modico tempore. Tribus an nis, scilicet, cum dimidio, quandiu re gnabit Antichristus. Ecce primus sen sus huius loci literalis, nunc autem ad secundum accedamus.

Iob. 9

Eccles. 19

a. sensus Huius tex tus.

Locus ergo iste totus de verò quo dam Angelo. s. de Michaele, vel alio intelligendus est, & de pace Ecclesiæ, A post mortem, & interitum Antichri sti, vt exponit Cælius: vidit ergo tunc temporis Ioan. verum Angelum des cendere de cœlo ad relegandum dia bolum per mille annos. Cum enim omnes sint administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hę reditatē capiūt salutis: Hebrę. 1. & mit tendi sint in die iudicij ad separādum bonos à malis, & mittendum malos Math. 13 in caminum ignis, non mirum quod B post interitum Antichristi mittantur etiam cum cathena ferrea, hoc est, cū potestate à Christo tradita ad ligandū diabolum & detrudendum per mille annos in infernum, ne prohibito suo noceat iustis. Totum ergo tempus il lud per mille annos hic significare voluit: quod superius. c. 7. per silentiū dimidiæ horæ designarat. Longū erit tempus illud, quod millenario nume ro significatur, cum tamen tandem fi C niendum sit breuissimum fidelibus vi debitur, propter pręcios itatem. Breue Psa. 83 ergo longum ue tempus sit illud, no bis vtiq; incognitū est. Si longū, breue tamē, & quasi dimidię horæ videb. ī ob iucunditatem. Si breue, tamen præ ciosius mille annis pręcedentibus. Si cut scriptum est: melior est dies vna in atrijs tuis, super millia. Tunc enim pij incredibili lætitia afficientur, tum, de interitu Antihristi, tum, de perpe- D tua Christi gloria, tum deniq; de vni uersali Ecclesiæ pace. Eo igitur tēpo re arctissimè vincietur draco ille, & angeli eius, ne seducere quēquā pos sint: neminēq; prohibere ne fidē Chri sti profiteatur. ne tyrāni principes ar ma tunc erigant, aut vexilla aduersus Ecclesiam. Tunc equidem, vt vno verbo dicā, redibūt aurea secula, plus quam saturnalia regna. His ita explica tis opere preciū videbatur quorundā

circa hos mille annos errorem in medium proferre, sed inferius aptius de hoc errore dicemus.

¶ Ecce secunda huius capitis pars, in qua, vt vno verbo dicam, electorũ regnum describitur. ¶ Et antequam ad singula huius loci verba explicanda accedamus illud imprimis notandum est, hunc esse locum illum insignem quo olim commoti sunt hæretici nõnulli inter quos fuit Cherinthus, vt Eusebius est autor, qui existimaret post resurrectionem mortuorum futuros esse annos mille quibus homines fideles in hac vita omni voluptati vocarent. Hos Græci, χιλιασὰς, idest, Hychius millenarios vocant. Vnde Isychrius in Leuit. cap. 7. ait: quidam post finem huius vitę, & mortuorum resurrectionem inducunt mille annorum seculum, in quo Hierusalem sensibilis ędificabitur, templumq; eius. & quæ in ea fuerunt sancta sanctorum instaurabuntur, & sacrificia offerentur, nuptiæ, & filiorum procreatio, & deliciæ quędam cum iustitia sensibili, & longè alia conuersatio nostra, quàm ea quæ est nunc iustorum, cum ex mortuis surrexerimus erit. Hanc presumptionem de animis nostris remoueamus hæc ille. Hunc errorem multi ex Christianis & catholicis amplexati sunt, quos Hieron. in proemio lib. 18. in Esaiam vocat nostros iudaizantes. Et sunt ex latinis Tertullianus, Victorinus, Lactantius. Ex græcis Ireneus Lactan. 7. Diu. instit Lugdunensis Episcopus. Qui omnes hoc Ioànis testimonio id probare cõtendunt sed non videbat miser Cherinthus qui fabulabatur in illo regno beatitudinis futuras esse carnis delicias, quid Paulus affirmaret ad Rom. 14. Regnum Dei non est esca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Neq; considerabat, qđ si beatitudo nostra in carnis delicijs esset posita, nulla esset rectior via, ad illam parandam: quàm vacare voluptatibus carnis: at nihil magis impedit beatitudinis cõsecutionem quàm carnales delitiæ: cum Paul. constanter dicat. 1. Corin. 6. & 15. per tales delicias regnum Dei non possideri. Præterea apud Mathæ. cap. 22. ait Dominus: quod in resurrectione neq; nubent, neque nubentur, sed erunt omnes sicut Angeli Dei. Quare cibus & potus sibi futurus non corporalis, sed spiritualis erit: de quo loquebatur Raphael cum sancto Tobia dicens: cu essem vobis cum per voluntatem Dei, videbar quidem vobiscum manducare & bibere, sed ego cibo inuisibili qui ab hominibus videri non potest, vtor. Hic autem Deus ipse profecto est: quem videntes gustant. Vnde Dauid ait: gustate & videte quoniam suauis est Dominus. Non enim gustatur, nisi quod comedi, aut bibi potest. Et de hoc spirituali cibo, & potu intelligenda sunt omnia sacræ scripturæ testimonia quæ pollicentur in futura illa felicitate, cibum & potum. Quale est illud Esa. cap. 45 serui mei comedent, vos autem esurietis: serui mei bibent, vos autem sitietis: & illud saluatoris apud Luc. cap. 17. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Quemadmodum Christus fruiebatur visione illa beatifica ab initio suæ conceptionis: sic meritis suæ passionis disposuit eandem mensam nobis. Quando igitur in sacra scriptura nobis proponitur cibus verus, hoc est, animarum hũc apperamus. Deus enim cibus noster est quo pastus est Moyses quadraginta diebus, absq; cibo

D. Paul. 1. Cor. 6. c. & 15

Math. c. 22

Tob. 12

Psa. 33

bo corporali. Hunc quæramus, hunc operemur. Audiamus saluatorem dicentem operamini cibum, non qui perit: sed qui permanet in vitam æternam. His ita expositis nunc ad locum nostrum, quo nituntur hi, explanandum accedamus, de quo dixerit Augustinus. 20. de Ciuita. cap. 7. 8. & 11. & 13. & 14.

Io 6

Castro. v. beatitudo. hæ. 2. f. 219

¶ *Et vidi sedes, & sederunt super eas.* Cuncta quæ hic continentur ad tempus ligationis diaboli pertinere ait Richardus, ligato enim diabolo, & liberè per totum orbem proficiscente euangelica doctrina, hominibusq; qui fuerant vasa eius transmutatis in vasa Dei, templis idolorum versis in ecclesias Christi: tunc sancti sedere cæperunt super sedes. Vnde locus iste visa riam exponit. Primus sensus est per sedes intelligantur fideles subditi sancti verò super has sedes sedentes sunt prælati. Ligato ergo diabolo vidit D. Ioã. fideles solutos, & subiectos prę latis obedire paratos. Sancti ergo super sedes nunc sedent: quia prælati & præsules super sibi subditos iustam, & sanctam præfecturam exercent. Vnde subditorum fidelium illa vox est: vt iumentum factus sum apud te: & ego semper recum. Istorum figuram gerebant pullus, & asina super quos sedere voluit Christus Dominus ingressurus Hierusalem, ad alligandum draconem cathena suæ passionis. Hęc etiam erãt sedilia illa, quæ viderat noster Ioãnes superius. cap. 4. Et in circuitu sedis, inquit, sedilia. 24. ¶ Secũdus sensus est, vt per sedes iudiciaria potestas significetur, in qua sessuri, & iudicaturi sunt sancti, promittente Christo Apostolis, de quibus præcipuè is locus intelligitur: Math. 19. Vos qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes, duodecim tribus Israel. Hoc præmio affecti sunt Apostoli, eo quod reliquerunt omnia & sequti sunt dominum in illa spirituali animarũ regeneratione, quod, scilicet, sedente Christo Domino ad dexteram patris, ipsi in Ecclesia eius loco iudiciariam potestatem haberẽt iudicandi fideles: nec ipsis modò Apostolis, sed & eorum in Ecclesia successoribus, id promisit. Hi ergo sunt qui super has sedes in Ecclesia sedent: hi sunt, qui per Christum in Ecclesia spiritualiter regnant, & iudicia exercent, non forensia, sed spiritualia, in verbo vitæ, in populo credenti. hi sunt Episcopi, presbyteri qui authoritate cœlesti gregem Domini pascũt, & gubernant. Vos, inquit Apostolus Acto. 20. Spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei. His igitur iudiciũ datum est, à Christo, scilicet, cui pater omne iudicium dedit vt ipsemet filius testatur apud Ioã. cap. 5. à quo est omnis potestas. Autoritate enim eius sunt sedes in Ecclesia, in qua soluunt, & ligant in eis sedentes: quibus est parendum ab omnibus, quibus loquitur Dominus apud Luc. ca. 10. dicens: qui vos audit, me audit: qui vos spernit: me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Indicat ergo Ioãnes quid in istis mille annis quibus diabolus ligatus est, agatur. Ecclesia enim quæ sedebit in Christo super duodecim thronos ad iudicandũ, iam sedet iudicãs, quæ à suo rege meruit audire. Quæcumq; ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo. Summum tamen & supremum iudiciũ Petro & eius successoribus à Christo collatum credimus. Cui peculiari

A B C D

y per sue sedes intelligũtur sedentes prælati.

Richar &. d. Tho.

Math. 21.

2. Casus D. Tho.

Math. 19

Acto. 20.

Cęli. S. th.

Lucæ. c. 10

ter dictum est: tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorum. Et si hæc in Ecclesia à Christi ascensione ad Antichristi tempora vsquè, contingere non dubitemus: tamè peculiariter id fiet, post interitum Antichrist in illo seculo aureo: tũc enim iterum Ecclesiasticæ dignitates, quæ à fera illa immanissima conuulsæ, ac suppressę erant, reparabuntur: vt ritè omnia fiant in Ecclesia Dei. Tunc quidem ex ijs, qui vicerunt, fient columnæ in templo Dei. Sic enim promiserat Dominus superius. cap. 3. qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei. Columnæ enim ecclesiarum sunt boni, & fideles episcopi. Rupertus.

¶ *Et vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis.* Aliqui hũc locum intelligunt de futuro illo tempore quando Dominus ad iudicandũ venerit post regenerationem vniuersalem, hoc est, resurrectionem, tunc sedebunt imprimis Apostoli deinde sancti & electi omnes, qui reliquerũt omnia: & Christum sunt secuti. De quo tempore intelligunt illum locũ Math. 19. superius allatum. Inter alia ergo quæ nunc D. Ioãni ob oculos menus posita sunt, hoc vnum vidit. Ita videntur D. Thom. & Gagne. etiã hunc locum exponere: sed secundus sensus magis ad rem agit.

¶ *Et animas decollatorum propter testimonium Iesu, et propter verbũ Dei.* Vidit præterea Ioannes animas sanctorum martyrum qui propter fidem Christi, qui impietatem sectari noluerunt: ab Antichristo, & satellitibus eius, & præcursoribus ipsius ministris quales fuerunt, Nero, Domicianus, &c. Occisi sunt. Hi enim interfecti sunt: tum, quod testificabantur Christi humanam naturam, inqua, & per quam seruantur omnes. Iesus siquidẽ seruatorem significat: quod nomẽ est impositum filio Dei, homini facto vt testatur Luc. c. 2. vocatum est nomen eius Iesus. Quia ipse, scilicet, saluum faciet populum suum à peccatis eorum Mathæi. 1. Item hi sancti martyres de collati sunt propter verbum. Idest, propter testimonium perhibitum eius diuinæ naturæ. Verbũ autem dei, diuinitas intelligitur filij Dei, inqua æqualis est patri. Verbum enim erat apud Deum. Interfecti ergo sunt sancti propter fidem humanæ & diuinæ naturæ Christi. Hi omnes immanniter occisi sunt à bestia illa quam vidit Daniel. cap. 7. à bestia, inquã, illa quarta terribili, habenti dentes ferreos magnos: & cornua decem, de qua superiori capite satis diximus. Imperium enim Antichristi in hac bestia significatum terribile quidem fuit, ob terrorem quem sibi non parentibus injicie bat: dentesquè ferreos habebat magnos, hoc est, magnam potentiam: maximamq; crudelitatem: qua Christi fideles propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, vexauit, semperq; vexabit. Nulla fuit vnquàm talis feritas, nulla talis ſquitia: sed Christi martyres maxima animi lętitia & gaudio, & admirabili constantia, omnia illa suplicia substinebant. Vexabantur, & conculcabantur à tyrannis: sed minime succumbebant: neq; id quidem mirum: erant enim adamantes in manu Domini. Dequibus dicebat Amos Propheta secũdum translationẽ. lxx. καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ἀδάμας, idest, & in manu eius Adamas. Vbi numerus singularis sumitur pro plurali, de more scripturæ, quæ hac phrasi vtitur. Vt

Lucæ. 1

Math. 1.

Io. 1. D. Thom. Richar. Beda. Gag. Collect.

Amos. 7

Martyres adamanti cõparãtur.

Hie-

D. Hiero. D. Aug. Hierony. lib. 2. aduersus Iouinianum: & Augustinus lib. 5. de gene. ad literam. cap. 10. testantur. Qui sunt hi adamãtes quos habet Dominus in manu sua nisi martyres, cæteriq; viri in confessione fidei constantes, qui propter testimonium Iesu, & verbi Dei, cruciatus, & contumelias, calamitates exilia, mortem acerbissimam æquo animo ferunt. Adamas quidem, vt ex Hieronymo aliàs diximus, lapis fortissimus adeò durus est: vt omnia metalla confringat, & ipse non cõfrin
B gatur ab vllo: vnde à Græcis, ἀδάμας, hoc est, indomabilis dicitur. Idem docet Plinius lib. 37. Vnde apud veteres erat adamas fortitudinis hieroglyphicum: vt autor est Pierius Valerianus, ob eius indomitum robur. Quia igitur martyres adamantes indici fuerũt idcirco illorum peculiariter hîc Ioãnes meminit dicens: se vidisse animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, regnan
C tium in cœlesti illa patria per annos mille. Christi namq; amore flagrantes propter eum incredibiles sustinuerunt ærumnas & calamitates, procellas, & tempestates. Propter eum mũdi fulmina pro nihilo habuerunt: opes, delicias, dignitates quas illis bestia offerebat, despexerunt: intelligentes exiguum esse huius mortalis, & caducæ vitæ tempus, & futuræ, longissi-
D mum, & æternum: quo vita immortali essent potituri. Eos mundus infelices esse putabat: cum tamen essent felicissimi: quando non magnitudo animi eorum torquebatur, non constantia, non vlla virtus: imo profecto ibãt gaudentes à conspectu cõcilij contumeliam pati pro nomine Iesu.

Pro cõ. Martyrũ.

¶ *Et qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, neque acceperunt characterem eius, in frontibus, neque in manibus suis.* Ecce tertiam Ioannis visionem, qua comprehenduntur ait D. Thom. omnes confessores, atquè electi, qui & si martyres non fuerint tamen in virtute constantes extiterũt: nolẽtes adorare bestiam, hoc est, Antichristum, aut imaginem & statuam eius in locis publicis erectam colere: neq; in frontibus, aut in manibus gestare insignia eius & notas, quas sui sectatores gestabunt, vt ab alijs discrimi
B nentur. Hi sunt qui, ppoſita statua adorãda dicent, quod olim tres pueri Nabuchodonosori dixerunt: ecce Deus noster quem colimus, poterit nos de manibus tuis liberare: quòd si noluerit, notum sit tibi rex, quod te non colimus tanquam Deum: & statuam quam erexisti non adoramus. Hanc singularem fidem habent Christi cõfessores & electi: non timent diabolũ
C in Nabuchodonosore figuratum: sed pro fide, pro veritate, pro Christi honore vitam suam, cuicumq; periculo exponunt: similes effecti Armenio muri animali paruo albi coloris, adeò mũditiam diligenti, vt velit potius vitam mortis periculo exponere, quàm coinquinari: ita vt illito sordibus ostio capi potius à venatoribus, quàm pollui patiatur. Sic Christi confessor tanti
D æstimare solet animi candorem, vt velit potius pro Christo mortem si opus fuerit subire, quam bestiam adorare, aut imaginem diaboli in suo corde aut in suis actionibus gestare: cum his flagitijs animus cotaminetur. Meritò Gregorius Nazianzenus virũ in fide & virtute constantẽ, Salamandriæ cõparat: & constantiam Salamandriam vocat: quæ in medio igne omnia deuorante non solum viuit, & lætatur, sed illum penitus extinguit. Vt in gentes

Dan. 3. Cõstãti Iudæorum.

Simile

Plut. lib. 5. Hieroglyc. de hirpani mali natura differit.

Simile vti cõstans salamandria &c.

Simile. tes fluctus in rupem firmissimam impetum facientes, conantes eam frangere, franguntur: ipso immobili permanente: sic diaboli fluctus in virum omnibus numeris absolutum irruentes, comminuuntur: cum ille sibi semper cõstet: nec diaboli suggestionibus & tentationibus parere cogatur tales erunt viri isti qui noluerunt adorare bestiam, neq; imaginem eius, neque eius sed Christi noram in fonte gestare: intelligentes solum Dominum Deum nostrum esse adorandum, & illi soli seruiendum. Illi, inquam, soli, qui ait Deutero. 32. Videte quod ego sim solus, & non est alius Deus prẽter me. Hunc adorabat ille, qui dicebat: magnus es tu: & faciens mirabilia, tu es Deus solus. Illi soli denique sancti seruiunt, qui ait apud Esa. cap. 45. Ego Dominus, & nõ est alius amplius: extra me non est Deus. Et cap. 44. Ego primus & nouissimus, & absq; me nõ est Deus. Quod confirmare volens Christus ait Ioã. 10. Ego & pater vnũ sumus: dicens vnum, significauit vnitatem naturæ, dicens, sumus, distinctionem personarum. Hunc ergo verum Deum exemplo istorum sanctorum colamus, qui ad ostendendam immensam bonitatem suam, ineffabilem sapientiam, summam virtutem, & potentiam, cœlum & terram, & cẽtera omnia, quæ cæli ambitu complectuntur, condidit: hunc amore ardẽtique desiderio prosequamur: odio habentes bestiam, hoc est, Antichristũ, aut patrem eius diabolum, sicũ Christo regnare volumus: Nec solum electi, & sancti hi, bestiam non adorauerunt, sed multo minus eius imaginem abominandam. Quando Christi & aliorum sanctorum imagines habeãt, quas colant. Vnus ad sit nobis Basilio

Matth. 4 Luc. 4

Deut 32 Psa. 85

Esai. 45 Act. 44

Ioã. 10.

D. p. 40.

Imaginis Christi & sanctorum colunt electi & non isti.

A sanctissimus ille, cognomento magnus, qui in epistola ad Iulianum dicebat: confiteor etiam filij incarnatam iconomiam. Deinde sanctam Mariã, quæ secundum carnem illum peperit: suscipio sanctos Apostolos, pphetas & martyres, qui pro me apud Deũ supplicant, quò per illorum meditationem propitius sit mihi Deus noster benignissimus, & remissionẽ peccatorum mihi gratis largiatur, quam ob causam, & historias imaginum illorum honoro, & palam adoro: hoc enim nobis & a sanctis traditum Apostolis non est prohibitum. sed in omnibus Ecclesijs nostris eorum historias erigimus. En vides apertè Christi fideles ab Apostolorum temporibus Christi, & sanctorum imagines venerari. Cuius inuidia commotus diabolus, & eius bestia immanissima Antichristus curabit pro sua virili peruertere eos, & facere, vt nõ Christi seruatoris, aut aliorum sanctorum, sed suam, & bestiæ imaginem adorẽt, colãt, & venerentur: sed id frustra conabitur, vt in hoc loco testatur Ioan. Denique etiam contendet diabolus, vt fideles portent characterem bestię in frontibus suis. Sed non erit sui voti compos: nam electi, habent sanctissimum crucis signaculum quo se signent & muniant aduersus diaboli insidias. Et meritò quidem, nam pretiosa ista crux vexillum quodam diuinum est, & sacramentum saluris nostræ, vt ait Ambrosius, insuperabilis quædam est armatura Christianorum. Vt dicit Hiero. Tutelaris ac fidissimæ omnium nostrum custodia: vt asserit Sophronius Episcopus. Cæcorum est dux, claudorum baculus, trophæus contra dæmones, portus inter vndas periclitantium, spes desperatorum,

Ambro. in oratione de obitu theodosij Hiero. de viris illustribus Sophro. ho de cruce colẽda.

&

& eſcutum omnium perpetuum, vt Chryſoſtomus ſcribit. Hoc ergo ſigno chriſtiani ſe muniunt, eo omnia incipiunt: eo egritudines, & morbi pelluntur: & hoſtes tàm animæ quàm corporis fugantur. Quam virtutem dæmones intelligentes nitentur è medio, crucem ſibi inuiſam tollere: & loco eius Antichriſti diabolica nota frontes & manus ſuorum inurere. Felices ergo illi qui illum contemnent nam hi regnabunt mille annis cum Chriſto. Quod ſtatim Ioãnes noſter affirmat dicens.

Chryſo. oratione de laudibus crucis.

¶ *Et vixerunt & regnauerunt cum Chriſto mille annis (cæteri vero mortuorum non vixerunt donec conſumentur mille anni) hæc eſt reſurrectio prima.*

His verbis Apoſtolus docet differentiam inter bonos & malos: boni enim qui non adorauerunt beſtiam, ideſt, dæmonem, vixerunt, quia & ſi corpora eorum nunc mortua ſint, animę tamen eorum viuunt per gratiam, & gloriam, quam nũc poſſident. Et hæc vocatur reſurrectio prima, quæ ad gratiam & gloriam animarum pertinet. Qua propter D. Ioã. ait: beatus & ſanctus qui habet partem in reſurrectione prima. Alia eſt reſurrectio ſecunda, quæ erit cum corpora reſurgẽtia ad vitam accipient ſtollam immortalitatis. Hinc colligemus quod è contrario mors etiam ſit duplex: quędam dicitur prima, & hæc eſt omne peccatum: cũ mors ſit animæ, de qua morte Dominus apud Luc. ait: ſine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Ac ſi diceret: ſine eos qui in anima ſunt mortui, ſepelire eos qui ſunt in corpore mortui. Secunda verò mors eſt damnatio ſempiterna in quam miſeri peccatores qui à morte prima, hoc eſt, peccato noluerunt reſurgere precipitabun-

Luc. 9

A tur. Et idcirco meritò hic dicitur: beatus qui habet partem in reſurrectione prima. De hac morte prima, & reſurrectione prima animæ per gratiam, & deinde per gloriam loquitur D. Paul. ad Rom. cap. 6. Si enim complãtati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus, ideſt. Si ſpiritualiter ad imitationem mortis Chriſti peccato morimur, ſpiritualiter quoque ad imitationem reſurrectionis eius, & nunc in nouitate

B mentis atq; animæ, & olim in nouitatem & gloriam corporis reſurgemus vbi cõueniente ſanè metaphora vſus eſt Paulus, ſumpta à cognatis arboribus, quæ inuicem interſe inſeruntur ſimilitudine. Nam vt ramus in arbore inſitus, moriente quodam modo per hiemen arbore, illi commoritur: & illa tempore veris reſurgente, vna reſurgit: ſic qui Chriſto coinſitus pecca-

C to commoritur, ipſe quoq; verè per gratiam in hac vita, & in futura viuit; & tandem quum nouum cœlum, & noua terra repullulaſcent, conreſurget ad gloriam completam. Vnde tandem concludit D. Paulus, ita & vos exiſtimate mortuos eſſe peccato, viuentes autem Deo in Chriſto Ieſu. Qui ergo peccatis ſeruiunt mortui ſunt, qui verò Chriſto, hi viuunt per gratiam & moriuntur peccato. Et ad Roma. 8. idem docere volens ait: ſi ſecundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Et ad Coloſ. 3. Si coſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quæri e, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo: quaſi diceret: & ſi nunc inglorij eſtis, & vita animæ

Rom. 6.

ſimile.

Coloſ. 3.

ve-

vestræ spiritualis nunc mundo nõ ap A paret: cum tamen ille in iudicio apparuerit, bonis præmia & malis redditurus supplicia: tunc & vos in gloria, id est, gloriosi cum ipso apparebitis. Est ergo prima mors animæ, quæ contingit per peccatum; & prima resurrectio quæ contingit per gratiam, siue gloriam animæ. De hac morte, & de hac vita loquebatur Dominus, vt Ruperti ait: cum diceret apud Ioa. ca. 5. Ioan. 5. Venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei: & qui audierint viuent. Multi enim peccatores, qui propter peccatum mortui dicuntur, audientes, & parentes prędicationi Christi vixerunt vita spirituali. Sancti ergo viri, qui propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei decollati sunt, & qui non adorauerunt bestiam: vixerunt. Quia & si corpora nunc mortua in sepulcris iacent, tamen eorum animę habent vitam gra B tiæ & gloriæ, & nunc regnant cum Christo mille annis: hoc est, longo tempore omnibus q; annis qui vsq; ad iudicium futuri sunt. Nam vsq; ad tempus illud sancti habebunt præcisse vitam animæ, & resurrectionem primam: post illud verò temporis habebunt resurrectionem secũdam, ideſt, vitam corporis & animarum. De peccatoribus verò defunctis per parenthesin ait Ioanes *Cæteri verò mortuorũ non vixerunt, donec consumentur mille anni.* Quia peccatores defuncti, toto C hoc tempore vsq; ad diem iudicij nullam habent vitam: quoniam eorum corpora mortua iacent: & animæ eorum etiam mortuæ sunt per peccatũ. Transactis autem his mille annis, id est, toto illo tempore vsquè ad diem iudicij, nõnullam vitam obtinebunt: nam licet animæ eorum per scelera mortuæ sint, eorum tamen corpora per resurrectionem vitam licet infelicem & miseram recuperabunt.

¶ Vel forte numerus iste millenarius hic ponitur, vt aliqui volunt pro vniuersitate temporis futuri etiã post diem iudicij. Ita vt sit sensus sancti vixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis, ideſt, semper, quia & si non semper vixerint corpore, post mortem tamen corporis semper vixerunt, & semper viuent in anima. D Cæteri verò mortuorum, ideſt, peccatores non vixerunt donec cõsumentur mille anni, ideſt, nunquam vixerunt. Quia veram vitam animæ, & corporis amiserunt. Sed iudicio meo planior est sensus primus atq; magis consonãs cum sequentibus. Nam ita tum dicit Ioãnes: cum autem cõsumati fuerint mille anni soluetur sathanas, de carcere suo: & exibit, & seducet gẽtes. Quare loco iste sic exponi debet: E *& vixerunt.* In terra per gratiam, & in cœlo per gloriam. Castro vbi supra

¶ *Et regnauerunt cum Christo.* In patria per gloriam, *mille annis.* ideſt, longo multoq; tempore. Quod reuera tempus erit secundum aliquos tempus legis euangelicæ secundum verò opinionem Celij, & aliorum tempus illud, est seculum aureum post interitum Antichristi.

F ¶ *Et cæteri mortuorum.* Qui neque in Christo, neque propter Christum sunt mortui, reprobi, scilicet, *non vixerunt*, neque vita corporali, neq; spirituali, quia damnati sunt. *Donec consumentur mille anni.* Ideſt, donec labantur tempora longa. Quæ quidem tẽpora erunt, quæ futura sunt vsquè ad resurrectionis tempus. Vnde quando inferius ait: *& post mille annos soluetur sathanas.* Idem est, ac si diceret, post lon-

longum tempus ſoluetur ſathanas, qđ longũ tempus ſecundum aliquos reſpicit vſq; ad Antichriſti tempus, quo ſoluetur diabolus: ſecũdum vero Cę lij expoſitionem vſq; ad tempus quo iterum ſoluetur ſatanas, vt ſtatim dicetur. Regnabunt ergo ſancti in gloria cũ Chriſto longo tempore, impij verò non viuent, ſed potius longo tẽpore damnabuntur: poſt longum verò tempus ſoluetur ſatanas.

Particula donec quo modo ſumatur in ſacra ſcriptura.

¶ Cęterũ cũ ait: quod cæteri mortuorum nõ vixerunt donec cõſumẽtur mille anni, ſiue donec pertranſeãt longa tempora. Illa particula, *donec*, ſolum reſpicit totũ illud tempus in quo poterat ſuboriri dubitatio, vt aliàs diximus. Poterat dubitari an Chriſtus Dñs eſſet filius Mariæ & Ioſeph, & ideo vt tolleretur hoc dubium, ait Mathæus: Ioſeph non cognouit eam donec peperit filium ſuum primogenitum: ex quo euidenter ſequitur Chriſtum non fuiſſe Ioſephi filium, vt malè exiſtimabant Iudæi: poterat dubitari an Michol filia Saul habuerit filios ex Dauid: & vt hæc ſuſpicio tolleretur, ait ſacra ſcriptura. 2. Reg. 6. Michol filiæ Saul, non eſt natus filius vſq; in diem mortis ſuæ. Ex quo euidenter colligitur eam nunquàm habuiſſe filium toto illo tempore quo poterat eum habere. Adhũc modum ſumenda eſt hæc particula, *donec*, in alijs locis. Dubitari poterat an Chriſtus aliquo tempore huius ſeculi non ſit regnaturus, & vt hoc dubium tolleretur: ait pater eius Pſal. 109. Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. De tempore vſq; ad finem, & conſumationem mũdi poſſet forſitam ſuboriri ſcrupulus, & hunc auffert pater cœleſtis, nam poſt illud tempus nulla eſt dubitatio.

9. Reg. 6.

Pſa. 109.

Sic Gen. 8. dicitur: quod coruus egrediebatur, & non reuertebatur, donec ſiccarentur aquæ ſuper terram. Verũ eſt tamen quod hic locus ſic ab alijs legitur: coruus egrediebatur, & reuertebatur, donec ſiccarentur aquæ. Sic igitur in hoc loco ſumitur particula, *donec*, non enim vixerunt corpore, & anima impij, & reprobi donec veniat tempus iudicij. Nam de toto iſto tempore ſuboriri quæſtio poterat. Nam poſt iudicĩũ certa res eſt, quod audiẽt ite maledicti in ignem æternum, nec de hoc eſt aliquod dubium. Sic etiam accipitur hæc particula, Pſal. 122. Ita anima noſtra ad dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri. Et. 1. Regu. c. 3. dicitur: quod Heli ſacerdos non poterat videre lucernam Dei donec extingueretur.

Gen 8.

¶ Beatus & ſanctus qui habet partẽ in reſurrectione prima, in his ſecunda mors non habet poteſtatem. Imprimis obſerua, quod illa particula, &, ſumitur pro, quia, de more ſcripturæ ſic apud Lucam dicũt angeli gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus. i. quia in terra iam eſt pax quæ faciet vtraq; vnum, ideo gloria ſit in cœlis Deo. De hoc tamen ſatis diximus in cõmentarijs noſtris ſuper hunc locũ. In præſenti igitur loco noſtro eodem modo ſumitur, &, beatus ergo quia ſanctus, qui habet partẽ in reſurrectione prima. i. in animæ glorificatione. Quia in his ſecunda mors, animæ. ſ. damnatio nõ habet poteſtatem: non enim tanget illos tormentum mortis, cum in manu Dei ſint: quamuis enim viſi ſint oculis inſipientium mori, illi tamen maxima pace fruuntur. ¶ Pro huius loci maiori explicatione notabis duplicem eſſe, & mortem, & reſurrectionem ſpiritualem, vt ſuperius

Duplex mors ſpiritualis exponitur.

dicere incipiebamus: prima mors ſpiritualis contingit per peccatũ itaq; tota vita peccatoris nõ vita ſed mors dicenda eſt. De hac morte loquebatur Dñs cũ dicebat Adæ: inquacũq; hora comederis morte morieris. Nõ enim ſolũ incepit Adã vitã corporalem deperdere, ſed ex tũc anima eius vitam ſpiritualem & diuinã amiſit. Secunda mors eſt ęterna, qua perpetuo dãnati cruciantur. Itaq; quãuis dãnati perpetuò viuant in inferno, ſiue cum corpore ſiue citra corpus illa vita, mors potius appellãda eſt, quã vita. Et meritò quidem: nam vita propriè ſecundũ verã Philoſophiam, eſt exercitiũ quodam delectabile, & vtile omniũ potentiarum cũ ſibi à natura donatis obiectis. Quando verò huiuſmodi exercitiũ non tale contingit eſſe ſed potius incõmodũ, & triſte, atq; pœna, & dolore plenũ, tunc potius mors, quàm vita, talis vita dicenda eſt: cũ contendat quantũ in ſe eſt ſubiectum corrumpere. Et quemadmodũ Salomon ait: vita carniũ, ſanitas cordis: ſic etiã ſpiritꝰ triſtis exſicat oſſa. Nõ enim ſolũ carnes, ſed oſſa ipſa exſicare dicitur. Imo etiam addit idem Salomõ: Melior eſt mors, quàm vita amara. Si igitur vita damnatorum tàm miſera, tàm amara, & triſtis ſit, vt nihil audiant, videant, & intelligant, quod illis cruciatus, dolor & pœna non ſit, quid eſt quod illa, vita & non potius mors miſerrima vocanda ſit? Hinc eſt, quod vita illa damnatorum miraculoſa ſit: nam nullum eſt illorum tormentorum, quod per ſe non ſufficeret ad extinguendam vitam illam, niſi diuina virtute detineretur. Hinc eſt quod Ioãnes in capite nono dicebat: Quærent homines mortem, & non inuenient: & deſiderabunt mori, & mors fugiet ab eis. Ea enim pœna & animaduerſione afficiuntur à Deo, vt viuendo perpetuò moriantur. Hæc ergo ſecunda mors nullam habet virtutem, nullamq; poteſtatem in beatis, quia fuerunt virtute, & ſanctitate præſtantes. Quare mors corporalis illorum non mors ſed vita potius dicenda ſit, quando eſt via ad vitam illam ſempiternam, qua Deo perpetuò fruuntur. Quam obcauſam impius ille vates Balaam dicebat: moriatur anima mea morte iuſtorum: & fiant nouiſſima mea horum ſimilia. Vbi obiter animaduertes huius hominis ſcelerati deſiderium. Optabat enim frui morte iuſtorum, & in vita ſua iniqua, & ſcelerata permanere. Quæ maxima ſtultitia, & inſipientia eſt. Hac enim animaduerſione, vt Auguſtinus ait, percutitur peccator, vt dum viuens oblitus eſt Dei, moriens obliuiſcatur ſui. Illud etiã in his, huius prophetæ verbis, eſt notandum: quod ſpiritus ſanctus mortem iuſtorum appellat mortem ſuã. Moriatur, inquit, anima mea morte iuſtorum: & iure quidem. Nã iuſti magno deſiderio tenentur mortis, vt Deo perpetuò fruantur: quare mors illorũ dicitur. At mors peccatoris nõ vocatur mors eius ſed potius ipſe appellatur filius mortis, & filius perditionis à ſancta ſcriptura: quia mors illi dominatur, & non ècontra.

Sicut eſt ſecũda mors ita eſt duplex ſpiritualis reſurrectio. Prima cõtingit quãdo ex peccatis ad diuinã amicitiã, & gratiã cõſurgim⁹. Hęc eſt prima, & vera vita, & prima & vera reſurrectio quam habẽt in hac vita iuſti: & exuti à corporibus in cœlis. De qua dicebat Paul. ad Rom. 6. vt ſtatim diximus, exhibete vos Deo tanquam & mortuis viuentes. Hi ſunt qui habent partẽ in re

Gen. 2.

Nu. 23. exponitur locus.

Pro 14.

Pro. 17.

resurrectione prima, & in quibus non habet potestatem mors secunda.

Supra. c.a. Hi sunt de quibus illud intelligitur: qui vicerit, non lædetur à morte secunda. Secunda verò resurrectio est qua iusti recuperatis corporibus deo potientur in æterna illa beatitudine.

Ioa.c.5. De hac loquebatur Dominus cum apud Ioānem cap. quinto dicebat: Amen amen dico vobis, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt in resurrectionem iudicij. Resurrectionem itaquè iustorum vocat resurrectionem vitæ: quod resurgant in æternum victuri. Impiorum verò, appellat resurrectionē iudicij: eo quod resurgant æternas pœnas daturi: mortemquè potius quàm vitam subituri.

¶Illud est hic maximè notandum quod mediæ mortis inter primam, & secundam, hoc est, mortis hominum naturalis non meminit in hoc loco Diuus Ioan. Nequè etiam mediæ resurrectionis inter primam, & secundā mentionem aliquam facit: quam vt ab alijs discriminetur vocare possumus resurrectionem humanę naturę. Atq; id non sine causa, nam mors naturalis, & resurrectio hominum, de se nec bonæ nec malæ dicendæ sunt: neq; enim mors naturalis de se aliquod malum inducit, neq; illa media resurrectio bonum. Solum enim sunt viæ ineuitabiles ad fines illos duos, hoc est, ad secundam mortem, & ad resurrectionem secundam. At verò mors prima spiritualis natura sua est mala moralis, mors verò secunda de se etiam est mala pœnalis, vt ita dicamus. Resurrectio similiter prima bona est moraliter: resurrectio autem secunda bona secūdum primū. & ideirco istarum, quæ ad rem faciebant, solum curat, & non illarum. ¶Cæterum sicut mors spiritualis secunda respicit primam: ita resurrectio prima respicit secundam. Ideo in morte secunda subintelligit primam: & in resurrectione prima subindicat secūdam. Beatus igitur dicitur vir sanctus qui habet partē in resurrectione prima quia tandem habebit etiam partem in resurrectione secūda: beatus etiam dicendus est, quia in illo non habebit potestatem mors secunda, hoc est, infernalis: cum nullam habuerit partem peccatū quę est mors prima. ¶Iam verò hinc intelligem9 quid sit in causa quare quū Gene.c.5. describitur genus, & genealogia Seth, qui fuit caput iustorū sem per sacra scriptura dicat: vixit autem Seth tot annis, & mortuus est: & sic de singulis filijs, & nepotib9 eius: quādo autem in.c.4. describitur genealogia & posteritas Cain, qui fuit caput reproborum, nulla fit mentio vitæ illorum neq; mortis. Non ergo miremur de hoc: nam cum vita impiorum mors sit potius quàm vita, idcirco nō meminit spiritꝰ sanctus eorū vitæ. Cū autem mors illorum in inferis perpetua sit nulloq; tempore finita, ideò de nullo illorū dixit spiritus sanctus qđ mortuus est. Nullus enim eorū morte finiuit. At iustus mortuus esse dicitur, quia iam morte pertranſiuit. Morte finiuit, & illi finem imposuit: perpetuòq; modo in sedibus cœlestibus viuit. Hinc etiā colligemus quare Dñs apud Lucā. c.16. dicat: mortuus est dives, & non dicat: mortuus est Petrus, aut Ioā. &c. Illū peculiariter suo nomine vocando: nec dicat: mortuus est: sed quid ait? Mortuus est dives. Nam homo hic sceleratus morte sua corpo

Luc.16.

rali non mortem finiuit quia potius semper moritur. Diuitiæ autem,& deliciæ eius finem habuerunt: mortuus ergo est in quantum diues. Quãdo verò Dominus de Lazaro loquitur ait factum est,vt moreretur mendicus ac si diceret:viuit quidem Lazarus,sed mortuus est mendicus. Perijt mendicitas,paupertas,miseria,& indigentia.Lazarus autem beatus qui habet partem in resurrectione prima:& in quo secunda mors non habet potestatem. Conemur ergo proficere in virtute,vt participes facti resurrectionis primæ,tandem potiamur resurrectione secunda in qua vt Paulus scribit.1.Co.15.Nos autem immutabimur vt regius vates ait, renouabitur vt aquilæ iuuentus nostra impij enim diaboli milites,quibus stipendia pro peccatis ac prauis actionibus,& laboribus suis fuit mors,non tunc immutabuntur,cum de morte in mortem, & de miseria in miseriam transeant : ac de pœna temporali ad pœnam sempiternam: nos autem si boni æmulatores fuerimus,& veri milites Christi, eius gratia adiuti, pro premio consequemur vitam æternam , transeuntes ab huius vitæ laboribus,ærumnis,& miserijs ad perpetuam quietem , æternũ solatium , & perfectam felicitatem. Hæc quidem erit immutatio dexterę excelsi. Vt ergo huius voti compotes simus sanctitatem sectemur nam beatus,quia sanctus,qui habet partem in resurrectione prima, & ex consequenti particeps erit resurrectionis secundæ.Item quia non deuorat eum primogenita mors,hoc est,peccatum quæ mors prima,siue primogenita appellatur à sancto Iob, non deuorabit pulchritudinem eius mors secunda,siue secundo genita,hoc est,ęterna pœna.Imò verò tanto honore in cœlesti patria afficientur,ac tanta dignitate erunt decorati,vt sacerdotes Dei , & Christi,ac reges etiam cœlestis regni dicantur. Vnde statim Ioannes addit.

1.Co.15. Psa.102. Iob.18.

¶ *Sed erunt sacerdotes Dei & Christi , & regnabunt cum illo mille annis.* Mitto modo Lutherum , & eius sectatores colligere volentes,ex hoc loco omnes Christianos esse veros sacerdotes: nam de hoc alias diximus, nunc autem ad rem dicendum est,omnes iustos,siue in hac vita mortali,siue in illa cœlesti commorentur sacerdotes vocari,quia iugiter Deo sacrificia laudum offerunt: de huiusmodi sacrificijs loquens.D.Paul.ait ad Rom. 12.Obsecro itaq; vos fratres per misericordiam Dei,vt exhibeatis corpora vestra,hostiam viuentem , sanctam, Deo placentem,rationabile obsequiũ vestrum. Quo in loco græcè dicitur: λατρείαν λογικήν,idest,non carnale sacrificium, quemadmodum olim Iudæi,victimas carnales offerebant, sed rationabile ac spirituale nouę in Christo vitæ sacrificium . Photius enim, τὴν λογικὴν, interpretatur , πνευματικὴν,hoc est, rationabile interpretatur spirituale.Hoc igitur sacrificium spirituale offerunt sancti Deo.Nunc offerunt spiritum contribulatum , sacrificium enim hunc Deus non despicit, secundum illud quod Dauid ait: sacrificium Deo spiritus cõtribulatus, cor contritum,& humiliatum Deus non despicies , nunc offerunt sacrificium laudis,quale animæ beatorum in cœlo semper offerunt: & quale à nobis postulat regius vates,Psalmo. 49. Inquiens:immola Deo sacrificium laudis,& redde altissimo vota tua . Item vt annotauit Beda,sicut omnes Chri-

Quare fuerit fideles dicãtur sacerdotes.

Roma. 12. Exponitur locus.

Gag.

Psa.49.

sti

Beda. sti dicimur propter mysticum chrisma, sic omnes sacerdotes, quoniam membra sumus vnius sacerdotis. De quibus Diuus Petrus dicit: gens sancta, populus electus, & regale sacerdotium. Erunt ergo sacerdotes Dei, hoc est, patris solet enim sacra scriptura patrem vocare Deum, & filium, dominum: benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi: & rursum: quando venit plenitudo temporis misit Deus filium suum. Item verbum erat apud Deum. Sancti ergo sacerdotes Dei, hoc est, patris hic dicuntur. Præterea, etiam vocantur sacerdotes Christi eius, ideſt, filij eius, qui est Christus patris, quod ab eo secundum humanam naturam vnctus, & singulari amore sit dilectus. Erunt ergo beati sacerdotes dei, & christi eius: quia laudes & gratiarum actiones perpetuas illis fundent: secundum illud quod Rex Dauid prædicit, in secula seculorum laudabunt te. Miris enim encomijs, mirisq; laudibus efferent diuinam & humanam naturam. Quando igitur omnes nos sacerdotes Dei, & Christi sumus debita sacrificia offeramus. Omnis enim virtus sacrificium quodam est. Aliàs non diceret vates regius: sacrificate sacrificium iustitiæ: & sperate in domino. Vbi cultum iustitiæ sacrificium appellat. Si ergo in peccato sumus cor cõtritum: & humiliatum illi offeramus: non enim illud contemnit, nec despicit Deus: imo verò amat, & postulat: vt ex Psa. 50. dicebamus: si diuites sumus misericordiam offeramus. Nã qui facit misericordiam offert sacrificium: vt affirmat Eccle. 35. Si vitam monastica professi sumus, laudis sacrificium offeramus reddamusq; vitulos labiorum nostrorum: vt Oseas. c. 14. hortatur. Et sicut faciebat ille, qui dicebat: tibi sacrificabo hostiam laudis. Si denique pauperes sumus attendamus Dei mandatis: Nam sacrificium salutare est, vt Ecclesiasticus ait: attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate. Non solum autem sancti, sacerdotes nũcupãtur sed etiam reges. Vnde subiungit Euangelista. *Et regnabit cum illo mille annis.* nõ de hoc mirari debemus. Nã sancti filij Dei sunt: quod si filij ergo hæredes quare necesse est, vt regnent cũ Deo, atq; maximis honoribus gaudeant. Iustis quidẽ dedit Christus potestatem filios Dei fieri: qui nõ ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Vbi per sanguines intelligit naturalem propagationem, qua non nasci mur filij Dei: quin potius nascimur filij iræ: vt Paul. affirmat ad Ephe. 2. per voluntatem autem carnis significat appetitum mulieris: quę caro in sacra scriptura appellatur. De illa enim dixit Adam hæc caro de carne mea. Et quia vt in homine caro debet spiritui parere, sic vxor viro suo. Sũt igitur viri iusti ex deo spiritualiter nati, & filij. De hac filiorũ multitudine dicebat olim Esa. 53. Generationẽ eius quis enarrabit? ac si dicat: quis poterit numerare eorũ multitudinẽ, qui sunt sanguine Christi generãdi? hoc idem significare volens sponsa in Cant. 1. ait: lectulus noster floridus: arbores enim florentes solent fructus vberes ferre. Ac si apertius sponsa dicere vellet. Tua opera sponse mi gignuntur, & propagãtur in Ecclesia fideles filij tui. Idem etiam apertius verbis testatur Ioan. 1. sua Cano. c. 3. videte qualem charitatẽ dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, & simus, si igit̃ sancti, filij Dei nominati, & reuera sunt ergo hęredes, vt

s. Tho.

Omnis actio iusti sacrificium est.

Pſa. 4.

Pſa. 50.

Eccle. 35.

Oſe. 14.

Pſa. 115.

1. Pet. 2.

Ephe. 2.

Gen. 2.

Eſa. 53.

1. Ioan. 3.

infert Paul. ad Gala. rursum si hæredes Dei, cohæredes ergo erunt Christi primogeniti. Vt idem affirmat ad Rom. 8. Roma. 8. Quare in cœlo degentes regnabunt cum illo. Et hoc est, quod D. Ioan. in hoc loco docet. ¶ Hinc colliges quanta veneratione à nobis sancti in cœlesti patria viuentes, sint colendi, quum reges cælestes sint: & cum Deo in illo regno beatifico in æternum regnent. Vult enim Deus illos à nobis coli & summè venerari: & ideo omnibus suis titulis insigniuit. Ipse Deus natura est: & pios etiam viros deos nuncupat: ipse filius Dei est, & illi etiam filij Dei sunt. Ipse lux vera, illi etiam lux sunt mundi, & sal terræ. Ipse pastor, illi etiam pastores, ille fundamentum, ipsi fundamenta etiam. Ipse denique rex regum, & dominus dominantium, & summus sacerdos secundum ordinem Melchisedech, ipsi, regale sacerdotium, reges, inquam, & sacerdotes appellantur: quando igitur sanctos viros Christus Dominus, tàm magnificis titulis decorauit cur eos non suspiciemus, nõ precabimur, non summa cum veneratione, & reuerentia adorabimus: & si nõ adoratione, quam nostri vocant latriæ, saltem ea, qua Abraham dicitur Angelos adorasse: & quam precatus est Isaac, Iacob filio suo dicens: seruiant tibi populi, adorent te tribus? Quod si sancti in æterna illa ciuitate commorantes, reges iure optimo cognominantur: quid de matre sanctissima Christi dicemus, quæ cæteris omnibus sanctis longè sanctitate, & vitæ integritate, pietate, ac bonitate antecedit? Quæ Deum ipsum visceribus suis gestauit, quæ vera, & propria Dei mater est? Quod si filius eius rex regum est, si cæteri sancti reges sunt? Cur ipsa nõ erit Regina? Regina quidem nostra est, mater est, quare semper eam his nominibus salutemus, quemadmodum salutat Ecclesia. Regnat enim cum rege filio suo nõ solum mille annis, sed regnabit in secula seculorum. Vt igitur redeamus vnde digressi sumus sancti sacerdotes Dei sunt: qui se ipsos in hac vita mortificarunt, vt hostia viua Deo essent semper, de quibꝰ per prophetã dicitur. Isti sunt filij Sadoch, qui accedunt de filijs Leui ad Dominum, vt ministrent ei. In futura verò patria laudes offerunt per longa tempora. Sunt etiam reges, quia dum in carne viuunt, motus carnalitũ sensuum in se rectè secundum dictamen diuinæ legis regunt. In illa verò cœlesti patria regnant ac possident illud regnum in pace cũ Christo. Sed ais, quot annis cum illo regnabunt? *mille*, inquit, *annis*, In patria enim regnabunt secundum animam, mille annis, in mille generationes, in plurimos deniq; annos, hoc est, vsq; ad iudiciũ, postea verò cum corpore æternis diebus, ita vt de quolibet regum istorum verè dici possit illud psalmographi: dies super dies regis adijcies, annos eius vsq; in diem generationis, & generationis. Permanet in æternum, & in seculum seculi. Sed quid deinde in ecclesia continget audiamus: vbi iam sequitur alia pars præcipua huius capitis: in qua describitur ipsi⁹ solutio draconis, eiusq; aduersus electos, & Dei Ecclesiam pugna, nouissimaq; ruina & calamitas.

Sancti sunt à nobis venerandi.

Quo pacto eos Deus magnificis titulis insignire voluerit.

Gen. 18. Gen. 47.

B. Virgo regina cæli dicenda est, & quare.

Psa. 60.

Ruper.

¶ *Et cum consumati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo*. Si primam expositionem patrum sequamur per mille annos prædictos in hoc loco intelligi tempus à Christi aduẽ

1. Sensus.

tu, vsq; ad aduentum Antichristi, in superioribus per mille annos intelligi dicebamus totum tempus à Christi primo aduentu vsq; ad iudiciũ. Quare dicendum est, quod vtitur hic Ioãnes figura quam Græci vocant Synedochen. Hæc autem figura contingit cum à parte totum, vel à toto partem intelligimus: vt puppis pro nau, & annus pro hyeme. Virgilius, quàm multæ glomerantur aues, vbi frigidus annus, ideſt, frigida hyems, à toto intelligit partem sic in hoc loco à toto millenario intelligitur pars, ideſt, à Christo vsq; ad Antichristũ: vnde Beda sic ait: consumatos dixit à toto partem, na sic soluetur, vt supersint anni tres, & menses sex nouissimi certaminis. Sed præter hunc tropũ, ait idem Beda, rectè dicitur tempus finitum. Nõ enim computandæ sunt tàm exiguæ reliquiæ, cum & septingenti, & quot Deus voluerit anni, hora ab Apostolo appellati sint. Tempus ergo illud breuissimũ, quod durabit solutio diaboli pro nihilo reputatur, & ideo Ioãnes non curauit mutare numerum illum millenarium. Vnde cum ait cũ consumati fuerint mille anni (sub intellige plus minus ue poco mas o menos) soluetur sathanas. *Soluetur*, inquit, *sathanas de carcere suo*. Ideſt, liberius sæuire & seducere fideles permitteretur. Soluetur enim de malorum cordiũ profundo in quo tanquam in carcere concluſus erat: soluetur etiam de inferno, carcere ab origine mundi sibi parato: vt liberè per totũ orbem terrarum Ecclesiæ filios persequatur, seducat, & ad suam perfidiam trahat: nõ contentus ditione quam hactenus habebat. Tunc enim continget quod olim Hieremias prædixit. c. 4. Ascendit leo de cubili suo, & prædo gentium se leuabit, egressus est de loco suo, vt ponat terram tuam in desolationem: ciuitates tuæ vastabantur, remanentes absq; habitatore, tuc enim leo ille rugiens ègredietur, & sóluetur de cubili suo quo antea diuina virtute tanquã cathena ferrea detinebatur, vt circumeat totam Ecclesiã quærẽdo quem deuoret. Adimplebitur similiter qđ Ioelis. cap. 1. ait Dominus: gens ascendit super terram meam, fortis & innumerabilis: dentes eius, vt dentes leonis: & molares eius, vt catuli leonis. Posuit vineam meam indesertum, & ficum meam decorticauit, nudã spoliauit eam & proiecit albi facti sunt rami eius. Ascendet, reuera, tunc gens principis mundi istius, & tenebrarum & spiritualia nequitiæ in cœlestibus: aduersus quos nobis est lucta, & certamen, de quibus dicitur: si spiritus potestatem habentis ascenderit super te: locum tuum ne dimiseris: ascendet ergo gens ista de carcere suo super terram Dei, hoc est, Ecclesiam, quæ terra sancta Dei dicitur: cuius, gentis dentes sunt, sicut dentes leonis de quo Petrus loquitur. Et molares illius quasi catuli leonis, catulum leonis intellige eum, qui eleuatur contra omne quod dicitur Deus, & religio. De cuius contritis molaribus qui intrinsecus latent, & non videntur, ne facile vitentur, etiam psalmista lætatur dicens: molas leonum confringet Dominus. Hæc ergo gens soluetur tẽpore illo de carcere suo & exibit, & ponet vineam, hoc est, Ecclesiam in desertũ, de qua vinum fieri solebat, quod lætificabat cor hominum: & ficus similiter decorticabit, siue confringet: ne habeat in se, ita vt solebat, tot spiritus sancti dona dulcissima: ne sub ea vinea & ficu, viri tot sancti requiescant, vt solebant,

Hiere. 4.

Ioelis. c. 1.

D. Hier.

Eccle. 10. a

1. Pet. 5. b

Psa. 57. a

Sub quibus cum erãt, aduersariorum impetus non timebant. Nec sufficiet huic genti nobis inimicæ vineam dis-perdere, ficumq; cõfringere: nisi scru-tans scrutetur eas, & quicquid in illis vitale fuerit, interficiat: vt omni viro-re consumpto, albi atq; emortui ra-muscul remaneant. Sed velit nolit, semper in nõnullis huius vineæ & fi-cus ramusculis viror fidei & charita-tis, & gratiæ permanebit. Non enim si-net Deus omnes Ecclesiæ filios sedu-ci, quamuis tot, permittente Deo, se-ducentur dolis diaboli, vt vineam dei dicat esse desertam, & ficum eius con-fractam, & decorticatam, & ramos e-ius albos. Iam verò quàm vera hæc sint, docet locus noster. *Et exibit*, ait, *& seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog, & Magog: & congre-gabit eos in prelium.* Per gentes has, in-telligit homines gentiliter viuentes. Hos per se aut per ministros suos se-ducet diabolus, vel vt Græca lectio ha-bet, exibit ad seducendum eos. πλα-νῆσαι, idest, ad seducendum gentes, e-xistentes, videlicet, super quatuor an-gulos terræ, non enim omnes quot-quot sunt, vel tunc fuerint in mundo seducet, sed de omni natione orbis ali-quos: & maximè inter cæteros sedu-cet Gog, & Magog, quorum minister-rio ad expugnados fideles vsurus est Antichristus. Qui autẽ ij sint, & num reuera eorum vsurus est ministerio, an mysticè tantum illa intelligantur, quoq; modo, incertum est. Dicam ta-men in hoc loco nõnulla: primũ qui dicantur à doctoribus esse ij, deinde quid Iudæi de his nationibus affir-ment, tãdem literalem, & mysticum huius loci sensum inducam.

¶Imprimis differamus, quæ sint na-tiones istæ, & quæ gens, Gog, & Ma-gog: ex filijs ergo iapher, fuit vnus vo-catus Magog. Gen. 10. Qui Magogas à se appellatos instituit: vt author est Iosephus, lib. 1. antiqui. cap. 11. Vbi etiã ait hos Magogas eos esse, quos Græci scythas vocarunt. Vnde notabis quod Turcæ, teste Pomponio, sunt populi scythici, à quibus orti sunt, qui hodie Turci cognominantur. ¶D. Am-bro. 2. de fide, inquit, hunc Gog, Go-thum esse. Et Isido. in lib. Etymolo. Gothos ait fuisse denominatos à Ma-gog filio Iapher. Ideo sunt qui existi-ment has nationes, Gog, & Magog, Gothos esse: qui Dei Ecclesiam, toto terrarum orbe dispersam immaniter persecuti sunt, vt historię prodiderũt. ¶Petrus Apianus, in lib. de mũdi des-criptione scribit Magog esse ciuitatẽ Asiæ regionis cyrrhesticæ. Plinius. 4. de natura histo. cap. 23. Cœlesyria, ait, habet Hambycen, quæ alio nomine hierapolis appellatur, Syris verò Ma-gog, ibi prodigiosa, &c. Strabo etiam lib. 14. meminit Magogorum, & mul-ti alij autores. ¶Sunt qui dicant Gog, & Magog, esse Getas & Massagetas, propter literas horum nominum Pri-mas. quorũ opinionem reprobat Au-gust. 20. de Ciuit. c. 11. hæc satis sint pro primo.

Gen. 10.

Iosephus

Põponius, vt refert Hermolaꝰ barba.

Ambro.

Isidorus.

Petrus Apianus.

Plinius.

¶Quid verò de his gentibus affir-ment Iudæi docet D. Hiero. in cap. 38. Ezechielis his verbis: igitur Iudæi, & nostri iudaizantes putant Gog gentes esse scythicas, immanes, & innumera-biles, quæ trãs Caucasum montem, & mæotidem paludem, & prope Caspiũ mare ad indiam vsq; tendãtur: & has post mille annorum regnum à diabo-lo commouendas: quæ veniant in ter-ram Israel, vt pugnent contra sanctos, multis secum gentibus congregatis, hæc ille. Iudei ergo carnaliter inter-

Hiero.

pre

pretantes locum illum Ezechielis. c. 38.&.39. Aiunt quod temporibus Meſſię, quem ſibi confingunt futuru, Gog & Magog, in prælium contra Meſſia, & Hieruſalem ſunt venturi, & quod illic principes illi cum exercitib⁹ ſuis vincendi ſint, ac ſubijciendi dominio regis Meſſiæ, in terra Hieruſalem, quam exiſtimant fore totius mundi metropolim, & tunc illam ædificabũt auream. Secundum illud quod in lib. Tobiæ. cap. 13. dicitur, portæ Hieruſalem ex ſaphiro & ſmaragdo ædificabuntur: & ex lapide pretioſo omnis circuitus murorum eius, ex lapide cãdido, & mundo omnes plateæ eius ſternentur. Tobię. c 13 D. Hie.

¶Iam verò ad ſenſum huius loci deueniamus, primus ergo ſenſus literalis huius loci ab aliquibus aſſignatus talis eſt: has, ſcilicet, gentes eſſe aquilonares, Gog, & Magog, quas Alexander Magnus incluſit in Macedoniæ montibus, iam verò diuiſas in viginti quatuor regna. Has ergo in nouiſsimis diebus ſeducet diabolus, & per eas conabitur diabolus, & eius ante ſignanus Antichriſtus Eccleſiam catholicam infeſtare. Quod ſi obijcias hanc ſententiam cum noſtro textu nõ coire, cum D. Ioã. dicat quod ſeducet diabolus gentes exiſtẽtes ſuper quatuor angulos terræ Gog, & Magog, cum ergo hæ gentes, quas Alexander incluſit in montibus Macedoniæ: non ſint diſperſæ per totum terrarum orbem ſed concluſę intra illos montes Macedoniæ, inde apertè colligitur, vt Auguſtinus colligit, de his gentibus, ſiue ſint, ſiue non ſint, noſtrum hunc locũ non eſſe intelligendum. Ad hoc reſponderi poſſet: figuratè hic loqui Ioãnem, à parte totum ſignificando, per Gog enim & Magog gentes crudeliſſimas & immanitate barbaras atq; innumeras, omnes gẽtes ſignificari, quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ: vel ſic exponere poſſunt locum iſtum, vt nos ſuperius expoſuim⁹ cũ Gagneio. *Et ſeducet gẽtes, quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ*, & maximè inter cæteras, *Gog & magog*. De omni enim natione ſeducet aliquos, & maximè hos ſiue ſint gothi, ſiue ſcythæ, ſiue quos, vt predicti fabulantur, Alexander cõcluſit. Horum igitur miniſterio vtetur Antichriſtus ad expugnandum fideles, qui numero arenã maris ęquabunt: quos cum cæteris gentibus, *congregabit in prælium*, quib⁹, *circuibũt caſtra ſanctorum*. i. acies verè Chriſtianorũ, *& ciuitatem dilectam*. ideſt, ſanctam Eccleſiam. Ecce primus aliquorum ſenſus huic loco traditus: inter quos eſt Richardus. Secũdum, inquit, intelligentiam literalem, Gog, & Magog, duas ferociſſimas & immaniſſimas gentes ſeducet: & per eas ad alias ſuperandas procedet. Beda.

¶Sed planior ſenſus erit quem Auguſtinus, & Diuus Hieronymus, & patres alij adducunt, vt per Gog, & Magog non ſignificentur aliqui in aliqua terrarum parte barbari conſtituti: ſiue quos quidam ſuſpicantur getas & maſſagetas, propter literas nominũ horum primas ſiue aliquos alios alienigenas, & à Romano iure ſeiunctos. Toto namq; orbe terrarum ſignificãtur iſti eſſe: cum dictum eſt: nationes quæ ſunt in quatuor angulis terræ, eaſq; ſubiecit eſſe Gog & Magog. Sed in hoc loco hæc nomina Gog & Magog metaphoricè ſunt accipienda, & interpretanda: ſecundum quam interpretationem eſt hic locus intelligendus. Gog græco ſermone, γὼγ, latino tectũ dicitur. Porrò magog interpreta- Quid per Gog & magog intelligant ſancti. Explicatio D. Hie.

tatur detecto. Secundum quam explicationem aliter, & aliter per Gog, & Magog, sancti hûc textum interpretantur. D. Hierony. ait: quod omnis superbia, & falsi nominis scientia, quæ erigit se contra notitiam veritatis, his nominibus demonstratur. Ista sunt tecta, de quibus & Esaias loquitur in visione contra vallem Sion. Quid tibi factum est nunc, quoniam ascendisti omnes in tecta vana. Tectumq; interpretabimur hæreticorum principes, & detecto, eos qui illorum susceperè doctrinam. Hæc Hieronymus. At D. Augustinus, vniuersalius per Gog, id est, tectum: & Magog, id est, detectũ intelligit gentes omnes, in quibus diabolum velut in abysso superius intelligebamus inclusum: & ipse de illis quodam modo se efferens, & procedens, vt ille sicut tectum, ipsę detectũ. Si autem vtrumq; referamus ad gentes, non vnum horum ad illas, alterũ ad diabolum, & tectum ipsę sunt: quia in eis nunc includitur, & quodam modo tegitur inimicus antiquus, & detectum ipsæ erunt: quando in apertum odium de operto eruptura sunt. Hęc Augustinus. Rupertus autem per gog & magog, occultos & manifestos intelligit aduersarios, nam per gog, id est, per tectum falsos intelligit fratres, qui intus sunt & nobiscum profitentur nomen christianorum, qui pro eo quod nondum sese produnt, quia tẽporis, vel rei occasio illis deest, rectè dicuntur tectum. Per Magog verò, quod est detecto, illi rectè significantur, qui sicut operibus ita & verbo nobis aduersantur, scilicet, pagani, Iudei, atq; hæretici. Hæc Rupertus. Alij verò per gog intelligunt eos, qui tecta in hypocrisi malitia pietatem insectantur, & quasi ementita pietate pertinaciam contegere nituntur. Quorũ primus tunc exercitus instigante dęmone cõtra iustitiam Dei exorietur. Horum scelerata phalanx in ipsum dominum primum irruit: nec quieuit donec eum neci traderet: habet enim & habuit quæq; ætas suos hypocritas nihil ad regnum Christi pertinentes. Per Magog ex his prodeuntes sunt, qui ab horum pendent simulationibus, technis, & crudelitatibus, omnes impietatis potentes ministri. Aemulatores quoq; horum. Ita author Collectaneorum. Tãdem alij interquos est Pintus per gog & magog intelligunt Antichristum, eiusq; satellites, & sectatores tempore illo. De quibus ad literam interpretatur totum illud caput Ezech. 38. & caput. 39. Vbi Dominus pingit longo sermone prælium hoc Antichristi, & eius exercitus aduersus ciuitatem sanctam, hoc est, aduersus Ecclesiam. & tandem vindictam diuinam sumptam de illo, atq; de omnibus eius sectatoribus. Quod breui sermone in hoc loco describit Ioãnes.

¶ Iam verò quantũ ego existimo. Mox vt solutus fuerit satanas cum angelis suis, circumibit omnem terram, quærens opportunos pietatis contradictores, qui crudeli odio, & furore insurgant contra electos, quorum Ecclesiam à mundi constitutione conatus est perdere. Horum numerus arenæ maris assimilatur, quod absq; numero ferè sint futuri hi, retinentes spiritum Antichristi, iam olim interfecti, in quibus veluti octaua bestia perditus ille reuiuiscet, fiet igitur, vt hæreses innumerę imò iam extinctę renascantur in nationibus illis gog & magog: fiet vt diabolus qui antea tectus erat in impijs, detegatur tũc cum omnibus impijs, & tyrannis: fiet vt falsi

fra

Hiero.

Esai. 22.

Explicatio D. Augu.

Explicatio Pinti.

Ezech. 38. & 39.

Opinio autoris.

Explicatio Ruperti.

Explicatio Cęli.

fratres qui nobiſcum modo ſunt, & nomen Chriſti ſimulatè confitentur, tunc congregentur cum publicis Eccleſiæ hoſtibus, iudæis, paganis, & hæreticis: fiet vt inſurgant innumeri hypocritæ qui prætextu ſanctitatis, & religionis electos veram pietatem ſectãtes manu miniſtrorum, & principum tyrannorũ miris varijſq; modis morti tradant. Fiet deniq; vt excitet innumeros Antichriſti milites, vt vndique ciuitatem ſanctam deuaſtent tum armis corporalibus, tum ſpiritualibus. Itaq; omnes interpretationes de gog, & magog, traditæ à ſanctis doctoribꝰ ad rem faciunt: nam diabolus cum hæreticis, falſis fratribus, hypocritis, cum hoſtibus publicis tàm ſpirituali quàm corporali bello impugnabit Eccleſiã. Hos enim omnes ſeducet, & congregabit eos in prælium, ſiue vt alij explicant ſeducet gentes, ad congregandũ eos in prælium. Nequè enim ipſe illos congregabit, ſed ſeducet, vt cõgregentur. Et quidem peruerſi, & ſceleti homines ſuopte ingenio ruunt in omne genus malitiæ, & flagicij: vbi perſuaſum fuerit illis, vt non opus ſit eos cogere. Congregabit item eos nõ loco vno ſed mente vna. Fient enim omnes vnanimes ad perſequendum fideles. Sed non impunè id fiet: nam breui futurum ſupplicium Ioãnes aſſerit dicens.

Cælius.

Glo.

¶ Et deſcendit ignis à Deo de cœlo, & deuorauit eos. Imprimis hic non loqui videtur Ioãnes de igne inferorũ, hic enim non deſcendet de cœlo nam inimis terræ partibus paratus eſt diabolo, & Angelis eius ab origine mundi.

Math. 25.

1. ſenſus.

Primus igitur ſenſus eſt, vt per hunc ignem intelligatur ignis quem vocamus conflagrationis. De quo pſalmiſta intelligit Pſal. 96. ignis ante ipſum

Pſal 96. & 46.

præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius. Et Pſalmo. 49. ignis in conſpectu eius exardeſcet: & in circuitu eius tempeſtas valida. Hanc vindictam minatur Dominus his hominibus apud Ezech. cap. 38. dicens: aſcendet indignatio mea in furore meo, &c. Et iudicabo eum peſte, & ſanguine. Et ignem & ſulphur pluam ſuper eum, & ſuper exercitum eius, & ſuper populos multos, qui ſunt cum eo. Hic ergo liberat ſuos Deus, vt perdat eorum aduerſarios, in fine maximè, quando ignis in conſpectu eius exardeſcet. Nouit enim Dominus, vt D. Petrus ait, pios de tentatione eripere: iniquos verò in diem iudicij reſeruare cruciandos, magis autem eos qui poſt carnem in cõcupiſcentia immũdiciæ ambulant, dominationemquè contemnunt, audaces ſibi placentes, ſectas non metuunt introducere, blaſphemantes. Hos ergo & his ſimiles quos ibi Petrus tanquàm pecora irrationabilia vocat ponet Dominus, vt clibanum ignis. Iſtæ verò ignis à cœlo deſcendere dicitur, quia diuina virtute de ſphera ſua labitur: niſi dicas, quod de nouo producẽdus ſit à deo: qui combuſturus eſt aduerſarios. Et hoc eſt, quod minabatur olim Dominus: ſi acuero vt fulgur gladium meũ & arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuam. Deut. 32. vnde ibidem dicitur. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſq; ad inferni nouiſſima: deuorabitq; terram cum germine ſuo, & montium fundamenta comburet.

Ezech. 38.

2. Petri.

Pſa. 10.

Deut. 32.

¶ Secundus ſenſus eſt, vt per ignẽ iſtum de cœlo deſcendentem, intelligatur zelus dei, zelus diuinæ prædicationis, zelus verbi Dei quo ſolet Dñs

2. Senſus.

de

deuorare aduersarios,& ei non pare-
re paratos. Hunc vocat ignem loco il
Ezech.38. lo Ezechielis.cap.38.modo relato. Af-
cendet,inquit,indignatio mea,in furo
re meo,& in zelo meo : in igne iræ
meæ locutus sum. Hinc est quod ze-
Eccle.48. lus Eliæ vocatur ab Ecclesiastico. ca.
48.ignis. Surrexit Elias Propheta qua
si ignis,et verbum illius quasi fax ar-
4.Reg.1. debat. Hinc igne huius zeli commo-
tus dicebat: si homo dei ego sum, des
cendat ignis de cœlo,& deuoret te,&
quinquaginta tuos,quasi dicat. Rogo
Deum,vt ignis descendat de cœlo,vt
deuoret te. Vt vel hoc signo probet
me esse verum prophetã suum , quẽ
tu irrisorie vocas virum Dei. Ignis ze
li traxit de cœlo ignem qui deuora-
uit eos. De hoc igne loquitur ad lite-
Isai.26. ram Esai.cap.26.cum ait: videant, &
confundantur zelantes populi, & ig-
D.Hiero. nis hostes tuos deuoret. Verba sunt
Dei respondentis prophetæ qui præ-
cabatur dicens: Domine exaltetur ma
nus tua,& non videant: cui dominus:
immò videant,& confundantur zelã
tes populi: & ignis verbi Dei ita cor-
da aduersariorum tuorum deuoret:
vt excrucientur dolore, quod talem
dominum perdiderunt. Quod mul-
tis ex Iudæis contigisse scimus: qui cũ
viderunt dominum, & cognouerunt
quem patibulo affixerant , confusi
sunt,& igne verbi Dei, & prædicatio
nis euangelicæ combusti pœnitentiã
egerunt. Atquè hæc fuit causa quare
Spiritus sãctus in ignis figura Apo-
stolis in die pentecostes apparuit: sig-
nificare volens zelum euangelicę prę
dicationis,qualem habere audiuimus
D.Stephanum cui non poterant ad-
uersarij resistere spiritui, qui loqueba
tur. De quo etiam igne loquitur idem
Esa.30. Esa.cap.30. Ecce,inquiens, nomen do

Spiritus sãctus in ignis figura discipulis apparuit & quare.

A mini venit de longinquo, ardens fu-
ror eius,& grauis ad portandum. La-
bia eius repleta sunt indignatione, &
lingua eius quasi ignis deuorans. Et
auditam faciet Dominus gloriam vo
cis suę,& terrorem brachij sui ostẽ-
det in comminatione furoris, & flam
ma ignis deuorantis. Præparata est e-
nim ab Heri Tophet à rege præpara-
ta,profunda & dilatata. Nutrimentũ Explicatur locus.
B eius ignis,& ligna multa,flatus domi-
ni sicut torrens sulphuris succendens
eam. Quo in loco vides duplicem es
se ignem alter est ignis verbi Dei, &
hic de cœlo descendit deuorans , &
comburens peccata, vel terrens pec-
catores,alter est ignis Tophet, idest,
inferni qui præparatus est à rege, hoc
est,à Deo,ab Heri,hoc est , ab initio
mundi,est què profundus, & capaci
simus locus iste iuxta id, quod supra
idem propheta dixerat: dilatauit infer
C nus animam suam. Est etiam igneus,
igne einm cruciãtur cãnati: & est ęter
nus,quia Deus accendit semper flatu
suo pyram,quemadmodum ignis sul
phure iniecto ardet,& alitur. Sed de
hoc loco apud Math.diximus.cap.25. Math. 25.
Noster ergo locus nõ de hoc igne to-
phet sed de igne verbi Dei intelligen
D dus est,hic descendet tempore illo de
cœlo,& deuorabit aduersarios Chri-
sti,vel eos conuertendo,vel confun-
dendo.

¶ Tertius sensus est,vt per hunc ig 3.sensus. ignis inuidiæ.
nem intelligamus ignem inuidentiæ,
quo cruciabuntur impij de firmitate
sanctorum. Firmamentum est enim
cœlum: hic est ignis qui exijt ex ore
testium Dei,& deuorabit inimicos eo
rum, videntes enim impij firmitatem
sanctorum cruciabũtur ardentissimo
zelo,quoniam non potuerunt eos at-
trahere in partes suas. Et ipse erit ignis
qui

qui comendet eos: & hoc à deo: quia Dei munere insuperabiles fiũt sancti, vnde excruciabuntur inimici. Sicut enim zelus in bono positũ est, vbi legitur zelus domus tuæ comedit me: ita econtrario in malo, vbi dicitur: zelus occupauit plebem ineruditam. Secundum quas expositiones ego intelligo, quod tunc ẽporis impios & obstinatos, & deuorabit ignis conflagrationis, & ignis inuidentiæ: impios verò, qui pẽnitudine ducti ad se redierint deuorabit ignis prædicationis Euangelicæ: quod si non conuertantur, confundentur tamen. Iam verò cruciatum diaboli, & suorum describere volens Euangelista subiũgit.

Augu. Beda.

¶ Et diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, & vbi bestia & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte. Taceat iam Origenes taceant alij cum illo affirmantes inferni pœnas æternas non esse: taceant qui negãt eas esse sensibiles, & corporeas. Cum ex hoc loco vtrumq; apertè cõuincatur: quando ex alijs innumeris non conuinceretur: qualia sunt illa. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Vindicta namq; carnis impij, ignis & vermis. Et rursum: dabit ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & sentiant vsquè in sempiternum: & illud, pluet super peccatores laqueus, ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. Hoc idem affirmauit superius noster Ioa. c. 11. & 19. Et Christ9 Dñs Marci. 9. & Math. 25. De hac re legendus est August. lib. 21. De Ciuita. vbi per multa capita de hac pœna corporali qua afficitur diabolus, & cæteri damnati differit. Nũc autem ad textum accedamus.

Ostenditur inferni pœnas æternas & sensibiles esse.

Esa. vlt. Eccle 7. Iudith. 16. Psal. 10.

Castro. verbo inferno hæ. & 2 Marci 9. Math. 25. Aug.

Imprimis nota infernũ multis nominibus appellari in sacra scriptura, nũc appellatur lacus Psa. 27. Deus me9 ne sileas à me, ne quando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacũ. i. in infernum qui lacus est luto & miseria plenus. Vbi aduerte quod illa particula, &, sumitur pro, alioqui, vel prenam: sicut etiam sumitur Psal. 142. Non auertas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in lacum. Tanq; si diceret. Tu Dñe me clamante taceas, alioqui (si tu silere volueris) similis fiam ijs, qui degunt in inferno, & quasi vnus ero de numero illorum, qui iam descenderunt in illum, qui quantumcumq; clament responsionem abs te non merentur. Appellatur etiam stagnum ignis, & sulphuris, vt in hoc loco vides. Et. c. 14. & 19. In quo omnes reprobi cum diabolo, & bestia cæterisquè pseudoprophetis æternas pœnas dabũt. Ibi erit ignis nõ quidem ad illum modum ijs, qui in tenebris, & in vmbra illa mortis sedent: sed potius ad animas miserorum, & corpora concremanda. Erunt namq; corpora illorum fomentum perpetuum illius ignis. Sulphur etiã igni fomentum exhibebit, & fœtorem. ¶ Sed ais, certa res est quod in inferno nulla erit lux, nullus splendor, sed densissimæ tenebræ quales olim erant in Aegypto: quod testatur sanctus Iob. c. 30. dicens nomine vniuscuiusquè damnatorum: prœstolabar lucem, & eruperunt tenebræ. Et apertioribus verbis. c. 38. Auferetur ab impijs lux: si igitur hæc ita sunt, vt reuera sunt quid est quod Ioãnes dicat: cruciabuntur die ac nocte? Inutilem enim seruum proijcere præcepit Dñs in tenebras exteriores: vbi dies nunq; est. Adhoc respondetur primo his verbis non significari vicissitudinẽ diei, & noctis, sed

Psa. 27. Inuenta in sacra scriptura multis nominibus appellatur.

Psa 142. Et sumitur in sacra scriptura pro nam, vel alioqui

Iob. 30.

Iob. 38.

Math. 25.

Cruciari impios die ac nocte in inferno idem est quod semper. D. Tho. Cælius.

cõtinuationẽ & perpetuitatẽ pœnarũ. Qua phrasi vsus est poeta dicens. *Nocles atq; dies patet atri ianua ditis.* Ideſt, semper & continue patet, sine aliqua cessatione. Qua etiam phrasi vsus est superius. c. 14. Nec habent requiem die ac nocte, ideſt, nunq; secundò dicere possumus cum Haymone diem & noctẽ esse referendas ad pœnarum mutabilitatem caloris, scilicet & frigoris. Quo contra, inquit, de sanctis dicitur quia tempus non erit vltra A i. nulla mutabilitas. Apud electos enim nullius rei erit vicissitudo, sed sicut erunt immortales corpore, ita erunt immutabiles mente. Impij autẽ quamuis corporis corruptionem non patiantur omnimodã, à vermibus erodentur immortalibus, & igni in extinguibili exurentur. Ad hęc mirà animi vicissitudinẽ sustinebũt, semper in tormẽtis mutabũtur: nũc inuidentes, nũc impacientes, nũc blasphemãtes, nũc seipsos odientes: semper deniq; deficiẽtes, & nunq; ad nihilum deuenientes. De hac tormentorũ vicissitudine ait sanctus Iob. c. 24. Quod transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium, solent agricolæ die laborantes nocte quiescere: quod si per totam noctẽ insudant saltem die requiescũt, at impij non sic sed noctes atq; dies in inferno laborant, nunc hanc nunc illam pœnã tolerando. Tertiò dici potest per diẽ B intelligi gloriam illam perpetuã qua in cœlo fruuntur iusti: per noctem autem, pœnam qua afficiuntur damnati. Hi ergo damnati die ac nocte cruciabuntur, memores diei, hoc est, gloriæ, felicitatis iustorum: & noctis, hoc est, tormentorum suorum. Hæc est enim vna reproborum pœna eaq; maxima: quia recordantur beatitudinis sanctorũ, quam ipsi quoq; comparare facilè C sibi poterant pœnitendo, & tamen noluerũt. Diligentes magis vitia q̃ virtutes: nec rationem sectari volẽtes, sed sua desideria: & ideo tradidit eos Deo in reprobũ sensum, vt Paulus ait. Cæterũ per bestiã Antichristũ significat, Ioa. & per pseudoprophetas, eiꝰ ministros. *Et vidi thronũ magnũ candidũ.* Hunc thronum variè describũt & explicant doctores sancti. Prima ergo intelligentia est, vt per hunc thronũ intelligatur iudiciaria filij hominis potestas: cuius figura erat thronus iste à Ioa. visus. Magnus verò dicitur. Quia cũ potestate magna, & magestate apparebit, ita vt à nullo cõtẽni possit: qđ testatur ide Dñs apud Luc. 21. & apud Math. c. 24. & 25. Tũc, inquit, videbunt filiũ hominis venientẽ in nubibus cœli cum potestate magna, & magestate. Candidus, quia error, amor, odium aut falsitas nulla erit in eo. Quæ omnia esse solent in prauis iniquisq; iudicibus qui muneribus excæcantur, & odio, ignorãtia, aut amore cõmoti aliquã partẽ audire nolunt: non imitãtes iudicẽ illũ Romanum qui Acto. c. 25. dicebat: non est Romanis cõsuetudo damnare aliquem, priusquàm is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumquè defendendi accipiat: ad abluenda crimina quæ ei obijciuntur. Pro damnare legunt aliqui donare. Sed idem est in sensu. Qui enim morti damnabatur solebat dari accusatoribus, vt ipsi eum interficerent. Candidus ergo est iudicis thronus quando candide, & sine errore iudicat. Sed candidus dicendus non est quãdo hi facies hominũ sumũt, aduersus quos magna ira cõmotus Dauid dicebat: qñ̃ iudicatis iniquitatẽ, & faciem peccatorũ sumitis: sumere faciẽ peccatoris est improbis & sceleratis

Per diem ac noctem infernimutabilitas pœnarum figuratur.

Iob. 24.

Per diem gloria per noctem verapœna intelligitur.

Cælius. Paulus. S. Tho.

1. Sensus. Thronus Christi pietas iudiciaria.

Luc. 21. Matth. 25.

Thronus Christi cãdidus dicitur & quare.

Acto. 25.

ho-

hominibus iniuſtè aliquid petentib9 fauere,eorũ amicitiam,fauorem, pecuniamq3 aucupari,ob eamq3 rationẽ innocentem opprimere,& non quod ſuum eſt illi tribuere.Huiuſmodi iudices comparare poſſumus ſtateræ, quæ ad eam partem deprimitur, vbi maius pondus imponitur,nam obliti candoris,hoc eſt,iuſtitiæ, pro illis ferunt ſententiam,à quibus maiora munera ſuſcipiunt.Non ſic Chriſtus cuius thronus candidus eſt,hoc eſt, rectus,& ſine errore,aut perſonarũ acceptione.Iuſtus Dñs,ait rex Dauid,& iuſtitias dilexit,ęquitatem viditvultus eius.Pſa.10.& rurſum: cum accepero tempus ego iuſtitias iudicabo.Pſa.74. item:iuſtitia & iudicium correctio ſedis eius.Pſa.96.ideſt,omnis correctio quæ à ſede & tribunali Dei procedit, iuſtitia eſt,& iudicium.Hoc eſt ſecũdum iuſtitiam,& in iudicio, vel vt ex hebræo habet,iuſtitia & iudicium firmamentum,ſiue vaſis throni ipſius.i. nihil agit Chriſtus niſi quod iuſtum eſt.Eſt enim Pſalmus iſte vaticinium de regno Chriſti.Itaq3 correctio ſedis eius hic intelligenda eſt,ipſa fundatio aut recta ſituatio throni regalis: vt qđ hic dicitur correctionẽ ſedis eius eſſe iuſtitiã & iudiciũ,idẽ ſit quod in alio Pſal.dicitur,parauit in iudicio thronũ ſuum, & ipſe iudicabit orbem terræ in æquitate.Thronus ergo Chriſti cãdidus dicitur quod candidè,& ſine error iudicabit viuos & mortuos reddendo vnicuiq3 ſecũdum opera ſua.

similitudo

Pſa.10.

Pſa.74.

Pſa.96.

A

B

C

D

¶Secunda intelligentia ſit, vt thronus iſte ſit typus throni filij hominis qui ex nubibus eſt conficiendus. Vnde eo throno quo Chriſtus in cælum ſublatus eſt deſcendet in die nouiſſimo ad iudicandum mortales.Actorũ enim.1.dicitur, quod nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Quibus angeli dixerunt hic Ieſus qui aſſumptus eſt in cœlum ſic veniet quemadmodũ vidiſtis eum euntem in cœlo. Nubes enim vt aliàs diximus inſignia ſunt peculiaria Dei:quare ſuper thronum nubium ſedens deſcendet Dñs homines iudicaturus:quod & ipſe ante paſſionem ſuam teſtatus eſt dicens: tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum poteſtate magna, & mageſtate.Et hoc primum eſt, qđ etiam Dauid enarrat & deſcribit in illo Pſal.96.dicens:Dñs regnabit exultet terra,lætentur inſulę multæ:nubes & caligo in circuitu eius:iuſtitia & iudicium correctio ſedis eius.Ecce thronus magnus,& candidus.q.d. in nube magna,& terribili ſedens exeret potẽtiam ſuam,dum tonitru terrebit mũdum, tamen nihil aget quod iuſtum candidum,& ſincerum non ſit.Vnde hîc obſerua, quod hoc trono ex nubibus cõfecto vtetur tũc dñs vt iuſtis fauorem ſuũ oſtendat:& impijs terrorẽ & cæcitaté incutiat.Cũ enim ſuis dñs fauorem oſtendere volebat nube,& caligine induebatur:& ſuper hũc thronum ſedebat.Vt videre eſt Exo. 13. & .4.vbi ſacra narrat hiſtoria qđ filios Iſrael euntes in terrã promiſſionis præcedebat dñs per diem in columna nubis:item cum velet Deus cum Moyſe amico ſuo loqui dicitur,Exo.16.qđ gloria Dei apparuit in nube. Et.c. 19. ait illis Dñs:iã nũc veniã ad te in caligine nubis: vt audiat me populus loquentẽ ad te:& credat tibi.Volens ſimiliter inſinuare ſibi gratũ eſſe tabernaculũ,operuit illud nube.Et ait ſcriptura.c.40.Exo.Operuit nubes tabernaculum teſtimonij,& gloria Dñi impleuit illud.Id etiam contigit templo Salomonis.3.Regum.c.8. &.2. Para.5.

Varablus

Exo.13.& 14.

Exo. 16. Exo.19.

Exo.4. Nu.9.

3.Reg.8. 2.Par.5.

1.ſenſus. Thronus nubes lucida.

Acto.1.

cùm Christus in monte coram discipulis sibi charis transfiguratus est, nubes lucida obumbrauit eum. Iam ex his vides thronum ex nubibus cōstructum candidum esse fauoremq; & amorem erga electos designare. Econtra verò nubes, & caligo in circuitu eius terrorem maximū & tenebras impijs incutiet: vt vel ipso throno intelligant illi se in tenebris ignorātię ambulasse, & nube, & caligine mœroris, & tristitiæ esse operiendos. Hinc est qđ in sacra scriptura per tenebras nubes, & caligine nunc ignorantia, nunc męstitia significatur. Proignorātia Eccle. 2. Sapientis oculi in capite eius, stultus in tenebris ambulat, quasi diceret. Sapiens diligenter videt, quid agendum sit: insipiens verò nihil videt: ambulās ignorantiæ caligine coopertus. Psa. etiam. 81. Nescierunt neq; intellexerūt in tenebris ambulant ait Dauid de magnatibus insanis loquens. Ad Ephe. 4. tenebris, ait Paul. obscuratum habentes intellectum. Accipi autem caliginem, & tenebras pro męrore, & calamitate oftē dit Esa. 5. cū inquit: ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius. Et Iob. 3. Occupet eū caligo, & inuoluatur amaritudine. Ea est causa quare diesilla vocatur dies tenebrarum, & caliginis à Sophonia, & Ioele. Thronus ergo Christi nubes, & caligo erūt thronus magnꝰ, & terribilis obcæcans, & fulmina, & fulgura emittēs impijs, caligine, & nubibus ignorantiæ plenis: candidus verò, & placidus atq; lucidꝰ pijs & iustis,

Math. 17.
Psa. 81.
Ephe. 4.
Esa 5.
Iob. 3.
Sopho. 1. Ioel. 2.

A sunt Ecclesiæ quando venerit ad iudicandū. Magnus dicitur thronus iste, atq; candidus. magnus quidem dignitate, & multitudine electorū. Huius typus & figura fuit thronus Salomonis. De quo. 3. Reg. c. 10, scriptura sacra ait: fecit Salomon thronum de ebore grā dem, & vestiuit eū auro fuluonimis. De quo throno intelligi potest: quod Daniel ait. c. 3. Benedictum nomē gloriæ tuæ in throno regni tui. Et quod B noster Ioā. dixerat superius. c. præcedenti, adorauerunt Deum sedentem super Thronum. Deus enim residet in sanctis sibi amore copulatis tanq̄ in sede excelsa. Hinc intelligemus quare apud Danie. thronus iste in numero multitudinis, significetur dicens. c. 7. Aspiciebam donec throni positi sunt. Quando enim sancti innumeri sint ideo throni dicuntur: ex omnibus autem fit vnus thronus magnus, auro C purissimo charitatis coopertus, & deauratus. Candidus etiam vocatur propter eius sanctitatem, claritatē, & splēdorē virtutis. Ideo enim Ecclesia candida appellatur: cādore spōsi sui decorata, de quo incāticis dicitur: dilectus meus candidus, & rubicūdus. Quod alia similitudine oftēdere hoc ipsum volens spiritus sanctus ait apud eūdē Dan. prędicētē ornatū Dei, quo vēturus est in iudiciū. Vestimētū eius cādū quasi nix. Sanctis. n. veniet tūc temporis vestitus dñs: de quibus Esa. c. 49. ait: omnibus his velut ornamento vestieris. Quos vocat nūc vestimentū, vocarat antea thronos: & hīc D. Ioan. thronū magnū & candidū. Hoc mysteriū apertius explicare volens vates quidā ait: veniet dñs Deus meus, omnesq; sancti cum eo. ¶ Cæterū quantū mea fert opinio nomine huius throni omnes has prędictas interpretationes

Dan. 3. cap. 19.
Dan. 7.
Cant 5.
Dan. 7.

3. sensus. Thronus Christi iust. Sanctū.

Tertia deniq; intelligentia sit, vt per hunc thronū intelligamus sanctā Ecclesiā quę thronus Dei est. In illa nāq; & sedet, & quiescit Christus dñs, & in ea sedebit, hoc est, in eius electis; qui præcipua mēbra, & partes digniores

S. Thom.

sig-

significare voluit ad literam D. Ioan. Vnico enim verbo multos sensus literales spiritus sanctus docere intendit. Quare sedebit tunc Dominus super thronum, & authoritatis iudiciariæ, & super thronum nubium, & super thronũ sanctorum: quos omnes vno verbo comprehendit, dicens: & vidi thronum magnum & candidum.

¶ Et sedentem super eum: Ob maiorem excellentiam, & magnificentiam non nominat proprio nomine iudicẽ quia in illo iudicio minime ignotus erit, imò verò velint nolint omnes impij illum in malum suum agnoscent: tunc enim videbunt filium hominis, & confundentur. Optabat sanè Propheta quidam, vt tunc non videretur ab hominibus reprobis, & ideo dicebat: domine exaltetur manus tua, vt non videant te. s. sedentem super thronum: quando tanto cõspectu indigni sunt. Cui Dñs videant, & confundantur zelates populi, & ignis hostes tuos deuoret. Ac si diceret secundum vnã intelligentiam: imò volo, vt me tunc videant impij sedentem super thronũ iustorum: & confundantur: ignisquè inuidentiæ consumat eos. Vidit ergo Ioã. Christum iudicem sedentem super thronum iustorum venientium cum illo ad impios dãnandos. Quod affirmat D. Paul. 1. Cor. 6. An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Tunc quidem sedebunt sedes in iudicio. Sedebunt sancti qui sunt throni Christi, & iudicabunt hoc est, condemnabunt mũdum. Sic viri Niniuitæ, & Regina Austri cõdẽnabit illam generationẽ: sic. 12. Apostoli iudicabunt. 12. tribus Israel, condemnabunt autem, vt qui sint ex ipsis, & Dño crediderint, & innumerabilia mortis genera subierint, & fidem in eum nõ negauerint. Ita rursus qui ex gentibus crediderũt eos cõdemnabũt qui nõ crediderunt in salutarem prædicationem. Iudicabunt ergo tũc sancti mundum, tum comparatiuè, cum vt assessores Christi. Felix ac nimium felix anima illa, quæ tunc meruerit esse thronum Dei. Nam tunc nõ homines solum, sed & angelos iudicabit, vt idem Paulus statim affirmat dicens: nescitis quoniã angelos iudicabimus? Ideſt, dæmones per contrariam vitã. Iam verò quid statim accidat in mundo audiamus.

¶ A cuius conspectu fugit terra & cœlũ, & locus non est inuentus eis. Quæ rũt hic doctores tam antiqui quã moderni quo nã pacto cælum & terra à conspectu Dñi fugient? Quoniã mõdo cælum, & terra transibũt: vt Dñs ait? cui dubio respõdem: quod transibũt tũc cælum & terra, nõ quod esse desinãt, sed quia immutabũtur. Peracto quippè iudicio esse desinit cælum & terra, cum incipit esse cælum nouũ & terra noua, mutatione. s. rerum, nõ omnimodo interitu earũ. Præterit enim figura huius mũdi, ait Paul. 1. Co. 7. Nõ præterit substãtia, sed figura habitus, species ac status mũdi huius, ac quicquid in eo fugax est ac labile: tũc enim tã noua erũt oia vt rectè secũdũ pristinã formã à iudicis cõspectu fugere videatur: fugient ab ea specie quã nũc habent, in sui mutabilitate, & immutabilitatẽ induent cum decore: nõ aliter ac si pulcherrima virgo attrita veste exuatur, & pulchram induat ideo in sequenti capite dicitur vidi cẽlũ nouum, & terram nouam. Equidẽ terra ista quæ nũc est sordida & mutabilis per ignem renouabitur, cælum etiam nouam faciem induet. Literaliter igitur fugient quando exurentur

Theodor. Caic.

Gag.

1. sensus. Quo modo in iudicio cælum & terra trãsibunt. Math. 24 Mar. 13.

Bsa. 26.

Ruper.

Beda, 1. Co. 7. Gag.

D. Tho. 1. Co. 6.

Math. 12. d Luc. 11. d Math. 19.

similitudo

cælius.

igne cõflagrationis terra iſta, & cœlũ aereum. Tunc priſtinam amittent ſpeciem. Sic enim. 2. Petr. 3. dicit: aduenietdies Dñi vt fur, in quo cœli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur: terra autem & quæ in ipſa ſunt opera exurentur, cuius ſingula verba notabis. Vt enim clam, & imprudentibus domeſticis in domũ fur irrepit, ſic ignorantibus nobis, & non opinantibus ſuperueniet aduentus domini, ſicut fur ergo veniet. Græci addunt, in nocte. In hoc ergo aduentu cœli magno impetu tranſibunt. Hoc eſt, corpora cœleſtia ad ſimilitudinẽ impulſorum magno impetu tranſibunt, non à ſubſtantia ſed à motu. Elementa verò calore ſoluentur. Aerem & aquam ſolui, non quoad ſubſtantiam, ſed quo ad mixtionem quam habent adiunctam intellige: remanebũt enim tunc elementa pura. Terra autem & omnia quæ in ipſa ſunt opera, exurentur: ſimiliter hoc intelliges, ſicut de aere, & aqua modo dicebam9. Cæterum de mixtis quæ in terris tũc erunt, dubium non eſt: omnia corruent, omnia exurentur, omnia peribũt ruent opera regum, ruent opera principum: calore nimio ſoluentur. Non remanebit lapis ſuper lapidem in vrbibus etiam munitiſſimis. Corruent ampliſſima illa, & ſp'ẽdidiſſima ædificia ab impio Cain atquè ab eius imitatoribus erecta. Et vt intelligeremus cœlos & elementa non eſſe diſſoluenda quantum ad ſubſtantiam addit, D. Petrus, nouos verò cœlos, & nouam terram, & promiſſa illius expectamus non ait, alios cœlos, & aliam terram, ſed cœlos nouos, & nouam terram, nouo genere eſſendi. Erunt enim cœli abſquè motu, & terra abſquè mixtura. Adhunc quoquè modum intelligendus eſt Dauid cum ait in Pſal. 101. Initio tu domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli, ipſi peribunt. Quibus in locis aliqui per cœlos intelligũt non cœleſtes ſed aereos. Aer. n. iſte cælum vocat in ſacra ſcriptura volucres cæli & piſces maris. Et poëta Lyricus, inquit.

Cælum non animum mutant, qui trans mare currunt.

Sed ſiue hoc, ſiue illo modo capiatur ſtat ſententia Ioãnis quod à cõſpectu Domini fugiet terra & cœlum, & locus non eſt inuentus in eis. Fugient quando exurentur igne terra iſta, & cœlum, fugient quoquè quodam modo, quando purgata terra, elementis, & cælis, noua erit illorum facies, fiet què nouum cælum & terra. & ſic nõ inuenietur locus eis, ſecundum priorem habitum & ſpeciem.

¶ Secundus etiam ſenſus huius loci eſſe poterit, iſquè nõ ineptus, vt per terram in hoc loco intelligantur homines terreni: id enim ſignificare terram ſæpè oſtendimus, vnde primum parentem appellauit Dominus poſt commiſſum crimen, appellauit, inquam, terram. Terra es & in terram ibis. Siue puluis es, & in puluerem reuerteris. Per cœlum verò, ſiue per aerem ſpiritus aereos ſolet ſacra ſcriptura intelligere, vt ſæpè diximus. Tunc ergo terra, ideſt, homines terreni, & reprobi: & cœlum ſiue aer, ideſt, dæmones qui aerem habitant maximo timore, & pauore correpti fugient à facie Dñi, & locus ſibi tutus nõ eſt in uentus eis. Si ſanctus Iob dicebat vtinam in inferno protegas me, donec tranſeat furor tuus: impius vbi tutus erit, vbi ſecurus? montes & inſulę quo ſe conferre poſſent, fugient ab eis.

¶ Hic

¶Hîc annotabis quod hæc omnia simul euenient. Aduentus domini ad iudicium, mortuorum resurrectio solutio elementorum igne à Deo missō. (dies enim domini in igne reuelabitur, vt Paulus ait, & Dauid, qui tantum aeris spacium occupabit, quantū occupabit aqua diluuij, quando quindecim cubitis fuit super omnes montes, sub cœlo existentes.) Damnatio impiorum, & in infernum demersio & electorum ad cœleste regnū præmissio. Quibus confectis, tunc cœlū, & terra noua apparebunt. Exemplo nobis erit hyems postquem adest placidissimus ac gratissimus ver quando prata omnia rident, quādo aspersam florum varietate tellurem conspicimus. Hanc idem expectant omnes creaturæ, pro illa ingemiscunt, quod affirmat Paulus his verbis: expectatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat: vanitati enim creatura subiecta est, non volens: sed propter eū qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertate gloriæ filiorum Dei. Scimus autem quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsquè adhunc, nō solum illa, sed nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri. Hæc Paulus ad Roma. 8. Ac si apertius diceret: creatura rationis expers, naturamquè habens corruptioni obnoxiam, & interituram, tempus iudicij, & consumatæ beatitudinis expectat: quia interim vanitati subiacet, & corruptioni, vel inuita, propter Adæ peccatū, ob quod & terra, & creatura omnis maledictioni facta est obnoxia: vel propter Christum, qui sua potentia, vel inuitam illam corruptioni tenet obnoxiam: non est tamen sine spe interituram illam naturam exuendi: quippè quæ liberabitur à seruitute & vanitate corruptionis, cum libertatem gloriç, filij Dei assequentur. Scimus enim quod omnes creaturæ quodam modo libertatem nostram suspirant, & instar parturientis differri dolent, quippè quæ non antea perfectionis gradum sortientur, quàm post iudicium reuelatione filiorum Dei facta, noui cœli nouaquè terra creentur. Vtitur hic Paulus, vt Theodoretus, & alij græci aiunt prosopopœia. hoc est, etiam prophetarum propriū, & hic quidem dicit pinos gemere, ille verò ligna exultare, & montes exilire, & fluuios plaudere. Sic in hoc loco omnis creatura rationis expers dicitur ingemiscere, & parturire, & esse subiecta mutationi non volens. Docet itaquè Paulus quod omnis, quæ videtur, creatura, mortalem naturam sortita est. Quoniam vniuersorū creator (inquit) Theodoretus) præuidebat Adæ transgressionem, & in eum esse ferendam mortis sententiam: nequè enim erat cōsentaneum, nec iustum, vt quæ propter ipsum facta erant, in corruptionem acciperent, ipse verò cuius causā ea facta erant, esset mortalis, & patibilis: cum ipse autem per resurrectionem immortalitatem acciperet, illa quoquè similiter in corruptionem assequi. Et hoc est, quod hac prosopopœia docet Apostolus.

1. Co. 3. Psa. 49. Rom. 8. Rom. 8. Theodoret. Gagneius. Theodoret.

¶Hinc discamus omnes huius mū di voluptates contemnere, & omnia huius mundi bona tanquam stercora conculcare: si enim omnis creatura ingemiscit, & parturit adhuc expectans vniuersalem resurrectionem: quanto magis, & nos ipsi primitias spiritus habentes ingemiscere debemus expe-

ctam nr̃ beatam ſpem, & aduentũ glo-
riæ magni Dei, quado corpore, & ani-
ma eximus glorioſi. Quod ſi terreni
fuerimus, imitantes primum hominẽ
terrenum, fugiemus tũc à facie terribi-
lis, atque tremendi iudicis. Quamuis
in cælum: nam minimè effugiemus
iram cœlestem: quamuis enim dica-
mus mõtibus, cadite ſuper nos: & col-
libus, operite nos à facie ſedentis ſuper
thronum. Nullum quidem locum in-
ueniemus, neque in terra, neque in
cœlis. Tunc impletum experiemur,
quod Dauid dicebat: vidi impium ſu-
per exaltatum, & eleuatum ſicut ce-
dros Libani: & tranſiui, & ecce non e-
rat, quæſiui eum, & non eſt inuentus
locus eius.

Pſa. 36.

¶ Et vidi mortuos magnos & puſillos ſtantes in conſpectu throni. Antequam ad huius loci explicationem accedamus notadum hic eſt primum, quod D. Hiero. ait in commen. ſuper Eſa. c. 65. Quod in ciuitate illa ſuperna diuerſæ ætates non erunt, infans & ſenex, paruus & magnus: qui non impleant dies ſuos, ſed quaſi filij reſurrectionis, omnes peruenient in virum perfectũ in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, vt ne deſint alicui annorum ſpacia nec ſuperſint: & alio nedum ſolidas habente vires, alius deſinat habere eſſe quod fuerit, & decrepita ætate marceſcat.

In cælo nõ erunt diuerſæ ætates Hiero.

¶ Secundò notãdum eſt, quod ſecundum opinionem Hieronymi: perfecta ætas ad quam omnes tunc peruenient erit centum annorum. Sic enim ait Hieronymus. Peruenient omnes ad cẽtenarium numerum, qualis fuit Abraham, qui promiſſionem filij Iſaac hac ætate ſuſcepit. De cuius numeri (inquit) laudibus nõ opus eſt plurima memorare. Hoc tãtum dicimꝰ, quod decem decades æqualia habent latera, & quadræ formæ poſſident firmitatem. In repromiſſionibus quoq; pro his quæ cõtempſimus, multiplicata nobis Dominus centuplum pollicetur, & in bonam terram ſemẽtis cadens, primum habet vberrimæ frugis numerum centenarium. Denique & Iſaac vnam ſementem iactẽs fidei, hoc numero laboris ſui opera multiplicata ſuſcepit. In illo igitur tempore, quando ætas fuerit vna cũctorum, & ſanctus, & peccator ſimili erunt reſurrectione perfecti, nec interſe variabunt tempore, ſed alios ad præmia, alios ad ſupplicia perturbetur. Et in eo peccator maledictus erit, quod in corrupto corpore pœnas patietur æternas. Hæc ille. Dramen Auguſtinus. 22. de Ciuitate Dei. ca. 15. Exiſtimat ad dominici corporis modum, omnium mortuorum reſurrectura eſſe corpora. Sic enim ait illud quod cõmemorauit Apoſtolus de menſura ætatis plenitudinis Chriſti, aut propter aliud intelligimus dictum eſſe, id eſt, vt illi capiti in populis Chriſtianis accedente omnium perfectione membrorum ætatis eius menſura compleatur: aut ſi hoc de reſurrectione corporum dictum eſt, ſic accipiamus dictum, vt nec vltra, nec infra iuuenilem formam, reſurgãt corpora mortuorum: ſed in ea ætate, & robore, vſquè ad quam Chriſtum hic peruenisſe cognouimꝰ. Circa triginta quippè annos diffinierũt eſſe etiam ſeculi huius doctiſſimi homines, iuuẽtutem, quæ fuerit ſpacio proprio terminata, inde iam hominem in detrimenta vergere grauioris ac ſenilis ætatis: & ideo nõ eſſe dictum, in menſuram corporis, vel in menſuram ſtaturæ: ſed in mẽſuram ætatis plenitudinis Chriſti.

Perfecta ætas beatorum qualis erit.

Genes. 25.

Opinio Hiero.

Opinio Auguſt.

Hæc

Hæc Augustinus. Omnes ergo resur-
gẽt in ætate iuuenili. Et quamuis viri-
litas, vt à iuuẽtute distinguitur, non in-
cipiat nisi ab anno quadragessimo, ni-
hilominus illico à trigessimo habent
homines ætatis complemẽtum, vt di-
cãtur viri perfecti. Multa de his dispu-
tãt doctores. 4. lib. Sen. d. 44. inter quos
Soto. est sapientissimus Soto. q. vnica, artic.
4. his ita cõstitutis ad explicationem
textus accedamus. *Vidi*, inquit, *mor-
tuos magnos & pusillos*. Per magnos &
pusillos primum intellige homines
iuxta ætatem qua à vita decessierũt: nõ
quod omnes nõ in perfecta ætate oc-
currere illi debeamus, sed quia alij ma
gni, alij pusilli sunt mortui, ideo ait qđ
omnes stabãt ante tribunal Christi.
Vt enim significaret omnes tũc esse
iudicãdos vtitur hac phrasi, qua &
nos vti solemus dicẽtes: todos vernã
à juyzio sin que quede vno, chico ni
grãde. Secũdò per magnos & pusillos
intellige nobiles, & humiles. Vidi igi-
Cæs. tur mortuos magnos & pusillos, quia
D. Tho. (vt Horatius ait) pallida mors æquo
pulsat pede pauperum tabernas, re-
gumquè turres. Tertiò per magnos,
Hiero. Isai. 51. & paruos, vt Hieronymus existimat,
nõ ætatum, sed meritorum significat
differẽtias. Qui enim paruus est, iux-
Sap. 6 a ta sententiam Salomonis, dignus est mi
sericordia: potẽtes autem potẽter tor-
menta patiẽtur. In quem sensum, &
domini verba cõsentiũt: seruus qui
Luc. 12. f scit volũtatem domini sui, & nõ facit
eam, vapulabit multis. Qui verò nesc-
Math. 4. it, & fecerit digna plagis vapulabit
paucis. Hæc Hieronymus sunt mag-
Cæliust. ni, & hi de quibus Dñs dicit: qui fece-
rit & docuerit hic magnus vocabitur
in regno cœlorum: hi sunt studiosi,
hoc est, pleni virtutibus, sancti, & dile
cti. Pusilli qui simplicitatem vitæ ser-
uant: nec altiora mysteria capere suffi
ciũt. Quales quales ij sint. *Omnes sta-
bunt in conspectu throni*. Quod etiam
Diuus Paulus affirmat. 2. Cor. 5. Om- 2. Co. 5.
nes, inquit, oportet manifestari ante
tribunal Christi, vt referat vnusquis-
què propria corporis, prout gess-
it, siue bonum, siue malum. Et hoc Beda.
idem Dñs testatur dicens: cum dede- Cæliust.
rit filius hominis, in sede magestatis Gag
suæ, tũc cõgregabũtur ad eum omnes Math. 25.
gentes. Iusti quidem vt aquilæ ad ca-
dauer aduolabũt: impij autem velint
nolint cõgregabũtur, qui nũc cõgre-
gari renuunt. Quàm dura & inuita fu
tura sit eis hæc cõgregatio, vel vnus
Ioãnes in superioribus demõstrauit.
cap. 6. dicens: omnes reges, & diuites, cap 6.
abscõderunt se in spelũcis, & dicunt
mõtibus cadite super nos, & abscõdi-
te nos à facie sedentis super thronum:
& ab ira agni, quoniam venit dies ma
gnus iræ ipsorum. Et quis poterit sta-
re? Omnes tũc stabũt. Vide quam ge-
neralem sententiam pronũciat Apo-
stolus Ioãnes. Nec enim tunc ad solũ
Dauid dicetur, tu fecisti in occulto, & 2. Reg. 12.
in abscõdito: & ego illud propalabo
in solis huius oculis. Quàm obsecro
terribilis tunc erit thronus iudicantis:
quãdo adhuc infans, & tenerrimus in
cuna terrebat superbum tyrãnum?
Cum adhuc mortalis, & eadem die Math. 3.
futurus sacerdos, & hostia, vna vo- Ioan. 1.
ce hostes suos in terram prostrauit?
Tunc enim iudicaturo Domino lu-
gubris mundus immugiet: & tribus
ad tribum pectora tundent: & poten-
tissimi olim principes nudo latere pal
pitabunt. Exhibebitur tunc prole sua
igneus Iupiter: adducetur cum su- D. Hiero.
stultus Plato discipulis: & videbit eũ 8 pra. c. 1.
omnis oculus, & qui eum pupugerũt.
Et tunc quidem omne argumentum
cessa-

ceſſabit excuſationis: quia ille foris in crepat qui teſtis cõſcientiæ intus animam accuſat ſicut dictum eſt : ego ſum iudex & teſtis: arguam te, & ſtatuam cõtra faciem tuam. Tunc omnis naturæ ordo turbabitur: quam ſicut cum vnum populum Deus liberare voluit: & ad terram lacte & mel le fluentem adducere: vnum dumtaxat regnum, vnaquè gẽs percuſſa eſt nempe Aegyptus: ſic cum omnes electos Dominus cõgregare voluerit à quatuor ventis, omnis creatura armabitur ad vltionem inimicorum. Oportet enim omnes nos ſtare in conſpectu throni: quibus præſentibus, citatis partibus, vt aiunt, tuba Dei perſonãte: comparente iudice, circũſedente ſenatu Apoſtolorum in ſedibus duodecim ſtabũt iuſti in magna cõſtãtia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerũt, & abſtulerunt labores eorum. Tunc cõtinget quod ſtatim ſequitur.

Hiere. 29. pſa. 49. Exo. 3. Math. 24. Sap. 5. Math. 19.

¶ *Et libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ, & iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera ipſorum.* Locus iſte varie à ſanctis exponitur. Primus ergo ſenſus eſt, vt per libros intelligãtur iuſti, & per librum vitę Chriſtus. Tunc ergo aperientur iuſtorum opera, & videbitur ab impijs Chriſtus, & condenabũt vitam ſuam iniquam intuendo iuſtorum opera: atquè inſpiciẽdo Chriſtum. Hũc ſenſum affert. D. Gregor. lib. 24. Moral. cap. 9. liber, inquit, vitæ eſt ipſa viſio aduenientis iudicis. In quo quaſi ſcriptum eſt omne mãdatum, quia quisquis eum viderit, mox teſte conſcientia quicquid nõ fecit intelliget. Libri etiam aperti referũtur, quia iuſtorum tunc vita cõſpicitur, in quibus mandata cœleſtia opere impreſſa cernũtur. Et iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris, quia in oſtẽſa vita iuſtorum, qua ſi in expanſione librorum legunt bonum quod agere ipſi noluerunt, atq; ex eorum qui fecerũt comparatione damnantur. Ne ergo vnuſquiſquè tũc videns eos, quod nõ fecit defleat, nũc in eis quod imitetur attendat. Quod quidem facere electi non ceſſant. Meliorem namquè vitam conſiderãt, & deterioris vſus conuerſationem mutant. Vnde benè ſanctus Iob de homine penitẽte loquens ait. Reſpiciet homines, & dicet, peccaui. Ac ſi diceret: ſanctorum virorum excelſa cõſpicit: atquè eorum comparatione ſe penſans, iniquum ſe eſſe deprehẽdit. Qui enim pleniſſimè intelligere appetit qualis eſt, tales nimirum debet cõſpicere qualis nõ eſt: vt ex bonorum forma metiatur, quanto ipſe deſerto bono deformis eſt. Ex his quippè quibꝰ pleniſſime bona adſunt, perpendit rectè quæ ſibi minus ſunt, atquè in illorum pulchritudine cõſpicit fœditatẽ ſuam, quam in ſemetipſo, & poteſt perpeti, & ſentire nõ poteſt. Lucem namquè debet conſpicere, qui vult de tenebris iudicare, vt in illa videat quid de tenebris æſtimet, per quas videre præpeditur. Peccator namquè ſi ignota vita iuſtorum ſemetipſum cõſpicit, peccatorem ſe nullatenus comprehendit. Videre enim ſe nõ poteſt, quia fulgorem lucis neſciens, cum ſemetipſum conſpicit, quid aliud quàm tenebras attendit? Iuſtorum ergo debemus vitam conſpicere, vt ſubtiliter deprehendamus noſtram hos libros in hac vita legamus ſi ſapiamus : vt Grego. admonet, ne tũc ad noſtram cõdemnationem aperiãtur.

Iob. 33.

1. ſenſus. Libri aperti ſunt iuſti, & liber vitæ Chriſtus.

D. Grego.

¶ Secũdus ſenſus eſt, vt per hos libros, cõſcientias intelligamus, per librum

2. ſenſus. Libri ſunt conſcientiæ & liber vitæ prædeſtinatio.

brum vitæ,librum prædestinationis. Tũc ergo aperti sunt libri cõscientiarum vbi sine simulatione,quam quisquè vitam gesserit,legitur. Et alius liber apertus est,qui est vitę,idest,liber prædestinationis, qui vsquè ad iudicium latuit incognitus,tũc aperietur, cum palàm fiet qui reprobi sint & electi. Et iudicati sunt ex ijs, quæ scripta erãt in libris,suarum,scilicet,cogitationum. Nimirum(vt ait Paulus ad Roma.cap.2.)interse inuicem cogitationibus accusantibus, aut defendẽtibus, quãdo iudicabit Dñs occulta cordiũ. Hi sunt libri illi de quibus loquebatur Daniel.cap.7.dicens:iudicium sedit & libri aperti sunt. Solent enim iudices sententiam ferre sedentes,vt quietem animi prę se ferãt:atquè sine animi perturbatione rectè iudicent. Vnde Sap. 12.dicitur de Deo. Tu dominator virtutis cum trãquillitate iudicas,& cum magna reuerentia disponis nos. Cum autem filius hominis sederit iudicium laturus aperientur libri cõscientiæ,& opera nostra qualia illa fuerint,& cogitationes & verba omnibus tunc erunt manifesta. Hãc expositionem librorum tetigit Hiero.in illum locum Danielis his verbis. Libri aperti sunt. Cõscientiæ, & opera singulorum in vtramquè partem,vel bona,vel mala omnibus reuelãtur. Liber etiam vitæ tũc aperietur,hoc est, liber prædestinationis qui nõ nihil faciet ad veritatem iudicij,ac iuxta ad commendationem misericordiæ Dei. Vbi perspicuum erit neminem cum mala vita, ad gloriam fore prædestinatum, sed qui bona egerunt ibunt in vitam æternam. Vt catholica docet Ecclesia edocta à Christo Domino dicente,Ioa. 5. Qui bona egerũt in resurrectionem vitæ. In hoc libro vitæ primus est Christus, in capite enim huius libri scriptum est de eo: deinde scripta est sanctissima virgo,quæ omnes sanctos meritò antecessit,vt iure optimo post eius filium primogenitum, primum locum in hoc libro vitæ obtineret, post illam cæteri quiquè sanctorum, iuxta dispositionem diuini beneplaciti pro meritis singulorum. Tunc ergo aperiet Dñs librum hũc vt omnes in eo manifestè legere possint eos, quos scriptos semper habuit in illo,hoc est, in æterna sua memoria:secundum illud quod Paulus ait.2.ad Timo.2.Nouit Dñs qui sunt eius:aperientur, & libri cõscientiarum, vt vnusquisque legat,& suam & aliorum vitam. Vnde Apostolus.1.Cor.4.veniet,inquit, dñs & illuminabit abscõdita tenebrarum, & manifestabit cõsilia cordium. Et tunc laus erit vnicuiquè à Deo. Tunc opera tenebrarum proferet in lucem cordium secreta referabit: tunc aperientur oculi cæcorum, vt Esa.ait. ca. 42. Tũc laus erit vnicuiquè à Deo,cui laborauit:& cuius dispensator extitit fidelis:illuminabit abscõdita tenebrarum. Implebitur enim illud Esa 3.decaluabit Dñs verticem filiarum Sion: quando irruentibus Romanis mulieres Hebreæ omnia ornamenta amittent:quæ ante pro mundicia matrona li terram berrebant:& apparebit cornículæ turpitudo. Vnde Hiero. quandiu enim cõtegimur crine,& veste ignorantiæ,& homines nos putãt sepulchra dealbata, qui pleni sumus ossib9 mortuorum,videmur aliquid habere munditiæ,cum autem ablata fuerit cesaries,fæda caluicies omnibus apparebit. Aperientur enim libri, & tunc nihil opertum erit:quod non reuelebitur ab eo qui constitutus est iudex omnium. Et ne existimes Deum peccata

Roma.12. Gag. Rupert.
S.Tho. Dan.7.
Sap.12.
D. Hiero.
Ioa.5.
2.Tim.2.
1.Co.4.
Esa.42.
Esa.3.
D. Hiero.
Math.10.e Act.10.

cata noſtra obliuioni mandaſſe, audi quid Hieremias affirmet.cap.17. Peccatum Iuda ſcriptum eſt in libro ferreo in vngue adamantino, ſuper latitudinem cordis eorum. Nobis qui peccauimus nō minus iſta conueniūt quàm illis, quorum peccata non forinſecus alicubi conſcribūtur attramento: ſed in libro cordis noſtri ſtillo ferreo. Igitur antequam peccatum faciamus, nulla in corde noſtro imago peccati verſatur. Cum autem conſciētia peccati imaginem ſuſceperit, habemus formam illius: & ſemper ante oculos cordis noſtri delicti forma depingitur. Et ſi quidem eſſet peccatum attramento conſcriptum: forſitan lachrymis delerem illud. Nunc autem ſcriptum eſt ſtillo ferreo, & in adamāte, vt mecum ad tribunal veniat (niſi forte ſanguine hædi immaculati deleatur interim) & impleatur illud: nihil opertum quod non reueletur. Nudabitur pectoris noſtri conſcientia, & aperto corde videbuntur litteræ peccatorum: atque ita vniuerſa expectantium multitudo leget in pectore meo ſignatas imagines, & characteres peccatorum: cum manifeſta erunt cōſilia cordium: quę etiam cogitantes, nō potuerunt tamen opere perficere. Hæc autem omnia nō multo tempore perficientur. Volens enim Deus ventilare omnium mentes, vt vnuſquiſque proprios actus bonos, vel malos: cito omnia ab omnibus omni tempore geſta ſingulis quibuſque faciet in mētē, ineffabili quadam virtute venire: qui potuit nullo temporis interuallo creare cœlum & terrā. Nam & ſi videtur in ſex diebus feciſſe omnia Deus, audendum eſt tamen, & dicendum quoniam tempus futuri iudicij non opus habebit ſpacio temporis alicuius. Sed ſicut reſurrectio dicitur futura in momēto, in ictu oculi: ſic puto iudicium fore. Cuius initium vt Ezechiel ait, a domo Dei erit: vt referat vnuſquiſque prout geſſit: nō prout dixit ſe facturū: quoniam factores iudicandi ſunt non auditores: quales fuerunt de quibus ſcriptum eſt: omnia verba quæ locutus eſt Deus faciemus. Exod.cap.24. Hæc omnia conſiderans D. Paul. nos ita admonet in illa epiſtola. 2. ad Cor. cap. 5. Scientes igitur terrorem illum domini: ſuademus hominibus. Vt, ſcilicet, fugiant à facie arcus: quoniam horrēdum eſt incidere in manus dei. Sed quomodo fugiamus? Quando nec ab oriente, nec à deſertis mōtibus paret via fugiēdi. Quia ille iudex eſt, qui vbiquè eſt? Vnde illud quod Lucas refert audiamus: quis (inquit Dominus) Rex iturus in prælium aduerſus alium regem, non ſedens prius cogitat, ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millib9 venit ad ſe? Alioquin legationem mittēs rogat ea quæ pacis ſunt. Rex cōtra regem ex æquo venit in prælium: & tamen ſi perpēdit nō poſſe ſufficere: legationem mittens rogat ea quæ pacis ſunt. Quibus ergo nos lachrymis veniam ſperare debemus: qui in illo tremēdo examine cum rege noſtro nō ex æquo ad iudicium venimus? Nunquid ad reddendam rationem cogitationum noſtrarum ſufficimus: etiam ſi culpas mali operis abſcondamus? Vnus venit cum decem millibus, cōtra quem alius vadit cum viginti, id eſt, contra ſimplum duplum. Nos autem, & ſi multum proficimus, vix exteriora opera in rectitudine ſeruam9. Ille autem qui iudicaturus venit, exteriora ſimul iudicat & interiora, id eſt, opera, & intētiones, cum duplo ergo

Hier.17. Origenes. Ezech.9. Iaco.1. Exo.24. 2.Co.5. Heb.10. Pſa.74. Luc.14.

exer

exercitu contra ſimplum venit : qui nobis vix in ſolo opere paratis, & opera & cogitationes venit diſcutere. Rogemus igitur quæ pacis ſunt, quandiu dicitur longè abeſſe qui peregre profectus eſt: fortè autem iam eſt in ianuis: & mittamus legationem pacis, lachrymas noſtras, & miſericordiæ opera: & cognoſcamus nos cum eo in iudicio ex æquo non poſſe contendere. Vult enim placari precibus, qui ſcit quòd non poſſit portari iratus. Quod ſciēs Apoſtolus ait: ſuademus hominibus, &c. Vt ergo diem illum non timeamus: ſemper illum cogitemus. Alia quidem genera mortis ſpe mixta ſunt: quoniam deſinit morbus, incendium extingitur, gladium miles ab ipſa perituri ceruice reuocauit: nihil habet quod ſperet, quem lenectus ducit ad mortem. Sapiēs igitur eris ſi ſemper cogites temorituru: & aures occludas, quibꝰ ceram parum eſt obdere: firmiori ſpiſſamento opus eſt quàm in ſocijs vſum vlixem ferunt. Illa vox quæ timebatur erat blanda: ſed in voragines perducens recto curſu. Surdum te amantiſſimis tuis præſta, bono enim animo tibi malè precantur: & ſi vis eſſe felix, Deum ora ne quid tibi ex ijs quæ optantur eueniāt. Subſilire cœlum ex angulo licet. Finge te ipſum dignum Deo, cuius iudicium oportet te ſubire. Finges autem non auro, aut argento, ſed lachrymis, & precibus. Memineris quod liber conſcientiæ tuæ aperiendus eſt in iudicio, quod ſi non ſcriptus inueniatur ſecundum exemplar libri vitæ, condemnaberis. Quare ſi ſapis corrige modo illum: ſatagite (inquit) Petrus per bona opera certam facere vocationem veſtram.

Math. 25.

Seneca.

3. ſenſus.

¶ Tertius ſenſus eſt, vt per hos libros intelligamus diuinas ſcripturas noui ac veteris teſtamenti: quæ ideo dicuntur in iudicio aperiendæ, quia tunc earum veritas cunctis patebit. Liber verò vitæ vocatur liber vitæ vnius cuiuſq3. Vnde venerabilis Beda ſic ait libros ergo apertos teſtamēta Dei dicit. Secundum enim vtrūq3 teſtamentum iudicabitur mundus. Librum vitæ vniuſcuiuſq3 memoriam dicit geſtorum noſtrorum, hæc ille. Item Primaſius: libros dixit Ioa. eſſe apertos, & librum cuiuſmodi ſit, non tacuit. Illi itaquè intelliguntur noui & veteris teſtamenti, vt cum in eis oſtēditur quid Deus fieri præcepiſſet, in illo clareret quid horum quiſq3 feciſſet, ſiue nō feciſſet. Qui liber non carnaliter cogitādus eſt, nec tanquam ſcripto exaratus vitas continere putandus eſt ſingulorum iudicio recenſendas: quædam enim vis eſt intelligenda diuina, qua fiet vt cuicumq3 opera ſua bona, vel mala cuncta in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, vt accuſet, vel excuſet ſciētia conſcientiam: atquè ita ſimul, & omnes & ſinguli iudicentur. Quæ nimirum diuina vis libri nomen accepit, in ea quippè quodam modo legitur, quicquid ea faciente recolitur: hæc ille. At verò licet Haymo cum his patrib9 affirmet per libros intelligenda eſſe duo teſtamenta, quæ in iudicio aperientur, quando ſinguli electorum manifeſtè videbunt, quid ex eis compleuerint, vel quid prætermiſerint: tamen per librum vitæ ſignificari Chriſtum aſſerit, qui vitam ſuis fidelibus tribuit. In illo enim libri, ideſt, duo teſtamenta aperientur: quia in illo omnes actiones ſuas iuſti conſiderabunt. Hæc Haymo.

Libri ſunt ſcripturæ tam noui quam veteris teſtamenti & liber qui eſt liber vitæ, vniuſcuiuſque memoria geſtorum.

Primaſius

Liber vitæ Chriſtus.

Haimo.

¶ Denique libri ſunt (inquit Vgo de

4. Senſus.

Libri cordis nostra liber vitæ. Dei sapientia.

de sancto Vict.) corda hominum, liber vitæ est sapientia Dei. Libri aperiuntur, quãdo fiunt secreta cordium manifesta: liber vitæ aperitur, quando vnicuique luce interiori manifestè patescet omne quod faciendum est. Et mortui ex his quæ in libris sunt, non quæ in libro iudicantur, quia peccatores ex suis operibus iudicabuntur. Libri nostri ad librum Dei scripti sunt, quia corda nostra ad similitudinem sapientiæ Dei condita sunt, sicut dicitur signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Adhuc scribi debent libri nostri secundum exemplar libri vitæ: sicut ait Apostolus. Estote imitatores Christi, sicut filij charissimi. Et si sic scripti non sint, saltem corrigendi sunt. Conferamus itaque libros nostros cum hoc libro, vt si aliquid aliter habuerint corrigantur, ne in illa vltima collatione, si quippiam aliter inuenti fuerint habentes, abijciantur. Hæc Vgo. Igitur siue hoc siue illo modo explicentur hæc verba Diui Ioãnis stat sententia, quod iudicati sunt mortui, ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum. Ex his, inquam, quæ scripta erunt in libris conscientiæ, & in libris sanctorum, & in libris veteris & noui testamenti, etcætera. Reprobi omnes iudicabuntur: & tandem condemnabũtur secundum opera quæ scripta erũt in libris cordium suorum.

Ephes. 5.

A

B

C

D

¶ Valeat hæreticus quidam affirmare audens Deum esse bonum si peccatorum nostrorum rationem nõ exigeret: immisericordem verò nunc quidem esse quod eam tãm exactam postulare decreuerit. Valeat, inquam, nam profectò Deus bonus non esset si rationem vitæ nostræ non exigeret. Quomodò enim consisteret vita nostra? Nõne feris, & tigribus immaniores, & crudeliores efficeremur? Nisi enim ratio esset à nobis exigenda, quo abiret hominum malitia? Quid iam foret labyrinthus fabulis tam celebratus ad mundi huius confusionẽ? Quod scelus omitteret, aut quæ virtus sequenda? Nec esset frater à fratre, nec hospes ab hospite tutus. Mors & ratio à nobis reddenda coercet hominum multorum effrenatos appetitus. Et teste Hieronymo, in illa mundi consumatione præteritarum deliciarum recordatio, erit materia cruciatuum: & commutabũt statum suum impij cum iustis, vt talia sint cõuiuia Lazari, quale fuit conuiuium, quod sibi epulo quotidie exhibebat: cõtrà verò miseria Lazari transeat ad animam epulonis. Tunc erubescet sol & luna cernens hominem qui suo lumine fruebatur, nihil dignum Dei bonitate feciſſe. Iudicium tamen Dei humana non potest scire fragilitas: nec de pœnarum magnitudine atquè mensura facere sententiam: quæ Dei arbitrio est reseruata. Aderit tamen aduersarius noster, & recitabuntur verba professionis nostrę: & obijciet nobis in facie quod fecimus, quo die, quo in loco, & quid boni tunc tẽporis facere debuimus.

D. Hiero.

¶ Et dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant, & iudicatũ est de singulis secundum opera ipsorum.

Hìc imprimis obserua, agere Diuum Ioannem de generali resurrectione mortuorum: quæ proculdubio prius erit quàm sint mortui iudicandi: ideo recapitulauit quod intermiserat, & exequitur ordinem dicens quod post quàm mare & mors, & infernus dederunt mortuos suos, iudicatum est de sin-

singulis secundum opera eorum. Secundò hic est annotandum locũ istũ variè à doctoribꝰ explicari. Quare opere preciũ est singula verba referre.

¶ *Et dedit mare mortuos suos.* Sæpè mare diximus tumultuantem, & fluctuantem hunc mundum significare. Qui mortuos suos reddet, quando in nouissima tuba omnes resurgẽt cum corporibus suis. Ita Gag. vel vt Augu. & Primasius affirmant conuenienter mare pro seculo positum dicitur dare mortuos suos, quia adueniente Christo illi exhibebit omnes homines quos tunc viuos habuerit, siue bonos, siue malos. Hos autem quos in seculo positos secundus Christi inueniet aduentus, mortuos hic Ioã. vocat. Sic enim eos scriptura sacra nũcupat. De bonis quidem ait D. Paul. ad Colos. 3. Mortui enim estis & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. De malis autẽ inquit Dñs apud Math. & Luc. sine mortuos sepelire mortuos suos. Præterea possunt hi, mortui etiã dici: quod mortalia gerãt corpora. Vnde Paul. ait: corpus mortuũ est propter peccatum: spiritus autem viuit propter iustitiam, *mare*, itaqꝫ, *exhibuit mortuos suos*. i. seculũ istud contulit hominꝫ qui in eo vitam tunc agebãt, quos mortuos licet appellare propter causas prædictas. Sic Tychonius, Augus. & Beda, alijqꝫ patres.

1. Sensus. Mare sumitur pro hoc mũdo & quare.

Gag. Augus. 20. de ciuit. c. 15. Primas. quẽ refert Celius hic

Colo 3.

Math. 8. Lu. 9.

Rom. 8.

¶ Secũdus sensus planus etiã est, vt de hoc mari qđ in mundo est, intelligat. *Dabit*, ergo tũc, *mare mortuos suos*. i. corpora mortuorũ quę quãdoqꝫ detinuit. Ac si diceret: omnes illi qui sunt in mari mortui, resurgent cũ corporibus suis. De mari præcipue meminit nullã de terra mentionẽ faciens: quia nimirum persuaso eo quod creditu est difficilius, facilius persuadetur id quod minꝰ est: periisse enim omnino existimamus hominũ corpora, quæ in mari immersa deuorãtur à piscibꝰ. Sed stat sententia quod mare tunc exhibebit mortuos suos, ergo à fortiori terra suos, vt capillus de capite nõ pereat. Omnia ergo corpora mortuorũ resurgent quantũcumqꝫ videantur abforta. Sic Rupert. D. Tho. & alij.

2. Sensus. Mare pro vero mari sumitur.

¶ *Et mors & infernus dederunt mortuos suos.* Mare & terra dabunt, vt diximus corpora: mors verò & infernus dabunt animas mortuorum. Vnusquisquè dabit quod habet. Porro mors & infernꝰ, inquit Rupertus, hoc differunt, quod infernus malorum tãtum, mors autem dicatur, & sit etiam bonorum. Nam preciosa in cõspectu domini mors sanctorum eius. Igitur mors & infernus dederunt mortuos suos. Idest, & beatorum mortuorum, qui in Dño mortui sunt, & damnatorum qui in inferno deputati sunt, animęqꝫ ad propria corpora reuertẽtur, vbicumquè corpora ipsa fuerint, etiã ipsa quæ in profundo maris beluina voracitas consumpsit. Hæc ille. Vel vt Gagneius ait his verbis significare vult, vt quotquot mortui fuerint reddibunt ad corpora sua. Mors enim vniuersitatem significat mortuorũ, bonorum, & malorum: sed infernum addidit ne dubitemꝰ ad propria corpora in quibus perpetuò ardeant, reddituros damnatos. Secundus sensus, vt per mortem diabolum intelligamus, qui causa est mortis tã animæ quã corporis. Inuidia enim eius, mors intrauit in orbem terrarum. Mors ergo, idest, diabolus, & infernus dabunt tunc mortuos suos, hoc est, mortuorũ animas quas detinent. Iure autem optimo hęc duo cõiuncta sunt mors, scilicet, & infernus, quia qui subijciuntur

1. Sensus. Mors & infernus pro vera morte & inferno sũmuntur differẽter tamen, quia mors est omnium infernus dãnatorum tantum.

2. Sensus. Mors pro diabolo sumitur & quare.

diabolo per culpam incidunt in pœnam inferorum. Ac ſi clarioribus verbis diceret Ioa. nō ſolum mare, hoc eſt, mundus dabit quos habet homines: non ſolum etiam mare dabit corpora ſubmerſa, & ex conſequenti nō ſolum terra dabit omnium mortuorum corpora: ſed velint nolint diabolus, & infernus reddent animas quas detinent reproborum, vt ſuis corporibus vnitæ ærius crucientur. Quod ſi mors iſta, & infernus mortuos ſuos quos incarceratos habent, exhibebūt: quanto magis cœlum dabit tūc mortuos ſuos, hoc eſt, animas electorum, vt corporibus iterum aſſumptis audiant felicem illam, & fauorabilem ſententiam venite benedicti patris mei percipite regnum. Ita explicat Diuus Thom.

¶Cæterum iam hîc vides mortuorum reſurrectionem affirmatam quā tàm prophetæ quàm euangelia vbiq; prædicauerunt: quam D. Paul. paſſim aſſeuerat. De qua nos multoties diſſeruimus. Nec obſtat quod Eſa. ait. c. 26. Morientes non viuant, gigantes non reſurgant. Nam ibi Eſai. primùm optat vt morientes qui ad inferos deſcēderunt, non viuant cum iuſtis, nec ad beatam vitam reſurgant: ſed in perpetuas pœnas relegentur. Quo in ſenſu Dauid ait Pſal. 1. Ideo non reſurgunt impij in iudicio, nec peccatores in cō filio iuſtorum. Secundò, poteſt etiam pro verbo reſurgendi, verti verbum ſtandi, aut conſiſtendi. Ac ſi diceret non potuerunt reprobi in iudicio illo extremo conſiſtere. Non ſtabunt, ſed cauſa cadent. Cum iudex Chriſtus ab eis ſuarum actionum rationem exposcet. Per gigantes in hoc Eſaiæ loco ſignificantur mundi principes ſuperbi, atq; omnes tyrāni ponentes in cœlum os ſuum. Tertiò dices prophetā his verbis Deum præcari, ne iterum viuant tyrāni, qui è vita exceſſerunt. Non quod putaret eos iterum eſſe ad vitam hanc reuocādos, vt hic iterum viuerent, & electos ærumnis, & calamitatibus afficerēt, ſed voluit inſinuare tot tantiſq; præſſuris iuſtos à ſceleratis tyrānis eſſe vexatos, vt quaſi exterritus eos ad huc timere videretur. Certa ergo res eſt quod terra, & mare, & mors, & infernus dabunt in extremo iudicio mortuos ſuos, & quod ait Dominus Eccleſiæ ſuæ apud eundem Eſa. ſtatim: viuent mortui tui, interfecti mei reſurgent: ſiue vt. lxx. habent: Reſurgent mortui, & reſurgent de ſepulchris de qua reſurrectione Chriſtus agit tùm aliàs tù apud Ioānē capite quinto. Iam verò audiamus quid poſt mortuorum vniuerſalem reſurrectionem ſubſequetur.

Reſurrectio mortuorū oſtēditur.

Eſa. 26.

Pſa. 1.

Gigantes ſūdi principes & ſuperbi tyrāni.

Ioa. 5.

¶ Et iudicati ſunt mortui, ex his quæ ſcripta erant in libris, ſecundum opera ipſorum. Huic loco obſtare videtur, id quod apud Ioa. cap. 3. Chriſtus ait: qui credit in eum non iudicatur: qui autem non credit iam iudicatus eſt. Ergo inde colligere licebit quod habentes fidem non iudicabuntur: & quod nec infideles: cum iam iudicati ſint. Hæretici nōnulli in ea fuerunt opinione, vt exiſtimarent nullum fidelem quantumcumq; peccatorem in æternas pœnas damnari: cum tamen apertè affirmet Paulus ad Gala. 5. Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornichatio, &c. Qui talia agūt, regnum Dei non poſſidebunt. Quare cū chriſtus ait: qui credit in eum non iudicatur, ideſt, non condemnatur de fide viua, & charitate formata intelligit: & ideo ſignanter non ait, qui credit ei, ſed

Ioa. 3.

Explicatur locus.

Gala. 5.

sed qui credit in eum, ideſt, qui credendo in eum tanquam in ſummum ſuum bonum amore, & charitate tendit, is non iudicatur. Secunda verò pars huius teſtimonij, ſcilicet, qui autem non credit iam iudicatus eſt: variè à ſanctis exponitur. Prima explicatio eſt Auguſtini, dicentis qui non credit iam iudicatus eſt, non quidem in re, ſed in Dei præſcientia. Iam enim præcognitus eſt apud Deum cõdemnandus. Nouit enim Dominus qui ſunt & qui non ſunt eius. Secunda eſt Diui Chryſoſtomi, qui non credit iam iudicatus eſt. Ideſt, hoc ipſum quod non credit eſt ſibi ad condemnationem. Nõ credere enim eſt lumini non adhærere, quæ magna cõdemnatio eſt. Vnde Sapien. 17. dicitur: vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati, &c. Et Tobiæ, capit. 5. Quale mihi gaudium eſſe poterit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video. Tertia explanatio eſt etiam eiuſdem Chryſoſtomi. Qui nõ credit non iudicatur ſed iam iudicatus eſt, hoc eſt, iam damnatus eſt. Ac ſi diceret: iam manifeſtam cauſam ſuæ damnationis habet. Vulgo enim dicere ſolemus de illo qui apertam, & manifeſtam cauſam habet ſuę mortis, atquè damnationis, à fulano dalde por condemnado, dalde por muerto: iam iudicatus eſt, iam mortuus eſt cõſigo lleua la ſoga arraſtrando. Vnde D. Grego. ait in iudicio duplicem eſſe ordinem. Quidam enim iudicabuntur iudicio diſcuſſionis. Illi. ſ. qui aliquid habent quod condemnationi repugnat. Hoc eſt, bonum fidei. Sed infideles quorum damnatio aperta atq; manifeſta eſt, abſq; diſcuſſione aliqua condemnantur. De his ergo dicitur: qui nõ credit iam iudicatus eſt.

Auguſt.

2. Timo. 2. Chryſo.

Sapi. 17.

Tobiæ. 5.

Chryſo.

Et Dauid ait, nõ reſurgent impij in iudicio. ſ. diſcuſſionis. Illud autem eſt annotandum, quod iudicari in ſacra ſcriptura idem ſignificat quod condenari. Cõdemnari verò eſt à vera ſalute excidere: ad quã vno ſolo itinere peruenitur, hoc eſt, per fidem in Dñm Iẽſum Chriſtum. Nõ enim eſt aliud nomen datũ ſub cœlo ſub quo oporteat nos ſaluos fieri niſi nomen Dñi Ieſu. Acto. 4. Et ideo vnuſquiſq; noſtrũ cũ Dauid dicere debet: Deus in nomine tuo ſaluum me fac. Qui ergo credere nolunt in filium Dei, à propria ſalute excidunt: quare manifeſtam habẽt damnationis cauſam: & ita iam iudicati ſunt. Hemos los de dar ſin replica por condemnados. Ita D. Tho. in Ioan. Cum hoc tamẽ ſtat quod in nouiſſimis diebus omnes quidem reſurgemus: atquè ſiſtemus ante thronum Chriſti, & tunc iudicabuntur mortui ſecũdum quod ſcriptum erit in libris conſcientiarũ: atq; ſecundũ opera ipſorũ. ſ. bona, vel mala. Bona quali ex corde facta, nam dñs inſpector cordiũ, cũ facta iudicat, penſat intentionem: quã ſi puram reperiet, probat geſta, & digna mercede remunerat: alioqui reijcit quantumuis in faciem videantur hominibus bona, & operarium damnat. Adſtruit hoc parabola decem virginum, quarum quinq; cũ lampadibus intro miſſæ ſunt: quinq; excluſſæ, & ad oleum venditoris remiſſæ. Math. 25. Adſtruit & ſimplicitas oculorũ, ne quitiaq;, Dño dicente, ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit, & corpus tenebroſum erit. Lucæ. 11. Math. 6. Vbi per corpo ſacri expoſitores opera noſtra ſignificari aiunt: per oculum verò intentionem. Opus enim bonum & ſtudioſum non erit ſi

Iudicare in ſacra ſcriptura quid.

Acto. 4.

D. Tho. in Ioa. c. 5.

Math. 25.

Luc. 11. Math. 6.

à recto fine, recta ſanaq; intẽtione deuiet. De qua re ſatis in commentarijs noſtris in diuum Lucam diſſeruimus cap. 11.

¶ Hoc autem quod in hoc loco ait Ioãnes, dixerat Paulus, vt in ſuperioribus ſcripſimus, ſcilicet, omnes nos ſtare oportere ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſquè prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. Quæ tamen verba non ſunt ita intelligenda, vt delicta à quibus abſoluti ſunt electi à iudicibus Chriſti, referenda iterum ſint ante thronum æterni iudicis, in die illo. Sed electi conſiſtent, vt enarrent ſtudioſas actiones quas geſſerunt ad impiorum confuſionem: reprobi autem & ſi inuiti, vt referant ſcelera ſua ad iuſtorum gloriam. Sicut enim ex operibus ſanctorum iudicabũtur impij: ſic ex impiorum operibus glorificabuntur pij & electi. Quare hoc loco mortuorum nomine poſſunt intelligi, & peccatores homines, qui mortui ſunt in delictis: quorum tamen aliqui pœnitentes, & dolentes de ſceleribus ſuis, vitæ ſunt reddi ti. Sicut autem iuſti nõ comparebunt ante thronum iudicis, vt enarrent peccata coram ſacerdotibus confeſſa, & abſoluta. Ita quod hîc dicitur, iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erãt in libris, ſecũdum opera ipſorum, nõ eſt intelligendum quaſi iniquitates condonatæ referendæ ſint iterum ad iudicium: ſed ſecũdum opera mala, de quibus non egerunt pœnitẽtiam in vita ſua. Illi enim quorum nomina vnigenitus Dei filius ſcribit in libro cordis ſui, poſt exoluras per cõdignam pœnitentiam delictorum pœnas, recipientur in cõſortio electorum: qui autem quandiu vitam degunt, cõtemnunt Dei donum, data ſententia diſtricti iudicis, ibunt in locum impijs conſignatum, vt perpetuò commeritas luant pœnas. Ita Cælius.

¶ *Et infernus & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis.* Omnes damnatos per methonimiam, hoc eſt, tranſnominationem appellat infernum. Quæ figura cõtingit quãdo cõtinens pro cõtento ponitur, qua vſus eſt Eſa. cap. 1. dicẽs: audi cœlum & auribus percipe terra. Eſa. 1.a Per cœlum & terram in eis cõtentos ſignificauit. Per mortem verò intelligit diabolum, & reliquos dæmones: qui omnes vna intentione mortis autores ſint. Nequè enim aliud agunt niſi mortem, cuius aculeus eſt peccatum, vt Paul. teſtatur. 1. Cor. 15. Nam vt ſcorpius in caudæ aculeo vim habet omnem, ſic mors in peccato, *mors* ergo, ideſt, diabolus & reliquus dęmoniorum cœlus, *& infernus*, ideſt, cæteri reprobi, *miſſi ſunt in ſtagnum ignis*. Ideſt, in profundum inferni. Atquè hoc idem iam in ſuperioribus dixerat clarioribus verbis. Et diabolus, inquit, qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis, & ſulphuris: quod verò hic ſubobſcure ait, & infern⁹ miſſus eſt in ſtagnum ignis, & ſuperius dixerat, quod & beſtia, & pſeudoprophetæ, hic ſtatim apertius affirmat: & qui non eſt, inquit, inuentus in libro vitæ ſcriptus coniectus eſt in ſtagnum ignis. 1. Co. 15.

¶ *Hæc eſt mors ſecunda.* Pœnam dãnatorum reſumptis corporibus appellat mortem ſecundam: primam verò mortem per peccatum in hac vita nobis paramus. Sed iam de hac prima & ſecũda morte ſatis ſuperius diximus. Solũ hic admonere par eſt, vt à morte prima fugiamus. Quod ſi propẽ tum, aut amicorum morte corporali lachrymas fundere ſolemus, & ſaccis

in-

induti domi in squalore iacemus: qua re pro animarum nostrarum morte, non multò accerbius nos ipsos affligimus? Meminerimus, quod peccatum cum cõsumatum fuerit, generat mortem. Quod si statim non resurgimus per veram animi amaritudinem, sed in lethali migramus flagitio, mortem secundam subire necessum erit. Sed ais, quæ est causa huius primæ mortis? scelus commissum. Homo enim per malitiam occidit animam suam. Sed mors hæc, dum viuimus mori potest per Christi gratiam. Gratia enim Dei vita æterna in Christo Iesu domino nostro. At mors secunda mori non potest. *Infernus*, inquit, *& mors missi sunt in stagnũ ignis, hæc est mors secunda.* Cum autem ignis ille sit æternus vt Christus apud Math. affirmat, æterna est etiam damnatorum mors, qui eo cruciãtur. Ideo prædicat idem seruator: ibunt impij in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternã. Quod & nõnulli ex Ethnicis ita tradiderunt: facilis, inquit latinus poeta, est descensus auerni, sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras, hoc opus, hic labor est. Plutarchus in libro de his, qui serió à Deo puniuntur, quẽdam afferentem inducit, homines impios, post obitum in obscurum quendam, & qui reserari nequeat locum includi. Socrates apud Xecnocratem ait, impij animam in occultum sub terræ locum migrare, & regionem illam æneis catenis vndiq; vinciri. Mercurius, Trismegistus multis etiam verbis æternam mortem in inferis depingit. Eandem sententiam habuerũt Orpheus Iamblicus, Plotinus, & ante hos Plato. Mercurij, & Platonis verba refert Cælius Rhodiginius, lib. 6. lectionum antiquarum. Nec hoc mirũ esse debet nam in omni lege tàm naturali quàm scripta, & euangelica semper hominibus lux diuina illuxit, qua intelligerent & Deum esse, & bonorum præmiatorem, & impiorum punitorem: per traditionem enim multa de futura vita comperta semper fuere.

Iaco. 1.

Sap. 16.

Rom. 6.

Math. 25. Mar. 9.

Poeta.

Plutarchus

Socrates.

Mercurius

Orpheus Plotinus Iam. Plato Cœli. Rhodigi.

¶ *Et qui non est inuentus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.* Vt tandem Ioa. de generalitate reprobo rum concludat asserit omnes qui nõ sunt scripti in libro vitæ, ideſt, omnes reprobos quos infernum appellarat, cum diabolo mitti in stagnum ignis, ideſt, gehẽnæ locũ. Hic est liber quẽ habet Christus in quo scripti sunt quot quot ab æterno ad æternam illam cæ lestem q; felicitatem sunt destinati. De quo libro satis hactenus diximus. De quo nõnulli intelligunt quod Moyses ait: aut dimitte illis hanc noxam: aut dele me de libro quem scripsisti. Et quod Dauid Psal. 68. & Christus, Luc. 10. Est autem hic liber diuina præscientia, vt in speculo apparent figuræ sensibiles, sic in libro relucẽt veritates intelligibiles. Vnde diuina præscientia in qua relucent omnes veritates liber vocatur. Et quia in hoc libro præscripti sunt quotquot sunt præordinati ad vitam æternam liber vitæ appellatur: vtinã dñe mi à te audire mereamur quod felices Apostoli audire meruerunt: gaudete & exultate quia nomina vestra scripta sunt in cœlis: quod si hoc nobis in hac vita non cõtingat, saltem Domine mitte spiritum tuum in corda nostra, qui testimoniũ perhibeat spiritibus nostris quod filij tui sumus. Da nobis Domine cœlestem gratiam, vt illa adiuti satagamus per bona opera certam facere vocationem nostram, vt tãdem cum

Exod. 32. q Psa. 68. Luc. 10.

Luc. 10.

fleterimus ante thronum tuum scri- A Amen.
pti inueniamur in libro vitæ tuæ.

Finis Cap. XX.

Intelligentia Capitis vigesimi apocalypsis.

POst partam victoriam de Antichristo vidi verum quidem angelum de cælo descendere ad relegandū diabolum per tempora multa, & data est illi clauis abyssi, & catena magna, hoc est, maxima potestas est illi a Christo tradita, ad ligandum diabolum per multa tempora in infernum, ne pro libito suo noceat iustis. Apprehendit ergo angelus draconem sæuum & astutum, serpentemq3 fraudulentum a mundi constitutione conditum, qui primum hominem decepit, calumniatorem, inquam, illum & aduersarium, & ligauit eum per annos plurimos. Post mortem enim Antichristi vincetur diabolus, & angeli eius, ne seducere quemquam possit, neminemq3 prohibere ne fidem Christi quis profiteatur. Nec tyranni principes arma tunc erigent, aut vexilla aduersus Ecclesiam, tunc enim redibunt aurea secula post hæc ostensum est mihi electorum regnum. Data pace Ecclesiæ vidi in ea iterum erectas ecclesiasticas dignitates, quæ a fera illa immanissima conuulsæ erant. Tunc enim ex his qui vicerint fient columnæ in templo Dei: sedebunt enim super sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Vidi præterea animas sanctorum martyrum, qui propter fidem Christi ab Antichristo, & satellitibus eius interfecti sunt: vidi etiam animas cæterorum sanctorum, qui & si martyres non fuerunt, tamen in virtute constantes fuerunt, nolentes adorare Antichristum, aut imaginem eius in locis publicis erectam, nec ferre insignia & notas, quas sui sectatores gestabunt, vt ab aliis discriminetur. Hi secundum animas viuent, & regnabunt in patria illa cælesti cum Christo tempore multo, & hæc animarum felicitas appellatur resurrectio prima: impij verò qui vita æterna non fruuntur, & infeliciter obierunt, mortui potius quàm viui dicendi sunt: qua morte inferorum longe illo tempore afficientur. Beatus sanè est ille, eo quod sit sanctus, qui habet partem in resurrectione prima, hoc est, in animæ glorificatione. Quia in his secunda mors animæ, id est, damnatio sempiterna non habebit vnquam pote-

potestatem. Non enim tanget illos tormentum mortis, cum in manu Dei sint. Hi profecto regnabunt in patria illa cælesti, multo tempore cum Deo, & tanquam sacerdotes semper sacrificium laudis offerent Deo patri, & Christo domino. Et cum consumata fuerint tempora multa, soluetur Satanas de carcere suo, liberiusq3 sæuire, & seducere fideles permittetur. Seducet enim de omni natione orbis aliquos, & maxime inter cæteros deducet gog & magog gentes quidē immanitate barbaras in intima Scythia trans caucasum degentes, quorum ministerio ad expugnandos fideles vsurus est diabolus, qui numero arenam maris æquabunt: quos cum cæteris gentibus congregabit in prælium, hi ascenderunt super latam terram, & castra sanctorum aciesq3 fidelium, & ciuitatem sanctam Ecclesiæ circuierunt: Et subito illis innopinātibus descendit cælitus ignis verus qui illos deuorauit, proiectusq3 est in stagnum ignis, & sulphuris, hoc est, in infernum diabolus, vbi cum Antichristo fera immanissima, & eius præcursoribus perpetuas pœnas daturus. Post hæc vidi filium hominis venientem super thronum magnum, & candidum ad iudicandum mortales: eius sane aspectu tam terribilis videbatur, vt prætimore viderentur fugere cælum & terra: & fugient quidem cælum istud aereum, & terra ista, quando igni conflagrationis exurantur. Veniente siquidem domino inopinate, elementa calore soluentur, & cæli magno impetu transibunt. Et tunc non inuenientur secundum priorem faciem, habitum, & speciem, ita vt iam non videantur comparere suis in locis. Tunc vidi omnes mortuos pusillos & magnos adesse ante thronum Christi, vt redderet vnusquisq3 rationem talenti sibi commissi. Quo facto libri conscientiarum aperti sunt, vbi sine dissimulatione, quam quisque vitam egerit, legetur. Et alius liber apertus est, qui est liber vitæ atq3 prædestinationis, qui vsquè ad illam diem latuit incognitus. Tunc enim palam fiet, qui reprobi sint, qui electi. Et iudicati sunt mortui, ex his quæ scripta erant in libris suarum conscientiarum: nimirum inuicem cogitationibus accusantibus, aut defendentibus. Et mare dedit mortuos suos, nam etiam qui submersi sunt, tunc resurgent, licet eorum non appareant corpora: & mors dedit mortuos suos, hoc est, vniuersi quo quomodo occisi sint, etiam damnati, & incineres redacti, suscitabuntur. Et si damnati sint perpetuò cruciandi, tamen eorum animæ tunc ad corpora redibunt, nequè hanc obrem à pœna liberabuntur. Et iudicatum est de singulis secundum opera sua. Et

mors,

mors, hoc est, diabolus mortis & peccati autor, & infernus, hoc est, cæteri reprobi missi sunt in profundum inferni. Hæc est mors secunda cum sit damnatio corporis & animæ. & vt vno verbo dicam, omnes cum diabolo & eius angelis, qui non sunt scripti in libro vitæ, missi sunt in infernum, audientes: ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.

CAPVT VIGESSIMVM primum. Argumentum.

Cœlorum & terræ innouatio, & ſuperna Hieruſalem deſcriptio hoc capite habetur.

ET vidi cœlum nouum & terram nouũ. Primum enim cœlum, & prima terra abiit, et mare iam non eſt. Et ego Ioannes vidi ſanctã ciuitatem Hieruſalem nouam, deſcendentem de cœlo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus: et habitabit cum eis, & ipſi populus eius erunt: & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus, et abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierũt. Et dixit qui ſedebat in throno, Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi, Scribe, quia hæc verba fideliſsima ſunt & vera. Et dixit mihi, Factum eſt. Ego ſum α & ω: initium et finis. Ego ſitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis. Qui vicerit, poſsidebit hæc. et ero illi Deus: & ille erit mihi filius. Timidis autem et incredulis, et execratis, & homicidis & fornicatoribus, & veneficis, et idolatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in ſtagno ardenti igne et ſulphure, quod eſt mors ſecũda. Et venit vnus de ſeptẽ angelis habentibus phialas plenas ſeptem plagis nouiſsimis, & locutus eſt mecum, dicens, Veni, & oſtendam tibi ſponſam, vxorem agni. Et ſuſtulit me in ſpiritu in mõtem magnum et altum: & oſtẽdit mihi ciuitatem ſanctam Hieruſalem, deſcendẽ

Eſa. 65. c & 66 g
2. Pet. 3. c
Eſa. 25. c
Eſai 43. c
2. Co. 5. d

tem

tem de cœlo à Deo, habẽtem claritatem Dei, et lumen eius simile lapidi pretioso tanquam lapidi iaspidis, sicut crystallum. Et habebat murum magnum et altum, habentem portas duodecim: et in portis, angelos duodecim & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel. Ab oriente, portæ, tres: & ab aquilone, portæ tres: et ab austro portæ tres: et ab occasu, portæ tres. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim et in ipsis duodecim, nomina duodecim Apostolorum agni. Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arũdineam auream, vt metiretur ciuitatem & portas eius et murũ. Et ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est quanta & latitudo: & mensus est ciuitatem de arundine aurea per stadia duodecim millia, & longitudo et altitudo & latitudo eius æqualia sunt. & mensus est murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum, mẽsura hominis quæ est angeli. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa verò ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo. Et fundamẽta muri ciuitatis, omni lapide pretioso ornata. Fundamentũ primum, iaspis: secundum, sapphirus: tertium, calcedonius: quartum, smaragdus: quintum, sardonyx: sextũ, sardius: septimum, chrysolitus: octauum, beryllus: nonũ topazius: decimum, chrysopasus: vndecimum, hyacinthus: duodecimum, amethyst 9. Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt, per singulas: & singulæ portæ, erant ex singulis margaritis: et platea ciuitatis aurũ mũdum, tanquam vitrum perlucidum. Et templum nõ vidi in ea. Dñs enim Deus omnipotens templum illius est & agnus. Et ciuitas nõ eget Esa. 60 d
sole neque luna, vt luceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit eã, & lucerna eius est agnus. Et ambulabunt gentes in lumine eius, & reges terræ afferent gloriã suã & honorem in illam. Et por-

tæ

ta eius non claudentur per diem. Nox enim non erit illic. Et afferent gloriam, & honorem gentium in illam. Non intrabit in eā aliquod coinquinatum, abominationem faciens & mendacium nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.

Caput XXI.

ET vidi cælū nouum, & terrā nouam primum enim cælū, & prima terra abiit, & mare iam non est.

¶Pro huius capitis intelligentia atq; multorum aliorum locorū huius Apocalypsis aliarumq; scripturarum hic annotare libet quod Spiritus sanctus multoties subeisdem scripturæ verbis plures voluerit significare sententias. Spiritu sancto, inquit Augustinus, factum est, vt eiusdē scripturę locus multis sit sensibus fœcundus. In libro sapientiæ legimus: est spiritus intelligentiæ sanctus, vnicus, multiplex. Secundo ergo sensus datur à sanctis. Alter literalis, alter mysticus. Eum vocāt literalem, qui verbis atq; nominibus, aut proprie, aut metaphoricè acceptis à spiritu sancto asseritur quare & literalis sensus semper est verus, plerumque per orationem tropologicam, aut metaphoricā designatus, qui si fuerit de corporalibus rebus, aut gestis, aut gerendis ad aliquod spirituale designandum & figurandum, asseritur nō propter se, sed quatenus propter res alias corporales prouehatur intellectus ad altiorem quēdam sensum de rebus sublimioribus. Et tūc geminus erit vnius orationis sensus, alter literalis, alter mysticus, per literalem adumbratus: veluti cum Deus filijs Israel pollicetur terram fluentem lac & mel. Si verò fuerit de rebus mysticis seu cœlestibus vna erit solum locutionis sententia, veluti cum apud Lucam ait dñs. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, est aptus regno Dei: loquitur nō de corporali aratro: nō de admotione carnalis manus, nec de corporali aspectu post tergum, sed de aratro professionis euangelicæ, qua terra, id est, cor hominis terrenū aratur, euersis huius mūdi desiderijs: vt quē piam admouisse manū ad aratrum, sit iam ipsum semel mancipasse cor suum ad negocium euangelicum, & renunciasse terrenis. Respicere autem retro, sit retrorsum ire, & rursus apponere ad ea quibus semel renuntiauerat. Et ideo huius loci non geminus sed vnicus est sensus. Sic etiam, vt ad propositum nostrum deueniamus, locutiones Diui Ioānis in hoc capite de cœlo nouo, & de terra noua, de omnibus innouandis, de Hierusalem noua descendente de cœlo, & de tabernaculo Dei cum hominibus, de potu aquæ viuæ, cæterisque id genus alijs, de quibus in hoc capite agit Ioannes, non geminam habet sententiam, sed vnicam mysticam, quæ & literalis est, significata per nomina, & verba metaphoricè accepta. Hanc regulam nō animaduertentes olim multi patres decepti sunt circa intelligentiam veram sacrarum scripturarum.

Luc. 9.

Augustin. de doctr. chr. cap. 29.

Sap. 7.

De sensu literali & mistico.

Deceptus eſt Papias Ioānis Apoſtoli auditor: Tertulianus, Lactantius, Victorinus, Seuerinꝰ, & ègræcis Irinæus, & Apollinarius, qui aliquantulum iudaizantes, cōtenderunt, vt ſuperius diximus mille annos futuros, in quibus Chriſtus ſit corporaliter regnaturus in terrena Hieruſalem. De quo Diuꝰ Hiero. in com. ſuper. cap. 36. Ezechielis. Iam igitur ad textus explicationē accedamus.

Hiero.

¶ *Et vidi cœlum nouum & terram nouam.* Paulò ante dixit cœlum & terram fugiſſe à facie ſedentis, quod & in hoc loco ſtatim ait: *Primum cœlum, & prima terra abiit.* Nunc ſe noua ea vidiſſe, nō ſubſtantia, ſed qualitate, ipſis in perfectiorem naturam commutatis, & ab omni alteratione liberatis. Tunc enim implebitur quod Eſaias ait: Ecce Dominus diſſipabit terram, & nudabit eam, & affliget, faciem eius, & diſperdet habitatores eius. Deus enim in fine mundi vniuerſam terrā vaſtabit, & nudabit ab habitatoribus, ita vt relinquatur maneatquè deſerta. Et affliget faciem eius, hoc eſt, dabit ei aliam faciem, & figuram. Et diſperget habitatores eius, hoc eſt, iuſtos ad gaudia æterna perducet, impios verò ad inferorum ſupplicia. Eſſe terram tunc tranſituram, & cœlum, iam ſuperius oſtendimus ex verbis Chriſti Mathæ. 24. Et ex Pau. 1. Cor. 7. Et ad Hebræos. 1. & ex Pſalmo. 101. Et tu in principio Domine terram fundaſti opera manuum tuarum ſunt cœli: ipſi peribunt, tu autem permanebis, & omnes vt veſtimentum veteraſcēt. Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur. Quamuis ergo dicat Eccleſiaſtes. ca. 1. Terra autem in æternum ſtat: hoc eſt, intelligendum per eſſentiam, ſed præteribit & mutabitur ab eo ſtatu, in quo nunc eſt, & figuram ſuam amittet. Niſi velis locum iſtum explanare in hūc modum: terra autē in lōgum tempus ſtat. In æternum, ſi quidem pro longo tempore vſurpari ſolet in ſacra ſcriptura. Exo. 21. dicitur: & ſeruient in æternum, ideſt, in longum tempus, hoc eſt, ad iubilæum. Anno enim illo omnes liberi manebant. Vt dicitur Leui. 25. Sed quicquid de hoc ſit certa res eſt terram tranſituram eſſe, & terram nouam futuram. Vidi, inquit, cœlum nouum, & terram nouam. Primum enim cœlum, & prima terra abiit. Non quod alia terra, & aliud cœlum condendum ſit, ſed ait renouanda eſſe ea ipſa, quæ nunc ſunt. Ita patres locum iſtum explanant. Qua de re vide ea, quæ ex Diuo Petro, ſecunda ſua Cano, capite tertio. Copioſè ſuperius tractauimus. Exterminatis ergo omnibus, quæ corruperunt terram, cœlum nouum, hoc eſt aer nouus, & terra noua, ignis exuſtione reddetur, ſpecie noua, & meliore quam prius. Tunc enim congregationes aquarum, deſinent in terra, tumores montium æquati erunt, aqua in ſuam ſpeciem redibit: ita vt cryſtallum potius quàm aquam ſpecie exhibeat.

Explicatur locus.

Exo. 21.

Leu. 25.

2. Pet. 3.

¶ Sed ais, quid eſt in cauſa vt ſolum meminerit D. Ioa. trium elementorū hoc eſt, terræ, aeris, & aquæ, nulla mētione facta de igne. Ad hoc dices cum D. Thoma, non feciſſe mentionem ignis, quod parua, aut nulla ſit corruptione fedatus: & illius vi ac virtute elementa æterna ſint tunc emundanda ac purificanda. Ignis enim ante ipſum præceder, qui omnia alia elementa cō flagrabit. Eſt quidem hoc elemētum maxime actiuum: minimum habens

D. Tho.

Eſa. 24.

Math. 24.
1. Co. 7.
Heb. 1.
Pſa. 101.

Eccle. 1.

de

de materia, maximũ verò de ſpecie.

Et mare, inquit, *non iam eſt*. Non putes ex his verbis quod elementum aquæ tunc eſſe deſinet: ſed quod ipſum mare, mare forſan eſſe deſinet, ideſt, amarum, terreum, ac ſalum. Tunc ſi quidem in perfectionem euadet aquę
D.Tho. elementaris. Ita Diuus Thom. & alij. Erunt tunc elementa ſuis locis conſtituta, terra in mundi medio, aqua operiens totam terram, aer aquam, & ignis aerem tellus iam non vltra, arborum, aut herbarum fructus proferet: nec vllo amplius fungetur munere: præterquam quod intra viſcera herebum igne perpetuo damnatos coquente continebit. Sed quæres, quæ ratio tunc erit renouationis mundi. Nam mundus conditus eſt propter homines: ſed poſt partam beatitudinem non indigebit homo huius mundi inferioris obſequio, hoc eſt, elemẽtorum: non igitur eſt quare elementa renouentur. Ad hoc reſpondet inter alios doctor ſanctus quod mundus innouabitur, non vt homini ſeruiat, ſed vt homo Deo renouatori propter hoc magnas gratias habeat in perpetuum. Nam mundum in gratiam hominis renouare, & hoc renouationis præmio afficere, aliud non eſt, quam hominem ipſum in mundo præmiaDTho. ri. ¶Tunc nihil erit, quod non ſit omnibus numeris abſolutum. Dies enim Domini vocabitur tempus illud omne, quod ſanctificabit in æternum. In cuius figuram olim Dñs ſanctificauit Sabbatum, in quo requieuit
Gen.3. Eſa.vlt. ab omni opere. Hoc eſt felix illud ſabbatum: de quo Eſai. vlti. dicitur: quod erit perpetuum ſabbatum ex ſabbato. qui enim verè hic ſabbatum colunt, ac Deo vacant, ad ſabbatum illud precioſum, & amabile permeabunt: quibus erit ſabbatum ex ſabbato, iuxta prophetæ vaticinium. In hoc ſabbato, omnis labor, & dolor, afflictio, calamitas & ærumna penitus procul valebunt: & pax ſumma, gaudiumq; plenum ac perfectũ ſubſequetur. In quo renouatis omnibus requieſcent electi quemadmodum requieuit Dñs à labore. Hæc eſt requies terrę promiſſę, inquam, tandem electi, poſt varios caſus poſt multa pericula rerum introierunt, vt Apoſtolus docet in epiſto. ad He. c. 4. ¶Hoc eſt tempus illud, in Hebræ. 4.
quo perfecte implebitur illud qđ vates quidã ait dei nomine: ecce .n. ego Cælius.
creo cęlos nouos, & terrã nouam, & Eſa. 65.
nõ erũt in memoria priora, ac ſi diceret: ecce ego nouum mũdũ cõſtituo. Quod nõ ſolum impletum eſt quando Dei filius in mũdum homo factus venit, tũc enim nouos cælos, hoc eſt, Apoſtolos cõſtituit: nouamq; terram populi fidelis: ſed multo perfectius id fecit in ſecũdo aduẽtu, quãdo cœlum nouum, & terram nouam ac ciuitatẽ ſanctam Hieruſalem cõdidit. Hoc idẽ prædixit idẽ vates alio in loco. Quia
Eſa. 66. g ſicut cœli noui, & terra noua, quę ego facio ſtare coram me, dicit dñs Deus, ſic ſtabit ſemen veſtrum, & nomen veſtrũ. Et erit mẽſis ex menſe, & ſabbatum ex ſabbato, veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea dicit Dñs. Et egredientur, & videbunt cadauera virorum qui præuaricati ſunt in me. Vermis eorum nõ morietur, & ignis eorum nõ extinguetur, & erũt vſquè ad ſatietatem viſionis omni carni. quę verba etiam ſi de primo Chriſti aduẽtu explicari poſſint, de ſecũdo ſimplicius explanare poteris. Tũc.n. ait Ioa. vidi cœlum nouũ, & terrã nouã. Tũc ſtabit ſemẽ iuſtorũ corã dño. Et ſẽper quieſcet & adorabit oĩs electorũ caro.

faciem Dei viuentis. Et egredientur à consideratione sui, ad impiorum consideratione, & videbunt eorum cadauera. Vbi vocat impios cadauera, & corpora absq; anima. Quid enim aliud est impius peccator quàm cadauer & phantasma? Caret enim anima hoc est, gratia. Heu miseros illos nam postquam in stagnũ ignis fuerint missi vermis eorum non morietur, hoc est, cruciatus atq; conscientiæ morsus semper illis in inferno durabit, vbi igni inextinguibili, & æterno torquebũtur. Interim verò quod hæc omnia eueniunt satagamus nos immaculatos seruare parentes & obedientes, D. Petro qui in. 2. sua Cano. cap. 3. ait: Nos uos cœlos, & nouam terram, & promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Propter quod chariſſimi, hæc expectantes satagite, immaculati, & inuiolati ei inueniri in pace, & Domini nostri longanimitatem, salutem arbitramini. Ac si diceret nos igitur sumus in quibus iustitia habitat, & qui cœlos nouos, & terram nouam, & promissa expectamus. Eo enim sperare in promissis debemus, si quidem iustè viuamus. Propter quod chariſſimi, cum promissa certò expectent, ij in quibus iustitia habitat, vos qui eadem promissa expectatis, date operã immaculati, & inuiolati, & inculpati inueniri apud Dominum in pace: & quod longanimi suos Dominus ad pœnitentiam tandiu sustinet, nolite existimare esse promissionis dilationẽ & tardationem, sed salutem arbitramini, arbitramini, inquam, ob vestrã salutem id facere.

Petrus epist. 2. c. 3.

A B C D

¶ Et ego Ioannes vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cœlo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnã de throno dicentem: ecce tabernaculum Dei cum hominibus: & habitabit cum eis & ipsi populus eius erũt: & ipse deus cum eis erit eorum Deus. Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorũ: & mors vltra non erit, neque luctus, neq; clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierũt. Et dixit qui sedebat in throno, ecce noua facio omnia. Et dixit mihi: Scribe, quia hæc verba fidelissima sunt & vera. Et dixit mihi: factum est. Ego sum, α, &, ω, initium & finis.

Esa. 25. a

Esa. 34. c
2. Co. 5. d

¶ Describit hic D. Ioa. iustorum felicitatem sub typo ciuitatis sanctę Hierusalem: post descriptionem innouationis elementorum. Et meritò hunc seruauit ordinem, vt de terrenis his rebus ac visibilibus ad cœlestia, & inuisibilia contemplanda ascendamus. Ait ergo Euangelista.

¶ *Et vidi ciuitatem sanctã Hierusalẽ,* Hæc est ciuitas illa de qua cecinerat Dauid Psal. 45. Fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei. Et Saluator apud Math. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Et Apostolus ad Hebræ. 11. accessistis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalẽ cœlestem, & multorum millium angelorum frequentiam explicans autẽ quid per hanc sanctam ciuitatem significare vellet: addit statim. Et Ecclesiam primitiuorum, qui cõscripti sunt in cœlis. Ecclesiam catholicam vocat montem Sion, quoniam vbicumquè illa sit, siue militans in terra, siue triũphans in cœlis, sublimis est, & Deum in sublimitate contemplatur. Sion enim speculam sonat. Vocat etiam illã ciuitatem Hierusalem, quoniam in ea pax maxima viget spiritus, trãquillitas regnat. Hierusalem enim idem est quod visio pacis. Hæc est ciuitas illa de qua regius vates canebat admiratione maxima detentus Psal. 86. Glo-

Ecclesia vocatur ciuitas sancta Hierusalẽ & quare. Psa 45. Math. 5. Hebr. 11.

Psa 86.

rio-

rioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Quid poterat eſſe ei glorioſius, & honoratius quàm eſſe non hominum ingenio inani & vano, ſed Dei arte & ſapientia ædificatam. Eius optimates nimirum prophetæ, Apoſtoli & Euangeliſtæ mundum debellarunt. Hi fuerunt huius ciuitatis fundamenta iacta ſuper Chriſtum præcipuum fundamentum: qui virtutum montes appellantur, vnde Dauid ait: fundamenta eius in montibus ſanctis. Chriſtum autem eſſe primum ac præcipuum fundamentum docet Paul. 1. Cor. 3. Fundamentum autem nemo poteſt ponere, præter id quod poſitū eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Hæc eſt vrbs illa de qua Eſaias ait: vrbs fortitudinis noſtræ Sion, Saluator ponetur in ea, murus & ante murale. Et Hieremi. Ecce dies venient, dicit Dominus, & ædificabitur ciuitas Domini. Hæc ergo eſt ciuitas, quam deſcribit noſter Euãgeliſta, non iam tãquam militantem, & peregrinantem in hoc exilio, ſed vt triumphantem in cœlo, & in patria.

1. Co. 3.

Eſa 16.

Hier. 31.

Eccleſiavocatur noua ciuitas, & quare.

¶ *Nouam* Nouam ciuitatem vocat tum ob nouam corporum glorificationem, vt Gagneius ait: tum vt nõ intelligamus hoc eſſe dictum de veteri illa ciuitate quæ ſeruit cum filijs ſuis: vt annotauit Abbas Ioachim. Tum etiam quia in Chriſto qui nouus homo eſt, regenerata: & per baptiſmi gratiam in nouitate, ſpiritus ambulãs. Et filij eius omnes noui ſunt exuẽtes veterem hominem induẽtes nouum qui ſecundum Deum creatus eſt, in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. Vt ait Cælius. Vidit ergo Ioãnes ſpiritu rapt⁹ Eccleſiam illam ſanctorum omni vetuſtate purgatam, glorioſam corpore & anima ac fulgentem plus multo quam dici poteſt tunc inquit fulgebunt iuſti ſicut ſol. non enim inuenit aliam ſimilitudinem aptiorem Chriſtus apud Mathæum. cap. 13. id quod primus in ſeipſo transfiguratus in excelſo mõte exhibuit, quando facies eius reſplenduit ſicut ſol. Tunc fundamenta huius ciuitatis, hoc eſt, Petrus, & Ioãnes, & Iacob⁹, Moyſes, & Elias, ſplenduerunt, vt iam illo exemplari intueremur ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam.

Gag. Abbas Ioa.

Cælius.

Math. 13.

Math. 17. Luc. 9.

¶ *Deſcendentem de cœlo.* Non locali motu dicitur hæc ciuitas deſcendere de cœlo, ſed emanatione, & origine. Trahit enim Eccleſia originẽ à Deo. Omnes enim ciues eius non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri ſed ex Deo nati ſunt. Nata eſt Eccleſia tamq; filia per gratiam cœleſtem. Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à patre luminum. Vnde D. Ioan. in. 1. ſua Cano. cap. 3. ait: vos ex Deo eſtis: & ibidem: nos ex Deo ſumus. Item. c. 5. Omnis qui credit, quoniã Ieſus eſt Chriſtus ex Deo natus eſt: & omnis qui diligi eum, qui genuit, diligit eum qui natus eſt ex eo. Rurſum, ſcimus quoniam ex Deo ſumus. Quibus locis comprobatur hæc veritas, quoniã Eccleſia ſanctorum per ciuitatem nouam Hieruſalem intellecta verè de cœlo deſcendens eſt, de cœlo originem ducens: quoniam de cœlo venit verbum vitæ ad nos, in quo nati ſum⁹ ex Deo. Iacobi. 1. Voluntariè genuit nos verbo in veritatis, vt ſimus initiũ aliquod creaturæ eius. Ac ſi diceret voluntate, & non neceſſitate domin⁹ genuit nos non carnaliter ſed ſpiritualiter per fidem in verbum, & vnigenitum verbum ſuum, vt ſimus primitię ſine vt principatum obtineamus in-

Eccleſiam de cælo deſcẽdere quid ſit.

1. Ioa. 3.

Cælius. Iacob. 1.

Gag.

ter creaturas eius. Non autem intelligas, vt ait Abbas Ioachin, quod Euangelista noster ita intuitus fuerit hanc sanctam ciuitatem Dei nouam Hierusalem, quasi tunc descenderet de sublimi cœlo, sed vt initio dicebamus, quæ ortum haberet ac origine descenderet de cœlo per verbum Dei : eo ergo modo descendens esse dicitur, quo desupernis est, ex Deo videlicet genita. Certũ est enim quod filij descendere dicuntur à parentibus à quibus sunt geniti. Hinc colliges quàm indignum sit atq; rationi dissonum fideles homines peccare: offendunt siquidem patrem Deum à quo originem ducunt: non enim nos pudet tantum patrem offensa, & iniuria afficere. Qui verus filius esse probatur pro suis viribus nititur ei in omnibus semper placere, ac cunctis mandatis eius, vel libentissimo animo parere. Vnde D. Ioãnes in. 1. sua Cano. cap. 3. ait: omnis qui natus est ex Deo peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet: & non potest peccare quoniam ex Deo natus est. Nullus enim filius quandiu filius Dei est, & ex deo natus peccatum aliquod admittit: qđ si in crimen aliquod labatur iam desinit esse filius Dei quamuis aliàs fidem gratia priuatam habeat. Nõ igitur degeneremus: quod si aliquando degenerare cõtingat aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustũ: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, ad illum lachrymis, & animi dolore adeamus: ut iterum in gratiam restituti filij Dei nominemur, & simus.

¶ Secundò, *Descendentem* ait, *de cœlo*, se vidisse ciuitatem hanc. Quia Ecclesia sancta quæ diuina contemplatione versatur semper in cœlo, descendere solet ab illa cœlesti contemplatione ad sui agnitionem & cõsiderationem. Descendit, inquam, per animi humilitatem ad suæ animaduersionem fragilitatis. Tanta enim est humilitas Ecclesiæ, vt quamuis se esse Dei filiã per gratiam cognoscat, non se filiam sed ancillam Domini vocet: optime sciés id quod vates ait: excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit: & rursum, ad quem respiciam nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos? Item illud: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Didicit enim à magistro, & spõso suo Christo hanc cordis humilitatem : semper illius verbi memor: discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Ipsa est enim arca testamenti, non solum foris sed intrinsecus deaurata, & diuinã legem, virgam Aaronis, & mãna cibum cœlestem cõtinens. Intus enim & foris deaurata est Ecclesia virtute humilitatis cæterarumq; virtutum. Ipsa est tabernaculum Moysis in parte interiori ex cortinis, & præstantibus aulæis mirabiliter decoratum. Ex parte verò exteriori sagis cilicinis contectum, spiritus Ecclesiæ in Deum elevatus tandem humilitate contegitur. Ipsa est, quæ semper ait: Domine non est exaltatum cor meum, nec elati sunt oculi mei, nec ambulaui in magnis, nec in mirabilibus super me. Intrat Ecclesia in lutum, & calcat: subingẽs tenet, siue terit laterem, vt Nahũ admonet. c. 3. Humiliatur Deo, & expectat manus eius. Vt Ecclesiasticus præcipit. Contigit illi quod accidere solet in excelsis ædificijs, in quibus cõstruendis solent opifices lapides elaboratos sursum ferre funibus volubili artificio in sublimi constitutis. Et quãto plus funis ex vna parte descendit, atq;

Quam sit dissonũ rationi fideles peccare cũ a deo originem ducant.

1. Ioa. 3. b

1. Ioa. 2. a

1 Ioa. 3. a

Humilitas vera ecclesiæ describitur.

1. Pet. 5. b

Matth. 11.

Exod. 26.

Psal. 130.

Nahum. 3.

similitudo

atq; vi & attractione fabricatorum de A primitur, tanto altius ex altera parte extollitur cum lapide: sic quanto se Ecclesia sancta abiectius per suæ fragilitatis cognitionem deprimit: quanto q; magis de cõsideratione cœlesti ad sui considerationem descendit tanto sublimius ascendit perdecus & ornamentum: vnde non sine mysterio ait se vidisse ciuitatem Hierusalem descẽdentem, non autem dicit se vidisse eã cadentem de cœlo: sed cum superius B describit Babylonem, inquit, cecidit cecidit Babylon illa magna. Nam superbus cadit, humilis autem non habet vnde cadat, sed vnde descẽdat. Id circo Salomon tradit in libr. Prouer. Prouer. 29 c. 29. Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria. Hoc est, superbia deijcit, & præcipitat hominem: humilitas autem, & descẽsus spiritus, hoc est cognitio propriæ mi- similitudo seriæ, gloria & felicitate fruetur. Vt C fortissima pinus insigni magnitudine, & proceritate, quia vento ac procellis resistit, radicitus euellitur, aut frangitur: harundo autem quia quo pellitur inclinat, & vergit manet in columis: sic Babylon, idest, ciuitas diaboli confusione plena etiam si sit margaritis & lapidibus preciosis, hoc est, diuitijs cumulata, tamen quia superbia, & elatione erecta in cœlum ascendere vult, Deoq; nedum sanctis & electis cedere, turbine iræ cœlestis deijcitur: & in D stagnum ignis præcipitatur: at ciuitas sancta Hierusalem quia indignam se esse pane quo vescitur intelligit, rerũ aduersarum vndis locum dat, atque illis percussa descendit per propriam sui cognitionem: ex quo fit vt nõ frãgatur: sed integra perseuerans, procella translata erigatur. Flectitur, nõ frangitur vndis. Cum enim sit Dei sapientia plena, & animi fortitudine præstãs, non potest calamitatibus frangi: descendere poterit, cadere non poterit, & ideo non cadentem sed descendentem eam vidit Ioa.

¶ Tertiò vidit hanc ciuitatem sanctorum descendentem de cœlo empiræo, vt corpora resumant, & in iudicio compareant. Descendet quidem tunc filius hominis magna stipatus, sanctorum, & angelorum, & electorum multitudine ad iudicandum mũdum.

Ecclesia a deo parata est & quo modo.

¶ *A Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.* Imprimis obserua qđ Ecclesia sancta, *para est à Deo*, parata autem charitate, & sanctis actionibus, ac virtutum charismatumque varietate. Non enim sibi arrogat id quod est illa ciuitas sancta, sed à Deo se accepisse quidquid habet, nõ suis meritis sed cœlesti gratia cognoscit, & sempiternas agit gratias. Intelligit quidem admirabilibus ac pulcherrimis ornamẽtis magnificentissimè à Deo & Christo sponso suo esse decoratam, & deo ipso munitam. Ipsam enim intuens regius vates ait: Astitit regina à dextris Psa. 44. tuis in vestitu de aurato circũdata varietate. Cuius omnis gloria ab intus in fimbrijs aureis, ineſſe probatur, idest, non in carne sed in spiritu. Quæ sicut per se ipsam à Deo est, ita & ornatus eius atquè adeò omnis apparatus interior & exterior: vbi per aurum, & precioſas alias vestes, præclaræ, multæ, ac variæ virtutes quibus à Deo est Ecclesia adornata, significantur. Omnis autem Ecclesiæ decor, & pulchritudo, & virtutes sunt intus in ipsa Ecclesia constitutæ: at ita interiori ornatu est à Deo parata, vt exteriorem etiam habeat. Contulit enim illi sponsus aureas fimbrias hominum conspe

Gui obiectas,& exemplorum bonorum varietatem in operibus exterioribus apparentem. Huius primus typus &figura fuit olim tabernaculum, ſecundus verò fuit templum Salomonis:quorum vtrumque erat admirabili ornatu,& apparatu auri, & argenti atq; precioſarum rerum, de quibus Exod.25.& ſequentibus duobus capitibus.Item.36.& ſequenti.Et.3. Regum. 6.& ſequen.Et.2.Para.3.&.4. Quantũ verò placeat Deo huius ciuitatis pulchritudo ſtatim aſſeritur in prædicto Pſalmo.Concupiſcet,inquit, rex decorem tuum,quoniam ipſe eſt dominus Deus tuus,& adorabunt eũ.Quę verba non ſunt ita accipienda, quaſi aliquid in Eccleſia ſit quaſi ex ipſa, in quo oblectari poſſit ſponſus. Quicquid enim in Eccleſia eſt decorum, & amabile,ex ipſo eſt.Vt in hoc loco vides.Quare quod ſponſæ dicitur,cũ cupiſcet rex decorem tuum intelligitur de decore & ornatu quo ipſe eam adornat.Parata ergo eſt,&ornata hęc ſancta ciuitas à Deo. Sed quali ornatu?audi quid dicat.

Exo.25.& 36. 3.Regu.6. 2.Para.c.3 &4.

¶ *Sicut ſponſam ornatam viro ſuo.* Mira profecto res quot nominibus Eccleſia catholica in ſacra ſcriptura vocetur.Nunc templum, nunc arca nunc Sion,turris Dauid, columna & firmamentum, nunc tabernaculum, Hieruſalem vrbs,mons ſanctitas, ciuitas regis,domus Iacob, vinea electa, regnum Dei,aurora,ciuitas Dei, nũc domus Dei,mater, fons ſaluatoris, fons Iſrael,tota pulchra, ſoliũ Dauid, Hieruſalem noua, deniq; appellatur ſponſa Chriſti. Hæc namq; eſt templum Dei,quod vigebit memoria omnium ſeculorum,nulloq; poterit incendio amitti, nulla vi tempeſtatum obrui,nullis dæmonum machinis expugnari.Hæc eſt arca Noe,quæ nullis potuit diluuij fluctibus ſubmergi. Hæc eſt vera Sion, ſiue vera ſpecula de qua regius vates canit:Diligit Dominus portas Sion,ſuper omnia tabernacula Iacob.Hæc eſt turris illa Dauidis,quæ ædificata eſt cum propugnaculis,ex qua mille clypei pendent, & omnis fortium armatura.Hæc eſt domus illa Dei,vt ait Paul. colũna,& firmamentum veritatis. Hanc vocat in hoc loco Ioãnes, tabernaculum Dei cum hominibus.Hæc eſt vrbs illa de qua Eſaias ait:vrbs fortitudinis noſtrę Sion, Saluator ponetur in ea,murus& ante murale.Deus enim eſt eius murus,vt ipſe apud Zachariam affirmat dicens:ego ero eis murus,ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius. Hæc eſt mõs ille ſanctus, de quo prædixit Eſaias fore, vt nihil nocebit habitantibus in eo.Non,inquit,nocebunt, & non occident in vniuerſo monte ſancto meo.quia repleta eſt terra ſcięntia Domini.Hoc eſt,qui ante feris, ac belluis,peſtiferisquè ac venenoſis animalibus ſimiles erant, fidem Chriſti profitentes minime nocebunt habitãtibus in monte ſancto,hoc eſt, in Eccleſia ſancta, quia plena erit ſcientia Domini perinde vt aquæ maris omnia tegunt.Deniq; ne in longum, ſermonem protraha,hæc eſt ciuitas ſancta Hieruſalem,hæc ſponſæ in hoc loco comparatur. Hæc eſt ſponſa illa, quam reſpiciens Eſaias olim dicebat. cap.62.Et gaudebit ſponſus, ſuper ſpõſam.Et vt explicaret propheta,quis eſſet hic ſponſus,&hæc ſponſa addit ſtatim. Et gaudebit ſuper te Deus tuus, vbi vides Eccleſiam eſſe Dei ſpõſam. Hæc eſt ea quam Salomon inducit in canticis cum ſponſo ſuo Chriſto loquentem.De qua ait Diuus Paulus ad

Gene.6. Eccleſia arca Noe. Eccleſia Sion. Pſ.86. Cant.4. Eccleſia turris Dauid.

1.Timo.3. Eccleſia columna & tabernaculum & vrbs Eſa.26.

Zach.2.

Eccleſia mons ſanctus Eſa.11.

Eccleſia Hieruſalẽ.

Eſa.62. Eccleſia ſponſa.

Pluribus nominibus appellatur Eccleſia in ſacra ſcriptura.

Eccleſia tẽplum.

Epheſ.

Ephe.5. Ephes.5. Viri diligite vxores vestras,si cut Christus dilexit Ecclesiã, & tradi-
dit semetipsum pro ea. Christus enim
Christus sponsus ecclesię. Ioan.3. sponsus eius vocatur à Baptista, vt tradidit Ioa.c.3. Qui habet sponsam spõsus est. Imo ipse sponsum se appellat
Mathæ. 9. apud Math. 9. Nunquid possunt filij spõsi lugere quandiu cum illis est spõsus, quo verbo reducere vult in memoriam verba D. Ioãnis Baptistę. Nobisquè hoc nomine summam suam, & charitatem & bonitatem commendat. Licet enim sacra pagina vbiquè Christi pietatem, & mansuetudinem maximis laudibus efferat atquè commendet, appellando eum, patrem, fratrem, amicum, medicum, pastorem, Dominum, regem nostrum: nihil tamen est, quod suauius ac dulcius resonet in auribus pectoris nostri, quam quod se spõsum vocet. Hoc enim verbo & maximam suam erga nos charitatem ostendit: quemadmodum fortior dilectio non est neque ardentior quàm sponsi ad sponsam. Iuxta illud:
Gen. 2. relinquit homo propter hãc partem, & matrem, &c. Deinde & hoc verbo ostendit: se nobiscum habiturum omnia communia, vt & miserias nostras ipse suscipiat, nobisq; bona sua cõmunicet. Hic est sponsus ille de quo diuinus ille psaltes mystice ait: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo
Psa.18. suo. Rectè autem hoc loco, sponsi, & nuptiarum adhibetur comparatio. Si quidem in Christi incarnatione desponsatio duplex, & duplices erant nuptiæ. Primum enim admirabiles nuptiæ celebratæ sunt in vtero virgineo, inter humanam & diuinam naturam: quando in vnum suppositum, Spiritu sancto operante, diuinitas atquè humanitas pariter sunt vnitæ. Deinde cum his nuptijs, & aliæ fiebant, Christi, videlicet hominis cũ Ecclesia sancta. Hanc enim in vtero virginis homo factus, primùm veluti duxit in sponsam, eamq; sibi cohabitare fecit: quod matrimonium tunc consumatum fuit, quando cum illa sua desponsata vxore in crucis lecto dormiuit: hoc est, quando in illa eadem quam in natiuitate assumpserat natura, in cruce pro humano genere mori est dignatus. Sponsis quoq; mos est vestibus nouis, & descẽdentibus indui. Sic & Christus habitum nouum assumpsit: habitu factus vt homo in quo sibi Ecclesiam copulauit. Hic est sponsus ille qui olim dicebat apud Oseam. c. 3. Spõsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio & in misericordia, & miserationibus, & spõsabo te mihi in fide, & scies quia ego Dominus. Cuius promissionis verba singula mysterio non vacant. Desponsabo (inquit) te mihi: quia non legatus, aut angelus sed ipse Deus Ecclesiam suam redemit, per se nos redemit, non per angelum. Olim per angelos cum Ecclesia loquebatur, tẽpore aduẽtus eius per se ipsum. Tempore incarnationis Deo incarnato erat Ecclesia desposata, idq; in æternũ, olim ad tempus tantum, nuc in æternum, vt sponsus cœlestis te recipiat in sempiterna tabernacula. Ita Theophilatus, Procopius, & Cyrillus. Spõsabo inquit, te mihi in iustitia: quoniam hominis fuit mors, per hominem victa mors est, per verbum Dei incarnatũ, qui primus à mortuis resurrexit. Spõsabo te, inquit, mihi, in iudicio. Quoniã dãnauit principẽ huius mundi, qđ non inueniens in ipso peccatum interfecit eum, quare moriẽdo eiectus est foras princeps mundi huius. Sponsabo (inquit) te mihi in misericordia, & mi-

Osęas. c.3. Theophil. Exponitur locus.

Theophil. Cyrillus in Gen. fo. 36. & 80. Procopius in Gen. fo. 114. & de concordia cum euangelio.

miſerationibus:quoniam non ex ope
ribus quæ fecimus,ſed gratia & miſe-
ricordia ſeruauit nos per lauacrum re
generationis. Seruauit nos in miſeri-
Theophil. cordia,remittendo peccata,& in mi-
ſerationibus conferendo dona Spiri-
tus ſancti. Deniquè ait ſponſabo te mi
hi in fide,quia nõ per opera legis, ſed
per fidem quæ per charitatem opera-
tur. Ecce ſponſus eſt Chriſtus, & eius
ſponſa eſt Eccleſia,& peculiariter Ec
cleſia triumphans quam hodie vidit
Ioãnes deſcendentem de cœlo ſicut
ſponſam ornatam viro ſuo.

Ornatus ec cleſiæ chri ſti ſponſæ deſcribi- tur.

¶ Quis obſecro deſcribere poterit
vel longo tempore,magnaquè vi di-
cendi ornatum huius pulcherrimæ
ſponſæ,quis eius decorem & pulchri
tudinem,quis eius venuſtatem:impri
mis ornata eſt Eccleſia innumeris fi-
delibus diuerſis gratiæ donis fulgenti
Eſa.49. bus. Sic enim ait illi Dominus per E
ſaiam. Leua in circuitu oculos tuos:&
Exponitur locus. vide,omnes iſti congregati ſunt,vene
runt tibi. Viuo ego dicit Dominus,
quia omnibus his velut ornamẽto ve
ſtieris,& circũdabis tibi eos,quaſi ſpõ
ſa,ac ſi apertius diceret: venient ad te
multi ò Eccleſia ſponſa mea, quibus
eris velut ornamento quodam amic-
ta,& decoraberis illis:vt ſponſa ſolet
annulis & monilibus adornari. Ecce
hic electos vocat ornamenta quibus
ſponſa ornatur viro ſuo. Quod mirũ
eſſe non debet. Nam ipſemet Domi-
Hiere.22. nus apud Hieremiam ait. Si fuerit Ie-
chonias annulus in manu mea dexte-
ra inde euellam eum. En virum pieta
te præſtantem vocat annulum nõ ſo-
lum Eccleſiæ,ſed in manu ſua,ex qua
eijcitur ſi peccatis imbuatur. Audi do
minum apud Ezechielem enarrantẽ
quo pacto olim ornauerit Dominus
Ezech.16. ſponſam ſuam ſibi copulandam. Laui
te aqua,& emundaui ſanguinem tuũ
ex te,& vnxi te oleo,& veſtiui te diſ-
coloribus,& calciauite hyacintho, &
cinxi te byſſo,& indui te ſubtilibus,&
ornauite ornamẽto. Et dedi armillas
in manibus tuis,& torquem circa col
lum tuum,& dedi inaurem ſuper os
tuum,& circulos auribus tuis,& coro
nam decoris in capite tuo. Et ornata
es auro & argento, &veſtita es byſſo
& polymito,& multis coloribus. Ac
ſi apertioribus verbis diceret. Eras ò Exponitur locus.
ſponſa mea olim contaminata ſangui
ne peccatorum, & ego aqua Spiritus
ſancti,quæ fluit ac ſalit in vitam æter-
nam te imprimis ab illis ablui: & vn-
xi te oleo lætitiæ & abundantis gratiæ
meæ. Veſtiui te diſcoloribus ac veſti-
bus acu pictis. Veſtiui,inquam, te va-
rijs virtutum ornamentis:dedi tibi cal
ciamenta ex hyacintho prẽcioſo, cal-
ciaui,te pace mea,non te calciaui co-
rijs animalium mortuorum, nam ta-
lia calciamenta pacem mundi ſignifi-
cant:ſed hyacintho precioſo cœlum
quodam modo referente. Præcinxi
renes tuos zona byſſina caſtitatis, in-
dui te ſubulibus,conferendo acutiſſi-
mum intellectum. Dedi armillas bo-
norum operum in manibus tuis. Si e-
nim ſeruus Abrahæ, inueniens Rebe
cam ad fontem, aquam haurientem,
eamquè tribuentem hominibus, &
camelis dedit ei armillas brachiorum
& inaures,quę deinde fuit ſpõſa Iſaac.
Quanto melius ego debebam ibi prę
bere præſtãtiores armillas ſanctarum
operationum, quæ inuenta es prope
fontem meæ bonitatis, diſpẽſatricem
gratiæ:& facta es ſponſa veri Iſaac,qui
humeris tulit lignum,quo erat immo
landus? Contuli etiam tibi torquem
ſuper collum tuum,torquem, inquã,
abſtinentiæ. Et inaurem ſilentij ſuper

os

os tuum,& circulos auribus tuis, hoc A ro,& lapidibus pretiosis ac margaritis,gestantem in manu sua poculum abominationum,& tãdem cadentem cum impetu, & demersam in infernum:confer inquam illam cum ciuitate sancta Hierusalem noua descendente de cœlo sicut sponsa ornata viro suo.Illa Babylon,hæc Hierusalem illa,inquam,confusione plena, hæc pace.Illa meretrix super bestiam colitur:hæc,in qua Deus adoratur. Illa præbens suis amatoribus spurcitiam, & abominationem: hæc charismatũ donis inebriat fideles:illa vetus, noua ista.Speciosa virgo est Ecclesia,sponsa pudica, à Deo de cœlo descendẽs, cuius odor inæstimabilis nimis in vestitu eius,quam circundant flores rosarum,&lilia conuallium,de qua,quę runt angeli:quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ,& thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij,Cant.3.De cuius pulchritudine in eadem scriptura admiratus sponsus eius ait: quàm pulchra es amica mea,quàm pulchra oculi tui columbarum: absquè eo qđ intrinsecus latet:& rursum: tota pulchra es amica mea, macula non est in te.Item,eadem appellatur hortus cõclusus,ob varietatem fructuum bonorum operum,& fons signatus, ob vbertatem gratiarum:cuius emissiones sunt paradisus,& summæ voluptates malorum punicorum:Babylõ autem nullo decore,nulla honestate, nulla commendatione digna quando suarum libidinum spurcicia,& flagitiorũ suorum confusione sit plena. Longè ergo distat hæc ab illa.& in pulchritudine,& tandem in omnibus, hãc sanctam Hierusalem suspiciũt cœli,cum illa Babylone scortati sunt omnes reges terræ,hoc est,impij potentes,gloriam

eſt,preces & auditus verbi Dei, & coronam victoriæ ſpiritualis in capite tuo,præmiumquè tuarum actionum ac rerum egregiè geſtarum. Et ornata etiam es auro charitatis, & argento eloquẽtiæ. Deniq; veſtita es veſte polymita,ideſt,multis licijs contexta,vt olim Ioſeph. Quod ſi his ornamentis tàm pretioſis ornata eſt ſponſa à viro ſuo quando in tenera erat ætate, quando etiam in exilio, & in hac peregrinatione militando ambulabat, quot obſecro quantiſq; pretioſiſſimis indumentis induta deſcendet nũc gloriosa de cœlo? Si quando aſcendebat ex hac vita mortali & miſera,tanta erat pulchritudine,& venuſtate decorata,vt omnes ſpiritus angelici admiratione maxima detenti dicerent, & quærerent inter ſe:quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens innixa ſupra dilectum?quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora, conſurgẽs, pulchra vt luna electa vt ſol,terribilis vt caſtrorum acies ordinata? Quanta prędor maiori extaſi correpti modo clãmarent:quæ eſt iſta quæ de cœlo deſcendit ſicut ſponſa ornata viro ſuo amicta ſole & luna ſub pedibus eius, & in capite eiꝰ corona ſtellarum duodecim?Si tanti vitrum quanti margaritum? Si tàm venuſta erat Eccleſia quando fragilitate erat in hoc mundo prædita:quàm pulchra & decora tũc erit quando immortalitate,& ſplẽdore plena deſcendat cum ſpõſo ſuo de cœlo ad iudicandum homines miſeros & peccatores?

Gen.27.

Cant.8. Cant.6.

Cant.3.

Cant.1.d

Cant.4. ibidem.

¶Iam nunc confer mecum Babylonem illam,matrem fornichationũ, & ebriam de ſanguine ſanctorum, ſedentem ſuper beſtiam rufam circundatam purpura & byſſo,ornatam au-

Ciuitas noua confertur cũ antiqua Babylone.

Cœlius. lium nō nisi in terra habentes: quibus omnibus par exitus cum meretrice continget.

¶Et audiui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum Dei cū hominibus. Prima huius loci intelligētia est, vt per tabernaculū Christus intelligatur. Vnde videtur Diuꝰ Ioānes alludere ad illum locum Ezechielis, ca. 37. Et erit tabernaculum meum in eis. Illumquè de spōso Christo explanare. Appellatur Christus Dominus tabernaculum vtrobiquè, quod in eo inhabitet, vt Paulus testatur, omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, id-est, verè & realiter. Et rectè profecto affirmat Ioānes, & Ezechiel, hoc tabernaculum cum hominibus esse, nā ipse Dominus de seipso affirmat in libro Prouerbiorum: deliciæ meæ sunt esse cum filijs hominum. Cū autem Deus pater apud prophetam, & vxor de throno egressa polliceantur tabernaculum hoc fore semper cum hominibus, & per tabernaculum Christus intelligatur, aperte colligitur, Christū in perpetuum esse in Ecclesia sua futurum. Id quod promittit ipsemet apud Mathæum. Ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consumationem seculi. Quod si cum Ecclesia, & sponsa sua futurus est semper dum in hac mortali vita peregrinatur, & bellum gerit, aduersus portas inferorum quid, rogo, erit cum hoc sanctum tabernaculum descēdat cum illa de cœlo ad iudicandum homines? Tunc enim lata sententia, ascendet iterum cū illa, in illas beatas sedes vbi perpetuò habitabit cum ea.

1. Sensus. Christꝰ vocatur tabernaculum Dei & quare.

Ezechi 37.

Colo. 1.

Pro. 8.

Mathæ. 28.

¶Secunda intelligentia esse potest vt per hoc tabernaculum Ecclesia intelligatur, cuius typum gerebat legis antiquæ tabernaculum. Idcirco vates

2. Sensus. Ecclesia appellatur tabernaculū Dei.

A quidam Ecclesiam vocauit, tabernaculum, quod nequaquam trāsferri potest. Et psalmographus, fluminis, ait, impetus lætificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus sicut enim noster Ioānes vocat sanctam Ecclesiam, & ciuitatem nouam descendentem de cœlo, & tabernaculum Dei cum hominibus, ita prophe ta primum eam vocat ciuitatem Dei, quam lætificat non impetus Iordanis B vt hæbrei volunt: sed impetus spiritus sancti, vt Augustinus, & alij patres explicāt. Influit enim impetus spiritus cœlestis per fidem & virtutes in pectora filiorum Ecclesiæ: vnde fluunt aquæ illæ crystallo splendidiores, de quibus testatur Dominus: qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de vente eius fluent aquæ viuæ. Et subiūgit Euangelista: hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Hic spiritus, hoc flumē, est C in hausta gratiarum omnium copia: & comparatur flumini placidissimo inter amænas ripas, & virentia prata, impetu suaui, & dulci aquarum sonitu ciuitatem intranti, & admirabili influentia irriganti. Hæc ergo est ciuitas Dei quam irrigat Spiritus sanctus: hæc tabernaculum admirabile quod sanctificauit altissimus, aduersus quod nec portæ inferi prævalebūt. Ex Hæ D braico vertunt aliqui versum illū: sanctificauit tabernaculum sum altissimꝰ in hunc modum: sanctuarium tabernaculorum altissimi. Sed non solum hæc versio non euertit expositionem à nobis traditam: quinimò eam confirmat: est enim Dei Ecclesia sanctua rium omnium tebernaculorum, hoc est, omnium particularium Ecclesiarum, quarū nulla potest esse tabernaculum altissimi, nisi fuerit in vnitate

Esa. 33. Psa. 45.

Augu.

ca-

catholicæ Ecclesiæ sanctificata, quæ est vniuersale Dei tabernaculum: de quo potest etiam explicari illud Ezechielis: & erit tabernaculum meum in eis. Fęlices profecto fideles, qui digni facti sunt, vt sint tabernaculum eius, quem machina tota cœlestis non capit. Vos, inquit Paulus, vos estis templum Dei viui, sicut dicit Deus, quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. 2. Cor. 6. Item Leuit. 26. 2. Co. 6. Leu. 26. B ait Dominus: ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abijciet vos anima mea: ambulabo inter vos, & ero vester Deus, vosque eritis populus meus. Ad quæ verba alludens noster Ioānes ait: ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipse Deus cum eis, erit eorum Deus. Porro tabernaculum hoc structura Dei est, opus eius est. Sicut enim olim formauit Deus C Figura. Gen. 2. hominem, & tulit de latere costam eius, & ædificauit eam in mulierem: sic idem Dominus formauit secundum hominem de cœlo cœlestem, & ex latere eius in cruce dormientis ædificauit secundam Euam, hoc est, Ecclesiam vt esset tabernaculum eius. Non enim excidit illud ex lapidibus, sed exuiuis hominibus Spiritus sancti labore & ingenio expolitis. Sed vt hæc exactius explicemus, obserua D Deum habere duo tabernacula, alterum in hac vita, alterum in futura. Huius vitæ tabernaculum est Ecclesia militans, vt iam diximus. Hoc est, tabernaculum illud de quo loquebatur Dominus apud Amos, capite nono dicens: post hæc reuertar et ædificabo tabernaculum Dauid, quod decidit, & diruta eius reædificabo, & erigam illud: vt requirant cæteri homi- Amos. 9. Explicatur locus. num Dominum, & omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum. Quod vaticinium affert Diuus Iacobus Actorum capite decimoquinto: Act. 15. quo in loco tabernaculum Dauid Ecclesia vocatur, tum quòd sub Dauide optime steterit, tum quod Christus Dominus (qui est Ecclesię caput) à Dauide Rege originem duxit. Dicitur autem tabernaculum, quia à pluuia & tempestatibus defendit. Hinc Esaias ait capite quarto. Tabernacu- Esa. 4. lum erit in umbraculum diei ab æstu, & in securitatem, & absconsionem à turbine, & pluuia. Murus verò qui Murus Ecclesiæ militantis est fides. Ecclesiam circundat fides est quæ diruta est per varios errores, falsasque sacrarum scripturarum interpretationes, imo statim post diluuium cecidit murus ille, ferè omnibus ad idolatriam declinantibus. Sed casum huius tabernaculi reparauit Christus Dominus, eiusque discipuli, quorum doctrina & prædicatione idolatria cessauit per orbem terrarum, & vocati sunt ad veram fidem tam iudęi quam gentes. Alterum verò tabernaculum est Ecclesia illa triumphās, de quo in hoc loco Ioānes loquitur: ecce tabernaculum Dei cum hominibus. Sed ad quid, rogo, hoc tabernaculum erexit? Audi quid statim addat Ioannes.

¶ *Et habitabit cum eis & ipsi populus eius erunt: & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.* Imprimis habitauit Dominus cum hominibus quando homo factus est. Vnde Ioannes ait: habitauit in nobis, siue vt Græca lectio verti potest: habitauit in tabernaculo inter nos. Habitauit etiam & perpetuò habitabit cum eis in tabernaculis illis cœlestibus, ipsi quoque in quibus sic habitat populus eius sunt: & ip- Ioan. 1.

Deus alia ratione dicitur deus bonorũ & alia malorum.

se Deus illorum est, Sed hoc admiratione non caret, quod Deus esse dicatur bonorum, ac si non etiam esset Deus malorum. Sed obseruabis, quod alia ratione dicitur Deus bonorum: alia verò malorum. Dato enim rex, aut imperator aliquis totius regni sit Dominus ac princeps, eligere tamen solet locum aliquem peculiarem, quo semper commoratur. Sic etiam Deus, & si Dominus sit omnium, tâm bonorum quàm malorum, habitare tamen dicitur cum electis, & Deus illorum appellatur amore peculiari, quo eos prosequitur, populus hic, ideo dicitur gens sancta, & populus acquisitionis. Cum populo isto semper esse, sunt omnes deliciæ Dei. His peculiariter ait, ego ero vobiscum vsquè ad consummationem seculi. Et rursum: hæreditas mea Israel. Hic est populus in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem. Ad hos est illa vox prophetę. Dominus Deus tuus in medio tui, fortis ipse saluabit, gaudebit super te in lætitia, silebit in dilectione tua, & exaltabit te in laude. Sopho. capite tertio. Beata profecto gens, beatus populus fidelium Christianorum, quorum Dominus est Deus eorum. Beata gens cuius Dominus Deus eius, populus quem elegit in hæreditatem sibi. Magna profecto consolatio, quod tabernaculum Dei sit cum hominibus. Huius typus fuit templum Salomonis, quod septem annis ædificauit, & in octauo dedicauit illud: & solemnitatem encæniorum singulis annis celebrandam instituit: per totum enim huius mundi tempus, quod septem temporibus euoluitur tabernaculi Dei, hoc est, Ecclesiæ structura cessare non debet: quæ in octauo post modum erit dedicanda. Complero namq; electorum numero in fine, secundæ resurrectionis solẽnitas celebrabitur. Sicut enim Dominus octaua die resurrexit: ita post consumationem huius seculi septenario numero significati aderit octaua dies nostræ resurrectionis celebranda. Lege de his Collectanea, tũc enim tradet Dominus regnum suum Deo & patri, hoc est, dedicabit Ecclesiam & templum, tabernaculumquè suum Deo & patri, in perpetuum: in quo habitabit & erit suorum Deus.

Pro. 8. Math. vlti.

Psa. 149.

Sopho. 3.

Psa. 32. Figura.

1. Cor. 15.

¶ *Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt.*

Ostendit his verbis Ioannes per acto iudicio perpetua fruituros electos alacritate, *quæ*, siue vt Græci aiunt, *quia prima abierunt*. Hoc est, quia iam molestiæ illæ corporis & animæ inductæ nobis olim à primo parente abierunt. In cœlesti illa Hierusalem, nulla mors est, nullus interitus, nullus labor, aut ærumna, nullus dolor, sed vita, immortalitas & gaudium: quæ omnia in vita ista mortali & misera inuenies. Quemadmodum in vase hederæ, vt aiunt, aqua retinetur, vinum verò effunditur, & sensim elabitur, sic in hac vita permanet dolor, amittitur lætitia, gaudium pax, tranquillitas. Fęlices illi, qui vas hoc hederæ, qui seculum hoc, atquè Babylonem meretricem magnam deserunt, & ad cœlestem illam ciuitatem Hierusalem amore trahuntur: ibi nulla est mestitia, nullus dolor aut labor, sed cœlestium deliciarũ maxima copia, audi quid in hoc loco D. Ioan. siue vox cælestis clamet. Absterget,

in-

inquit, Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Et mors vltra non erit, etcætera. Ecce impletum modo erit, quod olim Esaias prædixerat capite vigesimoquinto: præcipitabit mortem in sempiternum. Et auferet Dominus Deus lachrymam ab omni facie, & opprobium suum auferet de vniuersa terra: quia dominus locutus est: & dicet in die illa: ecce Deus noster iste, expectauimus eum, & saluabit nos, iste Dominus & sustinuimus eum, & exultabimus, & lætabimur in salutari eius. Quia requiescet manus Domini in monte isto. Vbi ad literam loquitur propheta de mundi consumatione. Quando cum corpora resurrexerint videbimus aperitissimè mortem perpetuam ipsius mortis. De qua ait Dñus Paulus. 1. Cor. 15. Nouissimè autem inimica destruetur mors. Et in hoc loco. Et mors vltra non erit. Nec hoc solum sed auferet Deus omnem lachrymam ab omni facie. Incredibili enim gaudio, maxima dulcedine & voluptate, ingentiq; oblectatione afficientur. Tunc dicent omnes. Ecce Deus noster, &c. Confitentur enim Christum esse verum Deum suum, & seruatorem, & addet. Quia requiescet manus Domini in monte isto. In illa enim ciuitate cœlesti nullus punitur, sed inexplicabili & ineffabili lætitia afficiuntur, quotquot in hoc seculo afflicti propter Christum fuerũt. In templo Salomonis, quod gerebat typum & figuram huius cęlestis Hieruſalem, nullus malleus, nec securis, nec vllum ferramentum audiebatur. Aedificabatur templum illud magnificum, & nullus ictus in eo sonabat. Dolabantur lapides & ligna extra templum, & in lapidicinis, & fabrorum officinis audiebantur ferramentorum percussiones. Mũdus hic lapidicina est, in qua malleis tundimur, & officina in qua afflictionibus percutimur, & præmimur, at in tabernaculo temploquè illo superno, in illa beata & immortali vita, nullus est dolor nullæ lachrymæ, nullus luctus, nullus denique clamor, sed lætitia sempiterna. Hic calamitatum malleis angimur & premimur. vt illic locis paratis collocemur. Illic ergo beati nulla afficientur miseria, nullaquè pœna: quare cessabunt lachrymæ quæ ex his fontibus dimanare solent. Vnde Diuus Augustinus hæc considerans libro vltimo de Ciuitate Dei sic ait: Quanta erit illa felicitas, vbi nullũ erit malũ, nullum latebit bonũ? O quã dulcia sunt ista, & animum vehementer, si tamen illis intendat, ad se trahentia? Erubescat ergo homo fidelis, si in hac misera vita delectari appetat, qui sibi tanta, taliaquè bona reseruata credit. Illic etiam procul aderit crudelis mors: quando vt idem Augustinus ait libro vigesimo de Ciuitate, corpora ad incorruptionem atquè immortalitatem, nouam ex veteri corruptione atquè mortalitate transibunt. Illic similiter vltra non erit luctus, nequè clamor: quando nihil erit quod sanctorum animos pacatissimos inquietare possit. Hoc idem pollicitus est dñs apud Esaiam, capite sexagesimo quinto. Et exultabo in Hieruſalem, & gaudebo in populo meo, & non audietur in ea vox fletus, & vox clamoris. Denique illic nullus erit dolor. Quoniam immenso gaudio erunt semper repleti, immensaquè caritate perfusi. Gaudium, inquit, Esaias, & lætitiam tenebunt, fugit dolor, & gemitus. Lætitia sempiterna

obscurius
Esa. 25.
1. Cor. 15.
3. Regu. 6. Figura.
Augustin.
Augustin.
Esa. 65.
D. Tho.

Esa.51. super capita eorum. Vtitur vates metaphora sumpta à re bellica, nam vt victores parta victoria coronis decorantur: sic iusti qui in spirituali prælio hostes animæ superant, peracta hac mortali vita, coronantur in cœlesti patria corona gaudij sempiterni. Quod significare volens Esaias inquit: lætitia sempiterna super capita eorum. Ac si diceret: coronabuntur electi non lauro, non robore, non gramine, quæ omnia marcescunt, & vetustate consumuntur, sed gaudio immarcescibili, & sempiterno. Id vocat Apostolus coronam iustitiæ, secundo ad Timotheum quarto, & Diuus Iacobus coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Et Diuus Petrus immarcescibilem gloriæ coronam.

2. Timo. 4. Iaco 1. 1. Pe. 5.

¶Iam hic mecum & cum Augustino considera vices Ecclesiæ commutatas. Dum enim cælestis hęc Hierusalem in exilio aderat, lugebat, lachrymas prædolore fundebat: nonne est vox huius ciuitatis quæ dicit: factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte? Et lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Et gemitus meus à te non est absconditus. Et illud: dolor meus renouatus est? Filij etiam Ecclesiæ in hac vita existentes ingemiscunt grauati, nolentes expoliari, sed super vestiri, vt absorbeatur mortale hoc à vita. Nonne ipsi sunt, qui primitias habentes spiritus, in semetipsis ingemiscunt, adoptionem expectantes, redemptionem corporis sui? Beati isti dicuntur, quia in hac peregrinatione lugent. At in cœlesti patria iam non erit amplius neque luctus, neque clamor. Tunc enim solum, atque ibi solum

Augus 20. de ciuit. c. 17.

Pſa.41.

Math 5.

A ista non erunt: & ideo tũc beatiores. Tunc, inquam, pius parens, piæ materculæ morem geret: quæ suis ipsa manibus flẽtis sui nati extergit lachrymas, dat oscula, mulcet amplexibus, mammam ori inserit, aut poma dat, vt fletum illi blandius auferat, maternis super illum concitatis visceribus, sed frustra ab oculis fletus extergeretur, nisi etiam ipsa flendi occasio auferretur, quæ est mors. Finis malorum, quæ in vita accidunt homini. Flemus enim necessitate mortis in quam peccando nos primus ille parens, vltro coniecit omnes, cuius malo sumus obnoxij, vnde veluti ex insidijs mala nostra prodierunt. Quum ergo occasio illa è medio ablata fuerit, simul etiam mala ex ea promanatia tollentur omnia. Et ideo ait quod mors non erit vltra, videlicet, electis. Nam damnati perpetuam patientur mortem. Tunc vnusquisque sanctorum dicet cum Propheta regio: eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis. Quare post hac placebo Domino in regione viuentium. Lege Bernardũ super Euãgelium ecce nos reliquimus omnia vbi hunc locum explicat.

similitudo

Cælius.

Pſa. 114.

D. Bernar.

¶ *Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia.* Nam superius ostẽdimus Deum esse qui sedet in hoc throno: ipse est enim qui regnat in sanctis. De quo etiam capite septimo dixerat Euangelista. Qui sedet in throno habitat super illos. Deus ergo exclamat: ecce noua facio omnia. Litera Græca habet, ἰδοὺ καινὰ, i. ecce ecce: noua facio omnia, cœlũ, terrã, elementaq; omnia, vt innouatis ad gloriam beatorũ corporibus innouentur, & cætera: sequè sentiant liberata

à

à ſeruitute corruptionis,in libertatem gloriæ filiorum Dei. Hoc idem affirmat Diuus Paulus.2.Cor.15.Si qua,inquit,creata in Chriſto noua creatura eſt,& vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua.Ac ſi diceret ſi quis viuit per Chriſtum,hoc eſt, per baptiſmũ per fidem & gratiam eius, noua quidem creatura eſt,nam vetus homo iam abijt,iam receſſit & tranſiuit: ſed aduertite obſecro quod nõ ſolum homo per Chriſtum renouatus eſt, ſed ecce facta ſunt omnia noua. Omnia què vetera tranſierũt: venit nouũ teſtamentum pro veteri:noua Hieruſalem cœleſtis,pro terrena:noua Eccleſia pro veteri ſynagoga: templum nouum &ſpirituale pro veteri corporali.Cor carneum in quo lex euangelica eſt ſcripta,pro tabulis lapideis legis Moſaycæ:baptiſmũ pro circunciſione:mãna cœleſte, hoc eſt, corpus Domini pro mãna illo non conferente vitam.Pro aqua de petra deſerti dimanante ſanguis,& aqua dimanantes à petra Chriſto. Pro virga Moyſi, crux Domini qua redempti ſumus: pro terra filijs Iſrael promiſſa regnũ cœlorum:pro Pontifice veteris legis, pontifex ſummus & maximus qui interpellat pro nobis apud patrem. Pro agno immaculato qui quotidie immolabatur,agnus ille Dei oſtenſus digito à Ioãne,qui pro peccatis noſtris eſt immolatus.Pro filijs Adæ,filij Dei & cohęredes Chriſti.Ecce:inquit qui ſedet in throno:noua facio omnia.De hac renouatione filiorum Dei, qui in hac vita erant infirmi, & imbecilles, tardiq; natura ſua,ait Eſa.cap.40. Qui ſperant in Domino mutabunt fortitudinem aſſument pẽnas,vt aquilæ,current,& non laborabunt, ambulabunt & non deficient, iuſti qui in hac vita non viribus ſuis,ſed in Deo habent ſiduciam,& eius ſemper miſericordiã preſtolantur:mutabunt tunc fortitudinem,& aſſument pẽnas vt aquilæ : & audient:renouabitur,vt aquilæ iuuentus tua:current ad dominum, & eius deſiderio non laborabunt, ambulabunt,& nunquam deficient. Scimus aquilarũ ſenecturem reuireſcere mutatione penarum,& ſolas eſſe quæ iuba ſolis aſpiciant, & ſplendorem radiorum eius poſſint micantibus oculis intueri,pulloſquè ſuos an generoſi ſint,hoc experimento probent. Itaq; & ſanctos repueraſcere, & aſumpto immortali corpore laborem non ſentire mortalium,ſed rapi in nubibus obuiam Chriſto,& nequaquàm, iuxta, lxx.eſurire,quia præſentem Dominũ habeant cibum,docet propheta. Hoc idem adumbrari voluit idem Dominus Leui.22. Quando præcepit quod nullus fungeretur miniſterio ſacerdotij,ſi cæcus fuerit,ſi claudus, ſi vel paruo,vel grandi,vel toruo naſo, ſi fracto pede,ſi manu,ſi gibbus,ſi lippus,ſi albuginem habens in oculo.Deniquè ſi maculam aliquam habuerit. Certa res eſt,vt Paulus docet quod omnia illa figura erãt, & vmbra futurorum. Ita enim populus ille vt Auguſtinus ait,typus erat populi Chriſtiani quod quod ſi futurus non eſſet populus hic nunquam fuiſſet populus ille:ſi nõ futurum eſſet euangelium, neq; etiam aliquando fuiſſet lex Moſayca: ſi futurus non eſſet Chriſtus,nũquam Moyſes,& omnia illius temporis acta. Leges ergo illæ,& ceremoniæ, omnisq; vetus reſpublica,ſacerdotium, miniſterium,reges & regnum, & ſi vera erant,tamen repreſentationes,figurę, typi,imagines,& vmbræ erant veritatis euangelicæ.Quid igitur figurabat,

2.Cor. 15.

Isa.40.

Leui.21.

Augu.

Leui.21. & præferebat præceptum illud Domini Leu.cap.21. vt nullam maculam haberet sacerdos, qui illi esset hostias immolaturus? Nimirum statum electorum in Ecclesia triumphanti commorantium significare voluit. Hi enim sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte, & erunt sacerdotes Dei, & Christi: & regnabunt cum illo mille annis, hoc est, infinito tempore. De hoc igitur templo, atque de his sacerdotibus docet prædicta figura, quod nō intrabit in hoc templum cœleste, habentes maculam, aut defectum aliquem, sed corpore & anima omnibus numeris absoluti. Renouati què omnino ab eo qui ait: ecce noua facio omnia: nō enim esurient, neque sitient, & non percutiet eos æstus, & sol, quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos, vt Esaias prædixerat. c. 49. & noster Euāgelista superius. cap. 7. Propter hāc renouationem tàm corpus quàm animæ regius vates maximas deo gratias referebat dicens: benedic anima mea Domino, & omnia quę intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea Domino, & noli obliuiscī omnes retributiones eius. Qui replet in bonis desiderium tuum, renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Tunc enim replebit Dominus omnium aggregationē bonorum mentem, & desiderium nostrum: in hac vita quidem expleri mens nequit: at in illa cœlesti tota animi nostri capacitas satiabitur atq; mirum in modum replebitur. Tunc etiam renouabitur vt aquilæ iuuentus nostra, ab illo qui ait: ecce noua facio omnia. Nam ipse solus est, qui mortificat, & viuificat: deducit ad inferos & reducit. Renouabitur, inquit, & non ait, renouat: nam in hac vita propitiatur omnibus iniquitatibus nostris: sanat omnes infirmitates nostras: redimit de interitu vitam nostram: coronat nos in misericordia & miserationibus: denique replet in bonis desiderium nostrum. At in futura vita renouabit iuuentutem nostram dono immortalitatis. Hanc expectāt iusti, hāc fideles, hanc expectabat sanctus ille, qui dicebat: scio enim quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo Deum saluatorem meum. Renouabitur, ait, ac si diceret: id quod ali quando nouum fuit, & temporis successu inueteratum est, rursum iterum primam nouitatem recuperabit. Et reuera ita fuit, nam quando homo in innocentia fuit à Deo conditus, nouus fuit homo, iustitia & gratia Dei fabricatus: deinde peccato primi parentis inueterauit, ac senio est confectus. Factusquè est homo peccati, filius iræ corpusquè peccati, vt Paulus ait. Huius senectutis origo fuit mulier: quod testatur Salomon Eccle. cap. 7. dicens: lustraui uniuersa animo meo: vt cognoscerem impietatem stulti: & inueni amariorem morte mulierem. Per mulierem significans Euam quæ non solum Adæ peccati fuit causa, sed ferè omnium est mulier inuentrix & occasio. Vnde addit statim: quæ laqueus venatorum est, & sagena cor eius, vincula sunt manus illius. Ecce hoc inueni. Per baptismum ergo hominis anima quæ per peccatum senuerat renouatur. Idcirco appellatur à Paulo lauacrum regenerationis & renouationis. Illo enim mari æneo emundatur anima ab omni spurcicia, & iterum iuuenescit. Ibi exuit veterem hominem cum omnibus actibus suis: & induit nouum, eum qui renouatur in agnitio-

supra c. 7. supra c. 20

Esa. 49. & 61. supra c. 7.

Psa. 102.

Iob. 19. d

Eccle. 7.

Timo 3.

4 Para: 4.

Colo 3. tionem, secundum imaginem ipsius qui creauit eum. Ibi deponit secũdum pristinam conuersationem veterem hominem qui corrumpitur secundũ desideria erroris, & renouatur spiritu mentis suæ, & induit nouum hominem, qui secũdum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis, quib9 verbis obiter colliges esse cerum primum hominem in gratia, & originali iustitia fuisse conditum. Homo igitur nouus in innocentia conditus, & deinde per peccatum inueteratus renouatur modò secũdum animam: at cum Dominus ad iudicandum venerit, tunc renouabitur vt aquilæ iuuentus corporis eius. Vnde Christus Dominus ait: ego veni vt vitam habeant: & abundantius habeant: quam, scilicet, habuerunt in paradiso ante peccatum. Idem affirmat Diuus Paulus ad Ephe. 3. nostra autem conuersatio in cœlis est, vnde & expectamus Dominum nostrum Iesum Christũ, qui reformabit corpus humilitatis nostrę configuratum corpori claritatis suæ. Cæterum nostri corporis renouationem comparat Propheta aquilæ renouationi: non quod nostra non sit multo præstantior, sed quod nulla alia similitudo inuenietur aptior ad nostram immortalitatẽ significandam. Est enim aquila omnium viuacissima. Quod verò aquila post longam senectutem iuueneſcat certa & indubitata res est: quo autem modo id fiat adhuc res sub iudice est. Augustinus ait, quẽ modo sequar, aquilam cum ad senectam deuenerit, rostrum acquirere ita aduncatum, vt non possit cibum sumere. Ex quo fit vt deficiat viribus, & ad defectionem tendat, confecto corpore decisis plumis. Tunc autem natura docente ad petram aduolat, alidensq3, & atterens rostrum aduncũ ad petram, aufert impedimentum cibi sumendi, quo sublato cibum sumit & viribus reparatur, ac modo quodã reiuueneſcit: redit vigor omnium membrorum, nitor plumarum, gubernacula penarum, volat excelsa sicut antea: fit in ea quędãm resurrectio. Ait ergo vates sanctus quod sicut potens est Deus ex aquila seneſcente nouam facere sic etiã aderit dies quando exuet dominus veterem & corruptibilem hominem nostrum, induet nouum ita vt non amplius inueteraſcat. Ipse quidem est qui tunc noua faciet omnia.

Ephe. 4.

Ioa. 10.

Epue. 3.

Augusti. in Psalm. 102.

¶ *Dixit mihi: scribe, quia hæc verba fidelissima sunt: & vera. Et dixit mihi: factum est. Ego sum α, & ω, initium & finis.* His verbis excitat nos ad dictorũ fidem, & credulitatem. *Scribe*, inquit, ideſt, in libro cordis tui repone quod dictum est: & etiam in scriptis redige ad aliorum commoditatem, vt qui viderint legant: & legentes ad meliora proficiant. Eandem ob causam. cap. p. dixerat: scribe quę vidisti, & quę sunt, & quæ fieri oportet post hæc. *Quia hæc verba fidelissima sunt & vera.* Quę verba? Illa, scilicet, ecce noua facio omnia. Corrupta restaurabo, antiqua innouabo: obsoleta illustrabo: & nihil erit inabsolutum, obscurum, obsoletum. Potens sum de lapidibus filios Abrahæ facere: & de mortalibus immortales, de corruptibilibus incorruptibiles, de ignobilibus claros, de terrenis cœlestes: hæc fidelissima verba sunt, & vera quod noua facio omnia. Nam talia faciam quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec ascenderunt in cor hominis. Nouam faciam felicitatem pacem, quietem, vitam, gaudium, claritatem, perpetem, sanitatem

Richar. 8. Tho.

Cælius.

ſabbatum æternum. Pulchritudinem, A
amœnitatem, & ſplendorem. Hæc o-
mnia veriſſima ſunt: quia verè imple-
buntur. Cœlum enim & terra potius
tranſibunt quàm tranſeant, hoc eſt,
non adimpleatur hæc aliaquè omnia
quæ pollicitus ſum. ¶ Poteſt etiam
pro nomè *hæc*, referre ſuperiora, quæ
cuinquè dicta commoſtrataquè ſunt.
Omnia ſi quidem fide maxima ſunt
digna: ac veriſſima. Eſt enim Deus ve
rax: omnis autem homo mendax. De B
nique in eo quod ait, *Scribe*, etiã Dei
erga nos amorem ſatis oſtẽdere vult:
qui propter nos hęc omnia manifeſta-
uit. Vt ſimul ſpem habeamus, quod
non relinquemur deſolati in finem,
qui Chriſtu induimus, quibus ęterna
illa felicitas parata eſt, vbi omnia re-
Cælius. nouabuntur. *Et dixit mihi, factum eſt*,
Verbum ſanè breuiſſimum & myſte
rijs repletum. Imprimis factum eſt tẽ
pus, ideſt, præteritum iam eſt tempus C
quo laborandum, & operandum eſt:
illud verò quod poſt hoc ſuccedet tẽ
pus, non laboris ſed retributionis eſt.
Gal.6. Eà de cauſa Diuus Paulus ait: dum tẽ
pus habemus operemur bonum: &
Eccle. Eccle. quodcumq; facere poteſt ma-
nus tua, inſtanter operare: quia nec o-
Ioa.2. pus, nec ratio, ne ſapientia, nec ſciẽtia
apud inferos. Ideo ſeruator noſter
hortabatur ſuos dicens: dum lucem
habetis ambulate, vt non tenebrę vos D
comprehendãt. *Factum eſt*, ideſt, actũ
eſt de mundo, actum eſt de peccatis,
de afflictionibus, & de ſanctorum ær-
umnis & miſerijs. Actum eſt, de om
ni humani generis propagatione, de
omni vanitate, omniq; pœnitentiæ ſa
lutaris tempore. *Factum eſt*, ideſt, con
ſumata ſunt iam omnia quæ de filio
hominis & futuro Eccleſiæ ſtatu erãt
Ioa.19. prædicta. Et ſicut Dominus finiens vi

tam ſuorũ laborum clamauit in cru-
ce, conſumatum eſt, ita etiam idem in
mundi fine exclamaturus eſt, factum
eſt, ideſt, impleta iam ſunt omnia, quę
in lege, & in Pſalmis, & in Prophetis,
& Euangeliſtis ſcripta ſunt. Poſthac
chaos magnum firmabitur inter Ba-
bylonem illam meretricem damna-
tam: & Hieruſalem iſtam ciuitatem
ſanctam, vt nec illius tormentum, aut
pœna vltra mitigetur: nec iſtius læti-
tia, aut renouatio amplius diminuatur.
Ego ſum, α, Ω, principium & finis. His ver Ruper.
bis duo ſignificare voluit, primum,
quis nam eſſet, qui prædictum ſermo
ne proferret, quod proprietate cõdi-
tionis ſuæ explicauit dicens: ego ſum
alpha & omega. Secundum, certum
eſſe quod ipſe faceret noua omnia, Cælius.
quando ipſe ſit rerum omnium prin-
cipium, conditor & creator, & conſu
mator. Ait ergo ego ſum ἄλφα & ὦμε
γα ideſt, vti ipſemet explicat initium
& finis. Nam duabus iſtis literis defi-
nit & incipit græcum alphabetum, ac
ſi diceret: certum eſt quod ego faciã
noua omnia. Nam ſicut totũ vniuer-
ſum à me & per me originem & prin- D. Tho.
cipium habet: habebit etiam per me
conſumationem: & vltimam manũ.
Quod ſi homo mortalis, & miſer o- Abbas Io.
pus aliquod ſibi delectabile, & vtile
inchoans maximo mœrore & anxie-
tate afficitur, maximaq; erubeſcentia
detinetur ſi illud conſumare non po-
teſt: quanto magis indecens eſſet deo
viuo, & vero fruſtra incipere opus Iſa.28.
quod minime explere poſſet? Quare
vt faceret opus ſuum & conſumaret
non dedignatus eſt aliud facere ſatis
alienum ab eo. Vt enim hominem re
nouaret & in ſuam priſtinam dignita
tem reduceret non dedignatus eſt
mortem ignominia plenam ſubire. Ip

ſe

se ergo est initium huius operis, ipse quoq; est finis: ipse incepit in nobis opus bonum, & ipse perfecit: ideo ait ego sum alpha & omega, id est, initiũ & finis. Hoc idem dixerat Dominus supra. cap. 1. Ego, inquit, sum, α, &, ω, principium & finis dicit Dns Deus. Lege quæ ibi annotauimus.

¶ *Et ego sitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis. Qui vicerit, possidebit hæc: & ero illi Deus, & ille erit mihi filius. Timidis autem & incredulis, & exectratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis et idolatris, et omnibus mendacibus: pars illorum erit in stagno ardenti igne et sulphure, quod est mors secunda.* His verbis tria docet Euangelista noster: primò, quod salutem ardenti daturus sit Deus de fonte gratiæ suæ citra merita. Secundò, quod strenuè in hac militia vitaq; mortali, militantem adornaturus sit amplissimis indicatæ gloriæ præmijs. Tertiò, quod timidos & inconstantes in pœnas sempiternas est relegaturus. Primum audiamus.

¶ *Ego sitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis.* Magna profecto & fidelis promissio: quam vt intelligamus opere preciũ erit explicare, quæ sit aqua ista, cui pollicetur, & à quo præbeatur, ac tãdem quo precio cõparatur. ¶ Imprimis fons aquæ viuæ, gratia Dei est, veritas est, vbertas spiritus Christi est. Quibus satiãtur, & in hac & in futura vita fideles. Non tamen eodem modo ac mensura, nũc enim in his tantum gustus est, & delibatio dumtaxat: tunc autem replebuntur vbertate veritatis & spiritus suauitatis. Videbunt enim facie ad faciem summam ipsam veritatem, quam modo sola fide tenent. Porro nunc solæ fontis vitæ guttulæ sparsim irrorãtur faucibus animæ nostræ, tunc plenissimũ hausturn percipiemus: nunc iste fons salit, ac quibusdam donorũ incrementis in dies augescit: tunc tota plenitudine se infundet ac redundabit in æternam satietatem: cuius aquæ, nec deficient: nec minuẽtur: quæ vbertate sui redundabunt magis. Hũc fontem appellat Esaias mare. cap. 60. Tunc videbis, inquit, & affluues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris. Vbi per mare intellige vbertatem æternæ felicitatis, & veritatis gloriæ, ac spiritus cõsolationis eius, cuius sola recordatio & memoria, afficit mentem, implet dulcedine, & summa consolatione. Hic est fons ille aquæ de quo omnes prophetæ cecinerunt. Cecinit rex Dauid Psalmo. 35. apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumẽ. Cecinit Zacharias. cap. 13. Loquens de tempore Christi. Inde illa, inquit, erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris, & menstruatæ. Cecinit Ioel, cap. 3. Per omnes riuos Iuda, ibunt aquæ, & fons de domo Domini egredietur, & rigabit torrẽtem spinarum. Riui Iuda sunt Ecclesiæ sacramenta aquas gratiæ tribuẽtia: domus autem domini vbi in principio congregati sunt fideles, est hierosolyma, vnde fons cœlestis doctrinę dimanauit. Cecinit Esa. cap. 12. haurieris aquas in gaudio de fontibus saluatoris: non ait haurietis aquam, sed aquas, nec de fonte, sed de fontibus, vt gratiæ magnitudinem, & donorum spiritualium multitudinem significaret. Denique cecinit saluator dicens Ioa. 4. Qui biberit ex hac aqua quam ego dabo ei non sitiet in æternum: sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternã. Hæc sunt aquæ quę impetu currunt de libano: & quarum im-

Fons aquę viuæ est gratia, veritas vbertas spiritus sancti demũque gloria

Esa. 60.

Psa. 35.

Zacha. 13.

Ioel 3.

Esa. 12.

Ioa 4.

Cant 4. Esa. 45.

impetus lætificat ciuitatem Dei.

Aqua gratiæ & veritatis pollicetur non alii quam sitienti. Esa. 55.

¶ Pollicetur autem aqua ista sitienti. Ego, inquit, sitienti dabo de fonte aquæ viuæ. Ad has salutares aquas inuitat sitientes fideles, Esaias Propheta dicens: omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite & comedite. Inuitat clamãdo Christus: si quis sitit veniat ad me, Ioa. 7. & bibat: & flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dicebat de spiritu quem erant accepturi. Sitiebat hanc aquam qui dicebat: quẽ admodum desiderat cernus ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te Deus: sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum quando veniam & apparabo ante faciem Dei: fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte dũ dicitur mihi vbi est Deus tuus? Sitiebat illa quæ dicebat: Domine da mihi Ioa. 4. hanc aquam. Ideo Christus ait beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Esurire ergo Matth. 5. oportet & sitire, hoc est, ardenter & studiose, non otiose, aut vtcumquè appetere, quicumquè sitim extinguere desiderat. Item esurire, & venire ad aquas. Non enim solum ait Esaias omnes sitientes bibite aquas: sed quid ait? omnes sitientes venite ad aquas: & Christus Dominus: si quis sitit veniat ad me & bibat: ideſt, disponat seipsum ad gratiam & beatitudinem bibendã, faciat quod in se fuerit, quia ego venienti, & ad illam seipsum præparanti, non eam negabo. Nos ergo qui hactenus sedimus super flumina Babylonis, hoc est, super mundi aquas turbidas, & amaras, non solum sitim nõ sedantes, sed etiam augentes, surgamus, & properemus ad aquas: hierosolymæ, ad aquas vitæ. Sitiamus cum propheta ad Deum fontem viuum, & turbidas, mortiferas, fœtidas, lutoquè plenas huius meretricis magnæ, hoc est, mundi aquas fugiamus. Sed nos miseros & infelices: qui hanc salutarem aquam non solum non sitimus, sed cõtemnimus, & omni cura ac diligentia omni studio atq; animi auiditate ad Babylonis cisternas festinamus. De Thren. 5. huius Babylonis aqua flẽs Hieremias ait: aquam nostram pecunia bibimus, hoc est, labore emimus. Aquam pestilentem pecunia comparatam ardenter desideramus, fontem verò vitæ pro nihilo pendimus. Quid vis, ò homo, in via Aegypti, vt bibas aquã turbidam? Et quid tibi cum via Assyriorum, vt bibas aquam fluminis? Vide quia malum & amarum est, dereliquisse te dominum Deum tuum. Cur miser non vides tuam amentiam, & ingratitudinem, quam conqueritur Deus dicens: me dereliquerunt fontem aquæ viuę, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quę continere nõ valent aquas. Festinemus ergo ad fontem aquæ viuæ, hauriamus aquas de illo, vt ardore cupiditatum extincto, tranquillè vitam peragamus, & ad gloriam illam flumen què illud quod lætificat ciuitatem cœlestem aspiremus. Ex hoc fonte sitientes Apostoli, atq; apostolici viri veram erga Deum & homines dilectionem, martyres fortitudinem, robur, atq; animi constantiam, virgines puritatem & integritatem, & omnes electi ac viri sanctitate præstantes mundi contemptũ hauserunt. Qui biberit ex aqua ista, non immoderato nimioquè desiderio mundi bona quæ externa vocantur, aut potẽtiam, aut gloriam, aut honores, aut principatus cõcupiscet. Sed dicet cũ Apostolo: mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Et licet dũ Gala. 6. d

vi

viuit ſitiat ad patriam cœleſtem aſpirando, non tamen ſitiet in æternum. Aderit enim dies quando ſitienti dabit Dominus bibere de fonte illo cœleſti, & tunc ſatiabitur cum apparuerit gloria illa. De fonte illo, inquam, qui eſt in medio paradiſi in quatuor capita diuiſo: ex eo enim hauriemus aquam puritatis, aquam ſapientiæ, aquam gratiæ, & aquam gloriæ aderit dies quando hauriat cum gaudio aquas de fontibus ſaluatoris non hauriet ſolum aquam, ſed aquas non vnũ aut alterum donum ſed donorũ multitudinem, nõ vnam, aut alteram gratiam ſed immenſitatem gratiarum. Hauriet aquas non de fontibus Babylonis, aut de fluminibus Aegypti, ſed de fontibus ſaluatoris. Hauriet aquas non cum labore, & afflictione, quales de mundi ciſternis ſolent peccatores haurire: ſed cum gaudio, cum lætitia, & exultatione.

Pſa. 16.

¶ Datur autem hæc aqua viua ab eo qui ſedet in throno, ab eo qui ait ego ſum primus & nouiſſimus, initiũ & finis. Ipſe eſt qui ait ego dabo ſitiẽti de fonte aquæ viuæ. Chriſtus ergo Dominus & Deus noſter eſt qui dat in hac vita & in futura hâc aquam viuã. Sapiẽtia illa patris quæ ait: ego ex ore altiſſimi prodij, primogenita ante omnem creaturam, ipſa eſt etiã quæ cibat ſuos pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potat illos vbicumq; ſint: ipſa quæ ait modo, ego ſum qui ſitienti dabo de fonte aquę viuæ. Hæc diuina ſapientia velut altera Rebecca ſeruo Abraham eiuſq; camelis aquam prębet. Non enim ſolũ gratiam impartitur iuſtis: ſed peccatorib⁹ ſitientibus ad ipſamq; cõfugientibus. Imo ipſa ſe offert & ait quod olim Rebecca quin & camelis tuis hauriam aquam donec cuncti bibant, quod vel in vna Samaritana id apertè intellige re poteris. Sed hæc diuina ſapientia: ſedet Chriſtus Dominus ſupra fontem fatigatus ex itinere: expectat pecatricem ſitientem, offert illi aquam fontis vitæ: bibit & ſaturata eſt. Et quemadmodum auceps auiculam capit, qua vtitur ad capiendas alias, eamq; aliarum auiũ vocatricem iuxta fontem aliquem in vinculum coniectam, collocat, vt alijs illuc auolãtibus, impleat rete ſuum: ſic hæc diuina ſapientia Samaritanam veluti turturem quãdam voluit aucupari iuxta fontem Iacob, vt illa eſſet multorum volucrum inuitatrix, qui egreſſi è ciuitate ad Chriſtum conuenerunt, quos ille in reti fidei recepit, vt ex illo aucupio ad vitã ęternam perduceret. Ipſe ergo eſt qui aquam hanc ſitientibus cõfert. Quod etiam promiſſerat apud Ezechielem. cap. 36. dicens effundam ſuper vos aquam mundam: & mundamini ab omnib⁹ inquinamẽtis veſtris. ¶ Quod ſi quæras cauſas ob quas, gratia & gloria & cętera Spiritus ſancti dona comparentur aquæ, facilè eas tibi dare potero. Appellatur gratia aqua, primò quia abluit & purificat, iuxta id quod modo dicebamus ex Propheta Ezechiele. Secundò quia germinare facit. Vnde iuſtus comparatur à Daude ligno iuxta aquas plantato, ac tempeſtiuos fructus copioſè prebenti. Tertiò, quia ſitim falſarum voluptatum extinguit. Iuxta illud: qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet vltra, viſio etiam beatifica aquæ nomine merito vocatur, cum totum ſatiet hominis appetitum. Fecit nos Dominus ad ſe, & inquietum eſt cor noſtrum donec perueniamus ad illũ: quare poſtquam peruenerimus ſatiabi-

Chriſtus dominus & ſapientia patris eſt, qui hanc aquã ſitientibus præbet.

Eccleſ. 24.

Eccleſ. 15.

Gen. 24.

Ezech. 36.

Quare gratia & gloriæ aquæ cõparẽtur.

Pſa. 1.

Ioa. 4.

bimur, saturabimur, ac omnino reficiemur: bibentes aquam illam & vinū illud precioſum, & lac ſuauiſſimū. Aquam, inquam, illam animas noſtras abluentem, ſitim extinguentem, & refrigerantem: vinum illud cor lætificans, nutriens, & vires præbens: lac illud, omni candore & ſuauitate plenū.

Aqua iſta cæleſtis gratia data.

¶ Tandem hæc aqua non precio aliquo, non merito iuſtitiæ ſitientibus confertur ſed gratis. Ego, inquit, dabo ſitienti de fonte aquæ viuæ gratis, id-eſt, immenſis beneficijs quæ à me viuo fonte indeſinenter fluunt, illos potabo. Idq; gratis. Nemini enim debitor eſt Deus, quod dat, liberaliter dat. Nec illud gratis, merita noſtra excludit, quæ mera ſua gratia merita facit. In via igitur exiſtentibus prima aqua, hoc eſt, gratia prima confertur nō ex operibus iuſtitiæ quæ facimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam, & vocat, & trahit, & non reſiſtenti, ſed ſitienti, & ſe diſponenti gratiam ſuam & amicitiam præbet. Augmentum verò huius cœleſtis gratiæ, & felicitatē illam ſempiternam nemo promeretur, niſi ei prius ad promerendum, vt D. Thom. ait: gratia diuina detur. Vnde Paulus, gratia, inquit, Dei vita æterna. De precio quo emuntur hæ aquæ ſatis diximus in commen. ſuper Lucā cap. 10. in illa verba nolite portare ſaculum, nec peram. Cæterum quoniā ad efficax deſiderium æternorum, vt D. Thomas annotauit, ſequitur perſeuerantia, ideo ſubdit.

¶ *Qui vicerit poſſidebit hæc: & ero illi Deus, & ille erit mihi filius.* Victoribus concedit Deus cœleſtem hæreditatem victoribus promittit omnia bona, victoribus pollicetur æternam filiationem. *qui vicerit*, inquit, quid obſecro victurus eſt? mundum, ſcilicet,

Victor quis ſit.

A diabolum & carnem, hoſtes crudeliſſimos animæ & infeſtiſſimos tyrannos qui ergo vicerit diabolum perpetuū inſidiatorem, qui vicerit carnem quæ ſemper cōcupiſcit aduerſus ſpiritum, qui vicerit mundum blanditijs ſuis electos decipere curantem, qui vicerit omne peccatum, hic poſſidebit omnes Dei promiſſiones. Qui denique vicerit ſeipſum tandem coronabitur. Nulla enim poteſt eſſe glorioſior victoria quàm vincere ſeipſum. Atque in hoc bello à ſeipſo fugere, eſt ſeipſum vincere, & carnem, dæmonem, & mundum ſuperare. Pſalmo. 3. illuſtris Dauid cōcinnit victoriam quam de hoſtibus ſuis reportauit vnde ait inter alia: quoniam tu percuſſiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa, dentes peccatorum contriuiſti. Hanc autem victoriam canebat cum fugeret à facie Abſalom filij ſui. Quid obſecro eſt, quod fugiat Dauid, vt titulus pſalmi habet, & tunc ſe ſuperare dicat? Per hunc ergo Abſalonem filium Dauidis myſticè appetitus intelligitur, qui ab eo generabatur. Fugere ergo Dauidem à filio ſuo, contra eum inſurgenti, nihil eſt aliud, quàm fugere ab appetitu, à turbido motu, à peccandi occaſione, & à mundi vanitate, hæc eſt inſignis victoria, excellentiſſimus triūphus, atq; ampliſſimus rerum geſtarum trophæus. Hæc, inquam, eſt victoria de qua hic Dominus ait qui vicerit poſſidebit hæc omnia. Hæc eſt victoria, quæ gloriam illam conſequitur æternam, & quæ viget memoria omnium ſeculorum. Si ergo beati eſſe cupimus nos ipſos vincere ſtudeamus, quod ſi nos ipſos vincere volumus à nobis ipſis fugiamus, quod ſi à nobis ipſis fugerimus fugiemus ab omnibus animæ hoſtibus, & tunc illos

Pſa. 3.

ſu

ſuperabimus. Nemo enim nõ ſanctorum victor fuit. Primus Chriſtus Dominus: qui de agone ſuo ait apud Luc. vlt. Luc. c. vlti. Nõne oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam. Et in Acto. 14. Actis. c. 14. inquiunt ſancti: quoniam per multas tribulationes & anguſtias oportet nos introire in regnum Dei. Vnde ſicut ſancti illi veteris teſtamẽti quos refert Paulus ad Hebrę. cap. 11. Hebr. 11. Per fidem vicerunt regna, nam Abraham reges deuicit, & ſimiliter Moyſes, & Ioſue, & Dauid, & ſancti iſti operati ſunt iuſtitiam, exiſtentes in deũ & homines iuſti, ſic & nos per fidem & iuſtitiam, hoc eſt, vitæ integritatem vincere debemus hoſtes ſpirituales: ſi adipiſci volumus repromiſſiones cœleſtes, ſicut illi adepti ſunt terrenas: de quibus ſtatim addit Paul. adepti ſunt repromiſſiones. Quod de Abraham intelligere poteris, qui de Sarra ſterili ſemen habuit, & de Dauid, qui in ſolio ſuo ſedentem filium vidit. Lege de hac victoria quæ annotauimus apud Lucam. cap. 9. in illa verba qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam. Luc. 9. Nunc autem audiamus quid victoribus promittitur. *Poſſidebit*, inquit *hæc*. Interpres noſter legit, ταῦτα, ideſt, hæc & ſic habet Veronenſis codex. Alij habent, κληρονομήσει πάντα, poſſidebit omnia. Qui ergo vicerit mundũ, diabolum, & carnem, ac deniq; ſeipſum, poſſidebit omnia, quia bonorum omniũ largitore fruetur. Poſſidebit omnia, hoc eſt, ęternã vitã quę omnia bona complectitur, omniumq; bonorũ Deo conferente erit particeps. Eſt enim vita æterna omnis boni poſſeſſio & totius priuatio mali. Eſt quidem Deus noſter ſummum bonum, fons, & origo bonorũ omnium, qui illũ habet omnia habet. Hinc erat vox illa ſãctiſſimi Franciſci, Deus meus, & omnia: hoc igitur præmio afficit Deus victores, & in virtute cõſtãtes. Quod intuens regius ille vates dicebat: inclinaui cor meũ ad faciẽdas iuſtificationes tuas in ęternum propter retributionem, hoc eſt, propter te ipſum, qui es electorum tuorum merces & retributio. Et poteſt verti ex Hebræo in hũc modum: inclinaui cor meum ad faciẽda præcepta tua propter ęternam retributionem. Curemus igitur tribulationes vincere nam ecce merces eius cum eo: vt Eſaias ait: quod ſi interroges, quæ & quanta ſit hæc merces: audi quid tibi Dñs reſpondeat: ego ero merces tua magna nimis: quod ſi rurſum quęras quam magna ſit hæc merces, audi quid in hoc loco idem Dñs reſpondeat: qui vicerit, poſſidebit omnia. Qui poſſidet omnia nihil deſiderare poterit. Et vt intelligeremus hęc omnia, eſſe Deum ipſum, addit ſtatim Ioãnes hic: *Et ero illi Deus, & ille erit mihi filius*. Ideſt, vt Deus, pater illius meã ei cõferã hereditatẽ poſſidẽdã, & ipſe vt filius meã hereditatẽ, hoc eſt, meipſum poſſidebit, vt ſit hæres Dei, & cohęres Chriſti. Qui igitur in cælo Deũ habet patrẽ, omniũ illi⁹ bonorũ hęres effectus eſt. Obſerua qđ iuſti in hac vita filij dei ſunt per adoptionẽ: accepiſtis, inquit Pau. ſpm adoptionis filiorũ Dei. Sed aliud eſt eſſe filiũ per adoptionẽ patris, aliud qđ ſit filius qui iã poſſideat patris hęreditatẽ. In hac vita filij dei ſum⁹ adoptiui, at in futura filij dei erim⁹ poſſidẽtes iã hęreditatẽ: vnde Ioa. ait in. 1. ſua Ca. c. 3. Videte qualẽ charitatẽ dedit nobis pr̃, ſiue quã charos nos habuerit pr̃, vt filij dei nominemur & ſim⁹. Chariſſimi nũc filij dei ſum⁹: adoptione. ſ. per baptiſmũ & fide

Qui Deũ poſſidet omnia poſſidet Deus enim eſt omnia. Gag.

Claudius

Hæres dei qui ſit.

Rom. 8.

1. Ioa. 3.

Gag.

vita,nõdũ tamẽ apparuit quid erim⁹: quia ſicut ait Pau. cu Chriſ apparuerit vita veſtra,tũc & vos apparebitis cũ ipſo in gloria. Tunc ergo ſimiles ei erimus,non natura & ſubſtãtia,ſed qualitate,ſcilicet,beati,ſancti, iuſti, puri: erimus,inquit,ſimiles illi,beati, quia videbimus eũ ſicuti eſt,hoc eſt enim beatum eſſe,Deum & Chriſtum videre,& agnoſcere ſicuti eſt.Sicut Ioa.17. Chriſtus ait:hæc eſt enim vita æterna vt cognoſcãt te ſolum verum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, tũc ergo videbimus Deum ſicuti eſt, indeitatis,ſcilicet,ſubſtãtia, in qua nullı hominum prorſus eſt aſpectabilis. Videbimus eum ſicuti eſt,incommutabilis,ſemper manẽs,mutari neſciẽs, nulla ex parte corruptibilis,nec proficiens,cum perfectus ſit:nec deficiens eadem ratione,videbimus enim (vt Auguſtini vtar verbis) quandam viſionem,quam neque oculus vidit, neque auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit. Viſionem quandam, viſione præcellentem omnes pulchritudines terrenas,ſuri argenti, nemorum atque camporum,pulchritudinem maris,& aeris,pulchritudinem ſolis, & lunæ,ſtellarum, angelorum omnia ſuperantem,quia ex ipſo pulchra ſunt omnia.Tunc igitur vincenti erit Dominus rerum omnium, & Deus, & pater,& ille erit ipſi filius non ſpe ſed poſſeſſione hæreditatis. Nunc non apparet quid iuſti ſint,ſed cum apparuerit ſimiles ei erunt, ita vt impij clament: hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij:ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei,& inter ſanctos ſors illorum eſt. O quàm grandia ſunt iſta cæleſtium bonorum promiſſa, exuperant omnem ſenſum,

Colo. 3.

Ioa.17.

Auguſti.1. Io.3.to.9. 4.o.

Tho.

A dulciora ſunt ſuper mel,& fauum:viriliter igitur decertemus,nullo modo hoſtibus cedentes, quia nemo coronabitur,nemo filius,& hæres Dei erit, niſi legitimè certauerit.Poſtquam verò victori omnium bonorum promiſit abundantiam, & omnium diuitiarum ac delitiarum copiam, nunc hoſtibus ſuccumbentibus è regione omnium ærumnarum comminatur acerbiſſimam.ſic enim ait. Claudius.

B ¶ *Timidis autem & incredulis.& execratis & homicidis & fornicatoribus & veneficis,& idolatris,& omnibus mẽdacibus,pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure,quod eſt mors ſecunda.* Blandis ſemper, ad cautelam inſinuandam, vt ait Beda, auſtera permiſcet. Sic Pſalmo. 144. Cum gratiam miſerationum Domini abundanter intimaret, repente diſtrictum eius iudicium infert dicens: cuſtodit Dominus omnes diligentes ſe C & omnes peccatores diſperdet. Item apud Mathæum, capite vigeſſimo quinto,poſtquam Chriſtus Dominus victoribus pollicitus eſt regnum eternum dicés:venite poſſidete paratum vobis regnum,victis minatur ignem ſempiternũ diſcedite,inquit,à me maledicti in ignem æternum. Sic hoc in loco poſtquã electis promiſerat æternam illã hereditatem poſſidendã di- D cens:qui vicerit poſſidebit hęc,nũc reprobis ignem cõminatur æternũ.Caueant igitur peccatores,ne ſe vitijs, & peccatis inuoluant, ſed ad ſe redeant, doleant, & lachrymas prædolore fundant,bonis actionibus inſiſtant:nõ fallantur exiſtimantes, & credentes ſceleribus obuoluti ad cœleſtem gloriam peruenire poſſe,vel falſis precibus quas multoties fundunt,vel eleemoſynis, quas aliquando Eccleſiæ,

Mach. 25.

D.Tho. Richar.

vel

vel pauperibus tribuunt, nisi à se vitia penitus expellant : iustis enim & non sceleribus imbutis hominibus ait Dominus possidete paratum vobis regnum esuriui enim, & dedistis mihi manducare, etcætera. In hoc autem loco octo sceleratorum hominum differentiæ referuntur: vt per huiusmodi numerum à iustis, & electis, qui octo beatitudinibus ditabuntur, ipsi prorsus alieni, & exortes ostendãtur. Modo verò quid Ioãnes dicat attendamus.

D. Tho. Richar.

¶ *Timidis.* Imprimis comminatur æternam pœnam. Timidi primum dicuntur qui metuunt relinquere præsentia pro futuris: timẽt amittere temporales quas per fas nefasquè cumulare totis viribus contendunt. Quibus Dominus ait: quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? De eiꝰ modi cõqueritur Dominus Prouer. 1. Quia vocaui & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret: despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Quid deinde sequitur? Ego in interitu vestro ridebo, & subsannabo: cum vobis id quod timebatis acciderit: cum irruerit repẽtina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio, & angustia. Tunc inuocabunt me, & nõ exaudiam. Manè consurgent, & non inuenient me: eò quod exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non susceperint, & acquieuerint consilio meo, & detraxerint vniuersæ correptioni meæ: auersio paruulorũ interficiet eos & prosperitas stultorum perdet eos. Qui autem me audierit absquè terrore requiescet, & abũdantia perfruetur, timore malorum sublato.

Timidi dicuntur qui metuũt relinquere præsentia pro futuris Math. 16.

Pro. 1.

A

B

C

D

¶ Beati profecto sunt pauperes spiritu, qui non timent omnia mundi bona contemnere propter regnum cœlorum. Hi, absquè terrore requiescũt. Cantabit vacuus corã latrone viator. Hi, abundantia perfruẽtur: nihil enim habentes, & omnia possidentes. Secũdò vocantur timidi, incommoda corporis metuentes nisi tyrãnis insaniscꝫ Principibus iniqua iubentibus obediant. Quibus idem Dominus ait: nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Sed potius timete eum qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Idcirco regius vates aiebat Psal. 30. viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino. Hinc martyres omnes omni excusso timore libenter vitam pro Christo omni periculo exponebant: intelligentes illud esse verissimum, quod Neemias ait: gaudium etenim Domini est fortitudo nostra. Et quod idem Dominus apud Danielem pollicetur omnibus fidelibus: confortare omnis populus terræ, & facite, quoniam ego vobiscum sum. Tertiò timidi appellantur, qui pœnitentiam aggredi timent, qui corpus cum vitijs crucifigere abstinentia, castigationibus macerare verentur. De quibus Salomon ait Pro. 20. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur ei. Et Apostolus etiam scribit qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vocat benedictiones, eleemosynas quas pauperibus erogamus in remissionẽ peccatorum nostrorum. Rursum idem ad Galatas ait. Nolite errare, Deus nõ

Timidi dicuntur incommoda corporis metuentes nisi tyrãnis iniqua iubentibus parcant. Math. 10.

Psa. 30.

Nehe. 8.

Aggæ. 2.

Timidi dicuntur qui pœnitentiã aggredi timent. Pro. 20.

2. Cor. 9.

Gala. 6. b

irrideatur. Quæ enim seminauerit ho A mo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus, non deficientes. Quarto timidi dicendi sunt, qui aggredi metuunt bonas virtutes, opera studiosa, & laude digna: & mala perpetrare non timent. Iussa Domini facere perhorrescunt: & iussa sathanæ promptè, & delectabiliter exequuntur. Istorum figuram gerunt milites illi qui timore correpti recesserunt à Gedeone pugnante contra Madianitas, & Amalechitas; à Christo enim verò Gedeone hi discedunt timentes pugnare cõtra diabolum, & eius satellites. Sed tamen etiam cum paucis Gedeon noster pugnans vincit hostes: & si enim multi sint vocati ad pugnam, pauci tamen sunt electi militesque strenui. C Tandem timidi multi inueniuntur, qui plus multo timeant principum ac dominorum suorum minas, quam Domini iudicium non imitantes illũ, qui intrepida voce dicebat: obedire oportet Deo magis quàm hominib9. His timidis, his in omnibus incõstãtibus, his timentibus, & illic trepidantibus vbi non est timor, pars & sors cõtinget, & cadet in stagno ardenti igne & sulphure, quod est secunda mors. D Vnde his sanctus Iob ait. c. 6. qui timet pruinam, irruet super eos nix. ¶ Sed animaduerte obsecro, quod timentibus Deum timore filiali correptis, nõ hæc pæna pollicetur. Nam hic timor, sanctus est: & de quo passim scriptura sancta loquitur. Leuit. 19. Time Dominum Deum tuum. Iosue. 10. Timete Dominum, & seruite ei in corde perfecto. Hic timor tàm debitus est Deo, vt ipse Dominus, timor virorum sanctorum nuncupetur. Quod ostenditur Geneseos, capite trigesimo primo: vbi loques Iacob cum labam: nisi Deus, inquit, patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi, forsitan nudum me dimisisses, hoc est, omnibus me spoliasses, nisi mihi opitularetur Dominus ille, qui est Deus Abraham, & timor Isaac, quem Isaac reuerentiali timore veneratur. Et paulo post iurauit per timorem patris sui Isaac: id est, per Deum, quem Isaac timebat. De eo inquit Esaiæ, capite octauo: Dominum exercituum sanctificate, ipse timor vester, & ipse tremor vester. Eam obcausam iustus Simeon, qui Deum filiali timore venerabatur, à Diuuo Luca capite secũdo nominatur iustus, & timoratus. Ac Græcè dicitur, θεὸς, timor autem, δέος: quasi nomen Dei à timore deriuetur vel timor à nomine Dei. Vnde Delatinè à nomine δέος, vt viris placet eruditis, deducitur, hoc est, à timore filiali, quo illum fumus veneraturi. Hoc igitur timore affectis non pæna sed gloria promittitur sempiterna: hos respicit Deus. Ad quem, inquit, respiciã, nisi ad pauperculum, & cõtritum spiritu, & trementem sermones meos: hos amat & maxima dilectione prosequitur.

Iudi. 6. & 7.

Timidi fũt qui plus timẽt minas dominorũ quam Dei. Matth. 10.

Actor. 5.

Timor filialis sanctus.

Leu. 19. Iosue. 10.

Gen. 31.

Esa. 8.

Luc. 2.

Esa. 66.

¶ *Incredulis.* Etiam eandem pœnam cõminatur. Incredulos vocat, qui bona futura minime credũt, vt ait Tho. & Richar. increduli sunt qui vera fide carent. Sicut enim timiditas fortitudini opponitur, sic incredulitas aduersatur fidei: & sicut timidus nihil bene agit: sic nec incredulus. Est aut impossibile incredulũ & carentẽ fide placere deo: vt Pau. ait ad He. 11. Vt. n. vas sine

Incredulli qui sint.

Heb. 11.

fun

fundo perdit aquam, sic homo sine fi A de omnes studiosas actiones amittat, cum nullius sint meriti nulliusq; valoris quoad æternam vitam. Carent enim fundo, siue fundamẽto, hoc est, fide, quæ substantia dicitur à Paulo, rerum sperandarum: atquè initium vitę spiritualis. Vnde idem Paulus ibidem ait: participes Christi effecti sumus, si tamen initium substantiæ eius vsquè ad finem firmum retineamus. Ideſt, si fidem firmam Christi semper habue B rimus. Fides enim principium est substantiæ spiritualis, per quam spiritualiter viuimus, & subsistimus. Et iure optimo initium appellatur, nam quemadmodum per animæ introitum, primùm corporaliter, & in esse naturæ incipimus subsistere, sic per fidei infusionem subsistere spiritualiter, & in esse gratiæ inchoamus. Et sicut anima egressa è corpore perit vita corporalis sic ablata fide perit vita spiritualis: C omnes namq; actiones nostræ gratæ non sunt. Nam sicut numus nihil valet sine imagine, aut sculptura regis: ita nec studiosa operatio absquè fide. Quæ tanquam limpidissimum speculum vnum Deum ostendit, non sicut vana fides gentium, quæ non vnum sed innumeros deos falsos representabat: similis profecto quibusdam speculis, ita ex partibus compactis ac coniũctis, vt multas imagines vnius solius D rei representent. Huiusmodi speculis similis erat vana gentium fides, quæ illis multos deos esse asserebat, cum sit solus vnus, & hic sempiternus. Incredulis igitur & nolentibus fidem adhibere euangelio sors continget in stagno ardenti igne & sulphure. Vnde hæc eadem pœna difinitur à Christo Marci vltimo. Ite prædicate euangelium omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit condemnabitur. Cæterum non hic vocantur increduli (vt aliqui insinuare videntur) qui carent fide illa de qua Paulus. 1. Co. cap. 12. ait diuisiones gratiarum sunt, idem autẽ spiritus. Alij quidem datur per spiritũ, sermo sapientię, alij autem sermo scientiæ: alteri fides in eodem spiritu. Nam hîc fides non accipitur pro dono credendi sed pro confidenti in Deum fiducia: quippè quæ montes transferre posset. Pro fide qua quis edere possit miracula. De hac enim intellexit christus Math. 17. Amen dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: transi hinc: & transibit: & nihil impossibile erit vobis. Et cap. 21. Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, no solum de ficulnea facietis: sed & si mõti huic dixeritis: tolle, & iacta te in mare, fiet. Hęc nonũq; fides gratia gratis data vocatur, quam non omnes habent fideles, sed illam præbet spiritus sanctus cui vult, quare illa carentes non proinde increduli dicuntur, quibus æternum supplicium promittitur: sed illi increduli dicendi sunt, qui fidem nolunt adhibere euangelio.

¶His incredulis opponuntur mites de quibus in secunda beatitudine dicitur beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Habent enim tantam animi tranquillitatem & mansuetudinem tantã animi quietem & humilitatem, vt captiuent intellectum iugo fidei: at immites, rebelles sunt, & increduli. Hi quidem non possidebunt terram illam mansuetis promissam, *execratis*. quoq; infernus est paratus. Execrati sunt illi, qui à fidelium cœtu, & Ecclesia merito sunt expulsi, ad se redire nolentes, sed ipsissimam veritatẽ

similitudo

similitudo

similitudo

Heb. 11.

Marc. vlti.

1. Cor. 12. Fides inter gratias gratis datas numerata quæ sit.

Math. 17.

Math. 21.

Math 5.

abhorrentes,& blaſphemantes, qua propter iuſtè eos odio proſequitur Dominus. Hinc execrati non immeritò vocantur. Latinis enim execrari, & abominationi eſſe planè ſonat. Claudius. Quaſi igitur dicat eos eam ob cauſam eſſe Deo abominationi, quia veritatē abominantur. Hi non ſine magna cauſa à conſortio fidelium eiiciuntur. Nā vt Apoſtolus ait: quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate, aut quæ ſortietas lucis ad tenebras? Sic explicant Richardus, Thomas, Claudius, & alij. 2. Cor. 6. Cælius tamen Panonius per execratos hic exiſtimat certa genera peccatorum ſignificari. Vnum eorum, qui naturæ iniuriam in proprio corpore ſui cui ratione inferunt. Deinde verò qui cinædos cogunt in maſculinam venerem obſequi. Et qui quo quomodo poſtica diuerticula explendæ libidini quærunt, ſiue in ſimili ſpecie, ſexuue. Omnis denique innaturalis coitus ſub hoc execrati nomine comprehenditur. Aut execratus dicitur, qui ſacræ virgini moniali vim infert: & execrata dicetur illa, quæ contra iura emiſſi Deo voti ſe proſtituit. Item in hoc catalogo cenſeri poſſunt conſanguinearum inceſtus, & monachorum aut ſacerdotū fornicationes: quos omnes hæc ſcripturæ ſententia condemnat: & cogit in ſtagnum ardens igne & ſulphure, & in mortem ſecundam, quando de prima reuiuiſcere renuerunt. ¶Hi homines execrati opponuntur electis tertia illa beatitudine comprehenſis, ſcilicet, beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Lugent enim & dolent de peccatis contra Deum, & proximum commiſſis. At homines execrati lætantur cū malè fecerint: & exultant in rebus peſſimis, nedum non eos pœnitet: quare

Cinædus dicitur qui turpiter ob ſecundat pædiconibus ſuo puerorum concubitoribus.

Math. 5.

triſtitia illorum conuertetur in gaudium: & lætitia iſtorum in luctum, & in ignem & ſulphurem, *homicidæ*, ſimiliter mors ſecunda eſt parata. Homicida autem ille dicitur qui vel voluntatis prauitate, vel ſermonis perſuaſione, vel operis perpetratione hominem interimit. Imprimis in huiuſmodi homicidis ineſt mala mens, malus què animus atrox ac crudelis, vt ſibi parem, & Deo ſimilem è medio tollere velint: deinde armant manum, non ea lege ſibi datam, vt noceāt, ſed potius vt miniſtrent in rebus neceſſarijs, ſibi, proximoquè ſuo, quem ſicut ſeipſum diligere debuerant: tandem furore, & ira concitati proximum interimunt, nihil curantes. nec conſiderantes, quale ſit facinus, quantumquè ſcelus proximi ſanguinem fundere, qui ſtatim de terra clamaturus eſt ad Deum, vindictamquè petiturus ſicut de ſanguine iuſti Abel teſtatur ſcriptura ſacra, Gene. cap. 4. Ecce vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Gen. 4. Hoc eſt, peccatum illud tuum ita coram me eſt, ac ſi ipſe ſanguis clamaret ad me pro vindicta. Qua phraſi vtitur etiam Abacuc aduerſum illum qui ex rapinis ædificat ſibi domum: lapis, inquit, clamabit, è pariete contra te. Vnde primùm aduerte quod non ait: frater tuus clamat aduerſum te. Sāncti namq; non accuſant ſed excuſant peccata aliorum: vnde Stephanus, ne ſtatuas illis hoc peccatū: non igitur Abel clamat neq; occiſus innocens, ſed vox ſanguinis eius, ideſt, ipſum factū. Quod autem ait ſanguinem clamare argumentum eſt, quod Deus non tantum audit clamorem vocis: ſatis magnus clamor corā Deo eſt, quodlibet factum impium, etiam ſi nullus hominum qui occiſi ſunt contra homi-

Abacuc. 2.

Act. 7.

micidam clament: quemadmodum, & contra quodlibet opus ſtudioſum ſuam habet vocem, ſuumq; clamorē etiam ſi apud homines, & ab hominibus non commēdetur: aut etiam neſciatur. Pater, inquit, qui videt in abſcōdito, reddet tibi. Et ſapiens inquit: eleemoſyna in ſinu pauperis, & ipſa exorabit pro te. En eleemoſyna habet vocem ſuam coram Deo. Ad hunc modum etiam Paulus ait: ſanguinē Chriſti clamare ad Deum. Quod nihil aliud eſt, quàm ſanguinem mortem Chriſti in perpetua memoria eſſe coram Deo pro nobis. Secundò obſeruabis, in hebraico haberi, vox ſanguinum, atquè inter alias cauſas vna eſt, vt per hoc indicet Dominus omnes homicidas vnam eſſe maſſam, & omnem innocentum ſanguinem quaſi in vnum alueum confluere, & quaſi vno ore clamare ad Dominum, vt tandem vindictam ſumat de aduerſarijs. Hinc Dominus dicebat apud Math. cap. 23. Implete menſuram patrum veſtrorum, &c. Et rurſum veniet ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt à conſtitutione mundi. Sed nunc audi qua pœna afficiantur, & in hac & in futura vita homicidæ. quorum dux fuit impius, & ſceleratus Cain. Maledictus, inquit Dominus, eris ſuper terram: cum operatus fueris eam non dabit tibi fructus ſuos: vagus & profugus eris ſuper terram. Tripliciter enim punitur homicida Cain in hac vita: primò in anima, cū dicitur: maledictus es tu. Secundò, in bonis externis cum ait: terra non dabit tibi fructum. Tertiò, in corpore. Profugus, inquit, & vagus eris ſuper terram quorum ſingula notanda ſunt. Primū ait: nunc maledictus es ſuper terram grauius autē punitur homicida Cain quàm Adam. Huic enim dictum eſt, maledicta terra in opere tuo. Illi verò maledictus es tu. & iurè quidem: nam grauius fuit ſcelus & maius peccatum Cain interficientis ex odio & inuidia fratrem, quàm Adæ, peccantis ex negligentia, & condeſcenſione ad vxorē. Singulis ergo homicidis ait Dominus quod dixerat Cain, imo quod etiam dixerat diabolo, qui homicida ſtetit ab initio: maledictus es tu. Quantam verò incommoditatem ſentiant, & experiantur in bonis ſuis homicidæ explicatione non eget, quādo ipſa experientia conſtet: iam verò ſicut omnes deliciæ Cain erant in terra, & ab illis ablatus profugus, & vagus ambulauit ſuper terram: ſic homicidæ omnes omnibus voluptatibus carentes, profugi & vagi hac atquè illac fugere conſpiciuntur. Alij legunt, gemens, & tremens eris. & non immerito ita fuit Cain, quia enim abuſus eſt robore corporis ideo continuum tremorem, & motum membrorum illi intulit Dominus, vt non ſolum ipſe haberet iugem memoriam homicidij ſui, ſed etiam vt omnes qui illum viderent, diſcerent è pœna eius, ne talia committere auderent. At verò homicidæ hunc eorum anteſignanum imitantes gemere ſolent propter mala præſentia, & tremere propter futura. Nam vt in hoc loco D. Ioa. affirmat pars illorum erit in ſtāgno ardenti igne & ſulphure. ¶Homicidæ opponuntur ſitientibus iuſtitiā de quibus in quarta beatitudine dicitur. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Hi enim vnicuiq; reddunt quod ſuum eſt: at infelices homicidæ, qui vitam à fratre tollunt, quā reddere nequeunt. Miſeri profectò illi, quia non euadent manus Domini. repetetur ab illis ſanguis effuſus pro-

Math. 6.
Eccle. 29
Gen. 3.
Math. 23
Gen. 3.
Math. 5.

ximi sui, nec mirum quando etiam à bestijs repetitur. Audi ô impie quid Dominus dicat: omnis qui acceperit gladiũ, gladio peribit: & rursum: quicunq; effuderit humanum sanguinẽ, fundetur sanguis illius, ad imaginem quippè Dei factus est homo, & illud: sanguinem animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum, & de manu hominis. Peribis ergo peribis, impie, crudelis, & dire fusor sanguinis: & in stagnum ignis subito præcipitaberis. Vbi ignis exuret te perpetuò: & sulphur fœtore torquebit acerbo. *Fornicatoribus.* Deinde eadẽ infligetur pœna sempiterna. Fornicatores autem dicuntur illi, qui carnis illecebris, vel huiusmodi delectationibus seculi, sese illicite subijciunt: tales sunt alieni thori violatores: tales sunt qui vaga libidine cum meretricibus vitam profligãt: tales qui Deo permittente traditi sunt in desideria cordis sui, spurci & immundi porci. Quorũ figuram gerunt porci illi, in quos dæmoniorum legionem immisit Dominus, vt tradunt Marcus, Mathæus, & Lucas. Hoc etiam nomine intelligi possunt omnes auari: nam auaritia est quædam idolorum seruitus, & ex cõsequenti, spiritualis quædam fornicatio, quare hi auari. Hi fornicarij opponuntur electis, qui in quinta beatitudine misericordes dicuntur. Beati, inquit, misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. At fornicarij nullam consequentur misericordiam, sed potius perpetuas pœnas dabunt in stagno ignis ardentis. Ideo diuus Paulus, tum aliàs, tum in epistola 1. ad Cor. cap. 6. Hortatur omnes fideles dicens: fugite fornicationem. In sequitur enim nos meretrix illa, quam c. 17. descripserat D. Ioãnes. Cum alijs hostibus conferendæ sunt manus: hunc autẽ nõ melius quã fugiẽdo superamus. Inimici enim hominis domestici eius, quid nobis necesse est in ea versari domo, in qua necesse habes quotidie, aut perire, aut vincere? Quis vnquam mortalium iuxta viperam securos somnos capit? Quæ & si non percutiat, certè sollicitat. Habes Thamar cum Iuda socero quo modo eius fuerat concubitus: habes Loth patrem cum filiabus: vbi & pater vim passus est inebriatus: habes Amnõ violantẽ sororem suam Thamar. Hæc est igitur quæ mentem adimit homini: & veluti in brutum trãsformat animal. Et sicut quidam dixit: vel ipsa mulieris vmbra nocet. Homo & fœmina ignis & palea: ait Hieronymus: diabolus autem nunquam flare cessat, vt accendatur: nec tãtum eius vmbra nocet & in somnis, & cum omnino absens est, adhuc eius imaginatio nocet. Relinque ergo illi pallium, & fuge cum Ioseph. Sin autem pars tua erit in stago ardenti igne & sulphure, qd est mors secunda. ¶Ne senectuti fidas: nam senes erant illi quos scriptura refert Danielis. ca. 13. & tamen exarserunt Susanæ desiderio: ne in sapientia confidas, nam Salomon senex erat & sapientia omnes mortales longè antecellebat, & tandem adamauit mulieres alienigenas, quibus copulatus est ardentissimo amore, & auertẽrũt cor eius, ita vt sequeretur deos alienos. Nec in sanctitate pristina nitaris, nam sanctus erat Dauid, & tamen amore mulieris captus est: item olim multi vocati sunt filij Dei, & tamen scriptura affirmat quod videntes filij Dei filias hominum quòd essent pulchræ acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Legitur si viri sancti, &

Matth. 27. Apo 13. Gen. 9.

Pho. Richar.

Matth. 8. Marc. 5. Luc. 8.

Matth. 4.

1. Cor. 6.

Mich. 7. Hiero.

Gen. 38. Gen. 19.

2. Reg. 13.

Gen. 39.

Dan. 13.

3. Reg. 11.

Gen. 6.

& virtute atq; pietate præstãtes, quos vocat scriptura sacra filios dei, pulchritudine fœminarum solum cõspecta, capti sunt illarum desiderio, quid erit de his, qui inter medios fœminarũ choros se securos esse existimant? Quid de illis, qui cum mulieribus dimissis arbitris sæpè loquuntur, versantur, rident & confabulantur? Quare optimè Salomon admonet, non concupiscat cor tuum pulchritudinem eius, hoc est fœminæ, neque capiaris nutibꝰ illius. Pretium enim scorti vix est vnius panis: mulier autem viri pretiosam animam captat. Præterea idem ait: virginem ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius. Auerte autem faciem tua à muliere compta, & ne circunspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Agnosce igitur ò homo veram esse Apostoli sententiam, cum inquit: nolite errare: neq; fornicarij, neq; adulteri regnum Dei possidebunt. Et iterum: hoc scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immũdus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Quam ergo hereditatem possidebunt? Audi quid noster Euangelista affirmet. Fornicatoribus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure quod est mors secunda.

Pro. 6. c

Eccle. 9. a

¶ Beneficis. Præterea idem stagnũ paratum erit. Benefici autem autore Richarco, & Diuo Thoma dicuntur illi, qui venenum malitiæ, verbo, vel exemplo crudeliter infundunt. Benefici etiam sunt, qui veneno perimunt: cibo, potu, aut quocumq; modo. Scimus, & per aures veneno extinctum hominem. Malum hoc beneficiorũ adeò frequens fuit aliquando, vt multi insignes, & clari viri eo vita excessisse dicantur. Cleopatra apparatu belli Asiatici Antonio gratificationem eius timente, nec nisi pergustatos cibos sumente, cum eo lusit extremis coronę foliis veneno tinctis. Nam cum ipsam inter epulandum capiti interposuisset, præcedente mox hilaritate Antonium, vt coronas biberet inuitat. Concerpta ergo in poculo folia incipienti bibere Antonio (quis enim ejusmodi insidias diuinaret.) oppositа manu: en ego, inquit, charissime Antoni sum illa, quam tu noua pergustantium diligentia caues: nec tamen mihi si possem sinente viuere nocendi occasio deesset. Mox eductum de custodia vinctum, bibere iussit; qui hausto potu illico spirauit. Nam & apud Marsilienses, referente Valerio Maximo, venenum cicuta temperatum positũ erat in communi custodia, vt qui velent hoc mortis genere vitam finire, inuenirent paratum: maximè autem propter duo hominum genera, videlicet, eorum, qui extremam patiebantur ęgestatem: & eorum qui erant in sublimi constituti: quòd fortuna non diu tolerat hominem perstare in eodem statu; positis tamen tunc super hoc iudicibus: qui iustam causam sumendi venenum iudicarent. Illud mirabile, aconitum cuius tàm pestifera vis est, scorpionum tamen ictibus in vino calido datum aduersatur. Ea est natura, vt hominem occidat, nisi inuenerit quod in homine perimat. Miraculũ ergo est, cum perse ambo ista duo venena exitialia sint in homine commori, vt homo superfit. Illud quoq; stupẽdum, torpescere scorpiones aconito tactos & victos se fateri: tactu tamen elebori albi ad pristinũ vigorem reddire. Narrat autem Augustinus, quod cum

Vale. Maximus.

Aconitum hisp. cõtel ha. venenosa herba de qua Pli. lib. 27. c. 3.

D Augu.

cum Romæ ſub conſulibus Claudio, & Valerio flacco omnes maiores ciuitatis morerentur morbo conſimili: ancilla quædam Fabio Maximo ædili cauſam permiſſa ſibi prius impunitate indicat dicens: matronas venena coquere: & ſi ſe velent ſequi cõſules, hoc manifeſto exemplo deprehenderent, ſequuti ergo eam, inuenerunt matronas coquentes bona medicamenta: habentes tamen alia recõdita. Quibus delatis in forum vocatis matronis duabus, quarum vna Cornelia, altera Sergia vocabatur: aſſeruerũt ea medicamenta eſſe ſalubria: quæ cũ ea ad præceptum iudicis bibiſſent, ſtatim mortuæ ſunt. Comprehenſæ ſunt earum comites, quæ magnum numerum indicauerunt, quæ ſimilia faciebant. Ex quibus centum ſeptuaginta damnatæ ſunt. Oroſius autem affirmat damnatas fuiſſe 380. earum. Hæc ſunt beneficia quæ in hoc loco damnat Dominus: & de quibus Paulus ait in epiſto. ad Galatas. cap. 5. Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immundicia, impudicitia, luxuria, veneficia. &c. Qui enim talia agunt regnum Dei non poſſidebunt: veneficis opponuntur, qui mundo ſunt corde: de quibus in ſexta beatitudine dicitur: beati mũdo corde: venefici enim immundo ſunt corde, cum ſemper intendant fallacijs & regnis, &c.

Oroſius.

Gala. 5.

¶ *Idolatris, deniq; & omnibus mẽdacibus.* Eadem pars, & ſors continget in eodem ſtagno. Qui vocentur idolatræ explicatione non indiget, cum ſciamus eos eſſe qui idola manifeſte colant, vt olim Saturnum, Iouem, Martem, Venerem, & alia id genus portenta dæmonum venerabãtur homines. In eam quidem inſaniam prolapſi ſunt mortales, vt innumeros deos colerent, quibus immenſa, flagitia tribuebant. Quæ maior cæcitas eſſe poterat, quàm prodijs habere homines flagitioſiſſimos? & vt de alijs taceam de Ioue dumtaxat impreſentiarum dicam. Hic parentem ſuum per inſidias & ſummum ſcelus in vincula coniectum, euirauit. Hic cum Iuno ne ſorore ſua turpem habuit congreſſum: hic libidinis ſtimulis concitatus raptuit Ganymedem, & violauit Danaem: & multis alijs ſceleribus ſe contaminauit. Quod ſi hæc de illo quem deum deorum vocabant, cõfitentur: quid de alijs, quos inferiores exiſtimabant, dicent? Atq; nõ tatum homines, verum etiam bruta animalia prodijs ſumme venerabãtur. Narrat Euſebius de præparatione euãgelica: & poſt illum Blõdus de Roma triumphante: ſolitos fuiſſe Aegyptiorum duces in bello ferre in galeis ſculptas beſtiarũ imagines, quas parta victoria prodijs colebãt. Nec ſolum animantibus, ſed lapidibus, & lignis, & alijs huiuſmodi rebus ſenſu carentibus diuinitatem tribuebant. Heſiodus affirmat Ethnicos triginta millia deorum coluiſſe. Idem aſſerit Enomaus, in libro de falſitate oraculorum gentilium: & Blondus libro primo de Roma triumphante, & Cælius Rhodiginus, libro. 12. lectionum antiquarum. Tertullianus Septimius in Apologetico ſcribit gẽres habuiſſe 30. deos Ioues nũcupatos: quod probat teſtimonio Marci Varronis. Sicut qui ſolem intueri nolũt, ſed oculis clauſis lucem eius cõtemnũt per multa inuia circũferri, & cadere neceſſe eſt: ſic qui Deum verum cõtemnũt, atquè eius lumen reſpuũt in erroribus innumeris voluꝛari neceſſe etiam eſt. De deorum vanitate & multitudine ſcripſerunt Iuſtinus, in ſermone ex hor-

Euſebius Blondus.

Heſiodus. Enomaus Blondus.

Cælius. Tertul.

Iuſtinus.

De ꝛuina ꝛegentium idolatrarũ atquè de deorũ impia ꝛatione & pluralitate Gentium.

hortatorio ad gentes:& in libro de v-
nius principat: Et in Apologijs pro
Athana. Christianis: Athanasius in oratione
Eusebius. aduersus idola:Eusebius Cæsari, in li.
Lactan. de præparatione euangelica. Lactan-
tius in libris de diuinis institutionib9:
Blondus in libris de Roma triumphā
Blondus. te:Alexander ab Alexandro, in vlti-
Alexan. mo.cap.dierum genialium, fulgētius
Fulgentiꝰ in mythologijs : Palephatus in libro
Palephatꝰ de non credendis fabulis:Albricus de
Albricus deorum imaginibus:Phornutus, de
Phornutꝰ. natura deorum:Nigidius Figulus, So-
Nigidius. ranus:Diodorus Siculus: Macrobius,
& alij,ex quorum libris sceleratam E
thnicorum superstitionem intelligi-
mus.His ergo omnibus idolatris sors,
& hæreditas parata est in stagno ardē
ti igne & sulphure.Hi contrariātur pa
cificis de quibus in septima beatitudi-
ne dicitur:beati pacifici.Idolatrę nam
Math.5. ꝙ non pacem,nō Dei vnitatem amāt
sed diuisionem,tàm hominum quam
deorum: imo qui deos suos nō cole-
bant,multis tormentorum generibus
afficiebant.

¶ *Mendaces sunt*: qui veritatem ab
Mendaces quidcātur negant, qui relicto veritatis tramite
proximos fraudulenter fallunt.Mēda
ces & ij,qui fidem catholicam semel
susceptam abiurant:qui vota Christia
næ professionis,vita sua retractant:aut
qui professionis iura cōtemnunt, pa-
làm per apostasiam:aut occultè dum
inani titulo religionis retento vita mi
nus respōdent. Qui iuxta Paulum cō
Ad Titū.1 fitentur se nosse Deum, factis autem
2.Timo.3 negant:cum sint abominati, & ad om
ne opus bonū reprobi. Speciem qui-
dem pietatis habentes, virtutem autē
eius abnegantes. Væ his hominibus
quibus tāta pœna parata est à Deo.De
quibus Psalmista ait : perdes omnes
Psa.5 qui loquuntur mendacium.Non ad-
uertunt miseri, eos occidere animam
suam.Cum sapiens dicat,Sapien.1. Os Sap.1.
quod mentitur,occidit animam.Mē-
daces isti filij sunt diaboli, qui in veri-
tate nō stetit,vt Christus ait:quia non Ioa.8
est veritas in eo:cum loquitur mēda-
cium ex proprijs loquitur,quia men-
dax est,& pater eius, hoc est, menda-
cij. Primus qui mendacium protulit
fuit diabolus,qui primę mulieri dixit:
nequaquàm moriemini. Vt enim
festiferum venenum perimit corpus, Gen.3.
ita pernicioſum mendacium ex deli-
beratione prolatum animam interfi-
cit.Mendacium quod criminis macu
lam inurit alijs, nō solum præsentes
vulnerat,sed etiam absentes.Vt arcus
nō eos solum percutit qui iuxtà sunt,
sed qui longè: sic lingua fallax euo-
mens virus acerbitatis suæ,non tātum
in spectantes lacessit,sed etiam remo-
tos ac difunctos. Vnde Hieremias.c. Hiere.9.
9.Extenderūt,inquit, linguam suam,
quasi arcum mendacij,& non veritā-
tis , quare qui alios falsis criminibus
maculare cōtendūt digni sunt, vt mit
tantur in stagnum istud.Imitemur igi
tur nō diabolum sed eum quem Ioā. Ioa.1.
c.1.vocat plenum gratiæ, & veritatis,
qui ait apud eundem:si veritatem di-
co quare nō creditis mihi.Audiamus
igitur Paulum admonentem in epist.
ad Colloſ.cap.3.nolite mentiri inuicē. Collo.3.
Sex sunt ait Salo.quæ odit Dominus,
oculos sublimes linguam mendacem
&c.Atq3 inter alia mendaciorum ge-
nera,præcipuum est,quod in religio-
nem Christianam committitur. De
quo seruator ait:si dixero quia nescio
eum ero similis vobis mendax. Et ali
bi:ego in hoc natus sum,& ad hoc ve
ni in mundum:vt testimonium per-
hibeam veritati:Hanc negauit Petrus
cum tertio dixit;nō noui eum.Sed nō

mi-

mirũ,nam tunc aderat in domo Caiphæ:siue in domo Anæ vbi veritas ingredi non poteſt:quod ſi ingrediatur, collaphizabitur:ſed neq; in domo Pilati eſt veritas,illo dicente : quid eſt veritas?& ſi ibi ingreſſa fuerit,velabitur facies eius.Non ergo mendaces ſimus nam mendacio pars erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure:his opponũtur electi & iuſti qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam : de quibus in octaua beatitudine dicitur: beati qui perſecutionem patiũtur propter iuſtitiam. Non enim aiunt cum Petro nõ noui eum mortis, metu correpti : ſed dicunt,ſi dixero quod nõ noui eum ero ſimilis vobis mendax: atq; ob hanc conſtanter tuendam veritatem mortis periculo ſe libẽter exponunt.Iam ergo vides octo in hoc loco damnata vitia quibus opponuntur beatitudines octo.Beati ergo pauperes ſpiritu:beati mites:beati qui lugent:beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam:beati miſericordes:beati mundo corde:beati pacifici: beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam omnium iſtorum eſt regnum cœlorum. Cõtra verò infelices timidi,increduli,execrati, homicidæ, fornicatores,venefici,idolatræ,& mẽdaces quoniam ipſorum eſt ſtagnum ardens igne & ſulphure , quod eſt mors ſecunda.Non enim hi reſurgẽt in iudicio vt ait Dauid Pſalmo.2. Reuocabantur quidem conuerſi mortales ad vitam,cum Dominus ad iudicandum veneritait enim Paulus omnes quidem reſurgemus:ſed non omnes immutabimur: Sed Dauid eo in loco non differit de corporum reſurrectione,ſed de reſurrectione ad vitã ſecundam & æternam, quæ eſt vera vita cum autem reſurgere ſit ad vitã redire, vita autem dãnatorum mors potius æterna ſit,quàm vita, verè dicitur,eos non reſurrecturos eſſe , quia non reſurgent ad vitam, ſed ad mortem ſecundam,hoc eſt, ad mortem æternam corpore & anima ferẽdam. Scio tamen verbum hębraicum non ſolum reſurgere ſignificare, ſed conſiſtere, & cauſam in iudicio obtinere: cuius contrarium eſt cauſa cadere,& litem amittere.Quam obcauſam poterit eſſe ſenſus illius loci:ideò nõ conſiſtent impij in iudicio Dei, ſed cauſa cadentes æterno ſupplicio adiudicabuntur.De quibus ait in hoc loco Ioã nes pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda. Vbi vides præter mortem naturalem duas eſſe mortes, vnam animæ per mortiferum crimen in hoc mundo,alteram æternam in inferno. Sed de his ſuperius ſatis diximus.

Ioa.8. Luc.22. Math 5 Math.5.

¶ *Et venit*,inquit, *vnus de ſeptem angelis*. Rupertus exiſtimat hunc Angelum eſſe Chriſtum qui loquitur in omnibus angelis,hoc eſt,in prædicatoribus ſanctis vnde quidam illorũ ait: an experimentum qaæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? ſed quantum ego exiſtimo,non congruit ad Chriſtum referri hunc angelum: eo quod oſt eſurus potius ſit Ioãni viſione imaginaria ſponſam agni,hoc eſt,Chriſti. Quare ne cõfuſio ſit in ſenſu , melius per hunc angelum intelliges, vnum verum angelum ex illis exterminatoribus ſeptem quos viderat ſuperius Ioa.cap.15.&.16.Qui demonſtraturus eſt Ioãni & ſponſam Eccleſiam,& agnum Chriſtum ſponſum eius. Quis autem ſit angelus iſte,nõ hîc exprimitur,erat autem, *Vnus de ſeptem angelis habentibus phialas plenas ſeptem plagis nouiſſimis*. De ſeptẽ plagis nouiſſimis

Ruper. Ioa.c.15. & 16.

dixi-

diximus satis, cap. 16. Obseruatamen cū Areta, quòd Spiritus sanctus quos antea vltores induxerat, nunc ediuersō proponit tanquam medicos: qui interdum quidem duri accedunt ad incidendum, quandoque verò lenia apponunt medicamina. Nam is qui tūc plagam inducebat modo beatitudinē Ecclesiæ sanctorum ostendit. Solet enim Deus nunc minis, nunc promissionibus suos ad se trahere: vt si peccatores sint, ad se redeant: si verò iusti, in virtute contineantur. Appellat autem eas plagas nouissimas, quòd nouissimis temporibus effundendæ sunt super homines reprobos.

¶ *Et locutus est mecum dicens, veni & ostendam tibi sponsam vxorem agni.* Mirum (inquit Richardus) quidem videtur quòd Angelus Diuo Ioāni in hoc loco se ostēdere polliceatur, spōsam agni, quam ipsemet Ioānes se iam vidisse paulò ante dixerat. Vidi, inquit, ciuitatem sanctam Hierusalem, nouam descēdentem de cœlo, à Deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Abbas Ioachin existimat, illud fuisse dictum de Ecclesia peregrinante, hoc autem de triumphante. Quasi illud viderit per se, hoc autem per alium. Multa enim scripta sunt de gloria præsentis Ecclesiæ quæ appellatur Hierusalem, quæ non solum legi potuerunt à discipulis, sed videri oculis, & auribus audiri. Quia verò illa quæ sursum est Hierusalem, nō potest modo oculis videri: nec per scripturas sacras intelligi sicut est, opus erat vt à Deo mitteretur doctor spiritualis, qui discipulos traheret ad intelligentiam, quam anagogicam appellamus: & per ea quæ cōperta sunt in scriptura sacra de Ecclesia peregrināte in hac mortali vita: raperentur ad diuinam cōtemplationem & visionem illius, quæ triumphat & coronatur in cœlis. Richardus tamen existimat vtrumque intelligendum esse de ciuitate sancta Hierusalem non terrena, sed cœlesti, non peregrinanti sed triumphante. Quid est ergo quod Ioāni angelus promisit ostendere, quam se dixerat iam vidisse: nisi quod iam magna quidem viderat, sed adhuc tamen valde maiora visurus erat? Liquet nimirum in sequentibus, vbi sanctę ciuitatis murum, portas, angulos, mensuram, fundamēta, & alia multa illius gloriosa sacramenta, multiformiter, & pulchrè describit: ea quæ iā viderat valde ætimāda paruā, ad illorū mirabilē cōparationē quę restabāt videda. Hæc Richar. & quauis hæc sententia mihi magis placeat: illud tamē intelliges, quod ea quæ in prima visione dicta sunt de Ecclesia cœlesti innouata post iudiciū cōpetere possunt Ecclesię peregrinanti: hæc autē quę referūtur in præsenti visione nō omnia ad militantē, sed ad triūphantē cōuenire possunt. Quē admodū illud quod dicitur, non intrabit in eā aliquid coinquinatū: & quia nox nulla ibi diē interpollabit: nequè ciuitas illa eget, aut sole, aut luna: nec tēplū visum est in ea. Ergo certa res sit quod ab hoc loco vsq; ad finē libri status, & excellētia, & dignitas, & pulchritudo Ecclesiæ ita describitur, vt non alia quam triumphans videatur.

¶ *Veni*, inquit, non passibus pedum, sed passibus fidei, & mentis tuæ intelligentia, veni: *Et ostendam tibi sponsam agni.* Idest, Ecclesiam in sua forma & pulchritudine: præsertim qualis futura sit, quum ad Dei veniet contemplationem. Magna quidem sunt, quæ de futuro sanctorum statu vidisti, sed eleua, & dilata mentem, quia

Richar. de eodē ſtatu ipſorum viſurus es mira, quæ nondum vidiſti. Appellatur autem Eccleſia in hac vita, & ſpōſa & vxor agni: ſponſa, quia cœleſti ſponſo Chriſto ſpirituali dilectione copulatur: ſponſa, quia ſemper immaculata permanet: vxor verò quia per eius gratiam ad multorum filiorum pro creationem fœcundatur: ſpiritualeſque ſemper Deo filios parit. Vocatur etiam Eccleſia in futura vita, & ſponſa & vxor agni. Tum quia quæ ſemper fuit ſponſa per fidem & dilectionem, erit tunc vxor per fruitionem, cum ad cœleſtis amplexus peruenerit coniunctionem. Tum etiam, quia nunc Deo deſponſata, tunc ad immortales eſt perducenda nuptias, quando etiam cum iam vxor facta, etiam ſponſa permanebat. Si quidem in illa beata copula, ſemper vxor cum filijs, ſemper virgo erit permanentibus nuptijs, & ſponſalibus feſtis. Res profecto admiratione digna, (inquit Cęlius Pānonius) virgo & mater, fœcunda prole tàm multiplici, quantus erit numerus electorum, & intacta florem gratiſſimi odoris ſuæ virginitatis ſpirans ſemper. Gaudia aderunt nuptiarum, corruptio nulla aderit membrorum. Thalamus nidebit odoribus vnguentorum, copula non ſentiet cōtactus carnalium voluptatum: ſponſus erit, & ſponſa, ſed ſine lege cōnubij maritalis, virgo eſt ſponſus, virgo & ſponſa. Neſcit ille fœminam, neſcit iſta virum: paſcitur ille inter lilia caſtitatis, iſta candore integritatis gloriatur: ambo fœlices, auſpicatiſſimis nuptijs, ambo beati. Rex ille eſt, Regina conſors regni iſta, gloriam dat ille, recipit iſta. Sol deniquè ille, iſta luna. Sol, qui neſciat ecclipſin: luna, quæ neſciat mutabilitatem, vel hoc ſolo nomine ſemel atquè iterum beata: creſcit illius ſemper gloria, creſcit & huius pariter: gloria & fęlicitas ambobus ſemper: idem locus, ęternitas eadem ambos complectitur. Ille laudibus miris efert ſponſam, hęc ſpōſi vocibus intendit. Cantat ſponſæ canticum ſponſus: ſponſa ſponſi non reticet hymnos eunt, ambulant, gaudent, iubilant, cantant, viſunt, nec modus gaudijs lætitiæquè vllus, tàm beata copula nuptialis, tàm felix conuictus beatæ perēnitatis. Ad quā quicūq; peruenerit, tūc demū feliciſſimo minimequè exors tantæ lætitiæ erit.

Beda. Richar.

¶ Quare verò ſponſus iſte, agnus dicatur, ſæpè diximus: factus namquè eſt agnus manſuetus, factus eſt hoſtia pro peccatis noſtris. Miſit enim Deus ait Apoſtolus, filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati: vt de peccato damnaret peccatum. Hoc eſt, de Chriſto agno immolato pro peccato, dānaret peccatum noſtrum. Sic explicat Orige: quem ſequitur Diuus Auguſtinus, libro 3. contra duas epiſtolas Pelagianorum: & Primaſius Vticenſis eius diſpulus in commen. in epiſtola ad Roma. Quam ſententiam videtur idem Paulus 2. Cor. 5. ſignificare. Qui non, inquit, nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit: vt nos efficeremur iuſtitia Dei in illo. Tūc peccatū feciſſe dicitur, quādo ſicut agnus manſuetus ductus eſt ad victimam.

Rom. 8.

Orig. Augu. Primaſ.

2. Co. 5.

¶ *Et ſuſtulit me in ſpiritu, in montem magnum & altum.* In illa ſpirituali viſione videbatur Ioanni ſublatum fuiſſe ab Angelo in mōtem magnum & altum. Quo ſignificare voluit Angelus ei reuelanda eſſe per ſpiritum ſecreta cœleſtia, & ea maximè quæ præparauit Deus diligentibus ſe, quæ nec oculus vidit, nequè auris audiuit, nec

Rupert. Cælius.

in

in cor hominis ascendit: idcirco spiritualis ei erat necessaria visio, quæ assequeretur quæ reuelanda erant, & manifestanda, de Ecclesia triumphanti. Quæ quidem magna erant & alta, magna quidem propter vniuersam beatorum multitudinem: alta, propter boni possidendi sublimitatem. Idcirco sublatus dicitur in montem magnum & altum. Secundò per hunc montem magnum, & altum designare voluit Ecclesiæ, siue militantis, siue triumphantis conditionem. Ecclesia enim semper sursum manet: vnde Diuus Paulus ad Galatas quarto, inquit: illa quæ sursum est Hierusalem mater nostra est. Ecclesia siue triumphans, siue militans sursum esse dicitur, quia non terrenis, & carnalibus ducitur sicut synagoga: sed supernis, & cœlestibus bonis: semper eius conuersatio in monte illo magno & alto, hoc est, in cœlis est. Tertiò per hunc montem magnum, & altum docere voluit Angelus super quem montem fundata esset Ecclesia, siue militans, siue triumphans, hoc est, Christum. De quo Daniel ait: lapis pręcioſſus de monte ſine manibus creuit in montem magnum, & repleuit vniuersam terram. Et apud Matheum ipse mons de seipso spiritualiter loquens non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Magnus est iste mons nam cælum & terra eum capere nõ possunt. Vnde quem Daniel montem appellauerat magnũ, statim appellat Deum magnum. Christus enim Dñs & mõs magnus, & Deus magnus est: nam est rex regum, & Dñs dominantium, vt noster Ioa. dixit superius. De hoc mõte magno quidam vates ait: erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montiũ, & eleuabitur super colles: & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi. Ad Christum enim seruatorem alij pergunt sensim & pedetentim quibus onerati: alij velociter & festinanter expediti, & liberi atq; seculi diuitijs exonerati & vacui: qui instar rapidorum fluminum ad Christum fluunt. Illud Psa. 33. Accedite ad eum, & illuminamini, ex hebræo verti potest: accedite ad illum, & fluite. De hoc monte magno qui terram impleuit, & ingentia innumeraq; miracula ædidit ait psaltes Dauid Psalmo. 71. Benedictus dñs Deus Israel, qui facit mirabilia solꝰ: & benedictum nomen maiestatis eius in æternum: & replebitur maiestate eius omnis terra: fiat, fiat. Et ipse apud Malachiam. c. 1. à solis, inquit, ortu vsquè ad occasum magnum est nomen meum in gentibus. Et in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio mũda. Appellatur autem mõs iste, altus, quia ita est homo, quod etiã sit Deus, qui solus est altissimus. Quẽ excelsum vocat psalmista Psa. 135. Cuius gloria super cœlos est Psa. 12. Mõs ergo iste magnus & altus, fundamẽtũ firmissimũ est Ecclesiæ militantis, & Ecclesię triũphantis. Vt autor est Paulus. 1. Cor. 3. Fundamentum, inquiens, nemo aliud potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Sustulit ergo angelus D. Ioa. in montem excelsum, magnum & altũ: vt ea imagine significaret alta magna q; mysteria illi esse ostẽdẽda: & vt ostẽderet, ciuitatis sanctę Hierusalẽ cõuersationẽ esse in illo mõte altissimo, quo beatitudo & felicitas eius est prę parata. Et vt insinuaret hãc sanctã ciuitatẽ fundatã esse supra firmũ, magnũ & altum montem Christum.

Richar. Claudius

Gala. 4.

Dan. 2.

Matth. 5

supra. c. 19

Esa. 2.

Psa. 33.

Psa. 71.

Malach. 1.

Psa. 137. Psa. 12.

1. Cor. 3.

¶ *Et ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem magnam descendentem de cœlo.* Græci addunt, ἀπὸ θεοῦ, à Deo, eò quod descendere de cœlo sit, vt superius explicuimus, à Deo trahere originem & gratiam & gloriam recipere. Ciuitas ergo quæ isto modo à Deo de cœlo descendit, subuecta in cœlum est, & ad antiquum dierum peruenit. Vide quæ superius in hæc verba annotauimus.

Gag. Claudius

¶ *Habentem claritatem Dei.* Dum in hac peregrinatione Dei Ecclesia morabatur nonnullam. s. fidei claritatem habebat: videbat Deum suum & Christum sponsum suum per speculum, & in enigmate: modò autem in æternis illis mansionibus intuetur eũ facie ad faciem: nam lumine & claritate cœlesti confortata, intuetur lumẽ illud immensum. In hac mortali vita Ecclesia filia dei erat, & filia Dei vocabatur, sed nondum apparebat, quod erat: cum verò aparuerit sponsus eius post extremum iudicium tunc similis ei erit, & videbit eum sicuti est vt noster Ioannes affirmat in prima sua Canonica, capite. 3. Tunc fulgebũt iusti sicut sol in regno patris, & sponsi sponsæ. Vt apud Math. c. 13. Sponsus ipse testatur. Fulgebunt, inquam, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent: vt sapiens ait: fulgebunt sicut stellæ in perpetuas æternitates, vt affirmat Daniel. A Deo autem hanc habere claritatem dicitur, nemo enim à se gratiam habere potest: nedum gloriam. Habet verò claritatem Dei quẽ admodum ferrum habet claritatem, & speciem ignis. Sicut enim ferrum, (ait Richardus) dum in ignem mittitur, in igne & ab igne coloratur, & ignis quidem speciem sumit, sed à se non habet quod accipit: ita sancta mater Ecclesia claresc̃et in beatitudine æternæ diuinitatis illustrata fulgore. Aestimet ergo qui potest, quanta, quamque iucunda concors, & indissolubilis erit creaturæ humanæ, creatorisque vnica coniunctio, vbi claritas quam creator habet per plenitudinem, creaturæ dabitur per plenitudinis participationem: quam ille habet per naturam: huic dabitur, habere per gratiam. Hæc Richardus. Tunc enim amplius decora videbitur, quando per spiritum quo eius sponsus creditur conceptus, & genitus imaginem plenè meruerit portare cœlestem. Nec in anima solũ hæc Christi spõsa immarcescibilem Dei habebit lucem, & claritatem, sed in corpore etiam habebit claritatem Dei. Vnde Paulus ait: Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Secundum operationem virtutis suæ. Trãsfigurabit igitur, & corpus Ecclesiæ suæ humile, & abiectum & aridũ, vt conforme fiat corpori gloriæ suæ: vt & corpus sponsæ quod nunc aridum est ante arcam Dei, aliquando & ipsum sicut olim virga Aaron germinare incipiat, & turgentibus gemmis proferre folia, & flores & fructum immortalitatis. Hoc autem facturus est sponsus secundum potentiam & efficatiã qua potest subijcere sibi omnia. 3. Reg. c. 6. sacra narrat historia vtrũq; cherub, qui erat intra sancta sanctorũ, fuisse altitudinis. 10. cubitorum. Quo significabatur Dei Ecclesiam denario æternæ claritatis perfrui in quo est imago ad quam condita est. Similis enim ei tunc erit in corporis & animæ claritate & videbit eum sicuti est.

Bcda

Philip. 3. Ruper.

Num. 17.

3. Reg. 6.

1. Ioa. 3.

2. Ioa. 3.

Math. 13. g Sap. 3.

Dan. 12. b

Richar. similitudo

¶ *Et*

¶ *Et lumen eius simile lapidi precioso tanquam lapidibus iaspidis, sicut chrysst allum.* Græca sic habent, simile lapidi precioſiſſimo, tanquam lapidi iaſpidi chryſtallizanti. Ideſt, vt chryſtallum lucido. Ante omnia illud annotare libet his verbis & ſequentibus deſcribere Spiritum ſanctum formã ſponſæ, & pulchritudinem ciuitatis ſanctæ Hieruſalem, ſiue Eccleſiæ triumphantis, cuius pulchritudo, venuſtas, claritatis iucunditas, & abſolutio atquè perfectio tanta eſt, quanta verbis explicari, aut acie mentis comprehendi minime poſſit: idcirco hanc angelus depingere volens, miris vtitur metaphoris, hyperbolis, typis, ſchematibus & figuris, maximè autem collationibus ijs ex rebus deſumptis quas maximè admirari homines, ac magni facere ſolent. Iam ergo ad huius loci explicationem accedamꝰ: cuius duplex eſſe poteſt literalis intelligentia. Prima ſit: vt lumen huius ſupernæ Hieruſalem Chriſtus ſit, vt pote lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: qui rectiſſime vocatur lapis precioſiſſimus: lapis, quòd immortalitate ſit indiſſolubilis: precioſiſſimus: quod ſpecie & forma ſit præ filijs hominũ ſpecioſus. Lumen ergo & ſol illuminans Eccleſiam illam Chriſtus quidẽ eſt lapis precioſiſſimus: bene autẽ hic lapis ſimilis dicitur iaſpidi ſẽper virenti, quia Chriſtus Dominus nullis vnquam præſſuris, nullis ærumnis, & afflictionibus emarcuit: ſemper fuit lignum viride vt ipſe de ſe teſtatur: nõ quidem flagellis, alapis, crucis ponderibus, aliiſq; paſſionis calamitatibus aruit ſicut areſcere ſolet fœnum: ſed viridis & potens, contra eas permanſit: item non diſſimilis fuit chryſtallo ob ſyn- A ceræ vitæ perſpicuitatem. Secunda verò intelligentia ſit locum iſtum nõ de lumine Chriſto, ſed de lumine & claritate participata ipſius Eccleſiæ in æterna illa patria intelligendum eſſe. Lumen ergo & ſplẽdor, & claritas ſanctæ & cœleſtis Hieruſalem aſſimilatur iaſpidi chryſtalizanti. Non enim potuit glorioſa & ſpecioſa eius forma conuenientius commendari, quàm vt iaſpidi chryſtallizanti compararetur, B magis quã excecanti ſolis ardori, quũ in illa viſus delectatio ſit, in hac viſus perſtrictio. Erit ergo eius ſpecies admirabilis, quæ ſplendeat ſicut ſol, & temperetur ſplendor ad viſus delectationem: hoc eſt lumen eius eſſe ſimile iaſpidi chryſtallizãti. Iaſpis enim viriditate ſui afficit viſum, plurimũquè delectat, ſed nõ manet in ſanctis color eius denſus, ſed ſicut chryſtallũ traſparens: vt ſplendor ſit Eccleſiæ & traſparentia in ſumma aſpectꝰ delectatione. C Splendor ergo erit in corpore ſpõſæ, & ſplẽdor limpidiſſimus in anima: erit enim viſio illa beatiſſima clara, & perſpicua quæ ſignificatur per chryſtallũ: erit pulchritudo bonarũ actionũ & virtutũ, quod ſignificatur in iaſpide. Iaſpis enim & viridis eſt, & in illo varietas quædam colorum reperitur: de cuius natura & proprietate inferiꝰ dicemus: in ſanctis ergo illis reperitur D & varietas donorum, & virtutum, qualis inuenitur in iaſpide: & ſplendor tranſparens in beata viſione qualis conſpicitur in chryſtallo. Ex quo intelliges quod Dauid ait Pſalmo. 95. Confeſſio, & pulchritudo in conſpectu eius. In cœlo enim nihil aliud inuenitur quàm confeſſio, & pulchritudo, hoc eſt, iaſpis & chryſtallũ, ſunt in cœlo, Eſt quidem in illa æterna & cœleſti patria chryſtallũ, ideſt,

Richar. Gag. Brda.

Ioan. 1.

Pſa. 95.

aperta & peſpicua Dei confeſſio, & laus. Quod ſi ad iaſpidem oculos conuertas, virtutum varietatem videbis. Atq; hoc quidem myſterium intelligere poterimus ex ijs quæ ſacra ſcriptura narrat Gene. cap. 24. vbi refertur ſeruum Abrahæ Rebeccæ impoſuiſſe inaures aureas, & armillas: vt adduceret eam in vxorem Iſaac filio Domini ſui. Armillas manus ornamentũ eſſe omnibus compertũ eſt: per quas opera ſancta, & ſtudioſas actiones intelligimus. Quare merito etiam in iaſpide ſignificantur hoc loco. Inaures verò fidei obedientiam deſignare docent ſancti. Atq; hæc fides in cœleſti patria vertitur in chryſtallum: omnia enim clara & aperta ſunt in cœleſti illa Hieruſalem. Hæc ſunt ergo ornamenta Rebeccæ, hoc eſt, huius ſpiritualis & triumphantis ſponſę Chriſti. Ideo ait lumen eius ſimile lapidi precioſo tanquam lapidi iaſpidis, ſicut chryſtallum.

Gen. 24.

¶ Et habebat murum magnũ & altũ.

Per murum ciuitatem hanc cingentẽ intelligũr imprimis patres Deum: de quo primum Eſaias dixerat: vrbs fortitudinis noſtræ Sion, Saluator ponetur in ea murus, & antemurale: appellat hanc ciuitatem, Sion. Hoc eſt, ſpeculum, quoniam ex ea & in ea Deum contemplamur. Siue igitur per Sion intelligamus Eccleſiam militantem, ſiue triumphantem: eius murus eſt Deus, eam vndique ambiens, & protegens. Hoc idem ait Zacharias: ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius. Et pſalmographus: Dominus in circuitu populi ſui, ex hoc nunc, & vſque in ſeculũ. Et rurſum alibi inquit: niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam. Vbi conſpicio Deum eſſe huius ciuitatis murum, & gloriam, & cuſtodẽ. Hãc Eccleſiæ dignitatem & excellentiam contemplans idem regius vates canebat: glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Hic eſt murus ille de quo in hoc loco ait D. Ioa. & habebat murũ magnum & altũ. Sed quæret aliquis, quid eſt quod Ioãnes vnum hîc tatum murum deſcribat Ezechiel autem. ca. 40. tres? huic obiectioni facile reſponderi poteſt, nam cum per murum Deus intelligatur, Deus autem vnus ſit, manifeſte conſtat, iure optimo Euangeliſtam poſuiſſe vnicum murum, ſed cũ in diuinis tres ſint diſtinctæ perſonæ, poſuit Ezechiel tres muros. D. Ioa. reſpexit ad vnitatem eſſentiæ: Ezechiel verò ad diſtinctionem perſonarum. Secundo poſſumus reſpondere. D. Ioa. hîc loqui de Eccleſia triumphanti, Ezechiel autẽ de militãti in ſe, ideò Ioãnes vnicum murum ſe uidiſſe affirmat. Quia ciuitas triumphans diuina tantum eget protectione, Ezechiel verò vidit tres muros, quia Eccleſia militans triplici indiget præſidio, diuino, angelico, humano, per prę fides & principes. Habet imprimis Deum cuſtodem, habet præterea & angelos. Angelis enim ſuis mandauit de illa vt cuſtodiant illam in omnib9 vijs ſuis. Prælati enim murus ſunt, & antemurale Eccleſiam protegentes, & defendentes, imo animam ſua pro illa ponẽtes, ſunt enim boni paſtores de quibus Dominus ait apud Ioa. ca. 12. Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. Contra verò de iniquis paſtoribus & prælatis ait Dominus Ezechie. cap. 13. Væ prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuũ, & nihil vident. Non aſcendiſtis ex aduerſo, neque poſuiſtis murum pro domo

Quis ſit murus Eccleſiæ tam triumphantis quã militantis

Eſa. 26.

Zach. 2.

Pſa. 124.

Pſa. 126.

Pſa. 90.

Ioa. 12.

Ezech. 13.

Ezech. 40.

Math. 4.

mo Iſrael. Eſt enim officium prælato-
rum ſeipſos opponere pro muro iræ
diuinæ, vt in ſe potius recipiat ictus, &
ignea machinarum iacula, ſic enim ſe
opponebat ille, qui dicebat: quieſcat
Exo.32. ira tua, & eſto placabilis ſuper nequi-
tia populi tui. Et de populo poſt ait: di
mitte eis hanc noxam, aut ſi non fa-
cis, dele me de libro tuo, quem ſcrip-
ſiſti. Sic etiam murus erat ille, qui di-
Rom.9. cebat: optabam ego ipſe anathema eſ-
ſe à Chriſto pro fratribus meis. Mu-
rus erat Aaron, qui cucurrit ad mediã
Nume.16. populi multitudinem, quę igne à deo
miſſo conſumebat, & obtulit thymia
ma, ſtanſque inter mortuos & viuos
preces ardentes pro populo ad domi
num fundebat, & ita plaga ceſſauit.
Poſuit enim ſe pro muro, & iram do
mini detinuit, eumq; lachrymis pro-
fuſis placauit. Ad quam hiſtoriã allu
Sap.18. dit liber Sapientiæ, cap.18. Feruentes
Exo.32. preces Dominum mouent, & quaſi
ligant. Vnde ille dicebat Moyſi pro
populo oranti: dimitte me vt irascatur furor meus contra eos. Et Hiere-
Hier.7. Iſa.64. miæ: ne obſiſtas mihi. Hoc intelligẽs
Eſaias triſtes illas voces emittebat di-
cens: non eſt domine, qui inuocet no-
men tuum, qui conſurgat, & teneat te.
En vides quo modo Eccleſiæ militã-
tis murus ſit protectio diuina, angeli-
ca, & humana. De muro iſto huma-
Threno.2. no loquitur Hieremias, Threno. ca. 2.
myſticè dicens. Tradidit in manus ini
mici muros turrium eius, &c. Luxit
antemurale, & murus pariter diſſipa-
tus eſt. At verò ciuitas illa cęleſtis mu
rum habet magnum & altum, hoc
eſt diuinam protectionem. Item per
hunc murum intelligere poſſumus
perpetuam ſecuritatem. Habẽt enim
beati perpetuam ſuę beatitudinis ſecu
ritatem. Paulus, & Moyſes diuinam
viderunt eſſentiam, ſed non tranſie-
runt murum iſtum: & ideo beatos fuiſ-
ſe non dicimus. eſt enim conditio bea
titudinis, perpetua ſecuritas.

¶Murus ille magnus dicitur, quia
magnus dñs dicitur in ciuitate, & Siõ, Pſa.47.&
Pſalmo. 47. & 98. item altus eſt murus 98.
iſte, Dominus enim excelſus terribi- Pſa.46.
lis ait Dauid Pſalmo. 46. Hoc muro
excelſo & magno proteguntur beati.
Eſt quidem Dominus protector om
nium ſperantium in ſe.

¶Aliqui per murum iſtum mag-
num, & altum firmitatem fidei intelli
gũt, qua ſe olim aduerſus hoſtes tutati
ſunt huius Eccleſiæ ciues dum pere-
grinarentur, vt inquit Paulus, à Domi
no, vel perfectiores ciuitatis huius mu
nicipes, qui aduerſus tyrãnos, & hære
ticos olim ſe tanquam murum oppo
ſuerunt pro domo Dei Iſrael, cæteros
infirmiores in vnitate continentes, ne
longius à ſeptis euangelicis diuagaren
tur, & à fide deficerent, ita Gagneius.

¶*Habentes portas duodecim, & in por
tis angelos duodecim, & nomina duode-
cim ſcripta, quæ ſunt nomina duodecim
filiorum Iſrael.* Antequam ad huius lo
ci explicationem peculiarem acceda
mus imprimis annotare hic libet dig-
nitatem huius numeri duodenarij to-
ties hoc loco & capite poſiti. De hoc
ergo numero legimus in Euangelio
duodecim nõa Apoſtolorũ ſunt hęc.
Quo numero ſignificatur vniuerſa
iudicantium multitudo, propter duas
partes ſeptenarij, quo plerumq; ſigni-
ficatur vniuerſitas: quæ duæ partes, id
eſt, tria & quatuor, altera per alteram
partem multiplicatæ, duodecim fa-
ciunt. De his duobus numeris hæc
ſcribit Hiero. in commen. Ezech. c. 31.
Cum locuturus eſſet Dominus ad
Pharaonem apud Ezechielem, vnde

De nume-
ro duden
rio.

Math.10.a

Hiero.

anno sermo fit: nedum enim venerat ad duodecimũ, qui numerus est plenæ consumataque virtutis. Vnde & duodecim sunt filij Iacob, à quibus postea duodecim nomina prophetarum vno volumine continẽtur. Et A postoli duodecim sunt, quorum quia vnus Iudas proditor fuit, in locum eius Mathias eligitur. Et Archisynagogi filia annorum, duodecim à Domino suscitatur. Hemorhoyssa quoq; anno, duodecimo recepit sanitatẽ. Item B Augustinus in commen. Psal. 86. ait: duodecim est sacramentum vniuersitatis. Vnde dicitur de Apostolis, quod iudicabunt duodecim tribus Israel. Nunquid Paulus excludetur ab *hoc numero?* Minime. Nam non solũ duodecim illi, & Paulus, sed quotquot iudicaturi sunt, propter significationẽ vniuersitatis ad duodecim pertinent: ab omnibus quatuor vẽtis: sicut dicit Dominus in Euangelio, à quatuor ventis se collecturũ electos suos. Et similiter hîc dicuntur duodecim portæ Hierusalem, per quas vniuersi ingrediuntur ad beatitudinem, & ad Christũ qui porta est. Similiter duodecim sunt sancti patriarchæ. Et rursum Psalmo 59. ait. Duodecim perfectus est numerus, cui duodenarius A postolorũ numerus deputatur. Quia per totum mundum mittendum erat verbum. Mundus ex quatuor partibꝰ D constat, quatuor eius partes notissimę sunt omnibus, & sępè in scripturis memoratæ, quæ etiam quatuor venti dictæ sunt oriens, occidens, aquilo, & meridies. Ad omnes istas quatuor partes missum est verbum, vt in trinitate omnes vocarẽtur. Duodenarium numerum, ter quaterni faciunt. Hæc ille. Et in Exod. cap. 15. Duodecim sunt fontes in deserto. Et Iosue. 4. eligũtur duodecim viri, & duodecim lapides ex alueo Iordanis: his igitur de hoc numero ita explicatis nũc ad præsentem locum explicandum deueniendum est. Ciuitas ergo illa cœlestis habere duodecim portas dicitur. Prima huius loci communis sanctorum, & doctorum intelligentia est: vt his duodecim portis, duodecim Apostoli intelligantur, per quos eorum fidem & vitam imitando in cœlestem Hierusalem ingredimur. Cum enim nemo hanc sanctam ingrediatur ciuitatem Hierusalem nisi Christi fidẽ habeat, & euangelio credat, quod annuntiauerunt per totum terrarum orbem duodecim Apostoli, ipso Domino cooperante, & sermonem confirmante sequẽtibus signis: propterea duodecim Apostoli, duodecim dicuntur portæ ciuitatis. Istorum duodecim Apostolorum etiam erant typus & figura duodecim filij Iacob: & duodecim principes tribus Israel, duodecim fontes Helim: & duodecim lapides de Iordane sublati, in munimentum filiorũ Israel. Et duodecim boues sustentantes mare æneum, duodecim Prophetæ in vno arctati volumine: & duodecim stellæ quibus coronata superius fuit sponsa. Sunt enim duodecim Patriarchæ, ideſt, duodecim principes à Christo constituti super omnem terram, vt regius vates concinit, dicens: cõstituit eos principes super omnem terram. Sunt etiam duodecim fontes ex quibus emanat purissima aqua salutaris sapientiæ, quibus Dominus dixit de Spiritu sancto loquens: ille vos docebit omnem veritatem: aqua ista rigat Ecclesiæ militantis hortum, & areolas eius. Sunt etiam duodecim lapides vsi per charitatem ipsi Christo Domino coniunctissimi, tãquam pri-

1. Sensus.

Mar. vlti.

Figuræ notandæ.

Psa. 44.

Exo. 15.

Io. 16.

Ioſue. 4. Dan. 2.

Marc. 5. ibidem.

Aug.

Exo. 15. Ioſue. 4.

ma

mario lapidi exciſo de monte abſquè manibus,qui ſtatuam magnam & ſuperbam Nabuchodonoſor percuſſit,
2.Para.4. & vſquè ad fauillam reduxit.Sũt duodecim boues ſuſtentãtes mare æneũ: per quos ad nos doctrina ſacramentorum à Chriſto inſtitutorum peruenit & ſuſtentatur aduerſus omnes hæreſes.In quo mari æneo,& aqua puriſſima animæ lauantur, & emundantur, vt Dei conſpectu ſint dignæ.Sunt prę
1.Ioa.2. terea duodecim prophetæ annuntian B tes mundi finem,vnde verbum familiare eorum,hoc eſt:filioli nouiſſima hora eſt,hoc vnum non vos lateat: qui venturus eſt veniet & non tardabit.Adhuc modicum, aliquantulum què.&c.Annuntiant itaq; aduentum iudicis , ſicut duodecim Propheræ. Duodecim etiam ſtellæ ſunt illuſtrantes mundum vniuerſum,& ornantes ſanctam matrem Eccleſiam fulgore claritatis ſuæ,per doctrinam,per cha- C
Mar.3. ritatem,per miracula:de quibus dicitur in Euangelio & dedit illis poteſtatem curandi infirmitates, & eijciendi dæmonia.Sunt deniq; portæ duodecim,& duodecim fundamenta ciuitatis cœleſtis:ratione iam expoſita. Has
Pſa 86. portas animo intuens,& ſpiritu contẽplans Dauid dicebat Pſalmo.86. Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.Plus enim multo diligit Dominus has portas, & in- D troitus firmiſſimos,& ſtabiles cœleſtis Sion,per quas ingreditur gens ſancta,quàm habitationes inſtabiles ſynagogæ.De his intelligens Dominus ad
Eſa.26.a angelos loquens apud Eſa.ait: aperite portas & ingrediatur gẽs iuſta,cuſtodiens veritatem.Apoſtolorum ſiquidem coadiutores fuerunt angeli, ad inducendos electos in hanc ſanctam ciuitatem. Horum enim miniſterio A quilibet hanc ingreditur ciuitatem. Sunt enim in miniſterium miſſi,propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis:quemadmodum igitur duodecim ſunt portæ,ita accomodè duodecim aſſignantur angeli,quorum miniſterio quilibet per aliquam ingreditur portam.Idcirco additur in textu. *Et in portis angelos duodecim.* Verum eſt tamen quod inoleuit hic error,vt pro angelos,ſcribatur angulos, cum græcè ſit,ἀγγελῶν,& ſic veteres codices manu deſcripti habẽt.Duodecim ergo angeli in duodecim portis cuſtodes ſunt ciuitatis ſupernæ Hieruſalẽ, dum ipſa peregrinatur , Apoſtolorum vt diximus coadiutores ad inducẽdum in ſanctam ciuitatem electos. Qui legunt,angulos,dicunt per hos, doctores & prædicatores ſignificari, qui quondam Eccleſiæ militantis lapides inter ſe nectebant. Alij verò affirmant per angulos ſignificari aptos eſſe ad ingreſſum beatitudinis tàm fideles ſumptos ex iudæis, quàm ex gẽtilibus, hi enim ſunt duo parietes in vnum angulum copulati.Alij per angulos dilectionem Dei, & proximi intelligunt.In quo angulo porta conſtituitur ad ingreſſum patriæ cæleſtis. In his enim duobus mandatis tota lex pendet,& Propheræ. Alij deniq; legentes angelos,per angelos deſignari putant ſacerdotes, & prædicatores euangelicos, qui angeli appellantur à Malachia.cap.2.Labia,inquit,ſacerdotis cuſtodient ſcientiam,& legem requirent ex ore eius:quia angelus Domini exercituum eſt. Malach. 2.

¶Secunda verò huius loci intelligentia ſimplicior,& planior,atq; magis ad literam accommodata mihi videtur,vt per has duodecim portas nõ duodecim Apoſtoli intelligantur,ſed 2.ſenſus.

duo-

decim Patriarchæ. Vnde Primasius hunc exponens locum sic ait. Scimus per duodecim Apostolos Dominum nostrum vniuersis ad fidem introitū primordialiter præbuisse: huius tamē circuitantia loci ab hac nos intentione reuocauit, quando duodecim tribuum Israel interposuit mentionem, tanquam Patriarchas primùm hîc intelligi volens. ex quorum stirpe nouimus vniuersam Israelitarum gentem specialiter propagatam: ex quibus secundum Apostolum Paulum, reliquæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt, adiungens, quoniam non repulit Deus plebem suam. Atquè ideo duodecim Patriarchas in totidē portis debemus accipere: præsertim audiētes, quod non tu radicem portas, sed
Rom.11. radix te. Ad Rom.11. Euidenter enim dicit, & nomina scripta duodecim tribuum Israel. Hinc enim Apostolus confidenter clamat, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorū, gloria & testamēta, & legislatio, & obsequium, & promissa: quorum patres, ex quibus Christus secundum carnē, qui est super omnia benedictus in sæ-
Roma.9. cula, Roma.9. Angelos autem hîc significari puto illos seniores ac proceres quorum illa gens dispensatione, ac ducatu mirabiliter regebatur. Qđ si Deos huiusmodi interdum dici me minimus, quid mirum si angelos appellari credamus? Applicabitur, in-
Exod 22. quit, ad Deos. Exod. 22. & ego dixi dij
Psal 81. estis, & filij excelsi omnes Psal. 81. Vt vniuersitatem totius plebis complexus ostenderet, quæ in præpositis constat, & populis. Hactenus ille. Hęc sententia (inquit autor Collecta.) vel ex eo veritatem tenere videtur, quòd hi primum Dei notitiam nati, nobis per fidem vnius & veri Dei quā profitemur, velut ianua sunt, ad introitum in ciuitatem Dei. Addit Haymo filios inquiens, Israel, non debemus intelligere carnaliter, duodecim filios Iacob, quorum fuit reproba vita, sicut scriptura manifestat: sed patres spirituales, ex eius progenie descendentes sicut fuit Esaias, Hieremias, cæteriq; Prophetæ, quorum nomina scripta sunt in portis, quia memoria illorum in fide continetur Apostolorū. Quod enim isti annuntiant factum, illi prædixerunt futurum. Inscripta ergo nomina duodecim tribuum Israęl in portis memorantur, quia quicunq; per portam ingredi ciuitatem cupiunt, fidem habere Patriarcharum, opus est, id est, vt verè Israelitæ sint. Paulus dicit: non omnes, qui ex Israel sunt, hi sunt Israelitæ. Proinde opus est fide esse Israelitas nos, non carne. Caro enim nō prodest quicquam Ioa.6. Dicatur ergo, & in portis nomina tribuum duodecim filiorum Israel scripta erant: quia videlicet soli pertinent ad ciuitatem hanc, qui fidem habent Israelis, idest, Christi figurati per Israel. Proinde præcepto Dei Pontifex olim inscripta ea nomina lapidibus preciosis duobus onychinis, in superhumerale gestabat super vtrumq; humerum, & in rationali quoq;. De quo sic exrat præceptum Dei Exod.28. Racionale quoquè iudicij facies opere polymito. Ponesq; in eo quatuor ordines lapidum: in primo veri su erit lapis sardius, topazatius, smaragdus. In secundò, carbunculus, & saphirus, & iaspis. In tertio, ligurius, achates, & amethystus. In quarto, chrysolitus, onychino, & berillus: inclusi auro erunt per ordines suos: habebūtq; nomina filiorum Israel. Duodecim nominibus celebū-

Ioa.6.

Figura. Exo.28.

tur

tur ſinguli lapides, nominibus ſingulorum per duodecim tribus. Ergo ad hunc modum capiendo, in ſingulis portis erunt nomina tribuum, duodecim ſcripta in totidem angulis iuxta communem lectionem: quæ faciunt 144. in quo omnis multitudo ſanctorũ includitur, vt ſentit Haymo. Sed quid quod tãtum filiorum Iſraelis nomina ſint inſcripta? Quia ſoli Abrahę vt annotauit Claudius, & eius ſemini promiſſa fuit omnium hereditas: nullus quoquè hanc ingreditur ciuitatẽ, niſi ad Abrahæ ſemen attineat, non quidem carnaliter, ſed ſpiritualiter. Ipſe enim eſt pater in Chriſtum credentium: quaſi igitur diceret: omnes electi de ſemine ſunt Abrahæ, ſpiritualiter intellige, qui, ſcilicet, eum fide, & operibus imitantur. Sed ſi ſecundam expoſitionem ſequamur per hos intelliguntur electi omnes veteris teſtamenti. Vt, ſcilicet, oſtendatur eadem fuiſſe fides veterum Iſraelitarum veteris teſtamenti, quæ Apoſtolorum in nouo teſtamento.

A credentes Chriſti mortem & paſſionem ſolum profuturam exiſtentibus in Hieruſalem. Omnibus enim mundi partibus ſalus patet: quare ne aliqua gens, aut natio conqueri poſſet ab oriente collocantur portæ tres, & ab aquilone portæ tres, & ab auſtro portę tres, & ab occaſu portæ tres. Nõ enim eſt acceptatio perſonarum apud deũ. Prædicate, inquit, Euangelium omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit, qui verò non credi- Ruper.
B derit condemnabitur. ¶Item ex electis alij veniunt ad cœleſtem patriã ab oriente, hoc eſt, à pueritia: alij à meridie, hoc eſt, ab adoleſcentia: alij ab occidente, hoc eſt, à iuuẽtute ætateq; virili: alij deniq; ab aquilone, hoc eſt, à ſenecta: ita explicat Rupertus. ¶Præterea vt Haymo docet: ab oriente ve- Haymo.
niunt ad cæleſtem ciuitatem Iudæi, à quibus oriẽs Chriſtus traxit originẽ, in trinitatem credẽtes eis per Prophe
C tas annuntiatam. Hanc enim annũtiauit Eſai. qui audiuit cherubin claman- Eſa 6.
ties, ſanctus, ſanctus, ſanctus dominus Deus ſabaoth. Ab aquilone veniunt gentiles incredulitate olim frigentes: ad quos Apoſtoli ſancti tres portas poſuerunt eodem myſterio. Ab auſtro portæ erant etiam tres. Per auſtrũ tota latitudo populi Chriſtiani ad meridiẽ diffuſa intelligit, cui ardẽtibus radijs fides illuxit: potiſſimum quia in ea porD te bona pars Chriſtianorum erat. Ab occaſu portæ etiam tres. Occaſus finis mundi computatur, quando Enoch, & Elia prædicantibꝰ ad fidem veniẽt multi, vt non ſemel dictum eſt. ¶Iam verò ſi per has duodecim portas, duodecim tribus Iſrael intelligamus, vt in ſecunda intelligentia dicebamus, à quatuor mundi plagis veniunt ad patriam cœleſtẽ qui verè Iſraelitæ ſunt

¶Ab oriente portæ tres, & ab aquilone portæ tres, & ab auſtro portæ tres, & ab occaſu portæ tres. Si per duodecim portas, duodecim Apoſtolos intelligamus ſecundum priorem expoſitionem, rectè ſancta ciuitas verſus quatuor orbis partes tres portas habet, quia per harum portarum, ideſt, Apoſtolorum prædicationem, ab omni mundi parte venient, qui veſtigia ſanctorum Apoſtolorum imitantes, in ſuper benedictã trinitatem credant. Vnde Lucæ. 13. dicitur: & veniẽt ab oriente, ab aquilone & auſtro, & accumbent in regno Dei. Hinc intelligemus quam ob cauſam paſſus eſt dominus extra ciuitatem Hieruſalem: vt non exiſtimarent Iudæi in Chriſtũ

Luc 13.

Gag.

Mar. vlti.

Ruper.

Haymo.

Eſa 6.

ha-

habentes ab Israele originem spiritua-
lem. ¶ Denique aduertendum duo-
decim portarum sic positarum figu-
ram gerere positionem ipsa castrorũ,
duodecim tribuum filiorũ Israel ex
Figura. Aegypto ascendentium, Num. 2. Præ-
Num. 2. cepit Dominus vt ad orientem tribus
tres, ad aquilonem tribus tres, ad me-
ridiem tribus tres, ad occidentem tri-
bus tres castrametarentur. Per quod
datur intelligi fidem sanctissimæ tria-
dis, patere ad quatuor orbis plagas, &
per eam vndequaq; intrare ad cœle-
stem Hierusalem. Sed obserua diligẽ-
ter, quod castra illic, hic vero ciuitas
appellatur: quasi è castris fieret in ciui-
tatem transitus. Quod sanè ita est: nã
militia est vita hominis super terram:
Iob. 7. vt Iob ait, cap. 7. & strenuè militat in
terris, munitus fide trinitatis, regnat in
illa cælesti ciuitate gloria admirabili
coronatus. Necesse est ergo dum vitã
hanc mortalem agimus, semper in ex-
peditione esse: semperquè paratos: vt
dum incursus fiant viriliter resistamꝰ.
Non sunt arma abijcienda: imo verò
tanto magis corripienda, quanto in fe-
stiora initant militiæ certamina. Non
2. Timo. 2. enim coronabitur quis nisi legitimè
certauerit. 2. ad Timo. 2. Non simus
pueri meticulosi, qui ad quosuis mi-
natorum caniculorum latratus expa-
uescunt, ac fugiunt. Elephantum po-
tius more, conspecto sanguine accẽda-
mur, quibus nec casus quidem spem
vincẽdi auferat vllus. Ita post hac glo-
riam ciuitatis degustabimꝰ, miris mo-
dis in hac scriptura figuratã. Hæc au-
Beliut. tor Collecta. ¶ Iam ergo vt redeaꝰ
vnde digressi sumus, habebat hęc
Ezech 40. ciuitas, quemadmodum & templum
quod se vidisse narrat Ezech. cap. 40.
Portas ad diuersas mundi plagas res-
picientes, quia, vt in principio diceba-

A mus, de diuersis mundi regionibus e-
rant multi in hanc ciuitatem, siue mi-
litantem, siue triumphantem ingressu-
ri: Vnde Esaias alloquens illam ait: Le-
ua in circuitu oculos tuos & vide: om- Esa. 60.
nes isti congregati sunt, venerunt tibi.
Filij tui de longè venient: filiæ tuæ de
latere surgent. Tunc videbis, & afflues,
& mirabitur, & dilatabitur cor tuum,
quãdo cõuersa fuerit ad te multitudo
maris, fortitudo gentium venerit tibi.
B Et cap. 35. dixerat idem vates: ambula- Esa 35.
bunt qui liberati fuerint, & redempti
à Domino, conuertentur & venient
in Sion cum laude, & lætitia sempi-
terna super capita eorum: omnes ergo
gentes plaudite manibus, iubilate
Deo in voce exultationis.

¶ Et *murus ciuitatis habens fundamẽ-
ta duodecim, & in ipsis duodecim nomi-
na duodecim Apostolorum agni*. Hic
imprimis sententia Richardi propo-
C nenda est, existimãtis per duodecim
portas, duodecim Apostolos esse in-
telligendos: per duodecim verò fun-
damenta, duodecim tribus Israel. Sed
mirum est, inquit: quod superius in
portis quas Apostolos figurare dixi-
mus, nomina duodecim tribuum Is-
rael scripta legimus: hîc in fundamen
tis in quibus duodecim Patriarchas,
vel ipsas tribus ex patriarchis progres
D sas intelligimus, nomina duodecim
Apostolorum, & agni scripta reperi-
mus: mira ergo & antiquorum & mo
dernorum in vna fide concordia. No
mina namq; duodecim tribuũ in A-
postolis, & nomina duodecim Apo-
stolorum scripta leguntur in duode-
cim tribubus, siue patriarchis, quia A
postoli fidem patrũ de redemptione
generis humani completam prædica
uerunt: & patres per Apostos prędicã
dã fideliter crediderunt. Hæc ille.

1. intelligẽ-
tia. Richar.
per 12. por-
tas intelli-
guntur 12
Apostoli
per funda-
menta ve-
ro tribus
Israel.

Richar.

¶ Cæ-

2. intelligẽtia. Gag. 11. fundamenta. 12. sunt Apostoli. Ephe. 2. d

¶ Cæterum hæc fundamenta ab omnibus ferè patribus dicuntur Apostoli duodecim: quia in fide ab eis prædicata fundata est Ecclesia catholica, ædificata, vt inquit Paul. in epi. ad Eph. supra fundamẽtum Apostolorum & Prophetarum. Cum ergo supra dixerimus Deum esse murum huius ciuitatis, quia eius custos & protector: fundamenta eius sunt hi, qui vnius Dei & sanctæ trinitatis fidem ac cultum docuerunt. Hinc in his fundamẽtis sunt duodecim Apostolorum nomina inscripta, eò quod ipsi spiritus primitias habentes prædicta docuerunt. Videtur Claudius siquidem textus seipsum exponere, cũ addit nomina duodecim Apostolorum in scripta in illis. 12. fundamẽtis, quasi dicat. 12. ipsos Apostolos illa esse duodecim fundamenta.

¶ Sed quæret aliquis quo modo Apostoli fundamenta vocantur huius ciuitatis quando vnum dumtaxat sit eius fundamẽtum, hoc est, Christus? 1. Cor. 3. Paulus enim ait. 1. Cor. 3. Fundamentũ nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus? Augu. Ad hoc respondet D. Augu. Psa. 86. explicans illa verba fundamenta eius in mõtib⁹ sanctis. Q̃d sicut Chr̃s dicitur sanctus sanctorũ, sic figuratè fũdamẽtũ fundamentorũ: porta & ianua portarum, pastor pastorum, si ergo sacramẽta cogites, Christus sanctus sanctorum, si gregem subditũ cogites, Christus pastor pastorum, si fabricam cogites, Christus fundamentum fundamentorum: sic & si ingressum cogites Christus est porta portarum duodecim. Ego sum, inquit, ostium, per me siquis introierit salutabitur. Hoc est, Ioa 10. b fundamentũ illud de quo Paulus ait: Ephe 2. vos estis ciues sanctorum, & domestici dei super ædificati supra fundamẽtũ Apostolorũ, & prophetarũ ipso summo angulari lapide Christo Iesu: nõ dixit ædificati super fundamẽta, quę sunt Apostoli, & prophetæ, sed super fundamentũ Apostolorũ & prophetarum; Christus est ergo fundamẽtũ cui nitũtur prophetę & Apostoli. Apostoli & prophetæ sunt fundamenta in quorũ fide & doctrina nitimur nos omnes fideles. Omnes ergo habemus pro primo ac pręcipuo fundameto Chr̃m, quare rectè ait Apostolus fundamẽtũ nemo potest ponere præter id qd̃ positũ est, qd̃ est Chr̃s. Nemo ergo dicat ego sum Pauli, ego sum Apollo, ego verò cephę. Omnes nãq; sumus Chr̃i. Equide solus Christus sine Apostolis fũdamẽtũ est: Apostoli aute sine christo fundamẽta nullaten⁹ esse possũt. Meruerũt illi, in Chr̃o fideles spiritualiter gignere: quos absq; ope Christus solus, si voluisset, in filios adoptaret. Digni similiter fuerunt populos docere eorũq; esse doctores, & pastores: sed vt cœlesti supernoq; patri, magr̃o, atq; pastori, eorũ seruitus militaret. Illi ergo secũdũ mẽsurã, quã eis partit⁹ est Chr̃us: ipse autẽ citra mensurã, in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. 1. Co. 2. De cuius plenitu 1. Cor. 1. dine omnes accepisse testãt Euangelista Ioa. 1. Proinde optimo cõsilio quũ 12. Apostolos seu fundamenta ciuitatis, imo muri ciuitatis nominatim expressisset & agni vocabulo vsus est.

Explicatur locus.

¶ *Et qui loquebatur mecum habebat mensuram arundineam auream, vt metiretur ciuitatem & portas eius, & murũ. Ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est, quanta & latitudo & mensus est ciuitatem de arundine aurea per stadia duodecim millia, & longitudo & altitudo, & latitudo eius æqualia sunt. Et mensus est murũ eius. 144. cubitorum, mensura hominis quæ est angeli.*

Richar. Scotus.

¶ Ante omnia hic animaduerte Richardum totum hunc locum non de Ecclesia triumphante exponere: sed de Ecclesia militante: eo quod multa quæ in hoc capite dicuntur de Ecclesia triumphante, huic peregrinanti conueniant. Ait ergo, per hunc Angelum Doctorum chorum significari: Angelus quidem habet arundinem auream quia sanctus doctorum chorus ad erudiendam plebem dominicam missus habet scripturam diuinam Dei sapientia quæ per aurum significatur, fulgidã. Hanc habens Angelus ciuitatem metitur, quia doctorum autoritas eam fidelibus secundum vnius cuiusq; capacitatem & mensuram dispensat. Portas quoque, hoc est, Apostolos metitur, dum apostolicam doctrinam introitum ciuitatis cœlestis esse manifestè cunctis protestatur. Metitur denique murum, hoc est, Christum, dum nostrum redemptorem & protectorem prædicat Deum & hominem verum. Ciuitas in quadro dicitur posita: & tãta eius longitudo, quanta latitudo: quatuor sunt latera huius ciuitatis sanctæ: fides, spes, charitas, operatio. Quæ æqualia sunt: quia quantum quisque credit, tantum sperat: quantum sperat, tãtum diligit: quantum diligit, tantum operatur. In quadro igitur ciuitas posita est, robusta fide, longanimis spe, ampla charitate, efficax opere. Vel quadrum ciuitatis sunt quatuor principales virtutes in homine: prudentia, scilicet, & temperantia, fortitudo & iustitia quæ æquales esse debent in homine: nec alia aliam debet excedere. Quod si de his virtutibus infusis intelligimus: æqualiter infunduntur. Quod verò additur: & mensus est ciuitatem de aurea arundine per stadia 12. millia sic exponit. Stadium & longitudo mineris, in quo curritur, vt brauium acquiratur. Duodenarius autem vniuersitatem significat, millenarius perfectionem. Angelus ergo ciuitatem de aurea arundine per stadia duodecim millia metitur: quia doctorum autoritas etiam minores ad brauium æternæ remunerationis currentes: Apostolicã doctrinam ex verbis sacræ scripturæ perfectæ secundum vires suas consummare attestatur. Duodenarius quippè apostolicam doctrinam significat: & millenarius perfectionem figurat. Lõgitudo, inquit, eius, latitudo, & altitudo, æqualia sunt. Longitudo fides, altitudo spes, latitudo charitas: quę æqualia sunt: quia quantum quisq; creditã tum sperat: quantum sperat: tãtum diligit. Nec mireris quod superius spes pro vno ciuitatis latere ponitur: & hic per eam ipsius altitudinem figuram: quia vna & eadẽ res in sacro eloquio, sępè multis intellectibus seruit. Et mẽsus, inquit, est muros eius. 144. cubitorũ, & mensura hominis, quæ est angeli. Superius dixit murum, hic dicit muros. Habet nimirum Hierusalem nostra murũ, quia defensorẽ habet Christum: habet muros: quia habet munitores doctores & rectores ecclesiasticos. Quorũ mesura recte declaratur cũ dicitur, & mensus est muros eius. 144. cubitorũ, mesura hominis quę est angeli. Cetenarius significat perfectionẽ: quadragenarius qui ex quater decẽ cõsurgit, quatuor euangeliorũ & decalogi cõpletionem: quaternarius quatuor principalium virtutum exercitationem: cubitus operationem. Muri igitur Hierusalem. 144. cubitos habent, quia sanctæ Ecclesiæ defensores perfecta operatione præcepta quatuor Euangeliorum. atque decalogum cum exercitatione quatuor prin-

principalium virtutum complent. Et hæc est hominis mensura quia est omnis iustitia. Nec est vilis, nec contemnenda, tanta tabisque mensura. Per eam himitum homo in se iustificatur. Per eam angelo fotialiter coæquatur, propterea dicitur mensura hominis, quæ est angeli. Hactenus ex Richar. ¶ Sed hanc explicationē missam facientes ad aliam accedamus quando totum hoc caput non tam de Ecclesia militanti, quam de triumphante vt superius ostendimus, agit. Singula igitur verba audiamus.

a. Sensus planior & verior.

¶ Et qui loquebatur mecum: habebat mensuram arundineam auream, græci habent, τὸν καλὰμον χρυσοῦν, idest, arundinem auream: & hic vetus exemplar latinum habet. Superius, inquit Primasius, sibi dicit Ioānes arūdinem datam, tanquam prædicationis dispensationem sibi commissam: nunc verò Angelum qui ei loquebatur, auream habere dicit arundinem, vt metiretur ciuitatem, & portas eius & murum. Christum itaquè oportet intelligi, qui est sapientia Dei attingens à fine vsquè ad finem fortiter & disponit omnia suauiter, primo Corin. primo, Sapiæ. octauo: inde legimus, accipite sapientiam sicut aurum. Prouerbiorū decimosexto. Et reuera soli Christo licet metiri ciuitatem: cuius est vnicuique credētium spiritualia distribuere dona gratiarum, cuius etiam est omnia in numero & pondere, & mensura disponere: vt Sapient. vndecimo dicitur. Christus igitur est qui habet hanc mensuram arūdineam. Illi namquè data est à cœlesti patre potestas in cœlo & in terra. Vt ipse constanter affirmat apud mathæum cap. vltimo. Hic considerat merita singulorum, & præmia æternæ beatitudinis confert. Angelus ergo iste Christus est. Mensura verò arundinea, siue arūdo aurea iusta est eius sapientia, iustumquè eius iudicium auro diuinæ sapientiæ refulgens. Hoc metitur merita singulorum habitantium in hac ciuitate cœlesti. ¶ Illud hic obserua quod Angelus iste vnam tantum mensurā auream habet qua metitur totam ciuitatem. Vt hinc intelligamꝰ Christum esse iustum iudicem apud quem nō est personarum acceptio, vt sacra scriptura testatur, Deut. cap. 10. & 2. Para. c. 19. Rectus iudex qui meritorum momenta perpendit, vnam tantum mensuram habet, auream illam ac rectam, qua merita & merita metitur. Iniquus verò non vnam sed plures habet mēsuras quas abominatur dominus dicēte Salomone in Prouerbior. Pondus & pondus, mensura & mensura: vtrumquè abominabile est apud Deū. Iniquus, inquam, iudex qui duas habet mensuras, vna metitur diuites, altera pauperes: vna potētes, & nobiles, altera humiles & ignobiles: vna quos amore, altera quos odio prosequitur. Hos admonet dominus Leui. cap. 19. inquiens: nolite facere iniquū aliquid in iudicio, in regula, & pōdere, & mēsura. Christus autem de seipso loquēs ait apud Esa. c. 28. ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura. Nō ait: ponam in ponderibus, sed in pondere: nec in mensuris, sed in mensura. En in hoc loco vides quo modo vno calamo aureo, hoc est, iusto suo iudicio diuina sapientia splēdenti metitur ciuitatem. ¶ Secundò etiam aduerte hanc mensuram, & hanc arundinem auream habere sex cubitos, & palmū sic enim ait Ezechie. cap. 40. & in manu viri calamus sex cubitorum, & palmi quantitatem hic exprimit, quā

Primasius. Angelo habenti arūdinem aurē ex Christo & quare.

1. Cor. 1.

Sap. 7. Pro. 16.

Sap. 11.

Math. vlti.

Deu. 10. 2 Para. 19. Rectus iudex vnam iniquus vero duplicē habet mensuram.

Pro. 20.

Leui. 19

Esa. 28.

Arūdo aurea dicitur habere sex cubitos & palmū & quare.

Ezech 40

non expreſſit in noſtro textu. Erat enim calamus ille Ezechielis imago, & figura huius. Erat ergo hæc menſura aurea ſex cubitorum & palmi. Quidam exiſtimant virgam illam, & Ezechielis, & Ioānis habere ſex cubitos & palmum vnum: quidam verò, & melius quantum ego exiſtimo, ſex tãtum cubitos, ſed hos cubitos, non eſſe prophanos & vulgares, ſed ſacros, qui palmo vno maiores erant prophanis. Habebat ergo mẽſura illa arundinea ſex cubitos quorum vnuſquiſque palmo excedebat cubitum prophanum, & communem: iuxta id quod prædicto loco ait Ezechiel. Compertũ eſt enim viris in lege veteri peritis apud Hebræos menſuras ſanctuarij maiores eſſe alijs cõmunibus. Cubitus vulgaris continebat quinque palmos, cubitus verò ſanctuarij ſex. Accipitur verò palmus pro quãtitate quatuor digitorum. Et quoniam cubitus ſacer continebat cubitum profanum, & palmum vnum, ait Ezechiel, hunc calamũ mẽſorium eſſe ſex cubitorum, ex illis cubitis, quorum quilibet habet cubitum vulgarem cum palmo, hoc eſt ſex palmos. Hoc oſtenditur aperte. c. 43. Ezechie. vbi hęc dicũtur: illę autem menſuræ altaris in cubito veriſſimo, qui habet cubitum & palmum. Veriſſimum cubitum eum vocat quo vtebãtur in templo ſacerdotes. Maior erat menſura templi, quã ſeculi, quia largius menſuraturi ſumus Deo q̃ mundo: quũ ipſe Deus ſit bonorũ omniũ largitor. Et Eccleſię ſuę menſura vera eſt & plena: ſed hæc plenitudo in Eccleſia triũphãte ſuper effluẽs eſt. Angelus ergo iſte menſuram habebat ſex cubitorũ. Numero quidem ſenario omnia creata ſignificantur: quoniã ſpatio ſex dierũ Deus mundũ condidit: iuſto ergo iudicio ac diuina ſua ſapientia & iuſtitia metitur Chriſtus omnes creaturas & hac menſura meritur ciuitatẽ illam cæleſtem. i. omniũ ciuiũ merita conſiderat, & diiudicat: maximè Apoſtolorũ qui per portas ſignificãtur, ſiue merita primorũ ex duodecim tribubus Iſrael, qui ſecundũ alios per eaſdẽ portas ſunt deſignati. Sed quid eſt quod angelus iſte metiatur murũ huius ciuitatis, cũ ſuperius dixerimus hũc murum eſſe Deum, eo quod illã muniat, cuſtodiat, & protegat? Reſpondemꝰ, quod murum metiri nihil aliud eſt, quã quòd ſecundũ diuinũ Dei decretũ & propoſitũ remunerabuntur electi, hãcq; ingredietur ciuitatẽ. Quod ſi per murũ intelligamus viros perfectos non ſolũ Chriſtus Dñs, omnium ciuium metitur merita, & inter ciues Apoſtolorũ qui per portas intelliguntur, ſed etiam metitur merita virorũ perfectorum, qui per murum intelliguntur: qui ſuper fundamenta hæc tã quã lapides viui ſuper ędificati ſunt.

¶ *Et ciuitas in quadro poſita eſt: & longitudo eius tanta quãta & latitudo.* Hoc idem affirmatur de illo templo quod vidit Ezech. c. illo. 40. erat enim ędificium quadrãgulare in quadro ęquilatero ſitũ. Voluit Spiritus ſanctus hic apud Ioan. & illic apud Ezechie. ſignificare perpetuam Eccleſiæ, ſiue militantis, ſiue triũphantis firmitatem & conſtantiam. Nam corpus quadratũ quocũq; vertatur ſemper manet fixũ. Idcirco Philoſophus, lib. 1. Moranicomachiorũ, cõtra eos diſputãs qui hominis beatitudinẽ in bonis quæ externa nominãtur, collocabãt, ait, nõ eſſe beatũ eum, qui inſtar chamęleontis ad ſpeciem rerum quibꝰ admouetur, mutat colorem, ſed qui virtute, & conſtantia munitus, quadratus eſt.

Ter

3.Retho. Tertio etiam Rethoricorũ huius prouerbij meminit. Quemadmodum enim figura quadrata, in quamcumq; partem voluatur: sui similis est: sic vir virtute & sapientia præstans animum tenet immobilem: nec florenti rerum statu, nec aduersarum rerum procella propositum mutat. Et quoniam Ethnici affirmabant Mercurium deum esse veritatis, eum super lapidem quadratum pingebant, designantes veritatem esse stabilem: mendacium verò tanquam instabile super globum mobilem, nusquam firmiter cõstantem.

Math 16.c Cum autem tanta sit Ecclesiæ catholicæ firmitas, vt ne inferorum quidem portæ possint aduersus eam præualere, non est mirum si quadrata describatur. Quod si militans, & fluctuans Ecclesia ita describitur quid mirum, quod in cœlo, hoc est, in tuto iam posita ita describatur? Deinde, in architectura nihil est ipsa quadratura pretiosius, & antiquius. Cum autem Ioãnis propositum fuerit pulcherrimum describere ædificium, quod Ecclesiæ cœlestis gereret imaginem, oportebat eã quadratam delineare.

¶ *Et longitudo* inquit. *eius, quanta & latitudo.* Cum hæ dimẽsiones (inquit

Gag. Gag.) reuera non sint in patria, necesse est mystice illas accipere. Itaq; longitudo contemplatio dicitur rerũ procul ab humano captu stantium, diuinarum, scilicet, imo Dei ipsius: latitudo eiusdem dilectio, & charitas, quæ æqualia sunt: quia quanto Deum beati contemplantur altius, tanto plus amant ac feruentius. Hæc ille: sed interim considera mecum differentiam inter hoc cœleste ædificium templũque diuinum ac supernum, & Salomonis templum. Nam hoc in quadro positum est, longitudine & latitudine æquale: templum autem Salomonis quod imaginem gerebat Ecclesiæ militantis, multo longius erat, quam latum. Vt 3. lib. Reg. cap. 6. tradit. Erat 3.Reg.6. enim templum illud multis in rebus Ecclesiæ peregrinantis imago: vt modo dicebam: in qua quidam sunt pauperes, quidam diuites: hi lætitia exultant, illi dolore premuntur. Idcirco templum non erat æquale, sed longũ propter patientiam, & longanimitatem, strictum propter afflictiones, & ærumnas quibus homines fideles affliguntur. At in cœlesti illa ciuitate hierosolyma nulla est paupertas, nulla calamitas, & pressura. Sed maxima bonorum omnium copia: omnia sunt æqualia. Summè cõtemplantur, summè gaudent, summè diligunt, summè quiescunt. Hic nulla est vera requies, nulla vera lætitia, sed viriliter hic certantibus, hæc in illa superna patria reseruantur. O admirabilem ciuitatem, ò sanctam Hierusalem matrem nostram, in qua beati charitate summa feruentes, nullo angore premuntur, sed maxima & immensa lætitia redũdantes, & diuina contemplatione micantes, deo ipso in æternum fruuntur tanta est latitudo tua quanta longitudo. Ecce iam impletum est inte quod olim promiserat tibi Dominus dicẽs apud Esaiam: occupabit salus muros Esa.60.d tuos, & portas tuas laudatio.

¶ *Et mensus est ciuitatem de arundine aurea, per stadia duodecim millia.* Huius ciuitatis mẽsura est stadiorum duodecim milia, in singulis, scilicet, quadris, ita vt totus eius circuitus sit quadraginta octomilium stadiorum. Est autem stadium octaua pars miliaris, idest, mille passuum, nempe cẽtũ viginti passus: sed quid sibi vult quod huius ciuitatis mensura diuisa sit sta-

dijs? Huius ratio talis à patribus assignatur, quia in stadio curritur ad assequendum brauium, & certatur. Nemo autem coronabitur nisi qui legitimè certauerit. Ideo meritò huius ciuitatis mensura stadijs diuiditur, ad sanctorum significandos agones, & pro Christo certamina, & quod vniuersi ciues qui ad eam expectant, fideliter currunt, & pugnant Christi nomine. Iusta ergo ac verè aurea sapientia sua mensus est ciuium merita, vt pro eorum qui in stadio cucurrerunt, ratione ac proportione, premia largiretur, & gloriam. Præterea quod assignatur numerꝰ duodecim millium, referendus videtur aliquibus ad duodecim tribꝰ filiorum Israel: quorum nomina scripta sunt in portis, ad declarãdum vniuersos tribus Hierusalem ex veris esse Israelitis, secundum Christi spiritum: vt iam dictum est. Sunt qui existiment numerum hunc duodenarium finitum sumi pro infinito, & indeterminato, vt iam ante diximus, & sua multitudine vniuersitatem comprehendentes sanctorum pro Christo certantium.

2. Tim. 2.

Gag. Claudius

¶ Et longitudo & latitudo, & altitudo eius æqualia sunt. Sunt qui per longitudinem, fidem: per altitudinem, spem: per latitudinem, charitatem beatorum intelligunt: quas omnes virtutes in Ecclesia militante habebant, superstite tãtum in patria charitate. Sed si Ecclesia militans impresentiarum describeretur non esset hæc inepta interpretatio: sed quando in patria nulla sit fides, nec spes, non est quare longitudinem, & altitudinem eius per fidẽ & spem interpretemur. Alij verò existimant his verbis significari omnes beatos æqualiter esse beatos ipsa beatitudine essentiali, quæ denario significatur diurno, qui datus est tum nouissimis, tum primis, quamquàm inæqualiter sint beati ipsa accidentali beatitudine, sed hæc sententia explicatione eget: nam reuera in gloria essentiali etiam est in patria differentia. Nam vt ait Diuus Paulus in epistol. ad Romanos, cap. 2. Deus reddet vnicuiquè secundum opera sua: & apud Diuum Ioãnem ait Dominus in domo patris mei mansiones multæ sunt: quibus verbis ostendit æternæ fœlicitatis differentiam. Sicut enim alia est claritas solis: vt ait Apostolus in. 1. ad Cor. 15. Alia claritas lunæ, alia claritas stellarum: stella etiam à stella differt in claritate: sic & resurectio mortuorũ. Sed quemadmodum stellæ in cœlo sunt collocatæ: sic beati sunt in firmamento immortalitatis & ęternitatis constituti. Vna quippè est arundo qua Deus metitur ciuitatem: vna etiam sanctorum omnium in ciuitate superna & cœlesti fęlicitas, quo ad obiectũ, sed non æqualiter ab omnibus participata. Quoniam sicut sunt diuersa iustorum merita, sic sunt diuersa glorię, & beatitudinis dona, vnus est denarius omnibus, vna merces pro vineę laborantibus, vna est vita æterna, quam omnes habent, vnus Deus quo omnes fruuntur: sed alij maiorem gloriã, alij minorem iuxta vniuscuiusq; merita participabunt. Quare quamuis vna sit mensura vnaquè arundo, non tamẽ esse in hoc videtur eadem ęqualitas longitudinis, latitudinis, & altitudinis. Quamuis, inquam, hæc sit vera æqualitas, præmia cum meritis æqualiter mensurare: tamen quum inæqualia sint merita, inęqualia similiter erũt præmia ex parte beatorum Deo fruẽtium. Sol cum obiectum domus parietem illuminat: per omnes illi' partis

Rom. 2.

Ioa. 14.

1. Co. 15.

1. opinio Gag. & aliorum.

2. opinio Claudij

similitudo

tis ianuas ingreditur, eas implens claritate: sed cum inæqualis magnitudinis sint, per magnas plurimum intrat lucis, per paruas verò parum. Et dicimꝰ verè solem æqualiter ianuas illas implere. Non quod æqualis sit lucis magnitudo per paruam, & per magnam introeuntis, sed quod æqualis sit vnius cuiusqꝫ ianuæ magnitudini, & capacitati. Quare dicendum est, quod & si in Ecclesia ponamus arundinem vnã: secũdum quod in ea sunt diuersa merita sic sunt diuersæ quantitates: & magnitudines. ¶Alij autem volunt & planius per hanc æqualitatem longitudinis, latitudinis, & altitudinis significari huius ciuitatis tum amplitudinẽ, tum stabilitatem & firmitatem dixerat enim hanc ciuitatem in quadro esse positam, idest, esse firmam & stabilem, & idem explicare volens modo ait longitudinem, & latitudinem, & altitudinem eius esse æqualia.

¶Sed iudicio meo non incongrue per longitudinis, latitudinis, & altitudinis, æqualitatem intelligere possumus tres illas partes, quas beatitudo nostra essentialis continet, scilicet, visionem, dilectionem & gaudium. Ita quod lõgitudo contemplatio rerum diuinarum in patria sit, latitudo earũdem dilectio, altitudo fruitio, siue lęti tia illa sempiterna, qua beati Deum videntes, & immenso amore prosequẽtes perfruuntur. Quæ æqualia sunt, quia quanto Deum, summum illorũ bonum beati intuentur altius, tanto plus ac feruentius atqꝫ ardentius diligunt: & quanto plus diligunt, tanto immensius lætantur.

Opinio auctoris.

¶ Et mensus est murum eius centũ quadraginta quatuor cubitorum. Hic etiã locus variè à doctoribus explicatur. Beda sic ait hęc summa quadraturam

1. Expositio Bedæ

A duodenarij numeri continet. (Duodecies enim duodeni cẽtum quadraginta quatuor fiunt) significans & ipsa stabilem ciuitatis sanctæ perfectionem.

2. Richar. Richardus qui de Ecclesia militante hæc omnia interpretatur, sic locum istum exponit: superius dixit murum hic dicit muros. Habet nimirum Hierusalem nostra murum, quia defensorem habet Christum: habet muros, quia habet munitores, doctores, & rectores ecclesiasticos. Quorum mensura perfecte declaratur cum dicitur, & mensus est muros eius cẽtum quadraginta quatuor cubitorum mensura hominis, quæ est angeli. Centenarius significat perfectionem: quadragenarius qui ex quater decim consurgit, quatuor Euangeliorum, & decalogi completionem: quaternarius quatuor principalium virtutum exercitationem, cubitꝰ operationem. Muri igitur Hierusalem centum quadraginta quatuor cubitos habet, quia sanctæ Ecclesiæ defensores perfecta operatione, præcepta quatuor euangeliorum, atqꝫ decalogum, cum exercitatione quatuor principalium virtutũ complent. Et hæc est hominis mensura, quia hæc est omnis iustitia. Nec est vilis, nec contemnenda tanta taliſquè mensura. Per eam nimirum homo in se iustificatur: per eam angelo sotialiter coæquatur. Hæc Richardus. Sed cum hic non de Ecclesia militanti: vt iam sæpè diximus agatur, sed de superna, alia explanatio quærenda est. Rupertus autem imprimis dubitat quo modo tàm parua quantitas muri hoc loco ponatur. Porro, inquit, quantitas hæc centum quadraginta quatuor cubitorũ in semetipsam ducta vix quippiam vltra quindecim stadia cõplet. Quàm longè hoc à duodecim milib⁹

2. Opinio Rup.

ſtadiorum minus eſt? Igitur alius hic, alius ſuperior ciuitatis murus eſt. Qđ qualiter in ciuitatibus manu factis fiat vt intra murum ampliorem, murus anguſtior contineatur, noſtra demõſtratione non indiget. Denique non incongruè quis ædificauerit, ſi intra ciuitatẽ cuius ambitus duodecim millia ſtadiorum ſit, arcem fecerit, cuius latus quodlibet centum quadraginta quatuor cubitorum ſit. De ſpirituali ædificatione quærendum eſt, quia nimirum ex ipſa literæ ſuperficie ſentire compellimur, quod murus alius breuior intra murum ampliorem cõtineatur. Quid ergo dicemꝰ, niſi quia quamuis vna ciuitas, vna Eccleſia ſit, duo tamen ſunt ordines ciuitatis. Aliꝰ eorum qui foris perſecutiones paſſi fortiter ſunt præliati, alius eorum, qui bene operando in pace Eccleſiæ curſum conſumauerunt vitæ præſentis. Stadia namq; pugnantium laborem, cubiti ſignificant operantium pacem. Menſus eſt ergo ciuitatem de arundine per ſtadia duodecim milia, ideſt, remunerabit magnum & fortem illum ſanctæ Eccleſiæ ordinem, qui in ſtadio cucurrit & pugnauit, & per quatuor partes orbis terrarum ſanctæ Trinitatis fidem teſtificando: qui numeri ſcilicet, quaternarius, atquè ternarius partes ſunt duodenarij. Quater namquè tria, ſiue ter quatuor ſunt duodecim. Suũ pro eodem teſtimonio ſanguinem fudit. In quo nimirum ordine Apoſtoli ſunt, & martyres Chriſti. Huius profecto ordinis murus amplior, breuiorem centum quadraginta quatuor cubitorum interius murũ continet, quia tantorum merita propugnatorum hoc effecerunt, vt infirmorum multitudo in Chriſti fide cõfirmata bonis operibus inſiſtendo ad eiuſdem ciuitatis habitationem perueniret. Hæc Rupertus: ſed fictitium videtur hunc alium eſſe murum ab illo de quo in principio dixerat Euangeliſta, & menſus eſt murum. Nam eo in loco generaliter docuit hunc angelũ metitum fuiſſe ciuitatem & murum, poſt verò explicat menſuram ciuitatis & muri dicens: & menſus eſt ciuitatem per ſtadia duodecim milia: & menſus eſt murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum. ¶ Alij quidem hunc locum ſic declarare cõtendunt: imprimis meminiſſe oportet eius quod ſuperius diximus Deũ, ſcilicet, eſſe murum, & quod metiri, eſt Dei verbo definire & iudicare. Inſuper notandum quid cubitus, quid menſura eſt hominis & angeli. Eſt autem cubitus typus Chriſti, vt brachium & manus. Brachium quidem Dei eſſe ex multis ſacræ ſcripturæ locis deprehendimus. Lucæ primo: fecit potentiam in brachio ſuo. Eſai. 53. Brachium Domini cui reuelatũ eſt? Pſalmo. 73. Redemiſti in brachio populum tuum. Manum quoq; Domini eſſe ſatis conſtat, quando quidem omnia per ipſum facta ſunt. Senſus itaquè eſt quod ipſo cubito Chriſto qui menſura eſt hominis & angeli, quia & homo & magni cõſilij angelus eſt, metitur quam altus ſit murus, ideſt, quam potens & fortis ſit cuſtos protector ſeruatorq; noſter Deus. Sed dices, quo modo ipſo Chriſto Deũ metimur? Quia profecto in Chriſto habitat plenitudo diuinitatis, ideo quanto quis perfectius Chriſtũ noſcit, eo penitius murus ipſe qui eſt deus, quãtus ſit, videt: dicente Chriſto: qui videt me, videt & patrem, quia ego & pater vnum ſumus. Demum inquirẽdum quid eſt quod centum & quadra

4. Expoſitio Claudii

Luc. 1. Eſa. 53.

Pſa. 73.

Ioa. 1.

Ioa. 14.

draginta quatuor cubitorum esse dici A
tur? Is numerus duodecies duodecim
efficit: vt autem prædictum est, nume
rus duodecim designat duodecim tri
bus Israel. Sensus igitur est, quod om
nium qui ad duodecim tribus Israel
semenq; spirituale, duodecim Apostolo
dorum verè & spiritu pertinent, domi
nus est murus, ideſt, protector, adiu
tor & custos atq; seruator: hosq; om
nes protegit sub vmbra alarum suarũ.
Per hos igitur numeros (non quidem B
hoc in libro superfluitatis obseruãdos)
tum duodecim millium stadiorum,
tum centum quadraginta quatuor cu
bitorum, amplissimum voluit scribe
re electorum numerum, qui illo mu
Baruch. 3. nientur muro. Vnde Baruch, cap. 3. O
Israel quàm magna est domus Dei &
ingens locus possessionis eius. Mag
nus est & non habet finem, excelsus
& immensus: mysticam igitur omniũ
numerorum attende rationem. C

sententia expositoris Lyrani. ¶ Lyranus verò sic ait: & mensus est, inquit, muros eius: licet esset tan
tum vnus murus tamen dicit muros
in plurali, ppter quatuor eius latera
spacium prædictum includentia. Et
mensus est muros centum quadragin
ta quatuor cubitorum: mensura homi
nis, ideſt, accipiendo cubitum huma
num, qui continet pedem & dimidiũ
secundum vnam acceptionem, scili
cet, à cubito brachij vsq; ad manum: D
secundum aliam verò duos pedes, sci
licet, à cubito brachij vsq; ad summi
tatem digitorum. Ex quo patet quod
non accipitur hîc mensura longitudi
nis muri secundum suum ambitum,
nec etiam secundum latus vnum. Nã
murus habẽs quatuor latera, & quod
libet longitudinis centum quadragin
ta quatuor cubitorum, non potest
comprehendere spacium prędictum,
nec etiam duodecimam eius partem,
imo nec minimam, scilicet, vnum sta
dium quadratum. Nam stadium con
tinet 125. passus, passus verò quinque
pedes, & ex cõsequenti vnum stadiũ
quadratum continebit 312. cubitos &
dimidium quadratos secundum ma
iorem acceptionem humani cubiti.
Et ideo dicendum quod hic accipitur
mensura muri secundum eius altitu
dinem, quæ est multo minor quàm
eius longitudo: cuius mensura sumi
tur secũdum mensuram spacij: cuius
quodlibet latus est longitudinis duo
decim millia stadiorum, & ex conse
quenti quodlibet latus muri, quoniã
contiguatur spacio in interiori parte:
& idcirco hic non fit mentio mensu
ræ longitudinis muri: quod sufficien
ter habeatur per prædictam spacij mẽ
suram. Cum ergo per murum intelli
gatur securitas beatitudinis, propter
quod eius altitudo, dicitur centũ qua
draginta quatuor cubitorum: qui est
numerus quadratus, vt iam dictũ est:
& significat stabilitatem beatitudinis.
Quemadmodum quadratũ corpus
firmũ stat in quolibet suo latere. Hæc
Lyranus: secundum quam expositio
nem verba illa antecedentia, & longi
tudo, & latitudo, & altitudo eius æqua
lia sunt sic sunt intelligenda vt ipse ait:
quod longitudo, & latitudo spacij ci
uitatis sint æqualia, nam cum ciuitas
sit quadrata, spacium quadratum sem
per est equilaterum. De altitudine ve
rò quantum ad murum nõ fit hic mẽ
tio cum hanc esse centum quadragin
ta quatuor cubitorum ex dictis con
stet: sed loquitur de altitudine spacij,
quod sumitur secundum montis alti
tudinem, in quo describitur hæc ciui
tas sita. Sic enim superius dictum est:
& sublstulit me in spiritu in montem

mag-

magnum & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam. Secundum quam sententiam altitudo montis huius est duodecim milium stadiorum: sicut longitudo, & latitudo spacij. Hæc idem.

¶Inter has tàm varias patrum sententias, quam eligam ignoro. Dicam tamen quod sentio, saluo tàtorum virorum iudicio. Et imprimis notandũ est quod mensura hæc aurea, vt superius diximus continebat sex cubitos non prophanos sed sacros qui maiores erant prophanis. Secundò notandum est, calamum siue mensuram hanc sacram habuisse cubitos distinctos, quibusdam signis & notulis, quẽ admodum in vlnis nostris mensorijs, & medietates, & quartæ designantur. Has enim notulas habebant omnes huius modi mẽsuræ tẽpli quæ figurabant hanc mensuram quam vidit Ezechiel. ca. illo. 43. & Ioanes hic in manu eius qui cum illo loquebatur. Tertiò est sciendum hoc in loco non agere Ioanem de muri longitudine, latitudine, & altitudine, cum hæc omnia æqualia esse dicãtur. Sed iudicio meo agere de spissitudine & latitudine ipsius muri, quanto enim murus latior, & dẽsior, tãto stabilior, firmior, & magis inexpugnabilis est. Videbatur ergo Ioãni, Angelum istum metiri arũdine illa aurea sex distincta cubitis dẽ situatem & latitudinem muri, quæ tanta erat vt cẽtum quadraginta quatuor cubitos contineret. Ac si diceret non solum latitudo muri continebat duodecim cubitos sacros (quæ maxima profectò est muri inexpugnabilis latitudo) sed duodecies duodecim cubitos, hoc est, centũ quadraginta quatuor cubitos. Quartò, obseruandum est quod sicut numerus septenarius est finitus qui pro indefinito sumitur, vt millies diximus: sic duodenarius, (qui frequentiss mè tũ aliàs tũ in hoc capite ponitur) numerus determinatus pro indeterminato vsurpatur: & sicut exaggerando dixit Christus Petro: non solum septies, sed septuagies septies: ita hic possumus intelligere eadem phrasi, & exaggeratione fuisse vsum. Mensus est enim angelus murum continentem in latitudine nõ solum duodecim, sed duodecies duodecim cubitos, hoc est, centum quadraginta quatuor ac si diceret: non solum murus iste erat maximè spissus, densus & latus, sed tantæ latitudinis: vt vix credi possit. Quis enim nõ miraretur si vidisset alicuius muri latitudinem continentem cẽtum quadraginta quatuor cubitos sacros. Deniq; notãdum quod si hoc loco legamus mensus est muros, vt aliqui legunt numerus pluralis pro singulari sumitur de more scripturæ: sic enim Christus ait sicut scriptum est in prophetis: erunt omnes docibiles Dei, ideſt, in vno prophetarum nempè Esaia. Et rursum latrones improperabant ei, ideſt, vnus latronum: mensus est ergo muros, id est, murum. Vel secundo dices cũ Lyrano, quod licet esset tãtum vnus murus, tamen dicit muros in numero multitudinis ob quatuor eius latera totum ciuitatis spacium continentia. Denique tertio dicere possumus deũ nostrum, & esse murum, & esse muros cœlestis patriæ. Est enim murus, quia vnus Deus: est multiplex murus quia tres sunt diuinæ personæ, quę tuentur & ambiunt ciuitatem illam supernam. Effrenis ergo iste numerus centum quadraginta quatuor cubitorum latitudinis muri, siue murorum qualis nulla in ciuitate materiali videtur,

Ezech. 43.

Ioan. 6.

Esa. 54.

Matth. 27.

tur, raram & ineffabilem firmitatem, & omnipotentiam Dei significat: qua muniti felices illi ac beati ciues in perpetua sunt securitate. Mitto modo alios qui per murum, siue muros perfectiores Ecclesiæ significari existimant; immensa fide, & incredibile virtute insignes: quem murum mensus est meritorum ponderator & liberator Christus. Mitto, inquam, hanc interpretationem, quę ad Ecclesiam militantem potiusquam ad triumphantem forsan aptius accommodari potest. Nos enim per hunc murum melius Deum intelligimus, qui se solo ciuitatem illam tuetur & custodit.

¶ *Mensura hominis, quæ est angeli.* Iuxta literam ostendit angelum apparuisse sibi in specie hominis: vt aperte denotet eum qui significabatur, verũ angelum, ideſt, filium Dei, & verum hominem fuisse ipse enim est homo, & magni consilij angelus: qui mensura sua, hoc est, iusta sapientia sua metitur & murum & ciuitatem cęlestem.

¶ Præterea vt alij volunt his verbis significare voluit homines electos ad angelorum æqualitatem in cælesti illa ciuitate à Deo assummi. Hinc est quod apud Mathæum Dominus dicebat: & erunt sicut angeli Dei in cœlo. Vel si non est eadem mensura hominis & angeli in præmio sit eadem in multitudine. Vt tanta sit multitudo angelorum quanta hominum. ¶ Aretas hunc locum sic interpretatur. Vbi verò dixit mensuram centum quadraginta quatuor cubitorum esse mensuram hominis, subiungit quod mensura hæc est angeli. Ac si diceret: quòd iuxta id quod hominibus apparet per cubitum prolata est hæc mensura, ne motamen existimet hominem fuisse qui mensus est, sed angelum humano more vsum mensuratione, & non angelico per simplicem naturæ vim, & intelligetiam, Hæc ille. Sed quicquid hoc sit licet reuera angelus fuerit verus qui in hominis figura aparuit Ioanni, & qui humano more metiebatur ciuitatem, tamen hic angelus figura erat vera Christi, qui est verus homo, & magni consilij Angelus: cuius est, metiri ciuitatem, ideſt, reddere vnicuique iusta sapientia sua secundum opera sua.

¶ *Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa verò ciuitas aurum mundum simile vitro mundo. Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum, iaspis: secundum saphirus: tertium, chalcedonius: quartum smaragdus: quintum: sardonyx: sextum, sardius: septimum, chrysolitus: octauum, beryllus: nonum, topazius: decimum chrysopasus: vndecimum, hyacinthus: duodecimũ, amethystus. Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt per singulas: & singulæ portæ, erant ex singulis margaritis: & platea ciuitatis aurum mundum tanquam vitrum perlucidum.*

¶ Hactenus D. Ioan. descripserat Ecclesiam supernam in genere: describendo innouationem & consumationem elementorum, hominum electorum, & vniuersorum: describẽdo etiam distributionem præmiorũ pro cuiuscũq; merito. Deinde inspecie cõmendauerat eam à situ, ab ornatu & pulchritudine, ab additu & ingressu, à fundamenti robore, ab ambitu. Nunc autem commendat eam à materiæ nobilitate & præstantia, & ab ipsa ędificiorum forma. Singula igitur exponamus.

¶ *Et erat structura muri eius ex lapide iaspide.* Siue vt græca lectio habet: & erat structura muri eius iaspis. Imprimis hic notare libet cum Hieronymo:

Math. 22. c

Aretas.

Plin. 37. nat. hist. 9.

Hiero. in Eza. c. 14.

Iaſpidum multa ſunt genera.

mo: iaſpidum multa eſſe genera. Alius enim eſt ſmaragdi habens ſimilitudinem, qui reperitur in fontibus Thermodoontis fluminis, quo omnia phantaſmata fugari autumant. Alius viridior mari, & tinctus quaſi floribus. Hunc in Phrygiæ monte ida, & in profundiſſimis ſpecubus eius, naſci referunt. Alium verò iuxta iberos, hyrcanosq3, & mare caſpium reperiri, & præcipuè iuxta locum Neuſin. Eſt & alius iaſpis niui, & ſpumę marinorum fluctuum ſimilis, & clementer quaſi mixto cruore ſubrutilans. Lapis, ſiſtit ſanguinem, & caſtum reddit, inueniũ turq3 iaſpides miræ magnitudinis. In ſcriptura ergo ſacra lapis iſte diuerſa myſticè ſignificat ſecundum varia eius genera. Nunc enim ſignificat Eccleſiæ doctores, qui fortes ſunt in diſputando, & Eccleſiam defendendo. De quibus Dominus apud Eſaiam, Eccleſiã alloquens olim aiebat: ponã in iaſpide propugnacula tua, ſiue vt, lxx. habent: ponam propugnacula tua iaſpis. Sicut enim iaſpis viridis coloris promittitur eſſe ponendus in muris Hieruſalem: ſic poſiti ſunt in Eccleſia catholica præſules, & doctores, & viri virtute præſtantes, qui contra eius hoſtes & aduerſarios pro eius defenſione obijciantur: qui internis deſiderijs virẽtes nulla tẽporis ariditate marceſcant. Hi ſunt propugnacula vrbis dominicę, hoc iaſpide murorum menia roborantur. Hi, inquam, ſunt qui poſſunt omnem altitudinem eleuantem ſe contra ſcientiam Dei deſtruere, atquè conuincere, & mendacium ſubijcere veritati. Qui ergo in diſputando fortiſſimus eſt, & ſanctarũ ſcripturarum teſtimonijs roboratus, iſte propugnaculum Eccleſiæ eſt. Nunc verò deſignare poteſt Dei terribile

Eſa. 54.

Hiero. Eſa. 54. Caregon 18 in 17. a. c 18 & 20.

A iudicium, vnde Apoc. cap. 4. dictum eſt: & qui ſedebat, ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis & ſardinis: cum autem iaſpis aquei, ſardius ignei ſit coloris, Dei patris inde potentiam ſignificari quidam aiunt, qui ſicut olim per aquã mundum, ita & demum per ignem iudicabit. Nunc autem diuerſas gratias ſpirituales exiſtentes in propugnaculis Eccleſiæ, vt ſunt varia iaſpidis genera, quas qui habuerit, vanos timores fugabit. Quomodo accipi poteſt

Augu. ſu. per Apoc. Hom. 2.

Georg. Ven. can. 3 to. 8. c. 2.

B in prædictis Eſaiæ, & Apocalypſis locis. Et Ezech. cap. 28. Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, in delicijs paradiſi Dei fuiſti. Omnis lapis preciosus operimẽtum tuum, ſardius, topazius, & iaſpis, &c. Ad rem igitur deueniendo ſtructura muri ciuitatis cœleſtis ex iaſpide eſſe dicitur: quia omnia iaſpidis genera in Deo, qui eſt murus eius, inueniuntur. In eo enim eſt viror iaſpidis propter ſempiternã

C pullulationem, vitæq3 productionẽ. In eo eſt fortitudo virtusquè infinita qua tuetur ſuos ab hoſtibus, & qua fugat timores nocturnos, hinc Dauid ait quod qui habitat ſub adiutorio altiſſimi, non timebit à timore nocturno. Quod ſi in iaſpide ſunt variæ colores, in Deo inueniuntur innumera gratiarum & virtutum genera. Iaſpis ſiſtit ſanguinem, Deus in illa ciuitate ſancta ab omni peccato emundatos

Pſa. 90.

D innumerabiles ciues conſeruat. Denique aqueus iaſpis in Deo inuenitur: quãdo iuſto ſuo iudicio impios aquis ſempiternis obruit, & abſorbet. Tantæquè magnitudinis eſt iaſpis iſte diuinus, vt magnitudinis eius non ſit finis. Murus ergo iſte prectoſiſſimus erat, aſpectu amæniſſimus, ac iucundiſſimus, qui tantum mentis oculis conſpici poteſt, Deus videlicet ipſe, ſicut à

bea-

beatis oculo mẽtis videtur, qua visio-
ne beatificantur primaria & essentiali
beatitudine. Ex iaspide erat quia deus
innumera gratiarum genera cõtinet.

Richar. ¶ Mitto modò Richardi interpretationem quà docet murum esse Christum, structuram muri coniunctionẽ verbi & naturæ assumptæ. Quę rectè dicitur esse ex lapide iaspide : quia firmiter & indissolubiliter permanet in vnitate personæ. ¶ Mitto etiam

Aretam. Aretam dicentem structuram huius muri, siue ædificationem designare studium ac diligentiam Apostolorũ circa prędicationem. Iaspidem autem viresccntem cursum euangelij, qui semper virẽtem ac immarcessibilem seruat prædicationem. ¶ Mitto si-

Ioachai. militer Abbatem Ioachin explicantẽ hunc locum de martyribus in hunc modum. Quia verò color iaspidis, qui etiam viriditatis herbarum habet speciem, aptus noscitur ad sculpturã, fidei viriditatem atquè perseuerãtiam significat. rectè structura muri Hierusalem ex lapide iaspide esse perhibetur: nimirum quia sancti martires fide vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Vnde & per propheta dicit & dabo iaspidem propugnacula tua. Missas inquam facio has omnes, & similes expositiones quæ ad Ecclesiam militantem (de qua impresentiarum non est sermo) potius quàm ad Ecclesiam triumphantem adaptari possunt. Libuit tamen illas hic referre, vt quisquè suo loco & tempore possit quam maluerit, ad rem sibi propositam accomodare.

Heb. 6 c

Esa 54.

Ciuitas au rea lege Gregorio 34. mo. c. 8. huc locũ vide cantem.

¶ *Ipsa verò ciuitas aurum mundum similẽ vitro mundo.* His verbis insinuat se vult Ioannes, tantum in superna patria esse diuinæ cognitionis splendorem, tàm admirabilibus diuinæ claritatis radijs micare, vt aurum purissimum instar lucidissimi vitri meritò appelletur. Sicut nihil legitur fuisse in Salomonis templo, quod non esset vel ex auro solido, vel obductum auro vnde templi designabatur dignitas & præstantia: ita hæc ciuitas sancta pro sui maxima excellentia & dignitate aurea vocatur, & vitro similis perlucido ob diuinæ cognitionis fulgorem. Quæ totam sanctam irradiat Hierusalem. Præterea, Ecclesia, inquit Beda, auro figuratur, quę incandelabris aureis, & phialis propter sapientiæ cultum sæpè compta describitur. Vitrum autem ad fidem veri retulit, quia quod foris videtur, hoc est & intus, & nihil simulatum est & non perspicuum in sanctis Ecclesiæ. Ecclesia ergo illa cœlestis aurea dicitur propter sapientiam incomparabilem qua pollet, vitrea verò propter perspicuitatem sanctorum ac sinceritatem. Græca lectio habet, ὁμοια id est, similis & refertur ad ciuitatem, quæ ob sui dignitatem aurea dicitur & ob fulgorem diuinæ cognitionis qua radiat aurum ipsum bene etiam similis vitro vocatur, qua tota diuinæ lucis radio est perlucida, vel uitro similis appellatur ob sui perspicuitatem, vt diximus in hac enim mortali vita nihil apertum, nihil manifestum omnino videtur, idcirco Paulus dicebat, primo ad Corinthios capite quarto. Nolite ante tempus iudicare, quoad vsquè veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarũ, & manifestabit consilia cordiũ. Nunc enim quantumcumquè quis virtute præcellat, nemo scit hominum, quę sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est: at in illa cœlesti ciuitate om-

Beda primasius. Haymo.

Claudius

Gag.

1. Cor. 4.

nia sunt vitrea, omnia perspicua, & transparentia, nihil occultum, fictum & simulatum: nihil manifestatur exterius, quod non contineatur interius sicut in vitro contingit.

¶ Præterea ciuitas illa sancta, aurea dicitur, ob immensitatem suarum diuitiarum, ob rerum omnium, ac deliciarum copiã. Quare beati profecto pauperes spiritu, quoniam ipsorũ est ciuitas hæc aurea. Beati mites quoniã ipsi possidebunt terram hanc, aurum & argẽtum, & omnia margaritarum genera ferentem. Terram lac & melle effluẽtem. Beati misericordes quoniã thesaurizat thesauros in cælis, quibus possint emere hanc ciuitatem auream, beati mũdo corde quoniam ipsi ciuitatem auro mundissimo simile sibi comparabunt: ubiquè Deum perpetuò clarè & perspicue videbũt. Mitto iam Ruperti intelligentiam quę ad ciuitatem militantem potiusquàm ad triumphantẽ de qua impresentiarum est sermo, attinet.

¶ *Fundamenta ciuitatis omni lapide pretioso ornata.* Hinc primum discamus quantum differant fundamenta ciuitatis Hierusalem cœlestis à fundamentis ciuitatis Babylonis, aut ciuitatis Hierusalem terrestris, quam Sodomam, & Aegyptum vocat Ioãnes capite vndecimo: nam fundamenta illius ciuitatis ex lapidibus pretiosis cõstructa sunt, vt statim dicemus huius verò ex lateribus. Quid enim aliud sunt peccatores nisi lateres biles, sanguine peccatorum madentes, de quibus ait Dominus Ezechieli: sume tibi latere, & describes in eo ciuitatem Hierusalem, & ordinabis aduersus eam obsidionem. Quid hic later designat nisi peccatores, quibus probro vertit non esse lapides firmos & stabiles: sed lateres viles, indignos cœlesti ædificio, & perpetuo bello in inferno deuastandos & conterendos. Econtrà verò iusti lapides sunt, & lapides vocantur. Hinc est quod dicebat Esaias: audite me qui sequimini quod iustum est, & quæritis Dominum: attendite ad petram vnde excisi estis: attendite ad Abraham patrem vestrum. Ecce vocat Abraham petram, propter fidei firmitatẽ, & obediẽtiã stupẽdã, vt ex sacra scriptura facilè intelligi potest. Apostoli etiã lapides fuerũt pretiosi, & modo sunt fundamenta vrbis cœlestis.

¶ *Fundamenta ciuitatis omni lapide pretioso ornata.* Huius ciuitatis sanctæ, scribit Ioa. fuisse fundamenta, quæ modo omni pretioso lapide decorata referũtur: ob diuinã & mirabilẽ huius cælestis vrbis pulchritudinẽ. Idq; omnibus in suis structuris, maximè verò in cemẽtis, quę figurãt & designãt, seruatoris Apostolos, ac omnes cõcionatores euãgelicos, & præsules atq; doctores Apostolorũ successores. Hi sunt lapides illi pretiosi, de quibus olim Dei nomine prædicebat: ecce ego sternã per ordinẽ lapides tuos, & fundabo te in saphiris: & ponã iaspidẽ propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes tuos desiderabiles. Quod ne carnaliter intelligeres, subiecit dicẽs: vniuersos filios tuos doctos à dño, & multitudinẽ pacis filijs tuis. Loquitur enim dñs cũ Ecclesia sua militãte fundata supra firmã petrã. Ac si diceret: reddam te similem pretiosissimo, excellentissimo, & pulcherrimo ædificio describit enim Esa. magnificentiã, firmitatem, & felicitatẽ Ecclesiæ lapides huius ciuitatis, sunt viri & sapientia & virtutibus præditi, fundamentum verò primarium est Christus, vt affirmat Apostolus ad

Cor.

Matth. 5.

Rupert.

Ezech. 4.

Esa. 54.

1.Cor.3. Cor.c.3. Post hoc fundamentum.12. A Christi Apostoli peculiariter fundamenta vocantur strata per ordinem quem statim exponemus,quod si per ordinē sternendi eran lapides isti pretiosi,quare obsecro hæretici inordinatam volunt,summis Pontificibus detrahentes,& sacerdotia fœminis tradētes? Sed quid mirum quod inordinatissimi homines non ordinem , sed confusionem ament? Hoc ergo loco Ioānes noster describit fundamenta illius supernæ ac triumphantis ciuitatis , quæ fuerunt etiam fundamenta eiusdem militantis: hoc est, duodecim Apostolos ad quorum peculiares laudes gemmarum duodecim enumerat genera. Quæ omnes virtutes quibus duodecim Apostoli erant exornati significant. Vnde authore Augustino, diuersitas gemmarum in fundamentis, dona diuersarum gratiarum, quæ Apostolis circa exordiū C data fuerunt significat. Easdemquè ferè gemmas quas in rationali summi sacerdotis Exod.cap.28. fuisse scribitur. Et quibus amiciebatur superbus ille princeps tyri. De quo Dominus apud Ezech.ait:capite.28. Tu signaculum similitudinis,plenus sapiētia, perfectus decore,in delicijs paradisi Dei fuisti. Omnis lapis preciosus operimentum tuum,sardius,topazius , & iaspis,chrysolithus,& onyx,& beryllus,saphirus,& carbunculus , & smaragdus . Quorum naturam & vim docet Plinius,libro.37. historiæ naturalis. Et Georgius Agricola libris de metallis,& lapillis: vbi doctissimè de his differit . Et nos de singulis statim nonnulla dicemus. Nunc satis sit dicere , per hanc admirabilem ciuitatis supernæ descriptionem significari, sublimitatem,gloriam,preciositatem pulchritudinem cœlestis & supernæ ciuitatis Hierusalem , cum nil vsquè adeo tàm sit pretiosum quod visibile est,vt felicitati supernæ ac ciuitati sanctæ assimilari , aut comparari possit. Compendio ideo quodam deducit Euangelista,quod ex visibilibus pretiosis ad inuisibilium pretiositatem nos pertrahi oporteat , quando quidem nec oculus vidit,nec auris audiuit quæ præparauit Deus diligentibus vt Diuus Paulus ait,primo ad Corin. cap.2.& quæ vidit Paulus hominibus non sunt ob eorum sublimitatem reuelanda.

Ex visibilibus ad inuisibilia nos oportet pertrahi.

1.Cor.2.

¶ Cęterum antequam aggrediamur ad singula fundamenta explicāda ob seruandum est,in omnibus his seruari ordinem vocationis Apostolorum non primæ vocationis omnium,cum primùm ad Christū accesserunt. Nā in hac prima,primus vocatus fuit Andreas,vt videre est apud Ioan.c.1.nec illius rursum,quæ refertur à Diuo Luca.c.6.his verbis:& cum dies factus esset:vocauit discipulos suos , & elegit duodecim ex ipsis,quos & Apostolos nominauit:nam hæc non tàm fuit vocatio,quàm selectio quædam,& segregatio:quemadmodum fuit illa,quam idem Lucas memorat in actis Apostolorum.cap.13.segregate, inquiens, mihi,Paulum,& Barnabam : in opus ad quod assumpsi eos . Eius ergo in D hoc loco vocationis ordo seruatus est qua Dñs ad se vocauit eos, vt secum perpetuo manerent: nec recederent iam vt ante fecerant,quæ propriè vocatio dicitur. Ita existimat Abulensis, in.c.10.Math.q.18.&.19. Atquè hoc ex eo colligere possumus , quod in hac vocatione primum locum tribuit Euangelista Petro,& Andreę,secundū, Iacobo,& Ioāni:vt legim⁹ apud Math.

Ioan.1. Luc.6.

Act.13.

Abulensis.

Math.4. c.4. Vbi eodem ordine nominantur, quo ab ipso Domino nominati sunt. Philippus etiam ex primis fuit, qui quintus ponitur. Erat enim à Bethsaida ciuitate Andreæ, & Petri. Deinde Math.9. c.9. Mathæus vocationem suam scripsit. Quare quod in his fieri videmus, probabilissimum est in alijs esse factũ, quorum non sunt scriptæ vocationes.

Aretas. ¶Hunc eundem ordinem seruatũ fuisse à Ioãne in hoc loco arbitror in enumeratione fundamentorum, & lapidum, atq; ita ipsum exponemus. Eãdem expositionis rationem sequutus est Aretas: tamet si nõ eodem ordine. Sed in hoc imitandus nõ est, quod se cũdum fundamentum facit Paulum. Quum tamen Ioan.12. primos annumeret, qui Dominum in carne sequuti sunt. Iam ergo Ioan. audiamus.

Iaspidum multa genera. ¶ *Fundamentum primum iaspis.* Superius annotauimus iaspidum multa esse genera, cum de muro ciuitatis diserebamus: alius viridis coloris, & tinctus quasi floribus apparet. Alius smaragdi habens similitudinem, sed crassi coloris, quo omnia phantasmata fugari autumant. Alius niue, & spuma marinorum fluctuum, quasi mixto colore obrutilans, per iaspidem ergo intelligunt patres fidem virentem quæ dominicæ passionis sacramento per vndam baptismatis initiatur atq; spiritualium gratiarũ proficientibus hinc meritis, velut quibusdam suaue spirantibus floribus adornatur. Hinc est vox illa fidelium, Christi bonus odor sumus: si iaspis fugare dæmonia dicitur, fides reuera fugat diabolum: vnde Petrus: aduersarius vester diabolus circuit quærens quem deuoret: cui resistite fortes in fide. Fugat mundi huius phantasmata. Hæc enim est victoria quæ vincit mundum fides nostra. Fũdamẽtum ergo primum iaspis, ideſt, Petrus, cui præter cæteros Christus dixit: & ego dico tibi quia tu es Petrꝰ, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Petrus ergo Christi vicarius merito iaspis dicitur: tũ, propter fidei virorem non marcescentem: tũ ob eius firmitatem & soliditatem. Sicut enim iaspis viret, & sępè translucet ita Petri fortitudo, & fides nunq̃ emarcuit, postq̃ caput & fundamentũ Ecclesiæ factus est. Fuit etiam simplex, & apertus, & minime dolosus, quod fortium est, qualem Achillem semper facit Homerus.

Iaspis D. Petrus. Math.16.

Saphiri proprietates. ¶ *Secundum saphirus.* Saphirus est lapis preciosus coloris aerei, aureis punctis collucens: sculturę tamen inutilis. Hic lapis radijs receptis solis, ardentem emittit fulgorem ex se, fertur in mari rubro copiosius reperiri. Hæbraicè vocatur sappir: nostri çafir vulgo vocant. Radix, scilicet, sappar numerare significat, & forte à copia sic dicetur, quod sint in magna abundantia. De hoc lapide Plinius differit libro 37. capite nono. Quem sequitur Isidorus libro decimosexto Ethimolo. capite. 9. Saphiri colorem pariter & sacramẽtum Moyses exposuit, quum Dei excelsi habitum describeret dicens Exod. cap. 24. Ascenderunt què Moyses & Aaron, viderunt què Deum Israel: & sub pedibus eius quasi opus lapidis saphirini, & quasi cœlum cum serenũ est. Vel vt verti potest: quasi opus lateris saphirini: & quasi robur cœli in munditia. Dicunt autem Hebræi, Deum laterem eis sub pedibus ostendisse: vt scirent quod ex populo seruili, populus cœlestis, diuinus & liber factus esset. Ita vt lutũ illud, in quo in Aegypto operati fuerant,

Plinius. Isidorus. Exo.24.

Iaspis fides. 2.Co. 1.Pet.5. 1.Ioa.5.

rant,in prꝛcioſiſſimum lapidem mutatum eſſet. Vt hinc intelligamꝰ quid valeant mala,propter Deum perpeſſa,lutoſa,& lateritia, & immunda videntur hominibus terrenis, ſed apud Deum ſaphiri precioſiſſimi ſunt. Nec ſat eſt Domino lateres terrenos,in cæleſtem ſapphirum mutare,niſi etiam in cœlum lutum mutet. Neqꝫ in qualécumqꝫ,ſed in cœlum mundiſſimũ.

Hiero. Diuus Hieronymus autem aliter hũc locum explicat Ezech.cap.1. Sicut autem chryſtallo puriſſima quæqꝫ atqꝫ lucentia in cœleſtibus demonſtrantur,quæ noſtrum oculatum corpus illuminant : ſic in ſapphiro in throno Dei,abſcondita atqꝫ ſecreta & incomprehenſibilia Dei ſacramenta monſtrantur. Qui poſuit tenebras latibulũ

Pſal.17.b ſuum,& in nube videtur & in caligine,quod ſignificare volẽs ſpiritus ſanctus ait in hoc loco Exo. ſub pedibus Dei eſſe quaſi opus lateris ſapphirini, & ſicut ſpecies firmamenti cœli mundiſſimi hunc colorem ſapphiri , qui idem cœli ſereni eſt : indicant verba

Ezech.1. Ezechielis.cap.illo primo , & ſuper firmamentum quod erat imminens capiti eorum,quaſi aſpectus lapidis ſaphiri,ſimilitudo throni. Quem locũ eodem modo exponit Hieronymus. Vult ergo Dominus ſignificare ſui throni non ſolum profunditatem , & incomprehenſibilitatem,ſed eius etiã puritatem,pulchritudinem,& ſplẽdorem. De hoc throno dictum eſt in Pſalmo:thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo. Soli comparatur,vt eius perpetuitas & claritas ſignificetur. De

Hebr.4.d illo ait in epi.ad Hebræ.D.Paul. adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius,vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Cumqꝫ color ipſe ſaphiri ſit perſegratiſſimus,multo ſit pulchrior aureis illis punctis quibus collucet. Ex quo intelligimus cur dictum ſit Thre Threno.4. no.4.rubicundiores ebore antiquo, ſaphiro pulchriores. Vult enim deſcribere Hieremias Nazareorum qui erant Deo dedicati candorem, & pulchritudinem ante obſidionem illam hieroſolymitanam:vt poſt eam, eorũ oſtendat, & deploret deformitatem, maculas,& luctus,intelligemus etiam cur dixerit ſponſa,Cant.cap.5. Venter Cant 5. tuus ęburneus diſtinctus ſaphiris : per ventrem ęburneum , ſiue elephantinum rectè mundiſſima,caſtiſſima, & precioſiſsima Chriſti humana natura deſignatur. Ebur enim eſt os elephantis animalis frigidiſsimi,atquè caſtiſsimi:hęc diſtincta fuit,ideſt,pulchra varietate ornata,ſaphiris,pretioſis lapidibus,aureis punctis interlucentibus,quoniam Chriſti humanitas infirma , & vilis ſecũdum ſpeciem , pretioſiſsimis cæleſtium virtutum,& gratiarũ gemmis fuit exornata. In hac gemma inquiunt patres,ſignificãtur illi, qui portant non imaginem terreni, ſed cœleſtis,hoc eſt,Chriſti:& qui cum Apoſtolo dicere poſſunt,noſtra autem cõuerſatio in cœlis eſt:vt ait Hiero. In illud Eſaiæ.cap.54. Ecce ego externam Eſa.54. per ordinem lapides tuos. Significantur etiam in hoc lapide, qui radijs ſolis receptis,ardentem mittit ex ſe fulgorem,illi,qui Chriſti meditationibꝰ intenti,eius merita recolunt, ardentiꝰ fidei lumine igneſcunt,vt iam nõ terrenas res , ſed cœleſtes, requirant. Quod verò fertur hanc gemmam in mari rubro reperiri copioſius, iam & illud oſtendit,baptiſmi lauacrum Domini paſsione rubricatum,cũctas hominum maculas abluere, atqꝫ eorum mentes emundare,atquè ad cœleſtia

illa bona desideranda erigere. Item in nuit, veram cœlestemque gemmam, hoc est salutem in mari isto rubro esse inueniendam. Secundum ergo fundamentum, ait Ioanes, saphirus: hic lapis iure optimo conuenit Andreę: qui non in vita solum sed etiam in morte portauit imaginem cœlestis, hoc est, Christi cuius conuersatio semper in cœlis fuit. Nihil enim spectabat nisi Christum, & crucem eius. Cui molestæ erant omnes mundi delitiæ, & voluptates: crux autem suauissima, vt per eam transiret ad vitam. Aurea puncta insignem charitatis eius omniumque aliarum virtutum pulchritudinem indicant. Saphirus qui scalpi non potest firmitatem eius inuicti animi aduersus diabolum, & aduersus omnes eius artes satis ostendit.

A preces, & eleemosynas agunt. Sed cũ vel doctrina, vel alijs operibus sancto rum vsibus inseruientes in publicum prodeunt, mox quicquid fulgoris taci te in semetipsis congesserunt explicant. Quod verò chalcedonius solis radiorum ictu, vel digitorum attritu incandescẽs, paleas ad se trahat, & rapiat, significare aiunt patres eos, qui in nullo suam fortitudinem vinci permittunt, & fragiliores quosq; diuinis B gratiæ radijs ad se trahũt, eosdem charitatis ardore retinentes. Cæterum qđ apud Nasamonas, Aethiopiæ prouinciam, nascitur lapis iste, significat eos, qui sub ardore dilectionis, famę obscuritate, quasi denigratæ cutis velamine teguntur, multo felicius nouissimo die reuelandos. Tertium ergo fundamentum erat chalcedonius. Iacobus hic est filius Zebedæi, qui flamma internæ charitatis semper fuit accensus, C qui foris despectus, in occulto lucebat, & bona in abscondito agebat: lucebatq; in tenebris, ideſt, in prouintijs plenis erroribus: & domi quidem nõ videbatur habere splẽdorem, qui piscator erat, & postea apud Dominum primam sedem ambiebat, & cæteris præferri volebat: vt Math. narrat. c. 10. Sed vbi ad prędicandum egressus est, mundum illustrauit primùm doctrina, deinde sanguine, quem fudit primus Apostolorum pro Domino: atq; D post mortem illuminauit Hispaniam reliquijs sancti corporis sui, & fide ac pietate quam ille à domino impetrauit. Sculpentibus resistebat, quoniam inter aduersa seculi fortis, & insecabilis fuit, & à nullo vinci potuit & calefactus radijs solis, ideſt, Christi, vel digiti, ideſt, Spiritus sancti, paleas, ideſt, peccatores ad se traxit.

¶ *Tertium chalcedonius*, De chalcedonio ita scribit Aretas: chalcedonius lapis quamquàm alius sit, similis tamen est coloris cum carbũculo, ita dictus quod circa fretum chalcedonis, supra chrysopolim iuxta symplegades scopulos, in locis in accessis extra hos positis, nempè in saxis atquè scopulis desertorum littorum, cum alijs lapidibus preriosis inueniatur, ve luti dixerunt ij, qui de rebus patrijs vi thinorũ scripserunt. Eiusdem meminit Isidorus lib. 16. Ethimologiarum, cap. 13. Beda etiam sic ait: chalcedonius quasi ignis lucernę pallenti specie reniter, & habet fulgorem subdio, nõ in domo: siue cœlo aperto color accedit, non in tecto. Item omnium sculpentium argumentis resistit radio solis, ait Hieronymus, vel digitorum attritu excandens paleas ad se trahit. Gẽma ergo ista significat eos, qui cælesti desiderio replentur, & in abscondito nihil fulgere videntur, vbi ieiunium,

Aretas.

Chalcedonius specie lucerni ignis. Isidorus. Beda.

Chalcedonius Iacobus Zebedæi filius.

Math. 10.

¶ *Quartum, smaragdus.* Qui nimiæ est

Smaragdo viriditate oculis gratissimus. Hiero.

est viriditatis, omnes in viriditate superans herbas, ac frondes, vt & aerem circunfluum viridem reddat: nulla gemmarum gratior oculis. Reddit imagines aspicientium, proficit mero & viridi oleo, quamuis natura imbuatur. Smaragdus confert cognitioni futurorum, auget substantiam, motus lasciuiæ compescit: tempestates elimi nat, & in causis vim eloquentiæ præstat. Vi. Georgi. Vene. Cant. 3. tomo. 8. cap. 3. Hæc gemma oculorum aciem lassam recreat, nequè vnquam satiat. De qua plinius lib. 37. cap. 5. à quo eadē desumpsit Isidorus lib. 16. Ethimo. c. 4. Huius generis plura sunt, sed nobiliores scythici: secundum locum tenent bactriani: tertium Aegyptij. Scythia tamen feracior eorum, terra diues auro & gemmis, inhabitabilis tamen, & deserta, minimeque tuta accessibus. Gryphes eam totam obsidēt, feræ volitantes, ac iuxta ferociſſimæ, quadrupedes, pedibus, capite rostro truculenti, ac alijs grandibus similes aquilis, reliqua corporis portione, leones sunt, terrestres & aerei: currunt in terris volitant in aere. Arimaspi cum his dimicant, qui vno tantum oculo in media fronte feruntur insignes. Rapiunt hi smaragdos, mira cupiditate gryphibꝰ eos custodientibus, etiam si nullus ex hinc sibi vsus sit, tamen vt hominibus predam auferant, gaudent. Pulchro satis omnia mysterio si in spiritum hæc adducas. Imprimis smaragdus Christum præsefert, pulchritudine gloriæ refulgentem, qui paschua ęternæ refectionis suis collaturus est electis, eos tingens maiestatis suæ coloribus, gratus aspectui vndè omnis inhæret beatis felicitas: candor est enim lucis æternæ, speculum sine macula, dei maiestatis, & imago bonitatis illius,

Author Collecta. Sylua alle.

Georgius.

Plinius. Author C. 37. Isidorus

Scythi ferax auri & gēmarum.

Gryphes volantes feræ.

Arimaspi monocul.

Christus smaragdus

Sap. 7. Mero proficit & oleo, sed non nisi in membris, qui semiuiui vulneribus vinum fudit & oleum. Luc. c. 10. Obseruāt nullo proprio vsu gryphes. Dæmones sunt hi gryphes: ne quis diuitias sibi gloriæ ex eo comparet. Cū quibus bellum gerunt monoculi arimaspi, ij sunt vnica fide instructi, qui aperta confessione Christum prædicant, constantissimi verbi Dei ministri.

Sap. 7. Luc. 10.

¶ Deinde smaragdus designat animam fidelem, semper fidei virore nitentem: quæ quo amplius aduersitate premitur, hoc fortius hereditatem immarcessibilem, & æternam conseruatam in cœlis mente pertractat, & cōplectitur, perfectionis suæ exemplo, veluti colore quodam admota imbuens tingensquè. Quæ mero dominicæ passionis ac internę charitatis pinguedine proficit continuò in melius, grata diuinis prospectibus. Regione deserta versari potius gaudet, quàm alibi, nihil eorum quæ hîc habentur, appetens. Obseruatur à dęmonibus si in peculium vendicent: contra quos dimicant arimaspi, vere fideles verbi Dei ministri, qui fidem factis ostendūt, vt oculum semper derecta in parte gerant. ¶ Quod si smaragdus cō ferre dicitur cognitionem futurorum ideo in primo ordine rationalis summi sacerdotis ponebatur, vt significaret prouidentiam necessariā esse pontifici qua futura prospiceret. In eo verò quod augere substantiam perhibetur, ac motus lasciuos compescere, tē pestates eliminare potest crucē Christi designare, qua qui delectatur, omnia sibi commoda agnoscit, substantiā spiritualem & merita auget, lasciuiam compescit, dæmones & aduersas potestates fugat, fundiq; copiam accipit.

smaragdo anima fidelis.

Cælius.

Exo. 28. & 39. ibi gl.

Geor. Vecan. 3 to. 8 c. 3.

Smaragdus deniq; diuinę naturę ſimi litudinem habet. De qua Ioanes dixerat ſuperius. cap. 4. Et iris erat in circuitu ſedis ſimilis viſioni ſmaragdinæ.

Smaragdo Ioannes Euangeliſta

¶ Quartum igitur fundamentum, ſmaragdus. Hæc gemma conuenit diuo Ioani qui morum puritate & charitate ſimilis deo fuit, & de diuina verbi natura altius cæteris vberiuſq; ſcripſit. Preterea virginitatis virorem perfectiſſimum ſemper ſeruauit, & ſcriptis ſuis animas intelligentium mirabiliter recreat, neque ſatiat: neque quidquàm eſt in ſacra ſcriptura iucundius, nemo enim plura aut ſuauiora domini verba retulit. Nemo, qui melius diuino miſericordię oleo exhilalaret exortam in nobis peccati triſtitiam ſua prædicatione, vt Aretas ait.

Aretas.

¶ *Quintum, ſardonix.* Sardonix ex onyce candorem, ex ſardio ruborem trahens, ab vtroq; ſardonycis nomen accipit. Sunt autem eius genera plurima. Alius terræ ſimilitudinem tenet, alius, quaſi per humanũ vnguem ſanguis eniteat, bicolor apparet. Pretioſior qui tribus coloribus variegatur, primo nigro, medio candido, ſuperno rubeo: de hoc lapide Plinius lib. 37. cap. 6. & Beda hic, & Iſidorus, libro. 6. Ethimo. cap. 8. Georgius Vene. Can. 3. tomo. 8. cap. 3. Huic comparantur homines deſpecti iuxta mundum, ſpiritus tamen puritate candidi, ſicut onix lapis pretioſus qui latinè vnguis dicitur, candidus eſt: & pretioſus: qui ſi opus fuerit, pro Chriſto non dubitent etiam ſanguinem fundere, idem pro amicis minime facere recuſantes. Vel ij ſunt qui corporis paſſione rubicundi, ſpiritus puritate candidi, mente autem ſibi in humilitate deſpecti, cum Apoſtolo illud occinentes, & ſi exterior homo noſter, corrumpatur, ſed interior renouatur de die in diem. Et nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Rurſum, infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, et recte ſardonyx quintum locum vendicat. Nam & corpus noſtrum in quinque ſenſibus conſiſtit. Sardonyx etiam ſecundum Gregorium. 17. Mora. cap. 29. & 30. Terræ rubræ ſimilitudinem tenes, homines deſignare poteſt: quia & Adam primus homo à terra rubra nomen habet. Adam, inquit Grego. qui primus eſt conditus latino ſermone terra rubra nominatur. Quid eſt ergo quod Iob. cap. 28. dicitur de ſapientia diuina, nec lapidi ſardonico precioſiſſimo, ſcilicet, conferetur, niſi quod is, qui eſt Dei virtus, & Dei ſapientia, mediator ſcilicet Dei, & hominum Chriſtus Ieſus tanta magnitudine excellat omnia, vt ei nec in terra ſardonyx, ideſt, primus homo neq; in cœlo ſaphirus, ideſt, angelus comparetur. Vnde per Pſalmiſtam dicitur quis in nubibus equabitur Domino, aut quis ſimilis erit deo inter filios Dei? Poſſunt autem in hoc loco Iob, vt idem Gregorius ait: per ſardonicũ lapidem patres veteris teſtamenti, per ſaphirum vero, prædicatores exprimi teſtamenti noui. Illi quippè quamuis magnam iuſtitiæ vitam tenerent, carnali tamen propagini ſeruiebant. Qui igitur conſtat quod quædam terrena agerent, non immeritò per ſardonycum lapidem, qui terræ rubræ tenet ſpeciem, deſignantur. Per ſaphirum verò qui eſt aerei coloris teſtameti noui cõgruè prędicatores accipimus, qui carnalis propagnis deſideria poſt ponentes cœleſtia ſola ſectati ſunt. Ait ergo ſanctus Iob, quia Dei ſapientia ſardonico, vel ſaphiro lapidi non confertur, ac ſi patenten-

Plinius. Beda Iſidorus Georgius.

2. Cori. 4. Rom. 7.

Grego.

Iob. 28.

Pſa. 88.

tenter insinuet, dicens: ei, qui homo in ter homines cernitur, neq; in antiquis quisquam, nec in nouis patribus æquatur, quia ex deitate habet, quod in humanitate quemquam similem nõ habet. Hactenus Gregorius. Quintum ergo sardonix. Hæc gemma Philippũ significat, qui fuit candore animi insignis, & charitate quæ rubro colore significari solet. Et quoniam sardonyx colorem habet sanguineum, vt ait Aretas, animum eius cupidum fundendi sanguinem pro Christo declarat. Niger color inferior indicat inferioris animæ partes, iustitiam charitate comprehensam atquè superatam.

Sardonix Philippus. Aretas.

¶ *Sextum, sardius.* Sardius est lapis coloris rubei, ad vnguis colorem tendens, & rubræ terræ similis, qui vulgo corneolus dicitur. Acuit ingenia, mitemq; reddit, & animum accendit ad gaudium, castumq; efficit. Hunc nõ solũm timori esse ferunt beluis atquè monstris, sed etiam vim habere curandi dolores ac molestias, quæ nostris corporibus innascuntur. De quo Plinius. 27. natu. histo. cap. 67. & Georgius Vene. can. 3. tomo. 8. c. 3. & Aretas 5. Apo. c. 4.

Plinius. Georgius. Aretas.

¶ Sardius in sacra scriptura significare solet Dei iudicium, iram, & terrorem: quo modo sumitur Apoc. c. 4. & super thronum, inquit, erat sedens aspectu similis iaspidi & sardo. Sardius, authore Augustino, in iudice Christo, similitudinem habens ignis, iudicium vniuersale per ignem designat, & in Deo est argumentum iusti iudicij, quia terret & ignis speciẽ præsefert. ¶ Sardius in primo ordine rationalis Pontificis, memoriam significare potest: vt glo. ordi. docet, scilicet, Exod. cap. 39. In primo versu erat sardius, topazius, smaragdus. Primus ordo iste pertinet ad prudentiam, quæ est auriga, & autore Cicerone cæteris què Philosophis, tres sunt prudentiæ partes. Memoria præteritorum, intelligentia præsentium, prouidentia futurorum: quæ omnia requiruntur in optimo præsule. Sardius ergo memoriã præsefert. Sicut topazius intelligentiã, & smaragdus prouidentiam. Cæterũ vbi in hoc loco Exodi ponitur sardius, ponitur in Hebræo, odem, quæ est ab Adam, quod est rubescere, quare significat lapidem rubei coloris, quicumquè ille sit, dicunt tamen esse sardium quoniam rubei coloris est. Et ideo hac gemma martyres consignantur, qui purpureo sanguine rubricati, coram Domino precioſam sibi charitatis immensitate mortem peperere. Et merito hic lapis sexto loco ponitur nam & Dominus ipse omnium martyrum caput, in sexta huius seculi ętate, & carne rubra indutus est, & feria sexta occisus, & hora sexta eiusdem diei cruciaffixus est. ¶ Præterea, terræ rubræ speciem sardius habens electos eos significat, qui licet ad rerum diuinarum contemplationem erigantur, tamen suam semper studeant cognoscere fragilitatem: memores quod originem trahant ab Adam, qui terra rubra interpretatur. Hinc Ezechiel cœlestia illa mysteria contemplans multoties filius hominis appellatur. Et Abraham, loquar, inquit, ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis. Et regius vates. Recordatus, inquit, est, quoniam puluis sumus, homo sicut fœnum, dies eius tãquam flos agri sic eflorebunt. Quid modo commemorem vnigenitum filium Dei, qui cum esset splendor gloriæ & figura substantiæ patris, portans omnia verbo virtutis suæ, qui cum esset spe

Exo. 39. Oleaster. Haymo. Apoc. 4. Augu. 5. Apoca 21. Gloss. ordi. Gene. 18. d Psa. 101. Heb. 1. a sap. 7. d

Pſa.21. ſpeculum ſine macula & imago boni tatis Dei, filium hominis ſe ferè ſemper appellauit: imo apud Dauidem ait: ego autem ſum vermis, & nô homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Iure autem lapis iſte ſextum locum occupat, qui terræ rubræ ſpeciẽ habet: quia primus homo Adam vocatus, ſexto die conditus eſt, cui dominus dixit: terra es, & in terram ibis. Quod ſi lapis iſte pellere timores dicitur, & in lætitiam hominũ animos

Cælius. accendere, non immerito ſanctos figurat, qui ſua conſtantia, deridẽt omnia vitæ pericula: quæ timidos & imbecilles terrere ſolent: & inter tormẽta & flammas exultant. Sextum, inaq; fundamentum erat ſardius. Hic Bartholomæum ſignificat, igne charitatis flagrantem, & dęmonibus terribilem. Scimus etiam ex Plinio libr. 8. cap. 16.

Plin. 1. Pet. 5. Igni terreri leones: & de diabolo Petrus ſcribit prima ſua Cano. cap. 5. Aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret: deniq; cæteræ huius lapidis virtutes huic Apoſtolo optimè conuenire conſtat ſi per ſingulas diſcurrere velimus.

¶ *Septimum, chryſolithus.* Chryſolithus auri ſpeciem habet, & ardẽtes videtur ſcyntillas diffundere: fulget nãque quaſi aurum ſcintillas compreſſim habens ardentes: confortat intellectum, & timores nocturnos pellit. Quo enim ratio magis confortatur, hoc paſſiones carnis animiq; magis ſedabuntur. De hac gemma D. Hiero.

Hiero. agit. ſ. Dan. cap. 10. in illa verba: & corpus eius quaſi chryſolithus. Pro chryſolitho, inquit, qui vnus eſt de duodecim lapidibus qui ponitur in logio põtificis in Hebræo habetur tharſis: qđ Theodotio, & Symmachus, eodem verbo interpretati ſunt tharſis: ſeptuaginta verò mare appellauerunt: iuxta illud quod in Pſalmo legimus: in ſpiritu violento conteres naues tharſis, id eſt, maris. Et Ionas fugere cupiens nõ in Tarſum vrbem ciliciæ, vt pleriquè æſtimauerunt literam ponentes pro litera, vel Indiæ regionem, vt putat Ioſephus ſed abſolutè in pelagus. Hæc ille: agit etiam Georgi. Vene. can. 5. tomo. 8. cap. 3. Beda, & Aretas hic. Plinius lib. 37. & Iſidorus lib. 13. Ethimo. Chryſolythus, & ſi auro ſimilis ſit habet cu hoc etiam marini coloris ſimilitudinem: & ab hac vocatur hæbraicè tharſis quod mare ſignificat, vt diximus ex Hiero. dicitur autem, λχρυσὸς, aurũ & λίθος, lapis, quaſi aureus lapis. Ordo quartus rationalis erat ſecundum. 70. interprętes chryſolithus, onychinus, & verillus. Secundum hebræos, ordo iſte erat tharſis, onychinus, & berill9. Vnde quidã pro tharſis vertunt chryſolythum ſequentes. 70. Rabbi Dauid chimmi dicit eſſe cerulei coloris, & videtur à mari vnde prouenit nomẽ ſuum eſſe ſortitum. Sanctes in lexico dicit tharſis colorem declinare ad colorem hyacinthi, ad quod citat Rabbi Dauid pag. 28. & 29. Hiero. & aquila chryſolithum, ſymmachus hiacinthum. 70. interpretes Ezechielis. c. 10. Nomen tharſis carbunculum vertũt. Sed nos ſequamur noſtram lectionẽ: per chryſolithum in illo quarto ordine collocatum deſignari aiunt nõnulli caſtitatem, quæ inter alias virtutes neceſſaria eſt Pontifici. Præterea huius ſpecie figurantur etiam hi, qui luce ſupernæ aureæq; ſapiẽtiæ reſplendent: ſuas virtutes, atq; ſententias, cum verbo exhortationis velut ſcintillas in proximos effundunt: quibus ad amorem Dei, proximiquè ſubuentionem

Pſa. 47. d. Iosephus Georgi. Beda. Aretas. Plin. Iſidorus. Rabbi Dauid. Hiero. Oleaſter Exo. 28. Glo. ordi. Exo. 39.

ac-

accendunt. De his Arator Poëta.

Mẽtibus inſtar amor, ſermonib9 æſtuat ardor.

Quod quia ſolo ſpiritalis gratiæ munere geritur, decentiſſimè pro ſeptimo fundamento chryſolithus collocatur. Septiformi enim munere ſolet ſpiritus ſancti gratia diffundi, & ideo ſeptenario numero deſignatur. De quo ſuperius dictum eſt: & à ſeptem ſpiritibus qui inconſpectu throni eius ſunt. Huic fauet ſententiæ, & id quoq; quod eiuſdem lapidis genus quoddã ceruleo virentiquè colore inuenitur: vnde apud Hebræos vt diximus, à marini coloris ſpecie tharſis vocatus eſt. Vbi viror ad fidei virentis integritatem ſemper refertur: aqua verò ad Spiritum ſanctum pertinet, domino atteſtante qui ait, qui credit in me (ſicut ſcriptum eſt) fluminа de vẽtre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dicebat, de ſpiritu quem erant accepturi credentes in eum. Ioan. 7. Nihil enim eſt, quod magis confirmet intellectũ, quàm Spiritus ſanctus, in fide Ieſu Chriſti, adeo vt foras mittat omnem aduerſarij timorem, in quo vniuerſitas martyrum triumphat, & gaudet exercitus omnis ſanctorum. Ita Beda & Cælius hic. Septimum igitur fundamentum huius ciuitatis dicitur eſſe chryſolithus: in quo Diuus Mathæus ſignificatur: qui maris, ideſt, ſeculi huius colorem aliquando habens, cum publicanus erat & peccator, poſtea vero aurea diuinaq; ſapientia & charitate fulgentiſſima ſplenduit, & ſcintillas emiſit ardentes tàm ore docendo, quàm ſcribendo euangelium, & miraculis corruſcando.

¶ *Octauum beryllus.* Hic lapis viridis eſt coloris, viriditatem puri maris imitans: naſcitur præcipuè in India. Eius varia ſunt genera. De quo Plinius, 38. natu. hiſto. cap. 5. Georg. Vene. can. 3. tomo. 8. cap. 3. Iſido. lib. 16. Ethimolo. cap. 7. de illo differens ait: berillus in India gignitur, gentis ſuæ nomen habens, viriditate ſimilis ſmaragdo, ſed cum palore. Politur autem ab Indis in ſex angulas formas, vt hebetudo coloris repercuſſione angulorum excitetur: aliter politus non habet fulgorem. Beda: beryllus, inquit, eſt quaſi conſideres aquam ſolis fulgore percuſſam rubicundum ac decorum reddere colorem. Sed non fulget niſi in ſex angulam formam poliendo figuretur. Repercuſſu enim angulorum ſplendor illius acuitur. Verum quod ait Beda rubicundum reddere colorem, neſcio vnde ſumpſerit: cum à Plinio, lib. 37. cap. 5. & ab Iſidoro loco citato, & inter virides gemmas numeretur. Plinius cum de ſmaragdis diſſeret eandem, inquit, multis naturam, aut certè ſimilem habere berylli videntur. In India originem habent, rarò alibi reperiuntur. Poliuntur omnes ſexangula forma, artificum ingenijs: quoniã hebeſcunt niſi color ſurdus repercuſſu angulorum excitetur. Aliter enim politi non habent fulgorem eundem. Probatiſſimi ſunt ex his, qui viriditatem puri maris imitantur. Proximiq; vocantur chryſoberylli, & ſunt paulo pallidiores, ſed in aureum colorem exeunte fulgore. Cum his rectè conuenit quod ait Aretas, Thomas huic comparatur, qui lapis maris ac hyacinthi colore, & illius ad fidem in ſtabilitatem depingit, & maximè Apoſtolatum & legationem in longinquam patriam, nempè vſque ad indos, & per mare perfectam. Meritò ergo Thomas beryllus dicitur, qui in India reperitur: nam & ipſe in India prædica

Beda. Cælius. Chryſolithus. D. Matth. Plini. Geor. Iſido. Beda. Aretas. Beryllus D. Thom.

dicauit euangelium, & ibi ſanctum eius corpus requieſcit. Viridis eſt hic lapis, quod Thomæ fidem viuam, & non deficientem ſignificat, ſed viriditas eſt cum palore, quia in reſurrectione Domini eius fides degenerauit, & multum viriditatis amiſit. Hanc gemmam Deus non ſolum viriditate ornauit, ſed etiam ſexangula figura poliuit: quia fidei adiunxit omnia opera virtutum: quorum perfectio ſenario numero deſignatur, quia ſex diebus Deus compleuit omnia opera ſua, vt ſæpè diximus. In quarto ordine rationalis Beryllus ponitur. Quartus, inquit ordo Tharſis, onychinus, berylus. Cuius loco in Hebræo eſt iaſpis, ſi ue dictio Ioſephe. vt Oleaſter ait Exod. 28. & poteſt ibi ſignificare ſobrietatem, quæ maximè decet Pontificē. Vnde glo. ordi. ait: quartus ordo pertinet ad temperantiam, cuius ſunt tres ſpecies: ſcilicet, temperantia à venereis, abſtinentia ciborum, & ſobrietas potuum.

Oleaſter.

Glo. ordi. Exo. 39.

Nonum topazyus. Topazius eſt lapis precioſus viridis coloris, aut potius aurei, qui primus refertur in topazio inſula maris rubri inuentus, & matri regis Aegypti oblatus. Eſt difficilis ad leuigandum, ſed aſperatur magis, eſtq; rarus inuentu, feruidam aquam tepidam reddit in eam immiſſus: variaſq; curat infirmitates. Fertur leuare oculorum dolorem. Beda. Topazius, inquit, lapis quantum inuentione rarus, tantum mercium quantitate precioſus eſt. Qui duos habere fertur colores vnum auri puriſſimi, & alterum ætherea claritate relucētē. Pinguedo roſea, verecundaq; puritas, vicinus lapidi chryſopaſo magnitudine, vel colore, quia maxime lampat cum ſolis ſplendore percutitur, omnium gemmarum ſuperans precioſiſſimas claritates, in aſpectum ſuum ſingulariter prouocans oculorum cupidiſſimam voluptatem. Quem ſi polire velis, obſcuras: ſi naturæ propriæ relinquas irradiat. Hic regibus ipſis fertur eſſe mirabilis, vt inter diuitias ſuas nihil ſe ſimile poſſidere cognoſcant. Hæc Beda quem ſequitur Cælius. Aretas verò ſic ait: Topazius ruber, & ſpecie carbonis ac candidum aſpectum relinquens auxiliando egris oculis. De hoc lapide agit Plin. lib. 37. natu. hiſto. cap. 8. & Hila. & Ambro. ſuper Pſalm. 118. Georg. Venetus can. 3. tomo. 8 cap. 23. & Strabonius lib. 6 vide Iſido. lib. 16. Ethimo. cap. 7. τοπαξιος, dicitur ἀπὸ τῦ τοπαζειν, hoc eſt, à quærendo dicta, ſiue quod troglodytæ prædores cum dultius fame & tempeſtate preſſi, herbas, radiceſq; effoderent, hanc gemmam primi eruerūt: ſiue, vt iam diximus, à Topazio inſula maris rubri in qua hic lapis mire perlucidꝰ inuenitur. Hic lapis ponitur in primo ordine rationalis primus, inquit, ordo ſardius, topazyus, ſmaragdus. Verum eſt tamē quod hebraica dictio eſt, pitdah, quam aliqui hebreorū, vt Oleaſter ait, ſmaragdum arbitrantur, quod in lingua Arabica vocetur zamerad, ideſt, ſmaragdus. Aſſeruntq; eſſe coloris viridis. Cæterum topazyus cōtemplatiuæ vitæ exhibet formam, naturarum pulchritudine, tum precioſitate, qualitatisq; externo decore. Reges ſancti, quorum cor eſt in manu Dei, hoc eſt, vere fideles, cūctis bonorum operum gazis eam præferre ſolent, qua ſoli deo adhærent, vt dicant: mihi autem adhærere deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam: cunctis ergo bonorum operum diuitijs, vniuerſis virtutum gemmis meri

Cælius. Aretas.

Plin. Hilar. Ambro. Georg. St. Aſonis.

Topazius contemplatiuæ vitæ Figura.

Pſa. 72.

tò

tò contemplatiuam præferunt vitam, in solum Deum puræ mentis intuitum, aciemquè defigentes: tantoquè ardentius diuina contemplantes, quàto vberius supernæ gratiæ fuerint splendore reuerberati. Habent hi aureum colorem, ex flamma charitatis internæ: habent & æthereum, ex contemplationis affectu, dulcedinequè. Quia verò subinde præsentis secu i turbine veluti aurum lima vilescunt, rectè politi obscurantur, liberi manent præclariores. Non potest animus vno eodemquè momento, & terrenis curis indulgere, & illa cœlestis vitæ gaudia complecti. Quod quoties accidit iusto, exclamat ad Dominum, inquiens, turbatus est à furore oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos. Rursumque: eripe me de luto, vt non infigar. Roseę pinguedinis esse astruitur, quia pleni sunt eiusmodi viri sancti vnctione spiritus, in quo ineffabiliter delectantur & gaudent, gustantes quàm dulcis sit Dominus: pingues ergo sunt in mente, pleni charismatibus: nitidi sunt nitore gratiæ. Denique vt lapidi huic natura inest quædam verecunda puritas, sic & viris contemplatiuis castitatis inest pudor: timent enim ne aut ea gratia insolescant, aut quodam modo per vitæ huius rationes, per quę delectamina id quod dulciter possident acerbissimè amittant. Si quidem amarissimum est peccare contra Dominum. Breuiter timent ne aut elatione aliqua meritum perdat, aut quod possident turpius amittant. Tradunt lapidem hunc in thebaide in insula quæ Topazion appellatur, vnde & nomen accipit, inuenti, nihil aliena à mysterio regione. Illę namquè Aegypti partes plus sanctorum olim Paulo, & Antonio magno ducibus, Eremicolarum coronis abundabant, qui vnicè vitam amplexi contemplatiuam huic soli rei studebant. Et denique illa regio soli vicinior, & quicumque soli iustitiæ vicinus inhæret æthereo fulgore luminis clarescit. Reperitur & in Arabia lingua troglodytarum toparin quærendi habet significationem consentaneo sanè mysterio: Nam qui peritura alioqui mundi bona contemnunt velut solitudinem inhabitantes vnum hoc pretiosum margaritum requirunt, quo affatim locupletes fiant, nempe Deum: de quo Propheticus sermo ait: quærite Dominum dum inueniri potest. Et in Euangelio Saluator ait: quærentu dabitur. Lapis hic iram habet reprimendæ iræ virtutem, propellit & lunaticam passionem: quibus malis, hi qui contemplationi vocare studeant, carent: alioqui carne adhuc non spiritum viuunt. Quid porrò per lunaticam passionem designatur, nisi bonorum mutatio ceptorum? Nam stultus vt luna mutatur. Pulchrè autem nono ordine topazius statuitur gemma videlicet contemplatiuæ suauitati deputata: siue quia nouem ordines sunt, vt Gregorius numerat Angelorum, quorum contemplatiui vitam æmulantur: siue quia à perfectæ beatitudinis statu vno dum taxat mortis interstitio diriminantur in quem anhelant: vt graue eis onerosum què iam videatur quidquid in terris geritur præ dulcedine Dei, & decore domus eius, cuius amore tenentur, quorum animus iam pridem eo relatus est quo Deum credunt in sua gloria obtinere. Ita Beda, & author Collectaneorum.

Psa. 6. b Nõ potest aeristerre marum : a rarum impietia ex lenia medi tari.

Esa 55. b.

Topazius nitidam habet virtutem iræ virtutem propellit & lunaticã passionem

Eccle 27. d

Grego.

Beda. Author Collec.

¶ Topazius ille qui in primo ordine rationalis ponebatur intelligentiam significat, vt docet glossa ordi. Exod. trigesimo nono. Primus inquit ordo pertinet ad prudentiam, quæ aurriga est virtutum: cuius secunda pars est intelligentia respectu præsentium significata per topazium. Ait ergo noster Ioânes: nouum fundamentum esse topaziam: qua gemma significatur Iacobus Alphei, omnibus virtutibus resplendens, cuius fidei viriditas adeò nunquam emarcuit, vt Hieronymus in catalogo virorum illustrium asserat ex Euangelio secundum Hebræos iurasse eum se non comesturum panem ab illa hora, qua biberat calicem Domini donec videret eum resurgentem.

Elo. ordi. Exo. 39.

Topazius Iacobus Alphei.

Hiero.

¶ *Decimum, chrysopasus.* Lapis iste rarus est inuentu, pallorem habet auri. Colore, inquam, viridis est, aureaque permixtura, quoddam insuper purpureum iubar trahens, aureis sparsim guttulis interlucentibus, parum à beryllo discrepans: gignitur in India sole viuido ac recenti. Chrisopraſſus Græcum est nomen compositum à chrysos, quod est, aurum, & prasion quod est porrum. Inde chrysopraſſus à porracea viriditate non nihil in aurum declinans. Vide de hac gemma Plini. lib. 37. c. 8. Et Isidor. lib. decimo sexto, capite septimo. Georgius Venetus Can. quinto, tomo octauo, capite tertio. Gemma ista typus est charitatis. Huic comparatur Iudas Thaddæus propter eximiam eius fidem, & charitatem, qui Abagaro, Regi Edessæ Christi prædicauit fidem. Figurat etiam eos, qui viriditate gloriæ cœlestis perfectæ charitatis fulgore promerentes, purpureo insuper martyrij iubare clarescunt: qui in eo quod vitam carnis despiciunt, gloriam cœli obtinent: mixtim charitatis operibus interlucentibus: & hi tanquam in India gignũtur, quia charitatis genuinę virtute gloriam plenius à sole Christo assequuntur. Qui in decimo loco statutus describitur, quia perfectio omnis in obseruatione decalogi absoluitur, consumanda in gloria: vel quia charitate pleni velut sol in regno patris eorum fulgere, regiquè suo proxime fieri cupientes, vitæ huius caduca dispendia decimi cœli diuite mercatura compensant. Creditur & lepram pellere: quia nimirum in gloria patriæ, ad quam perfecti quique charitatis operibus festinantes, cuncta labe puri fiunt, virore perpetuæ sanitatis succedente.

Chrysopraſus viridis aurea permixtura.

Plini. Isido. Georg.

chrysopraſus Iudas Thaddæus Arctas hic

Chrysopraſus figurat eos qui à charitate & martirio clarescunt

quare chrisopraſus in loco ponitur.

Beda. Cælius.

¶ *Vndecimum hyacinthus.* Hæc gẽma similis est aquæ radio solis percussæ, ceruleo colore optimo, qui nec rarus est, nec spissa densitate obtusus, vtroq; temperamento relucens, purificatum florem trahere memoratur. Hunc Bereng. sereni cœli colore fulgere autumat, vt saphirus: nisi quod illi sparsas tenet maculas, hic simplici puritate contentus, rutilat non æqualiter, mutas cũ facie cęli coloré: sereno perspicuus est & gratus, nubilo obtusus. In precio est, dat mebris vigorem sapore reddit salutarem. Hic in Ethiopia reperitur. Ita Beda, & Cælius. Habet gẽma ista colorẽ amethisto gemę nõ absimilẽ, sed ramẽ dilucidiorẽ: dicitur hic lapis præstare graria obtinẽdi, ea, quæ petuntur. Vnde Pli. lib. 37. nat. hist. c. 9. ait loquens de amethisto, multum ab ea distant, hyacinthos tame è vicino descendens: differentia hæc, quod ille emicans in amethisto fulgor, violaceus dilutus est in hyacintho. Primo quoquè aspectu gratus, cua-

Beda. Bælius.

Plin.

euanescit antequam satiet. Adeoquè non implet oculos, vt penè non attingat, marcescens celerius nominis sui flore. Isido. li. 16. c. 9. Hyacinthus ex nominis sui flore nuncupatur. Hic in os missus frigidus est, in sculpturis durissimus neq; tamen inuictus, & cætera quæ ex ipso Beda etiã desumpsit. De hac gemma Hieronymus super Ezechielis capite decimo sexto. Et Georgius Vene. can. 3. tomo. 8. c. 3. ¶ Lapis iste multa in sacra scriptura significat. Philo vir disertissimus Iudęorum, inquit Hiero. hyacinthõ in vestibus põtificis aeri comparat: per quem supernа atq; cœlestia significari arbitratur. Vnde idẽ Hiero. de veste sacerdotali differens ait. Quatuor colores (ex quibus confecta erat vestis sacerdotalis,) ad quatuor elemẽta referũtur, ex quibus vniuersa subsistunt. Byssus terræ deputatur, quia ex terra gignitur. Purpura mari, quia ex eius cochleolis tingitur. Hyacinthus aeri, propter coloris similitudinem. Coccus igni & ęthe ri, qui hebraicè sen appellatur: quod aquila, διαφάνον, symmachus, διάφανον, interpretatus est. Pro cocco iuxta latinum eloquium, apud hebręos Tolaath. i. vermiculus scribitur: & iustũ esse cõmemorant, vt pontifex creatoris non solum pro Israel, sed & pro vniuerso mundo roget: siquidem ex terra & aqua & aere, & igne mundus iste consistit: & hæc elementa sint omnium. Vnde primum vestimentũ lineũ, terram significat: secundum hyacinthinum, aerem in colore demonstrans, quia de terrenis paulatim ad excelsa sustollimur: & ipsa vestis hyacinthina à capite vsq; ad talos veniens, indicat aerem, de cælis vsq; ad terrã fusum. Hactenus Hiero. ¶ Hyacinthus etiam indicat eos, qui anima puri sunt & clari, meditantes cœlestia, quiq; angelicæ, quantum est fas mortalibus, conuersationi approximant: virginitatem tum mentis, tum corporis, custodientes, ne peccati macula mentem obfuscet, atque lapis hic tàm mirabilis, tàmque preciosus non æqualiter rutilat, cum facie cœli mutans colorem: si his improba caro frequenter ingerit turbationem: hac de pulsa reddit color primus menti eorum. Significat & illos qui sapientia commodiore refulgent in templo Dei, non ea, quam filij huius seculi præseferunt naturali ratione à rebus tractam: sed quæ ducitur à sole Christo, quibus iubetur ne vel nimia sensus subtilitate supra captum rapiantur, aut ima sic teneant, vt ad infirma fidei rudimenta conuertantur: quin potius modesta quadam temperatura instar robusti palestritæ via regia grassentur, à dextris & à sinistris per arma iustitiæ, dicentes cum Apostolo, siue enim mente excedimus Deo, siue sobrij sumus vobis, quatenus sapor spiritus in omnibus retinea tur, vigore reducto primum fidei, deinde cæterarum quoquè virtutum. Quod verò non æqualiter niteat, tali sensu accipiendum puto, quia videlicet viri cordati non semper eodem tenore sapientia quocumquè tẽpore ad quamuis vtuntur, sese subiectis auditorum ingenijs accommodantes: nequè eundem modum tribulationum turbidine, qualem habent in trãquillitate, quãdo nitidius sermonum radios spargunt: mutati ergo modo altiores, modo summissiores, modo clari, modo obtuso velut fulgore densius lucent. Sic Paulus modo sapientiam se loqui astruit inter sapientes, ac perfectos: modo velut nu-

Isido.

Hiero.

Geor. g

Hiero o 5. fo. 422.

Hiero. t 3 o. 62.

Hiero. Vi. syluan allegoria rum multa de hyacin tho dicen tem.

2. Co. 5. c

1.The.2. Beda. Caius. trix fouet filios, primæ Theſaloni. ſecundo. Omnibus omnia factus, vt lucrifaceret omnes: flet ergo cum flentibus, gaudet cum gaudentibus. Et alibi: denſa nube cœli obtutus in infirmitatibus ſuis æquinſ gloriatur. 2. Corin. 12. Vndecimũ itaquẽ ciuitatis cœleſtis fundamentum erat hyacinthus, quo 2.Cor. 12. hyacintho Simõ Chananæus. ſignificatur Symon Chananæus prorer cœleſtes mores quibus erat prædi tus, ad terrena immutabilis, cum foliꝰ cœli facie mutari ſolitꝰ, ideſt, illis perſ picuus quibus Deus prædicari Euangelium volebat: cæteris coram oculis euaneſcens.

¶ *Duodecimum, amethiſtus*, Amethiſtus lapis eſt preciosus ad vini colorẽ accedens, & in violam deſinens, cum quodam fulgore purpureo, gratus aſpectui: ferturq; reſiſtere ebrietati, vnde & nomen habet, nam dicitur ab à priuatiuo & à verbo μεθύσκω, quod eſt inebrior. Huius lapidis meminit Plin. Plin. li. 37. natu. hi. c. 9. vbi docet hanc gẽmã, vt ſuperius diximus, violaceum etiã habere colorem fulgentius emicantẽ hyacintho. Et paulo ante hæc ſic ſcribit: cauſam nominis afferunt: quod vſq; ad vini colorem accedens, priuſq; eum deguſtet, in violam deſinit. Fulgorq; quidam in illa purpuræ non ex toto igneus: ſed in vini colorem deficiens. Perlucent autem omnes violaceo colore: ſcalpturis faciles. Indicæ abſolutum purpurę colorem habent. Ad hancq; tinguentium officinæ diri gunt vota. Et ante hęc verba ait idem: Principatum amethiſti indicæ tenẽt. Iſidorus eodem li. c. 9. ait: inter purpu Iſido. Beda. reas gemmas principatum amethiſtꝰ indicus tenet. Amethiſtus purpureus eſt, permixto violaceo colore, & quaſi roſæ nitore quaſdamq; leniter flammulas fundens: eadem verba ſunt a- A pud Bedam. Qui etiam addit: ſed & quidam in purpura illius non ex toto igneum, ſed quaſi vinum rubens apparet. De hoc etiam lege Georg. Ve. Geor. canti. 3. tomo. 8. c. 3. Hæc gemma ponitur in tertio ordine rationalis, Exo. 28. Exo. 28. & 39. & 39. In tertio, inquit, ligurius, acathes & amethiſtus. Vbi nos legimus amethiſtus legunt hebræi à chilamach: à chalam quod eſt ſomniare ortum habere videtur: vnde dicunt hebræi ſig B nificare lapidem, quem qui indigito geſtat: ſemper videbit ſomnia: ſed forſitan eſt hæc hebręorum fictio: vt Oleaſter ait: Arabicè appellatur alchalmah, vel ahalamah. Sequentes chaldęum, dicunt eſſe lapidem, qui oculi vitulini ſimilitudinẽ præſeferat. Certum eſt, inquit Oleaſter, incertam eſ- Oleaſter. ſe nominis ſignificationem. Et quidẽ in hac gemma, vt ait Haymo deſignã Haymo. tur viri perfecti, qui cœleſtem vitam C agunt in terris, & ad palmam angelorum pertinent in cœlis: vnde Dñs ait: & erunt ſicut angeli in cœlo. Quod ſignificatur per purpuram, quæ regũ & imperatorũ eſt veſtis. In viola autẽ quæ humilis flos eſt, & tamen odore præcipua, humilitas illorum exprimitur, qui præcipui ſunt odore bonæ famæ. In roſaceo autem colore charitas intelligitur, quæ in tantum in illis viget, vt etiam ad paſſionem martyD rij, non ſolum pro amicis, ſed ipſis quoque pro inimicis ſuos prorrudunt poſſeſſores: neq; enim maiorem hac dilectionem habere quis poteſt, quã vt animam ſuam ponat pro amicis ſuis. Quorum mens principaliter in ſumma dirigitur, etiam cum exterius Ioã. 15. conculcari, atque in imo ſubſidere inter ſpinas cernitur, Dominici Luc. 12. ſemper memor promiſſi, nolite, inquit, timere puſillus grex quia com-

pla-

placuit patri vestro vobis dare regnũ. Luc. cap. 12. Quiq; flammam charitatis non ad se tantum, sed ad ipsos etiã persequutores spargentes, positis genubus hac prece implorant, Domine ne statuas illis hoc peccatum. Atq; in ter calicem passionis illius vini lætificantis cor hominis, quod Dominus se nouum cum discipulis, in regno patris promisit bibiturum, iugi recordatione memorantur. Traduntur, vt diximus, Amethistum ebrietatem arcere, resistere veneficijs, adeuntes reges cõciliare, grandinem, ac pestes frugum auertere. Et sanctorum vita frugalis est, & sobria semper, & sana: pellit dæmonum veneficia, conciliatum semper habet Christum, mala occurrentia arcet orationibus. In summa, in iaspide fidei viriditas, in saphiro, spei cœlestis altitudo, in chalcidonio flamma charitatis figuratur. In smaragdo, fortis inter aduersa, fidei confessio: in sardonyce, sanctorum inter virtutes humilitas: in sardio, preciosus cruor martyrum exprimitur: in chrysolito, spiritualis inter miracula prædicatio: in beryllo, prædicantium perfecta operatio: in topazio, ardens cõtemplatio demonstratur: in chrysopasso, martyrij opus & præmium: in hyacintho, sermologorum cœli ad alta sublatio: rursumq;, propter infirmos humilis ad ima descensio: in amethisto, cœlestis regni decor, in humilium animo depingitur. Hi sunt lapides preciosi duodecim fundamenta ciuitatis. In quorum vltimo, hoc est amethisto, Mathias significatur, cuius nomen quidã paruum interpretantur: qui vt verè humilis, non potuit superbia inebriari, quamuis vnus ex omni discipulorũ numero diuina sorte vocatus sit ad Apostolatũ. Scalpturis, ideſt, impressionibus, & figurationibus diuinis facilis: & cœleste quidem vbique spirans, charitate ardens. Hactenus de duodecim gemmis in quarum interpretatione, hoc est animaduertẽdum singulos Apostolos ab eo quod magis in eis eminebat nomini lapidum fuisse designatum: quãuis eadem dona & reliqui haberent. Atq; idcirco dictum est, vt iam exposuimus: & fundamenta muri ciuitatis omni lapide precioso ornata.

Act. 7. g

Cæsius.

Amethistus Mathias.

¶ *Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt per singulas: & singula portæ erant ex singulis margaritis.* Verba sunt satis ambigua tam græca quàm latina. Nam primus sensus esse potest, vt singulæ portæ habeant duodecim margaritas. Secundus verò sensus erit si verba sequentia attendamus, singulas portas singulis constare margaritis: cum continuo scriptum sit, & singulæ portæ erant ex singulis margaritis. Quod adeò quosdam mouit, vt Ansbertus dixerit: horum verborum ordinem vix vtcumque in superficie litteræ intelligere valemus. Et Ambrosius ait: hoc secundum literam stare non potest. Si singulæ portæ erant ex singulis margaritis, quomodo per vnam quamq; duodecim margaritæ fuisse dicuntur? Hinc etiam quidam intelligentes his verbis nihil aliud significari quam singulas portas constare ex singulis margaritis nihil aliud interpretantur quàm illa verba singulæ portæ erant ex singulis margaritis: vt Aretas, vel illa: & duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt, per singulas, vt Beda & alij. Ansbertus verò & alij primum sensum secuti, intelligũt portas singulas, ex singulis margaritis factas habere in super duodenas margaritas, ideſt, omnes centum quadra-

ginta quatuor. Atq; hoc mihi non solum probabilius videtur, sed etiam quod verba nostræ translationis nullum alium sensum capere possint. Itaq; quemadmodum singula fundamenta singuli lapides sunt, sed sunt eadem omni lapide precioso ornata, id est, duodecim illis quorum nomina etiam scripta sunt, quia quod omnes Apostoli habent, singuli quoque habent: ita nunc portæ in quibus doctrinam Apostolorum duodecim, siue ipsos Apostolos significari ostendimus, singulæ sunt ex singulis margaritis, & singuli habent duodecim margaritas: eadem prorsus ratione quia gratias, & dona quæ habent omnes, habent singuli.

¶ De margaritis diximus. cap. 18. ex Plinio libro 9. cap. 35. latinis eas dici veniones, quod nullæ duę reperiantur in chonchis indiscretæ, omnesq; gemmas precio superare. Atquè hoc optime cōuenit doctrinæ Apostolorum, per quam solam in hanc vrbem additus patet. Precioſissima margarita fuit de qua dictum est Math. 13. Simile est regnum cœlorum homini negociatori quærenti bonas margaritas, inuenta autem vna precioſa margarita, abijt & vendit vniuersa quę habuit & emit eam. Doctrina enim Apostolorum de Christo hæc margarita precioſa est, quam hi duodecim negociatores inuenientes vendiderunt omnia quæ habebant, & emerunt eam. Et quamuis doctrina vniuscuiusq; Apostolorum, licet interdū parum attentè considerantibus, diuersa non nihil videretur, eandem omnium, quæ docere oportebat, plenitudinem habebat: & eadem in audientibus efficiebat cum doctrina omniū. Obserua qđ, pulchritudo & decor, & gloria portarum, per quas in illam ciuitatem patet ingreſſus, conuenientius significari non potuit, quàm nomine, vel ſpecie margaritarum. Nam, ſicut matrona nobilis, vt Cælius ait, precioſis ornata monilibus, exculta gēmis margaritisq;, ſolet blandiri viro ſuo: ſic ciuitas illa nobiliſſima, quæ est Eccleſia triumphās, talibus exculta ornamentis, nempe Apoſtolis, martyribus viriſquè omni virtute perfectis, viro ſuo Chriſto adblanditur. Nam hi ſunt gloria, decus & ornamentum Eccleſiæ illius cæleſtis ſicut fuerunt Eccleſiæ in hac vita mortali degentis, dicente paulo, gloria veſtra nos ſumus. Non ſolum autem ſunt huic peregrinanti ciuitati decori ipſi Apoſtoli, prælatiq; ſapientes, ac prædicatores, ſed etiam vtilitati. Portæ enim ſunt in Chriſto: in quibꝰ totus eſt Chriſtus. Nam & portæ ſingulæ ex ſingulis margaritis conſtare perhibentur, non minus precioſis, quàm ſplendidis, imo excellentibus: quatenus aliæ alias commendare videantur: margaritæ portas, portæ margaritas. Chriſtus Apoſtolos, Apoſtoli Chriſtum: de cuius plenitudine accepere omnes Ioannis primo. Et ſicut omnis gloria capitis refertur ad corpus, ſic corporis decor ad caput reuertitur omnis. Et ſicut lux vera, quæ illuminat omnem hominem illis contulit vt eſſent lux, iuxta quod dicit: vos eſtis lux mundi: ſic omnem illi lucem in fontem refundunt, dum omnem virtutem tribuunt Chriſto, non ſe aliud, quàm homines recognoſcentes. Communicauit Chriſtus aliis lucem, decorem & ornamentum de ſe, vt eſſent interdum & porta & margarita: apud ſe tamē nihilominus gloriæ fontem retinuit vigorem. Hæc Cælius.

Math 13.

2. Co. 1. c

Math. 5.

¶ *Et platea ciuitatis aurum mundum*

sam

tanquam vitrum perlucidum. Platea locus est in quo multitudo ciuium congregari solet. Vnde est illud Prouer. 1. Sapientia foris prædicat: in plateis dat vocem suam in capite turbarum clamitat. Et Iob cap. 29. Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabam cathedram mihi: Quam obrem in platea nunc gaudium mihi significari videtur quod beati percipiunt alter ex alterius beatitudine: qđ quoniam maximum est, & preciosissimum: cui nihil in hac vita valeat cõparari, & ex magna Dei, & fratrũ charitate oriatur: eleganter auro simile dicitur, siue platea facta ex auro. Nec cuiuis auro simile dicitur, sed auro mundo: quod nihil terræ, aut vilis metalli habeat admixtum: nihil enim illi gaudio admiscebitur tristitiæ, aut inuidiæ, aut simultatis: sicut in hac vita admisceri solet, etiam inter amicissimos. Et quia hoc gaudium ex aliorum beatitudine, & hæc charitas ardẽs, cui nihil subesse possit simulationis, aut doli, nota erunt mutuo omnibus beatis, postquàm illud auro propter dignitatem comparauit, nunc propter hanc perspicuitatem vitro lucido comparat. Deniq; in prędictis omnibus & in eo quod ait, & porta ciuitatis aurum mundum, &c. In genere etiam significare voluit, illa ciuitate nihil preciosius, & nihil ineffabilius esse gloria eius. Ad quam oculatè perpendẽdam, haud parum efficiet, si omnes textus, qui de eius maxima agunt gloria, meditteris. Vt illos qui Esaiæ: 60. 65. 66. & Tobiæ. 13. habentur & similes. Dicitur enim Tobiæ capite prædicto, vt alia loca omittam, portæ Hierusalem ex saphiro & smaragdo ædificabuntur: & ex lapide precioso omnis circuitus murorum eius, & lapide candido, & mundo omnes plateæ eius sternentur: & per vicos eius alleluia cantabitur. Quæ omnia & similia, licet peregrinanti Ecclesiæ omnino quadrare videantur, imprimis tamen de gloria ipsius Ecclesiæ in futuro seculo intelligenda sunt. Hęc ergo gloria sanctorum, & hoc gaudium singulorum aurum sanè est perlucidum. Hic non sumus perlucidum aurum, donec in carne sumus, futuri tamen sumus in patria. Quis enim est sine peccato? quoniam si dixerimus quod peccatũ non habemus nos ipsos seducimus. 1. Ioa. 3. & propheta ait, omnes iustitias nostras perinde esse atq; pannum menstruatæ, eo quod inter opera nostra, & opera sancta multa labe, & macula peccati contaminata interponere solemus: tantum abest, vt hic tota vita nostra aurum purum esse possit. Idquod absoluit in nobis futura gloria, in qua aurum est purum, hoc est, charitas, & amor erga Deum, & conciues semper purissimus: gaudium de Deo viso & de felicitate aliorum sine luti commixtione, hoc est, sine fuco & hypocrisi. Sed ais? quid ergo ait D. Ioan. in prima sua Cano. cap. 3. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in ipso manet: & non potest peccare? Locum esse intellectu difficilem fatentur patres. Sed aliorum explicatione omissa loquitur D. Ioannes de electis fidelibus qui nõ ex sanguinibus neq; ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Hos ergo vocat natos ex Deo. Peccatum verò vocat non quodcumq; peccatum, sed per antonomasiam peccatum positiuæ infidelitatis, siue idolatriæ. De quo ait Christus si non venissem, & locutus eis nõ fuissem, peccatum non haberent: nũc

Pro. 1.

Iob. 29.

1. Ioa. 3.

1. Ioa. 3. Explicatur locus

Ioa. 1.

Ioa. 15. d

Claudius Eta. 60. 65. 66.

Tobię. 13

Ioa.16.d autem excusationem non habent. Et rursum, cum venerit paraclitꝰ arguet mundum de peccato, quia non crediderunt in me, itaque, qui ex Deo natus est, id est, illa æterna prædestinatione per fidem in filium Dei adoptatꝰ: peccatum non facit: peccatum, scilicet, infidelitatis affectatæ, quia semen Dei, id est, verbum dei, aut fides, aut filius Dei, in eo est. Lege Gagneium in hunc locum Ioānis. Præterea aurum fornacis ex coctione absoluitur, ita & vitrum: vt hinc intelligamus sanctos illos qui auro puto & vitro comparãtur, siue gloriam & gaudium illorum, quæ vocãtur aurum purum, per multas tribulationes, comparata fuisse. Nã & Christum pati oportuit, & ita intrare in gloriam suam. Luc. cap. vltimo. Non nostris ergo meritis, sed Christi fier, vt & aurum simus, & translucidũ vitrum, Christo namqꝫ & eius meritis innixa opera sancta nostra, & eius auxilio & gratia infusa eleuata, aurum purum, & vitrum perlucidum fiunt in cœlesti patria.

Gag.

Luc. vlti.

¶ *Et templum non vidi in ea: Dominus enim Deus omnipotẽs, templum illius est & agnus. Et ciuitas non eget sole neque luna vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminabit eam & lucerna eius est agnus. Et ambulabunt gentes in lumine eius, & reges terræ afferent gloriam suam & honorem in illam. Et porta eius non claudentur per diem. Nox enim non erit illic. Et afferent gloriam & honorem gentiũ in illam. Non intrabit in ea aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & idolium: nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni.*

Isa.60.d

Isa.60.c

¶ Hactenus commendarat Ioānes ciuitatis illius cœlestis speciem, à situ, ornatu, & pulchritudine, ab aditu & ingressu, à fundamenti robore, ambitu, materiæ nobilitate, ædificiorũ forma. Nunc commendat eam à directo A re, quæ est claritas Dei illuminans ciuitatem, à legibus & moribus vsqꝫ ad finem capitis.

¶ *Et templum non vidi in ea dominus enim Deus omnipotens templum illius est & agnus.* Templa fieri solent, vt in eis mentes affectusqꝫ fidelium eleuentur ad Deum: dum cogitant se in domo Dei esse, vt vel sic excitentur ad Deũ adorãdum, & illum amore prosequẽ B dum, excitentur ad preces ad eũ fundendum, & deniqꝫ ad sacrificia offerẽ dum. Sed beati non indigent in illa ciuitate cœlesti templo adhæc. Vident enim Deum & agnum pro se immolatum. Tota mente & toto corde ad eũ eleuantur, & totis viribus amant, seqꝫ illis offerunt ac omnino tradunt. Atqꝫ ideo ait: Dominus enim Deus omnipotens templum illius est & agnus. Nullo ergo sancti indigẽt templo materiali nam satis essent ipsimet, quãdo aliud non haberent: cum ipsi templũ C Dei sint: in illis enim habitat Deus: templum enim Dei sanctum est, quod estis vos ait Diuus Paulus. Sed tamen Deus templum illorum est, cum in eo habitent, & ibi adorent, offerant, precesqꝫ fundant. Item agnus templũ est etiam illorum. Ipse nãqꝫ seipsum vocauit templum cum dixit, soluite templum hoc. Templũ ergo est sanctorum, eò quod eius nomine cuncta sint Deo grata & accepta. His sanè D verbis maxime spes nostra erigitur, & consolatur Ioānes omnes nos: asserẽdo in ciuitate illa superna, ad quam omnes tendimus, Deum nostrum futurum esse templum nostrum, & agnum, qui abstulit peccata mundi. Hoc est templum illud de quo Diuus Paulus dicebat, in epistola ad Hebræ. cap. 9. Quod Christus intrauit. Christus, inquit, assistens Pontifex futurorum bo-

2.Cor.6.d

Heb.9.

Rom.15

no-

norum,per amplius & perfectius ta- A ipſos Deo,& hoſtiam quotidie laudis
bernaculum non manu factum,ideſt, immolantes,habebimus in cœlo pro
non huius creationis, neque per ſan templo tabernaculum non manu fa
guinem hircorum,aut vitulorum in ctum,hoc eſt,Chriſtum, verum ho
troiuit ſemel in ſancta,æterna redem minem,& agnum Dei: atq; per illud
ptione inuenta.Ac ſi apertius diceret intrabimus in ſecundum templum,
Chriſtus accedens in hunc mundum hoc eſt,in ſancta ſanctorum, ideſt, in
vt pontifex eſſet futurorum cœleſtiũ gloriam perpetuam, atq; in Deum ip
què gaudiorum , per tabernaculum ſum,quo perpetuò fruemur,& quem
corporis ſui,quod eò amplius eſt, & ſemper adorabimus, immolantes,&
capacius tabernaculo Iudæorum, qđ offerentes hoſtiam laudis.Meritò er
in eo habitat omnis plenitudo diuini B go templum manu factum non eſt in
tatis corporaliter , & eò perfectius, illa ciuitate:quãdo dominus Deus o
quia perfectè nos per carnem ſuam mnipotens templum illius eſt, & ag
iuſtificauit.Per hoc ergo tabernaculũ nus.
tàm amplum , & tàm perfectum in
troiuit in ſancta ſanctorum Chriſtus: ¶*Et ciuitas non eget ſole neque luna,*
per tabernaculum,inquam,iſtud,non *vt luceant in ea,quia claritas Dei illu-*
manu factum, ideſt, non huius crea *minabit illam.* Siue vt Græca lectio ha
tionis,hoc eſt,non certarum creatura bet,claritas Dei illuminauit eam.Mul
rum more confectum , quia in vtero to perfectius ac præſtantius , multoq;
virginis ſine viri ſemine Spiritus ſan ſplendidius ac fulgẽtius lumen habet
cti opera effigiatum eſt. Quemadmo C ciuitas hæc,quàm ſolis & lunæ. Qua
dum autem pontifici legali priuſquã re non indiget hoc luminari magno,
ſecundum tabernaculum intraret,per neq; hoc luminari minori, nec indi
primum tranſire opus erat , ita Chri get his viſibilibus radiantibusq; ſtellis
ſtus priuſquàm in cœlum aſcenderet, quæ mundũ hunc viſibilem illuſtrãt,
per tabernaculum ſui corporis introi & ſuis virtutibus fęcundant. Omnia
uit.Et rurſum,quemadmodum ponti erunt illic longè excellentiora. Allu
fex non ſine ſanguine, & ſine præim dit ad illud Eſa.cap.60. In quo prædi- Eſa.60.
molata hoſtia introibat in ſancta: ita ctum eſt:non erit tibi amplius ſol ad
Chriſtus non per ſanguinem hircorum, lucendum per diem, neque ſplendor
ſed per proprium ſanguinem, lunæ illuminabit te:ſed erit tibi Domi
immolata,ſcilicet,in ara crucis ſui cor D nus in lucem ſempiternam , & Deus
poris hoſtia, ſemel intrauit in ſancta tuus in gloriam tuam.Non occidet vl
ſanctorum,hoc eſt,in cœlum & æter tra ſol tuus,&luna tua non minuetur:
nam gloriam.Semel,inquam,quia ſi quia erit tibi Dominus in lucem ſem
cut pontifex legis ſemel tantum in an piternam.Ac ſi apertius diceret ò ci
no cum ſanguine introibat in ſancta, uitas ſuperna è terris in cœlum aſſum
ita Chriſtus ſemel tãtum cum ſangui pta,non erit tibi amplius ſol iſte viſibi
ne introiuit in templum illud cœle lis, quia fulgebis tu ſicut ſol in regno
ſte.Quod enim mortuus eſt,mortuꝰ patris tui.Nec ſplẽdor lunæ quam an
eſt ſemel.Nos ergo fideles qui ſumus tea cernebas illuminabit te.Nam & ſi Math.13.f
ſacerdotes ſpirituales offerentes nos tunc ſol laboris ſui mercedem reci- 10do.in li. creaturarũ
piet:nam fulgebit ſeptempliciter, vt

Pro-

Propterea sit & quiescet cum luna in habitaculo suo: vt Abacuc. cap. 3. testatur: Tu tamen ciuitas gloriosa his luminaribus non indigebis. Nam erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. Non occidet vltra sol tuus, & luna tua non minuetur. Nam vt modo dicebamus, tibi habenti in tabernaculo suo semper candem lucem ferenti, nec nunc nō occidet sol tuus Christus, nam & si semel mortuus est propter delicta tua, nam non morietur amplius, & mors illi vltra non dominabitur. sed erit tibi in lucem sempiternam: nec luna tua, hoc est, Ecclesia fidelium quæ in hac misera vita nunc minuit, nunc crescere videbatur hos defectus patietur. O cœlestem Hierusalem gloriosam in qua viri virtute præstantes constituti nulla luce creata egent, sed admirabili splendore ac diuina luce micāt. O beatissimas oras, diuina atque splendidissima domicilia, vbi nulla est nox vbi Deus ipse sol, hæc est ciuitas illa, gloriosa, de qua hic ait nō ter euangelista, & ciuitas non eget sole, neq; luna, quia claritas Dei illuminauit illa. Illuminat ciuitatem hanc sol ille iustitiæ: de quo olim Malachias prædixerat cap. 4. & orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Hæc est lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Gloria huius ciuitatis satius depingi non poterat, quam in dicendo claritate Dei illuminari eam, & agnum lucernam eius esse. Quid enim potissimum daretur tirenuè currenti quam vt ipso mereatur brauij largitore potiri? Ipso lumine potiri in patria, quo nunc dirigimur in via?

Abacuc. 3.

Malach. 4.

¶ *Et lucerna eius est agnus.* Si diceret: Agnus eius est agnus nihil miraremur. Est enim filius lux sicut pater: at cum dicitur & lucerna eius est agnus iure inquirere possum quare ita fuerit locutus D. Ioa. cum lucerna ad expellendas noctis tenebras accendi soleat. Et tamen in cœlesti illa ciuitate nullę erunt tenebræ, nulla nox, nullaq; obscuritas. Sic enim alibi ait: & nox non erit illic. Cui quæstioni ita videtur respondendum. Lucerna nemo indiget vbi solem habet: sed vbi solis luce careret: ideo nocti paratur, & accenditur lucerna. Claritas Dei illuminans hanc vrbem est quasi sol quidam, illuminans beatorum mentes, vt clare Deū videant. sed quia oculi corporei Dei naturam intueri nequeunt: nec lumine illo inuisibili frui: ne in tenebris essent quodam modo, humanitas Christi illis obijcitur intuenda, vt & ipsi claritatem suam, & lucem, & lætitiam incomparabilem habeant. Atque ideo dictum est, & lucerna eius est agnus: videlicet vt homo, nam vt Deus est, commune habet cum patre illud qđ modo dixit: claritas Dei illuminauit illam. Præterea Christus vt homo non substantialiter lux est, sed receptaculum lucis præcipuum. In ipso namq; habitat plenitudo diuinitatis corporaliter: sic & lucerna non lumen, sed luminis instrumentum, & receptaculū: quia enim humanitas Christi post in creatum lumen omnibus sanctis amplius splendebit, ex virtute diuinæ immensæque lucis in ea inseparabiliter manentis, & micantis per ipsam: agno meritò, lucerna etiam ciuitatis Hierusalem supernæ memoratur. Sed ais, quid obsecro est, quod ille idem agno qui superius vocatum est templum, modo sit lucerna? Adhoc quid aliud dicere possumus quàm omnia in agno

Colet.

no hic, & ibi præclariſſima fore. Erit enim in patria agnus iſte templũ beatorum, quando in ea habitat diuinitatis plenitudo quam adorant: erit & lucerna quando oculos beatorum illuminabit quatenus homo, & eos mirabiliter paſcet, & detinebit fixos & intẽtos. De patre & de filio intelligunt ali qui locum illum Eſa. cap. 60. Sed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam, vt deꝰ tuus pro Chriſto accipiatur.

¶ *Et ambulabũt gentes in lumine eius*, in græco eſt, *& ambulabunt gentes, quæ ſeruantur, aut ſaluæ fiunt.* Et ſic vertit Eraſmus. Per quod intelligimus de quibus gentibus ſit ſermo. Quamuis hoc additum quibuſdam videtur: & ex margine irrepſiſſe in contextũm. Neque enim eſt apud Aretam, neque apud Primaſium, aut apud Ticoniũ, aut Bedam, Cum autem dicit in lumine eius, non ſubaudit agni, vt quidam velle videntur, ſed ciuitatis. Eſt enim pro nomen eius, fęmineum apud græcos. Sic enim aiunt, καὶ τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων ἐν τῷ φωτὶ αὐτῆς, περιπατήσουσι. Atq; hoc ſi da Eccleſia in hoc ſtatu diceretur, nihil obſcurum haberet, cum ſcriptum ſit apud Eſa. cap. 60. & ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui. At de ſtatu beatorum, quo modo dici poteſt? Reſpõdeo hæc ad Eccleſiam vtroq; modo pertinere poſſe. Nam gentes, quæ Deum non nouerant, cum ad Eccleſiam veniunt, ambulant in lumine eius, ideſt, in fide ac doctrina, quam ipſa à Deo habet. Et ipſi quę ſunt in Eccleſia ambulant, & in cœleſtem patriam iter faciũt, excitati lumine Chriſti, & promiſſis eius, & cognitione futurorum bonorum, quam per fidem habent. Et de hoc lumine beatitudinis nunc ait Apoſtolus, & ambulabunt gentes in lumine eius: de priori autem locutus eſt Eſaias.

¶ *Et reges terræ afferent gloriam ſuã, & honorem in illa.* Et hoc de Eccleſia iſta militanti dici ſolet, propter reges & principes, virosq; nobilitate inſignes, qui ad eam veniunt dona & munera Deo afferentes. Sic enim ait Eſa. cap. 60. de Eccleſia iſta loquens. Afferetur ad te fortitudo gentium, & reges earum adducentur. Gens enim & regnum quod non ſeruierit tibi peribit. Gloria libani ad te veniet, &c. Et venient ad te curui filij eorũ qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum, &c. Ac ſi apertius diceret confluant ad te ò Eccleſia gentes fortiſſimæ, quales Romani cæteriquè gentiles bellicoſi, ſtrenui, & fortitudine præſtantes, vt in Chriſtũ credant. Omnis enim gens, & regnum quod tibi ò Eccleſia catholica non obedierit, in cæterum peribit. Gloria huius mundi, diuitiæq; omnes, imperium & mageſtas, ſiue magna, ſiue parua ad te venient. Et filij tyrannorũ qui te vexabant conuertentur ad te: qualis fuit Cõſtantinus ille Magnus, & cæteri præſtanſiſſimi poſt eum imperatores. Hæc atq; alia id genus prædicit Eſa. toto illo capite. 60. & 61. & 66. At Ioãnes hîc de ſtatu beatorum loquitur. Et gloriam vocat diuitias, ſicut eas appellauit ſeruator apud Mat. cap. 6. dicens. Amen amen dico vobis quia nec Salomon in tota gloria ſua coopertus eſt, ſicut vnum ex iſtis. Ergo reges terræ afferent diuitias ſuas in hanc vrbem cœleſtem, quia ipſi theſaurizabunt ſibi theſauros in ea. Veniẽt enim amore eius capti ad Eccleſiam, & eas libenter expendent, vt homines ad cœleſtem ciuitatem Hieruſa-

Eraſmus. Eſa. 60. Eſa. 60. Eſa. 60. & 66. Mat. 6.

ſalem perducantur. Templa videlicet erigendo,& locupletando:cõcionatores euangelicos in omnem terrarum orbem ſuis ſumptibus emittendo:& aduerſarias Eccleſiæ nationes comprimẽdo, fidem catholicam pro ſua virili defendendo,vt noſtra hac tempeſtate,vel in vno Carolo quinto, & in eius filio Philippo Hiſpaniarum rege experimento didicimus.Obſerua, gloria iſtorum regum,gloria Dei eſt. Vnde propter Deum bona ſua expẽdendo dicunt:non nobis Domine nõ nobis,ſed nomini tuo da gloriam.Alioſq; ſuæ conditionis inuitant vt afferant gloriam hanc Deo.Afferte (inquiunt)Domino gloriam & honorẽ, afferte Domino gloriam nomini eius. Non aiunt date gloriam, ſed afferte gloriam:hoc eſt diuitias veſtras dicate Deo, quibus gentes conuertantur, & ad eum veniant,quæ maxima gloria eſt. Vnde Salomon in Proue. cap. 14.ait:In multitudine populi dignitas regis: in paucitate plebis ignominia principis.Non enim differt rex à rege in generis claritate,nec in diuitiarum opulentia,ſed in ampliori populorum multitudine.Si enim midæ theſauros quis habeat,& populos ſibi ſubiectos non habuerit rex minime dicendus eſt.Gloria enim regis accreſcit creſcẽte ſubditorum multitudine:tũc enim dilatatur eius imperium,& cæteris omnibus fit præſtantius. Aiunt ergo iuſti:afferte Domino gloriam ac ſi dicerent dilatate veſtra cura & diligentia, veſtris ſumptibus & expenſis, imperium Deo,conuertendo gentes ad fidem.Deo,bonitatem, aut ſapientiam aut potentiam,quę infinitæ in illo ſunt, afferre non poſſumus:at noſtra induſtria & diligẽtia noſtris ſumptibus dilatare eius imperium, multiplicando fideles:quæ maxima gloria eſt, id ſanè poſſumus:cooperatores enim Dei ſumus.Hanc ergo gloriam afferut reges terræ. Præterea & honorem etiã ſuum afferunt:vtentes ad hoc eadem regij nominis autoritate, & dignitate: & nihil ſibi honorificentius exiſtimãtes quam Deum colere,& omnia præ eius amore contemnere. Omniaquè bona ſua quæ externa nominantur in eius gloriam conuertere:vt videlicet, hęc vrbs cœleſtis plures ciues habeat: dilateturq; eius imperium in immenſum quod fecerũt quàm plurimi chriſtianiſſimi imperatores regeſq; populi chriſtiani,vt quotidie ipſa experientia docet.

¶ *Et porta eius non claudentur per diem.Nox enim non erit illic.* Hoc eſt, nullos hoſtes timebit: ſemper ſecura erit:portæ enim vrbium hoſtium formidine à ciuibus obcludi ſolent. Et hoc,inquit,per diem,hoc eſt,nunquã quia dies ibi erit perpetuus, neq; nox vlla erit. Hæc eadem olim prædixerat Eſa.cap.60.Et aperietur porta tua iugiter,die ac nocte non claudentur. Quãdo enim ciuitas obſeſſa eſt,clauſæ ſunt portę vt dicere incipiebamus, quum verò quieta & tranquilla, aperiuntur.Die ergo ac nocte inquit Eſa. erunt portæ illę apertæ,ideſt,ſemper. Nam in ſacra ſcriptura die ac nocte ſolet accipi pro,ſemper.Vt annotauimus.cap.7.in illa verba, & ſeruient ei die ac nocte in templo eius. Eccleſia enim in hoc ſtatu habet noctem, id eſt,aduerſa,quibus premitur & exercetur:& à diabolo atq; ab eius membris varijs ærumnis ac calamitatibus afficitur.Hinc eſt,quod in Can. cap.3. dicitur vniuſcuiuſq; (ſcilicet fortium) enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos. Habent electi gladiũ, quo

Pro.14

Eſa.60.

Apo.7.

Can.3.

quo aduersus hostes decertant in hac Ecclesia militanti: illum proculdubio gladium, quę Apostolus hortatur, & monet assumere, gladium, inquiens, salutis assumite: & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Qui sanè gladius viuus est, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Hunc habent sancti, hunc tenent, mente, & ore & manu: nocte ac die meditantes in Dei lege, atquè assidue illam populo Christiano prædicantes: & quod ore & mente tenent opere exequtioni mandantes. Habent, inquam, hunc gladium propter timores nocturnos, hoc est, propter pericula quę à dæmonibus, Angelis tenebrarum, vel à peruersorum hominum malitia, (quæ omnis ad nocturnas speciat tenebras) euenire possunt fidelibus. Hæc ergo est huius militantis Ecclesiæ nox: & tamen, vt Esaias ait, nocte etiam Ecclesiæ portæ patent, vt venire possint omnes electi, imò vt omnibus pateat ad Ecclesiam aditus. Ea de causa Dominus apud Lucam eam stabulo, siue diuersorio comparauit, ad quam Samaritanus eum, qui descenderat à Hierosolyma in hierico adduxit: vt ibi perfecte curaretur. At in illa cœlesti Hierusalem, nulla erit nox, nullaquè rerum vicissitudo nulla prosperorum atquè aduersorum commutatio. Beda, quod autem portæ non claudentur, plenissimæ securitatis indicium est. Non enim ibi iam dicitur: vigilate & orate, ne intretis in tentationem: sed potius vacate & videte quoniam ego sum Deus. Nec mouere nos debet in portis Apostolorum doctrinam fuisse significatam, siue ipsos Apostolos docentes. Nam portæ in eo quod additum præbent ad vrbem, Apostolos significant: in eo autem quod non clauduntur indicant eiusdem vrbis securitatem, & pacem. Quemadmodum Ionas Prophęta cum à cæto absorbetur, & in littus ejicitur, & Niniuitas hortatur ad pœnitentiam, Christi seruatoris nostri gerit imaginem. Cum verò salua vrbe dolore afficitur, & conqueritur voces ad sidera tollens, typus est Iudæorum egrè ferens gentium conuersionem. Sic ergo portæ cœlestis ciuitatis vna ratione Apostolos eorumq; doctrinam designare dicuntur: alia verò illius securitatem.

Luc. 10.

Beda.

Mar. 14. d Pta. 4. b

Ionæ. 2.

¶ Sed ais, si portæ istæ semper patent, quo nam pacto apud Mathæum capite vigesimoquinto. Fatuis virginibus clausa est hæc ianua cœlestis? Adhoc dicendum quod portę patere semper dicuntur, tum ad ostendendam, vt modo dicebamus, eius ciuitatis securitatem. Tum etiam patere dicuntur, omnibus electis, tum denique quia omnibus ad Deum sese conuertentibus ex animo patent omnibus enim patet via salutis: erga cæteros autem peccatores, ita se habent, ac si essent omnino clausæ. Nam vt statim subiungitur: non intrabit per eas aliquid coinquinatum. Arcentur enim virgines fatuæ ab ingressu, arcentur peccatores fideles qui non in Domino sed in dæmone moriuntur, ab introitu huius sanctæ ciuitatis: & ideo illis dicitur nescio vos.

Mat. 25. b

Dubitatio resp. ad 10.

Mat. 25. b

¶ *Afferent gloriam & honorem gentiũ in illam.* Angeli & præsules Ecclesiarum, & sacramentorum ministri afferent in vrbem hac supernam diuitias, & honorem gentium conuersarum quo modo superius iam exposuimꝰ. Potest etiam hic locus in hunc modũ explicari: quidquid erit glorioſum, & honore dignum in gentibus quæ con-

uertentur, inferetur in hanc vrbem.

¶ *Non intrabit in eã aliquod coinquinatum.* Legendum est, aliquid, vt legit Beda. Hęc autem & sequentia in odium hæreticorum affirmat: & maximè Antichristi & sectatorum eius. Qui omni immunditiæ se tradet. Pro aliquid coinquinatum est in Græco, πᾶνκοινὸν, idest, omne coinquinans siue quod coinquinat. Et sic vertit Erasmus, & interpres Arethę. Interpres legisse videtur πᾶνκοινὸν, idest, commune & immundum, siue inquinatum, & sic legitur in Græco codice cõplutensi. Quam lectionem veriorem esse docet Tyconius Hom. 18. & Primasius legentes non intrabit in eã omne immundum: & ideo eam noster interpres secutus est.

Beda. Erasmus. Tyconius. Primasius.

¶ Cæterum iam hîc vides quod Christus Dominus dixerat apud Mathæ. cap. 5. Beati mundo corde quoniã ipsi Deum videbunt. Et quod Esaias, cap 35 prædixerat: non transibit per eam pollutus. Et cap. 60. Populus autem tuus omnes iusti, in perpetuum hereditabunt terram. Quæ verba de Ecclesia triumphanti esse intelligenda certa res est. Nam hic in Ecclesia militanti sunt boni & mali simul, idcirco Dominus eam sagenæ missæ in mare ex omni genere piscium congreganti comparauit: decemquè virginibus, quarum quinquè erant prudentes, & quinque fatuæ. Ecclesia enim hæc militans non est sotietas sanctorum in gratia existentium, nam cum nesciamus qui sint in gratia, non possemus dignoscere qui sint, qui ad Ecclesiam pertineant: aut intelligere vbi esset Ecclesia. Ecclesia ergo militans est cœtus verè profitentium fidem in baptismo, siue boni illi sint, siue mali. Ecclesia verò triumphans cœtus est, & congregatio iustorum non enim intrabit in eã aliquid coinquinatum, aut immundum. Heu miseros peccatores, qui arcentur ab ingressu huius tàm mundæ ciuitatis: nõ enim beati dicuntur nisi qui mundo sunt corde. Non enim Deum videbunt homines peccatis coinquinati. Nam quomodo Deum videbunt, qui seipsos non vident? Ea cæcitate laborant impij & scelerati, vt sibi libenter assententur: vt nec fœdissimas labes suas, & tetras maculas intueantur, nec quàm longè absint ab ingressu vrbis cœlestis intelligant. Ideo ait sanctus Iob capite decimotertio: non veniet in conspectu eius omnis hypocrita. Illi solum Deum videbunt, qui sunt animi puritate decorati: illi interna claritate præstantes: sunt qui in templo Dei fenestras conficiunt obliquas, quibus ab exteriore parum luminis introeat, quoniam diuino lumine oblectantur: foris scalidi immundi, & coinquinati misera paupertate videntur, intus verò mundi, & omni puritate sunt pleni. Hos Deus in cœlestem patriam introducit. Non immundos & coinquinatos. Vnde Michæas capite primo ait: mundi sunt oculi tui, ne videas malum, & respicere ad inquinatum non poteris. Quis hoc in loco aliqua vi dicendi explicare poterit, quàm mundum quàm purum, & immaculatum debeat esse cor, quod purissimæ, & increatæ ac diuinę naturæ, & in accessibili luci intimè copulandum sit. Non admitter labem aliquam, aut maculam splendor ille lucis æternæ: & speculum illud tersissimum scelus aliquod non recipit. Summa puritas est Deus, summa omnibusquè numeris absoluta pul-

Matth. 13. Matth. 5. Iob. 15. Ezech 40. Michæ. 1.

pulchritudo. Si ergo poſt hanc miſeram & perituram vitam ſuperas ad auras euadere, littoraque illa cœleſtia tangere, atque in cœleſtem illam ciuitatem à qua modo peregrinamur intrare volumus, ſatagamus, curemusque diligenter, vitæ puritatem comparare: mentes aſſiduè in patriam illam cœleſtem, vrbemque ſupernam attolere, quotidianos defectus plangere, conſcientias animosque noſtros lachrymis emundare. Apo.22.g Nam ſtat ſententia quod nihil coinquinatum intrabit in eam.

¶ *Aut abominationem faciens, & mendacium.* Pro abominationem, eſt in Græco, βδελυγμα, ideſt, abominationem. Vnde patres diſtingunt inter coinquinatum, & abominationem faciens, vt coinquinatum dicat ſpiritualiter peccantem, abominatio verò, fœda carnis opera. Vel vt illud ad cordis peccata referatur, hoc ad fœditatis operis, mendacium verò oris vitia notat. Poteſt etiam eos deſignare, qui confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.

¶ *Niſi qui ſcripti ſunt in libro agni.* Ideſt, prædeſtinati ad vitam æternam qui liber eſt vis quædam mentis diuinæ, quæ ſcit omnia antequam fiant, ſed de hoc diximus. Apo 3. c. 3. ¶ Hæc omnia quæ hactenus docuimus de patria ac felicitate iuſtorum nonnulli ad Eccleſiam hanc peregrinantem referũt: vt Tyconius Hom. 18. quem ſequitur Primaſius, & Beda. Tyconius. Primaſius. Beda. Sed ſi omnia accurate perpendantur, certiſſimum ac apertiſſimum erit de perpetua illa felicitate eſſe intelligẽda. Sunt enim quã plurima quæ nullatenus aptari poſſunt Eccleſiæ militanti. Nam quomodo congruè interpretabitur illud de hac Eccleſia, non intrabit in eam aliquid coinquinatũ. Et illud: & portæ eius non claudentur per diem; & nox non erit ibi. Apo. 21. Et paulò ante hæc ciuitas non eget ſole & luna. Quare & ipſi quos retuli, coguntur hęc ad beatorũ ſtatũ referre. Hiero. Imo & D. Hiero. in illud Eſa. c. 60. nõ erit tibi amplius ſol ad lucendũ per diem ſic ait. Ex hoc capitulo cogimur omnia quæ dicta ſunt, & dicenda, ad vltimũ referre tẽpus: quoniã cœlo terraq; nobis, ſolis ac lunę ceſſabit officiũ, & erit ipſe Dñs lumen perpetuũ. Deinde dicendũ eſt aliqua inueniri in ſacra pagina ſimilia his quæ literis cõmendat Euangeliſta noſter. Ex quibus quædã pertinent ad Eccleſiam in vtroq; ſtatu. Vt quod prędixit Eſa. olim. c. 60. 65. & 66. & quæ ſcripta ſunt Tobiæ. c. 13. & alia nõnulla in prophetis quæ de terrena Hieruſalẽ interpretabantur millenarij. Alia pertinent ad Eccleſiã in futuro ſtatu. Vt quod eſt apud Eſa. c. 26. in die illa cantabitur canticũ iſtud in terra Iuda. Vrs fortitudinis noſtræ Siõ Saluator ponetur in ea murus & ante murale, &c. Et Ioel. 3. in die illa ſtillabunt montes dulcedinem. &c. Alia quæ pertinẽt ad præſentem Eccleſiã in hoc ſtatu, vt quę ſcripſunt Eſa. 54. & Pſal. 86. & Zachar. 2. Ex his igitur erant exponẽda & interpretanda, quæ diſſidere inter ſe, & diſcrepare mutuo videbãtur. Diſtinguãtur ergo tempora & concordabũtur ſcripturę. ¶ Hoc etiã eſt annotandũ cũ de his ſacra pagina loquitur locis allatis, alijſq; ſimilibus, figurata oratione vti: & rem eandem propter diuerſas proprietates diuerſis rebus ſimilem dici. Quod vno exẽplo ſatis hoc oſtenderetur. De portis ait Ioan. & duodecim portę, duodecim margaritæ ſunt, per ſingulas: & ſingulę portę erant ex ſingulis margaritis. Eſa 60. 65. & 66. Tobiæ. 13. Eſa. 26. Ioelis 3. Eſa 54. Pſa 86. Zach. 2. At Tobiæ capite. 13. Tobiæ. 13.

legimus. Portæ Hierusalem ex saphiro, & smaragdo ædificabuntur, si proprie sacra scriptura loqueretur, & nō per metaphoram, & materiam aliquam certam indicare velet, sine dubio eodem modo vt vbiq; loquta esset: at voluit diserte notare quod iam superius annotauimus inter explcandum locum prædictum Ioānis: in saphiro verò & smaragdo indicauit per portas illas intrari in cœlestem vitam & beatam claritate cœlesti & charite te plenam, vt ex his quæ superius dixi mus intelligi potest cum de saphiro & smaragdo agebamus.

¶ *Finis Cap. XXI.*

Intelligentia Capitis vigesimi primi apocalypsis.

Et vidi cælum iam nouum, & terram nouam non substantia sed qualitate ipsis ab omni alteratione liberatis. Vidi etiam mare iam non esse amarum, scilicet, terreum, aut salsum sed redactum in aquā puram, & elementarem. Et ego Ioannes iudicio extremo iam parato vidi sanctam ciuitatem Hierusalem triumphantem in cœlis, & æterna pace fruentem, nouam quidem ob nouam corporum glorificationem, descendentem de cœlo non locali motu, sed origine & emanatione. Vidi inquam illam a Deo patre, & a viro & sponso suo Christo paratam & ornatam sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce iam Deus & homines vna habitant. Electi, scilicet, cum Deo, tradito iam regno a Christo Deo patri. Iam Deus est omnia in omnibus, iam habitat per gratiam & gloriam in illis: ita vt populus eius sit, & populus eius dicatur. Ecce iam peracto iudicio perpetua lætitia fruentur electi, procul q3 abeis aberit luctus, aut dolor: eò quod inuectæ eis olim a primo Adam corporis animæq3 molestiæ iam abierunt. Et dixit qui sedebat in throno: ecce noua facio omnia, cælum, terram, elementaq3 omnia, vt innouatis ad gloriam beatorum corporibus innouentur cætera seq3 sentiāt liberata a seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Et dixit mihi, consumata sunt omnia quæ de filio hominis, & futuro ecclesiæ statu erant prædicta. Ego sum alpha & omega, hoc est, principium & finis rerum omnium. Ego sum ille, qui, ys qui nunc

esu-

esuriunt & sitiunt iustitiam dabo de fonte aquæ vitæ: eos, inquam, immensis beneficijs quæ a me viuo fonte indesinenter fluunt, potabo. Et hoc gratis & liberaliter mea enim gratia et liberalitate illorum merita vim habent. Qui vicerit mundum, diabolum, & carnem possidebit omnia. Quando me omnium bonorum largitore fruetur. Et ero illi Deus, & ille erit mihi filius. Omnibus autem impijs & reprobis pars, & portio erit in ardenti stagno gehennæ æternæ. Quæ mors est secunda, vt iam diximus. Et venit vnus de septem illis angelis, quorum superius memini: & quos vidi habere phialas & vasa plena leptem plagis nouissimis. Is ergo substulit me spiritu'i visione in montem altum & magnum, sic enim mihi videbatur, & dixit mihi veni & ostendā tibi ecclesiam triumphantem sponsam olim & vxorem iam agni, hoc est, Christi. Et ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem in monte excelso & magno collocatam. Et merito quidem in tali loco erat constituta, quando caliatis terrenis, nō nisi in altum suspicit. Vidi ergo hanc ciuitatem originem trahentem a deo splēdentem & fulgentem. Et lumen eius simile lapidi pretiosissimo, tanquam lapidi iaspidi chrystallizanti. Nec hoc mirum: quando tota induta est lumine Christo, qui est lux vera, quæ illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum, qui est iaspis perpetuo viridis, cum nullis vnquam afflictionibus emarcuerit: nec dissimilis chrystallo obsyncerę vitæ perspicuitatem. Tali splendore fulgebat ecclesia triumphans mihi ab angelo ostensa. Nullis quidem ærumnis emarcuit, semper vitæ perspicuitate ornata fuit, & ideo lumen eius simile videbatur iaspidi chrystallizanti. Et habebat murum magnum & altum, hoc est, Deum qui olim dixerat, ego ero ei murus in circuitu. Qui magnus & altus est, admirabilis glorioſus, & sublimis. Habebat hæc ciuitas gloriosa portas duodecim Apostolos: per quos eorum fidem & vitam imitando in hanc cælestem Hierusalem ingredimur, & in portis erant angeli duodecim custodes portarum Apostolorū què coadiutores ad inducēdum electos in hanc sanctam ciuitatem. Et in portis erant nomina inscripta duodecim tribuum filiorum Israel, nullus enim in hanc ciuitatem ingrediebatur qui non attineret ad semen Abrahæ non quidem carnaliter, sed spiritualiter. Ipse enim est pater in Christū credentiū. Ab oriente erant portæ tres, & ab aquilone portæ tres, & ab austro portæ tres, & ab occasu portæ tres. Sufficienter enim Christi euangeliū per Apostolos in oriente & aquilone, austro & occasu diuulgatū est. Vnde ex omni parte tracti ad fidem trinitatis electi ingrediuntur in cæle-

stem Hierusalem. Et murus ciuitatis, habebat fundamenta duodecim, et vt facilè intelligeretur quid per hæc fundamenta significaretur in ipsis erant duodecim nomina Apostolorum agni scripta. Duodecim enim Apostoli spiritus primicias habentes fidem Dei illos & totam ciuitatem custodientis per totum terrarum orbem docuerunt. Et qui loquebatur mecum habebat mensuram arundineam, auream vt metiretur ciuitatem et portas eius & murum, quo docere me voluit quod Christus sapientia & iudicio sancto & iusto suo omnium ciuium merita considerat, & diiudicat maximè Apostolorum, murum etiam, hoc est, seipsum Deum metitur, nam secundum suum æternum decretum & propositum remunerabuntur electi, & plus minus ue Deo fruentur. Ciuitas in quadro posita mihi videbatur, vt quanta esset eius firmitas & stabilitas mihi ostenderetur. Sicut quadratum quamcumq; iacias in partem semper firmum ac fixũ stat: sic ciuitas ista in æternum stabit, & immutabilis erit beatorum gloria. Longitudo huius ciuitatis tãta erat, quanta latitudo, tanta enim est in patria longitudo contemplationis, quanta latitudo dilectionis; quia quanto Deum beati contemplantur longius, tanto plus amant ac charitate prosequuntur. Et mensus est ciuitatem per singulos quadros, & in singulis quadris erant stadia duodecim millia, quare totus circuitus ciuitatis erat quadraginta octo millium stadiorum. Iusto enim Dei iudicio metitur Deus merita ciuium, vt pro eorum ratione & proportione ac pro eorum in stadio agone premia largiatur ac gloriam. Ideo iustè huius ciuitatis mensura stadijs diuiditur ad sanctorum significandum agones. Hæc autem huius ciuitatis mensura maxima quidem est quam significare voluit per stadiorum tantam multitudinem. Cæterum longitudo & latitudo, & altitudo eius æqualia sunt, quia quanto Deum ciues altius contemplantur, tanto plus amant, & quanto plus amant, tanto plus gaudent & lætantur. Et mensus est murum eius secundum spissitudinem, & tanta erat, vt non solum contineret duodecim cubitos sacros, sed duodecies duodecim, hoc est, centum quadraginta quatuor cubitos sacros, quo significare volebat Dei protectionem qua tuetur ciuitatem hanc non solum esse maximam, sed tantam vt vix credi posset, quis enim non miraretur si videret alicuius muri latitudinem continentem 144. cubitos sacros. Et mensura hæc licet hominis esse videatur cum per cubitos fieri dicatur, tamen angelica erat, qui mihi sub specie hominis apparuit. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide, qui cum viridis & firmus sit bene firmitatem signi-

ficat

ficat Dei qua tuetur ecclesiam illam triumphãtem. Ipsa verò ciuitas aurea erat similisq3 vitro mundo pollebat enim auro & fulgore diuinæ cognitionis, & tota diuinæ lucis radio perlucida. Et fundamentum huius ciuitatis, hoc est, Apostoli omnibus lapidibus preciosis: hoc est, virtutibus ornati erant. Et fundamentum primũ iaspis: Petrus enim merito iaspis dicitur propter fidei virorem non marcescentem, & propter eius firmitatem. Secundum saphirus aerei coloris aureis punctis colluccns. Andreas veluti alter saphirus portauit semper imaginem cœlestis, semper eius conuersatio in cœlis erat: punctisq3 variarum virtutum decoratus. Tertium est chalcedonius, quasi ignis lucernæ retinens, & habens fulgorem subdio non intecto: omnium sculpentium argumentis resistens radio solis: digitorum attritu excandens paleas ad se trahens. Iacobus hic est filius Zebedæi, qui flãma æternæ charitatis semper fuit accẽsus: domi quidẽ nõ videbatur habere splẽdorẽ, qui pscator erat: sed postquã ad prædicãdũ aũ egressus est, mũdũ illustrauit, & post mortẽ suis ossibus Hispaniã honorauit: sculpentibus et persequentibus viriliter sua virtute resistebat: & calefactus radijs solis cœlestis, hoc est, Christi paleas, id est, peccatores ad se trahebat. Quartum smaragdus, perfecta viriditate oculis gratissima gemma: ita vt aerem circunfluum viridem reddat. Nulla gemmarum gratior oculis. Reddit imagines aspicientium, proficit mero & viridi oleo. Ioannes domini dilectus smaragdus vocatur: qui morum puritate & charitate similis Deo fuit: & de diuina verbi natura altius cæteris vberiusq3 scripsit. Præterea virginitatis virorem perfectissimum semper seruauit: et scriptis suis animas intelligentium mirabiliter recreat, neque satiat. Nemo qui melius diuino misericordiæ oleo exhilaret exortam in nobis peccati tristitiã. Quintum sardonix ex onyce candorem, ex sardio ruborem trahens. Sic Philippus fuit candore animi insignis, & charitate, quæ rubro colore significari solet. Et quoniam sardonix colorem habet sanguineum, animum eius cupidum fundendi sanguinem pro Christo declarat. Sextum sardius rubei coloris gemma, ad vnguis colorem tendens, talis Bartholomeus igne charitatis, & dæmonibus terribilis: sardius enim lapis est timorem inferens beluis, & monstris: Septimum chrysolithus auri speciem habens, & ardentes, quãtum videtur, scyntillas diffundens. Diuus Mathæus hic lapis est, qui maris, id est, seculi huius colorem aliquando habens cum publicanus erat, postea verò aurea sapientia & charitate fulgentissima splenduit, &

ſcintillas emiſit ardentes tam ore docendo, quàm euangelium ſcribendo, & miraculis corruſcando. Octauum, beryllus, viridis coloris, viriditatē puri maris referens præcipuè in india. Viriditate quidem ſimilis ſmaragdo ſed cum palore: Sic Thomas beryllus dicitur qui in india reperitur: nam & ipſe in india prædicauit euangelium & ibi ſanctum eius corpus requieſcit. Viridis eſt hic lapis quia Thomæ fide viuam & non deficientem ſignificat. Sed viriditas eſt cum palore, quia in reſurrectione Domini eius fides deſignauit, & multum veritatis amiſit. Nonum topazius viridis coloris, aut potius aurei. Hæc gēma Iacobū Alphæi deſignat omnibus virtutibus ſplendentē. Cuius fidei viriditas tanta fuit, atq; adeò nunquam emarcuit, vt iurauerit ſe non eſſe cōmeſturum panem ab illa hora, qua biberat calicem domini donec videret eum reſurgentem. Decimū chryſopraſus, pallorem habens auri: colore, inquam, viridis eſt aureaq; permixtura, quoddam in ſuper purpureum iubar trahens. Iudas Thadæus huic comparatur, propter eximiam eius fidem & charitatem, qui abagaro regi Chriſti prædicauit fidem. Vndecimū, hyacinthus, quæ ſimilis eſt aquæ radio ſolis percuſſæ ſereni cæli colore fulgens, vt ſaphirus: ſereno perſpicuus eſt & gratus, nubilo obtuſus qua gēma ſignificatur Symon Chananæus propter cæleſtes mores quibus erat ornatus, ad terrena immutabilis, cū ſolius cæli facie mutari ſolitus, ideſt, illis perſpicuus quibus Deus prædicari euangeliū volebat cæteris corā oculis euaneſcens: ſicut dicitur gēma iſta euaneſcere antequā ſatiet: adeòq; non implere oculos vt penè non attingat marceſcens celerius nominis ſui flore. Duodecimū amethiſtus ad vini colorē accedens, & in violā deſinens: ferturq; reſiſtere ebrietati. Talis fuit Mathias qui non potuit vino ſuperbiæ inebriari, quanuis vnus ex omni diſcipulorū numero diuina ſorte vocatus ſit ad Apoſtolatū. Quod ſi hæc gēma facilis eſt ſcalpturis Thomas facilior impreſſionibus & figurationibus diuinis. Et portæ ſingulæ ex ſingulis erant margaritis: ita vt totus portæ cuiuslibet ambitus ex vna eſſet margarita: & cū etiā verū eſt quod in ſingulis portis circuibant duodecim margaritæ. Gratias enim & dona quæ habent omnes Apoſtoli habent ſinguli. Et platea ciuitatis aurū mundū tanquā vitrū perlucidū: ſicut enim platea publicus eſt locus in quo multitudo ciuiū congregari ſolet: ſic gaudiū illud immenſum quod beati percipiunt alter ex alterius beatitudine publicū eſt, & manifeſtū omnibus ex ſumma charitate proficiſcens & ideo auro mundo tanquā vitro perſpicuo cōparatur: cæterū nullo indigent templo materiali in cæleſti ciuitate.

quia

quia Deus & agnus illis est tẽpli loco. Neq3 ciuitas illa eget sole isto vi sibili, aut luna vt luceant in ea, quia claritas Dei quæ est eius diuinitas illuminabit illam, & agnus Christus vt homo est etiã erit lucerna beatis in quem respicient: & omnes illius ciuitatis ciues electi lux erunt in domino, & ipsi reges & potentes seculi non quidem omnes, sed hi qui ad dominũ conuertentur, & futuri seculi gloriã gloriæ, & honori præsentis seculi anteponunt & suis sumptibus fidem Dei dilatare conati sunt: hoc pacto afferent honorem & gloriã huic sanctæ ciuitati. Et quia illic erit perpetua securitas, nullusq3 metus, & perpetuus dies nullaq3 erit nox ideo portæ huius ciuitatis nunquã claudentur. Et angeli afferent omniũ electorum merita vt ibi remunerentur, non autem aliorum. Quia nihil quod inquinat, aut est inquinatum siue immundum introibit in eam, sed soli illi, qui prædestinati sunt ad vitam æternam. Soli igitur electi qui sunt lucis filij, huius sunt ciuitatis.

CAPVT VIGESSIMVM secundum. Argumentum.

Descriptio continetur hoc capite fluminis ciuitatis alluentis, & ligni vitæ: deinde apparet Ioanni angelus, quem adorare volentem prohibet: & inuitatis interim ad mercedem percipiendam omnibus, excluduntur ab hac ciuitate omnes reprobi: post modum inuitato ad iudicium Christo, facta què inhibitione ne quid huic libro addatur, aut detrahatur, bene omnibus precatur Ioannes.

Et ostendit mihi fluuium aquæ viuæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei et agni. In medio plateæ eius, & ex vtraquè parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, et folia ligni ad sanitatem gentium. Et omne maledictum non erit amplius, sed sedes Dei & agni in illa erunt, & serui eius seruient illi. Et videbunt faciem eius: & nomen eius Etiam ad *in frontibus eorum: Et nox vltra non erit: & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, et regnabunt in secula seculorum. Et dixit mihi, hæc verba fidelissima sunt, et vera. Et Dominus Deus spirituum prophetarum misit angelum suum ostendere seruis suis quæ oportet fieri cito. Et ecce venio velociter Beatus qui custodit verba prophetiæ libri huius. Et ego Ioannes qui audiui, & vidi hæc. Et postquam audissem, & vidissem, cecidi vt adorarem ante pedes angeli qui mihi hæc ostendebat: & dixit mihi, Vide ne feceris:*

conseruus enim tuus sum, et fratrum tuorum prophetarũ & eorum qui seruant verba prophetiæ libri huius. Deum adora. Et dicit mihi, Ne signaueris verba prophetiæ libri huius, tempus enim propè est. Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: et qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc. Ecce venio citò, et merces mea mecum est, reddere unicuiquè secundum opera sua. Ego sum, α, &, ω, primus et nouissimus, principium et finis. Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni ut sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrẽt in ciuitatem. Foris canes et venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, et omnis qui amat, & facit mendacium. Ego Iesus misi angelum meum, testificari vobis hæc in ecclesiis. Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida et matutina. Et spiritus et sponsa dicunt, veni. Et qui audit, dicat, Veni. Et qui sitit, veniat: & qui vult accipiat aquam vitæ gratis. Contestor enim omni audiẽti verba prophetiæ libri huius, Si quis apposuerit ad hæc: apponet deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius: auferet Deus partem eius de libro vitæ: & de ciuitate sancta, & de his quæ scripta sunt in libro isto. Dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiam venio cito. Amen. Veni Domine Iesu. Gratia domini nostri Iesu Christi cũ omnibus vobis. Amen.

A B C D

Tsa 21 & 22 a

Supra 1 b & 21 b

Esa 55 a

Caput XXII.

Et ostendit mihi fluuiũ aquæ vitæ. In Græco est, aquæ vitæ, & ita legũt Primasius, & Beda: Sed sensus est idem. Aqua enim vitæ dicitur more Hebræorum aqua viua, id est, semper emanans. Vt capite præcedenti dixerat: Dominus, ego sitiẽti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Et c. 7.

Et

Et deducet eos ad vitę fontes aquarũ. Rursum in Græco est,& ostendit mihi, καθαρὸν ποταμόν, idest, purum fluuium. Sed purum non est apud Primasium, neque in explicatione Aretæ, verum est tamen quod in textu quem explanat Aretas ponitur. Sed quibusdam hoc verbum non videtur esse addendum, cum sequatur statim: splendidum tanquam crystallum: neque illud transtulit Erasmus. ¶ His tamen omissis, per fluuium istum aquæ vitæ procedentem à sede Dei intelligunt patres spiritum sanctum inter quos est Diuus Ambrosius, qui libro.3.de Spiritu sancto.cap.21. ait. Hic est vtique fluuius de Dei sede procedens, hoc est, Spiritus sanctus: quem bibit, qui credit in Christum, sicut ipse ait: qui sitit, veniat ad me & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dicebat de spiritu. Ergo flumẽ est spiritus. Hic igitur est in Dei sede. Neque enim aqua abluit dei sedem. Denique Dauid non supra sedem Dei dixit, sed supra cœlos esse quam libet illam intelligas aquam: quia scriptum est: & aquæ quæ super cœlos sunt laudent nomen Domini. Laudent, dixit, non laudet. Nam si aquæ elementum voluisset intelligi, laudet vtiq; dixisset. Dicendo autem pluraliter, virtutes voluit æstimari. Et quid mirum si in sede Dei spiritus sanctus est, quum ipsum regnum Dei, operatio spiritus sit, sicut scriptum est: quia non est regnum Dei, esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto? Quid autem dementius quàm vt neget quisquam Christo conregnare spiritum sanctum, quum etiam nos in Christi regno, conregnaturos Christo Apostolus dicat? Si enim sustinemus, & conregnabimus. Sed nos per adoptionem, ille per potestatem: nos gratia, ille natura. Habet igitur consortium regni cum patre & filio, etiam Spiritus sanctus, qui vnius naturæ, vnius dominationis, vnius etiam potestatis est. Hæc Ambrosius. Fluuius ergo iste purus Spiritus sanctus est procedens à sede Dei, & agni, hoc est, à patre & filio, & conregnans eum illis. Hoc est flumẽ illud de quo regius vates canebat Psalmo.45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Hoc est, flumen illud de quo idem psaltes ait. Flumen Dei repletum est aquis: parasti cibum illorum, quoniã ita est præparatio eius, riuos eius inebriãs, multiplica genimina eius, in stillicidijs eius lætabitur germinans. Spiritus enim sanctus flumẽ Dei est aquis immensarum gratiarum refertũ, semper scaturiens, semper effluens & dimanans, & interlucens vrbem illam Hierusalem supernam: non sicut cisternæ huius mundi quæ cõtinere nõ valent aquas, ex plenitudine quidem huius fluminis omnes ciues cœlestes accipiunt gratiam pro gratia, hoc est, vnam & alteram spiritualem gratiam sicq; ex hoc flumine inebriati parant sibi cibum consolationum, & donorum, atq; supernarum gratiarum, quo in perpetuo virore & valetudine conseruentur. His aquis impleti sunt & inebriati riui huius ciuitatis, hoc est, Apostoli & Ecclesiæ doctores & primates, ex quorum affluentia & abundantia multiplicatæ sunt, & quotidie multiplicantur nouæ plantationes, & generantur in deo plurimi, noua, quæ ex Deo est, generatione. Et letabitur, lętaturq; semper terra illa germinans in guttulis huius gratiæ, per riuos defluentibus, & stillantibus in ea sem de

Ambro.
Ioa 7.
Ioa.7.E
Psal.148.a
Rom 14.c
2.Timo.2.
Pſa.45.
Pſa.64.

su

ſuper quemadmodum terra corpora A lis quodam modo lætatur & gaudet, ſtillantibus ſuper ipſam guttulis pluuiæ tẽporaneę. Flumen igitur dicitur ſpiritus ſanctus irrigans & terrã hanc, hoc eſt, Eccleſiã quotidie germinãte, & terrã illam cœleſtem inebriatã hoc flumine aquę viuæ. Hic eſt torrens ille, & fluuius pacis quem Eccleſiæ ſuæ
Iſa. vlt. pollicitus fuerat Dominus apud Eſaiam capite vltimo dicens : Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluB men pacis : & quaſi torrentem inundantem gloriam gentium. Flumen pacis meritò appellatur Spiritus ſanctus, quod illo pacificemur deo, & angelis. Promiſit ergo Deus hoc loco Eccleſiæ ſpiritũ ſanctũ tantam pacem afferentem, vt non riuulo, ſed fluuio comparetur. Et gloriam gentium ſe eſſe ad Eccleſiam tranſlaturum, vt ſuperius annotauimus. Idq; impletum eſſe diximus quãdo magni principes C & excellentes illuſtreſq; ſapientes, alij què viri fortitudine, & gloria decorati idola reſpuerunt, ſeq; Chriſto ſubmiſerunt. Et vt piſces in marinis aquis nati, & nutriti nullum habent maris ſaporem, ſic hi in idolorum cultu geniti, & educati, à gentium vana ſuperſtitione longiſſimè fuerunt. Omnem què potentiam, diuitias, & gloriam ſuam pro dilatando Chriſti nomine
Iſa 66. libenter contulerunt. Declinabo, inquit, ſuper eam, quaſi fluuium pacis, D & ad vbera portabimini, & ſuper genua blandientur vobis. Quo modo ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos. Et in Hieruſalem conſolabimini. Videbitis, & gaudebit cor veſtrum, & oſſa veſtra quaſi herba germinabunt. Et cognoſcetur manus Domini ſeruis eius. Quibus verbis ſatis apertè oſtendit quanta conſolatione, quantaquè lætitia & gaudio afficiantur in hac vita electi, quanto què afficiantur in illa ſuperna atquè æterna fælicitate. Fluuius ergo iſte per vrbem fluens magnam illi affert & amænitatem, & vtilitatem. Nam oculos & animos exhilarat tàm aquis quàm arboribus, & herbis riparum, & omnia quæ vitæ vtilia ſunt, facilè per illum inuehuntur. Significat ergo fluuius magnam, & mirabilem eſſe beatorum lætitiam, & voluptatem & gaudium in Spiritu ſancto. O fęlices illæ animæ quæ aqua huius fluuij potantur, & perpetuò recreantur. Conſidera obſecro mecum, ſi guſtus in hac vita huius fluuij quantumuis tenuis & modicus, tàm ſuauiſſimus ſit, vt iure optimo omni mundi dulcedini præſtet : quid futurum exiſtimamus, quum in illa cœleſti patria ex ipſius met fluminis limpidiſſimis ſuauiſſimisquè aquis omnino ſatiabimur ? Huius fluminis aqua ſatiari incredibili deſiderio tenebatur, qui dicebat : ſatiabor, cum apparuerit gloria tua. Et rurſum : inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Pſa 16 a Pſa. 35. Pſalmo trigeſimo quinto. Et Eſaias ſimiliter inquit : tunc videbis & affluES, & mirabitur, & dilatabitur cor tuũ, quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, cæleſtium voluptatum, ſcilicet. Iſa 60. a

¶ *Splendens*, inquit, *tanquam cryſtallum.* Hic eſt fluuius ille purus, non carnali ſenſu dilutus, nec voluptate ſordida corruptus : ſed ſinceritate gloriæ ſplendens, ceu cryſtallum, quod tranſlucidum eſt, reddensquè quod poſt ſe eſt, qui paſcit, potat, delectat, ac reficit. Hic fluuius aquæ viuæ dicitur, quod conferat in gloria

vitã credentibus nunquam intermori A
turam. ¶ Hic fluuius secundum Prima
sium dicitur fluuius aquæ vitæ, vt in
initio annotauimus, quia procedit à
fonte vitæ qui est Christus. De illo
enim legimus apud regium vatem:
apud te est fons vitæ, & in lumine
Psal.35. tuo videbimus lumen. Psalmo trigesſimo quinto. Christus itaque fons, &
etiam fluuius dicitur, fons eò quod
in se permanens sit: fluuius quod ad
satietatem sanctis se vberrimè com- B
municet. Nam vbi fons appellatur, si-
Psal.35. militer etiam torrens dicitur. Cum
enim Psalmus diceret: ex torrente de
liciarum tuarum potabis eos, secutus
addit: quoniam apud te est fons vitæ,
& in lumine tuo videbimus lumen.
quare rectè ait noster Ioannes se vi-
disse fluuium aquæ vitæ. Nam Spi-
tus sanctus qui est fluuius egreditur à
fonte vitæ, & torrente aquæ viuæ,
hoc est Christo. Vnde statim subiun- C
git: procedentem de sede Dei, & ag-
Ambr. ni, id est, à patre & filio procedentem.
Vt Ambrosius superius annotauit.

¶ Nunc modo quosdam, qui hunc
locum de Ecclesia nunc militanti ex-
plicantes, aiunt per fluuium istum a-
quæ viuæ doctrinam veteris & noui
testamenti esse intelligendam. Nam
quamuis aqua in sacra scriptura prædicationem Euangelicam significet,
dicente Salomone, aqua profunda, D
verba ex ore viri, & torrens redundans fons sapientiæ: & Domino in Euangelio, qui credit in me flumina de
ventre eius fluent aquæ viuæ: quamuis etiam hæc doctrina quos irrigat,
viuificet, & ad vitam æternam inuitet, & crystallo splendenti comparari
possit ob puritatem fidei quæ in baptismo recipitur, tamen reuera præsens
caput, sicut & præcedes, ad cœlestem

illam vrbem, quam inquirimus, qui
peregrinamur à Domino: est referendum. Sed cum Ecclesia militans multis in rebus similis sit triumphanti, nõ
est mirum de triumphanti multa dici ad eorum similitudinem quibꝰ potitur militans. Vt superius capite. 21. an- Apoc.21.
notauimus. multa etiam econtrà quæ
ad militantem pertinent triumphanti
adaptantur: sicut est illud Ezechielis,
capite quadragesſimoseptimo. Ecce Ezech.47.
aquæ egrediebantur subterlimen domus, &c. Cumque me conuertissem
ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraque parte. Et statim ait. su
per torrentem orietur in ripis eius ex
vtraquè parte omne lignum pomiferum, non defluet folium ex eo, &
non deficiet fructus eius: per singulos
menses afferet primitiua, quia aquæ
eius de sanctuario egredientur. Ad
quæ omnia alludere videtur D. Ioan.
in hoc capite describens fluuium, &
ripas eius: atquè arbores ex vtraqꝫ parte riparum consitas fructus salubertimos ferentes, sed in hoc loco Prophe
ta reuera significat per hunc fluuium
doctrinam Euangelicam per totum
orbem diffusam, quę omnes nationes
ad veram fidem reuocauit. De illa ait
Ecclesiasticus: aqua sapientię salutaris Eccle.15.
potauit illũ: & regius propheta: super Psal.22.
aquã refectionis educauit me: animã
meã cõuertit. Et Zacha. c. 14. in die illa Zach.14.
egredietur aquæ viuæ de Hierusalẽ in
æstate & hyeme erũt in quẽ locũ lego
Hiero. & Ioel propheta: & erit in die
illa stillabũt mõtes dulcedine, & colles
fluet lacte, & per oẽs riuos iuda ibũt aquę, & fons de domo dñi egredietur. Et
irrigabit torrentẽ spinarũ. Et vt significaret Propheta amœnitatem & fertilitatem, & vberrimorum fructuum
abundantiam quæ erat ex euangelica

do-

doctrina producenda describit ligna multa fructifera in vtraq; parte ripę consita. Cæterum hic noster Euangelista de statu beatorum loquitur quos fluminis huius impetus lętitia incredibili afficit, quorum vita purissima habet voluptatę, cui nihil triste misceatur. Et huius vitæ ac voluptatis æternitas non est eis ignota, sed plenissime cognita: quemadmodū purus fluuius & perlucidus instar crystalli, nihil habet quod lateat intuentes.

¶ *In medio plateæ eius*, ciuitatis. s. *& ex vtraque parte fluminis lignum vitæ.* Græcè sic dicitur, ἐν μέσῳ τῆς πλατείας αὐτῆς, καὶ τοῦ ποταμοῦ ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν ξύλον ζωῆς. Idest, in medio plateæ eius, & fluminis hinc & illinc, subaudi, erat, lignum vitæ. Imprimis obserua. Lignum hic positum in singulari pro plurali poni more scripturæ ex vtraque ergo parte fluminis erant ligna vitæ. Secundò, notabis, non esse intelligendum plateam seiunctam esse à fluuio: ita vt lignum vitæ sit in ribis, & in platea. Sed fluuius è fonte suo egrediens totam vrbem intersecat, in cuius medio platea est per quam etiã fluit. Ita vt, & in platea & in reliqua vrbe, arbores vitæ sint in traq; ripa. Si autem in platea gaudium beatorũ intelligitur, quod alter ex alterius beatitudine percipit, vt diximus capite præcedenti. Rectè nunc dicere poterimus fluuium per plateam fluentem, & ligna vitæ in vtraquè ripa habentem significare gaudiũ illud à Spiritu sancto diffusum immortale fore, hoc est, eũdem beatorum numerum semper futurum esse, eandemquè mutuæ consuetudinis, atquè conuictus suauitatem. Ita vt nihil vnquam minuatur, nunquam marcescat, sed semper eandem seruet viriditatem. Hoc declarat lignum vitæ in vtraquè ripa constitum. In quo ad terrestrem paradisum alludit. Habebat enim paradisus lignum vitæ, idest, arborem, cuius fructu dum vescerentur primi parentes mori minime possent. Erat autem in medio paradisi fons, à quo arbor vitæ irrigaretur. At in cœlesti paradiso multæ arbores vitæ sunt in vtraquè ripa, vt intelligamus omnes beatos, quocunquè in loco sint, idest, quibuscunquè meritis præstent, siue maioribus, siue minoribus, arborem vitæ habere, ex cuius fructu comedant, idest, in æternum esse victuros. Si enim vnum vitæ lignum poneret, putare aliquis posset vnius arboris fructus tantæ multitudini futuræ sufficere non posse. Nec fonte irriganti arbores, sed fluuio, qui copiosior est, & plenior: vt pleniorem hanc vitam esse intelligamus, quàm illam paradisi. Rursum: & fluuius magnus esset, arescere arbores possent, si procul ab eo essent: idcirco in ripa sunt. Sicut de fructifera arbore scriptum est Psalmo primo, & erit sicut lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Non autem in altera ripa tantummodo qui extra alteram morantur, aut eius fructu careant, aut cum labore eum habeant. Sed in vtraquè ripa, idest, vbicunque beati commorabũtur fructum vitæ comedent.

Pſa. 1.

¶ Claudius, & Gagneius, & alij patres per hoc lignum vitæ intelligunt Christum dominum. Ipse enim est lignum vitæ, qui panis est vitæ: conferens vitam nobis. Ipse quidem est lignum illud plantatum secus decursus aquarum, fructum suum præbens opportuno tempore suo: cuius folium

Vide Hilar. in Pſa. 1. explicans hæc verba, & erit tanquam lignum. &c. Ezech. 47.

non defluet. Ipſe, inquam, ſummũ eſt lignum pomiferum. De quo Ezech. 47. cuius fructus ſunt in cibum, & folia in medicinam. Eſt, inquam, lignũ vitæ de quo Salomon in Prouerbijs, Pro.3. cap. 3. Beatus vir, qui inuenit ſapientia, lignum vitæ ijs, qui apprehenderint eam. Eſt autem in medio plateę ciuitatis Hieruſalem cœleſtis, qui faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis, ſcilicet, viſione in verbo eos beatos reficiens. Prætereà dicitur in vtraq; fluminis parte eſſe, ideſt, hinc & illinc, aut vltro citroq;, quia hoc lignum vitæ vbiq; exiſtens vbiq; in illa ciuitate plantatum, obiectum eſt beatitudinis tum angelis, tum beatis hominibus. Vtraq; enim pars fluminis duas beatorum ſpecies ſignificat, angelos. ſ. ac beatos homines, qui ex fluuio ſpiritꝰ ſancti potantur atq; alluntur, atq; hinc, & illinc lignum vitæ habent Luc.13. Chriſtum, ſcilicet ferentem fructum æternę viridisq; vitę. Si enim lignum nõ eſſet minime dixiſſet: ſi in ligno viridi hoc faciũt, quid fiet in arido? quo ænigmate teſtabat dñs ſummam innocentiam ſuam, quod ſolus eſſet hominum nulla vitiorum, aut cupiditatum carie vitiatus, ſed omni virtutum genere totus florens, ac perpetuò germinans. Eodem ænigmate vſus eſt atq; Math.12. eadem metaphora, cum apud Matthæum ait: aut igitur facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructũ eius malum, ac ſi apertius diceret: aut fateamini me ſpiritu bono agi, qui fatemini opera mea eſſe bona. Aut opera dicite mala. ſ. miracula à me facta miſerias hominum ſubleuantia, neminẽ lędentia, nec adhibita ad inanẽ oſtentationẽ, ſed ad beneficentiam & oſtentationem: vt probabile fiat quod dicitis me ſpiritũ habere mali Beelzebub. Ecce ex his conſtat Chriſtũ appellari lignum vitæ, arborem bonã, & lignũ fructiferũ quod in cœleſti ciuitate cibat & reficit atq; recreat omnes beatos. ¶ Sunt qui hoc totum ad Eccleſiã militantem, quæ in multis aſſimilatur triumphanti vt iam diximus, referant. Ita vt per fluuium euangelica doctrina deſignetur, cuius mandata omni cryſtallo ſunt ſplendidiora, & dogmata eius velut fòlia arboris ad ſalutem ſunt gentium, quibus de Dei mãdato ſanctum euangelium eſt annuntiatũ. Vt autem intelligeremus nemini denegatum eſſe introitũ ad hanc doctrinã ſalutarem, ne aliquis excuſari poſſet: idcirco dicitur, lignum hoc vitę in medio plateę, ex vtraq; parte fluminis per illã traſeũtis eſſe conſitũ. Prętera in medio plateę eius, nõ intra murũ altũ & inexpugnabilẽ, nõ inter rupes & alta ſaxa, ſed vbi ab omnibus tãgi, & colligi fructus eius facilè poſſet. Hinc verò & illinc, & ex vtraq; parte fluminis cõſita eſt magna iſtarũ arborũ multitudo plãtataq; ſecus decurſus aquarũ, ne qui ex aduerſo alterius ripæ ſunt, dicerent: rapidus & violentus eſt fluuius: idcirco nobis accedere nõ conceditur. Ex vtraq; parte Fluminis plantatũ eſt lignum vitę, neq; aliquis cherub in rõphea cuſtodit illũ. In hũc modũ legimꝰ apud Ezechielem: in die illa erit fons patẽs domui Dauid, & Hieruſalẽ, in ablutionẽ peccatoris & nięſtruatæ. Patens, inquit, erit fons. Et ſapientia Dei foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam, & mandatum imponitur diſcipulis: quæ audiſtis in aure, prædicate ſuper tecta. Cunctis ergo patet additus ad ſalutem, omnibus adeſt Chriſtus, & eius euangelium. Curandum ergo nobis eſt, quod à ſponſa

Math.12. Luc.11. Ezech 13. Pro.1. Math. 10.

def-

Cant. 5. describitur factum in Cãticis.c.5. Sub vmbra illius sedi:& fructus eius dulcis gutturi meo. Nisi ais,quid nam obsecro est sedere? Altè præcepta euangelica considerare. Nisi enim profunda altaq; mente præceptum de amore prosequendo inimicos cõsideres, grauissimum,& maximè amarum & insuaue,atq; impossibile tibi videbitur. Sede ergo atq; considera imperãtis potestatem, & mercedem tibi propositam,ac premium singulare,&tũc dulce quidem erit gutturi tuo. Ideo de glorioso Stephano canit Ecclesia: Exo. 15. lapides torrentis illi dulces fuerũt. Amarissimæ erant aquæ marà, sed immiso ligno dulcissimæ sunt factę. Verbum ergo Dei quod est lignum vitæ omnes amaritudines huius vitæ in dulcedinem conuertit. Quamuis igitur hæc omnia quæ de fluuio & ligno vitæ hoc loco dicuntur, rectè aptari possint Ecclesiæ peregrinãti, vt modo enarrauimus:tamen reuera ad Ecclesiam triumphantem pertinẽt,vt in prima & secunda expositione ostẽdimus.

A ximia quædam fertilitas,atq; abundãtia maxima illius terrę nobis promissa:cuius imaginem gerebat terra illa olim filijs Israelis promissa, quæ lacte & melle cæteris quæ rebus ad vitam felicem necessarijs affluebat: sic terra illa viuentium vndique delicijs,& bonis referta est. Plenaq; omni lætitia & gaudio. Deinde ostenditur huius arboris fructum neq; vnquam defuturum nec tedium vllum allaturum. Nam B fructus quos arbores nostræ ferunt,sępè antequam alteri colligantur, deficiunt. Vel quia non est tanta illorum copia,vel quia tantam diuturnitatem sustinere non possunt:deinde etiam si per totum annum durarent,nõ ęquè grati durant. Noui præstantiores, & gratiores sunt,& tempore veteraſcũt, & saporis & coloris gratiam perdunt, & sanetatem afferunt. At arbor singulis mensibus nouum fructum ferens, C & inopiam copia fructuum tollet, & satietatem ac sastidium nouitate. Ita beatorum gaudia neque vnquam deficiunt,neque aliquid præstantiæ suæ amittunt, nec satietate aliqua afficiũt.

¶ *Afferens fructus duodecim.* Hoc nequis fortè acciperet ita referre, scilicet hanc arborem simul duodecim fructus diuersos, verbis sequentibus explanat dicens: *per menses singulos reddens fructum suum.* Quod tamen adhuc ambiguum est:neque enim con- D stat an duodecim fructus afferat, an verò eũdem fructum duodecies. Verum quum nihil dicatur,quod diuersos fructus intelligere cogat, potius dicendum est eundem fructum ferri Hilarius. duodecies. Vnde D. Hilarius in Psalmum.1.ita refert hæc verba. Et ostendit mihi ex vtraquè parte fluminis arborem vitæ,quæ facit fructus duodecies. In quo designatur & indicatur e-

¶ Qui verò per lignum vitæ Christum intelligunt, ita hunc locum explicant,quod illud lignum vitæ Christus dabit fructum suum omni tempore. Per menses singulos intelligentes idem quod perpetuò,omniq; tempore:& hoc est quod ad literam Esa. cap.vltimo ait:erit mensis ex mense, & sabbatũ ex sabbato, quasi dicat semper, & omni tempore veniet omnis caro vt adoret coram facie mea:in æternum ergo arbor vitæ Christus dabit fructum suum. Quod si fortunatæ insulæ,ac fœlices haberi soleant regiones,quarum arbores tantum binos in anno referant fructus: quanto magis fortunatissima hæc erit terra cœlestis, Iebi. 22.d

quę in æternum dabit fructum ſuum, vitam, ſcilicet, æternam, idque Chriſti merito. Hinc ſubdit: folia eius ad ſanitatem eſſe gentium. Ideſt, Chriſti opera & merita applicabuntur gentibus, ideſt, illius ciuitatis ciuibus, qui ſunt electi. Sed quantum mea fert opinio non apte dicitur per folia, Chriſti merita eſſe intelligenda neq; eius egregia opera, cum hęc potius ad fructum arboris referenda ſint quàm ad folia. Quare hunc locum, & folia ligni ad ſanitatem gentiũ aliter explicare poſſumus. Folia quidem non habent ſuauitatem fructus, ſed aliquid tamen arboris ſunt, atq; eius præſtantiam indicant, vel odore, vel ſapore aliquo, vel vi medicamentis apta ſunt. Folia ergo huius arboris vitæ, ſunt verba, quæ de gaudijs beatorum, & de dignitate vitę illius æternæ, in ſcriptura & in libris patrum ſunt, & ore magiſtrorum Eccleſiæ traduntur. Hæc quidem ſanitatem gentibus afferunt: quia & illas ad Eccleſiam adducũt: & in Eccleſia poſitas à vitijs ad pœnitentiam & ſanctitatem traducunt, ſpe certa bonorum cœleſtium. Vel folia, verba ſunt ſancta quibus gentes propter ſe afflictas mulcebit in illa cœleſti patria, & conſolabitur Chriſtus.

¶ Totum hunc locum de harum aquarum fluuio, arboribus fructiferis & ſalutaribus, ex vtraq; parte circundato, afferentibus fructus duodecies, & per menſes ſingulos reddentibus fructum ſuum, & folia ad ſanitatem gẽtium: cum loco illo ſimili Ezechielis cap. 47. Et ſuper torrentem orietur in ripis eius ex vtraq; parte omne lignum pomiferum, non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius, per ſingulos meſes afferet primitiua, quia aquæ eius de ſanctuario egredientur, & erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam. Totum, inquam, locum Ioãnis cum prædicto loco Ezechielis accomodant patres ad Eccleſiam militantem: vt in ſuperioribus dicere incipiebamus. Reuera in Eccleſia fluuius arboribus cõſitus eſt ſpiritus ſancti gratia atque euangelica doctrina, quod ſi fluuius Ezechielis egrediebatur è ſanctuario, fluuius, quem deſcribit Ioãnes egrediebatur è ſede Dei. Quod reipſa idem eſt: per ſanctuarium enim cœlum ipſum intellige vt ex D. Paulo ad Hebr. cap. 9. depromere quis poterit. Cœlum autem ſedes Dei vocatur, dicente Domino apud Eſaiam. ca. 66. Cœlum ſedes mea eſt. Fideles verò virtute præſtantes qui exuberante gratiæ Dei effuſione, & euangelij fluuio recreantur vocat Ezechiel arbores pomiferas perpetuò virentes, Ioãnes autem arbores viuas, ſeu vitæ, ferentes fructus duodecim per ſingulos menſes, atq; ſeipſos duodecim Apoſtolorum doctrina, & vita gratiæ recreantes. Vnde Paul. ad Gal. 5. ait: fructus autem ſpiritus eſt, charitas, gaudium, pax longanimitas, &c. In quæ verba vide Hiero. & Auguſtinum, lib. 2. de ſermo. Domini in monte, & tract. 87 in Ioãnem. Ex vtraque parte ſunt arbores fluuio cœleſti irrigatæ, quia ex vtroq; populo & iudaico & gentili multi fidem & baptiſmum receperunt, & aqua chariſmatũ ſupernorum nutriuntur. Ex his duobus populis antea inter ſeſe deſſidentibus ædificauit Dominus Eccleſiam ſuam. Vnde Paulus in epiſto. ad Phil. cap. 2. ait: ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ ſoluens, inimicitias in carne ſua, legem mandatorum decretis euacuans, vt duos conderet in ſemetipſo,

Hebr. 9.

Eſa. 66.

Gala 5.

Hiero. Augu.

Phili 2.

Ezech. 47.

in

in vnum nouum hominem, faciens pacem vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per carnē, interficiēs inimicitias in semetipso. Eā ergo obcausam aiunt, & Ezechiel, & Ioānes esse fluuium euangelij ex vtraq; parte arboribus fructiferis cinctum, hoc est, ex gentibus & iudeis fidem profitentibus, quos doctrina euangelica traxit ad veram pietatem. Cæterum, fructus illarum arborum sunt actiones sanctæ: folia sunt cæremoniæ conferentia salutarem medicinam. Et sicut folia quamuis fructus non ferant, eos tamen protegunt & defendunt, atq; arborem decorant, sic quamuis in cæremonijs non sit virtutis, & perfectionis essentia, prosunt tamen plurimū ad eam conseruandam, & ad religionem decorandam. Ligna vites sustinētia vuas non ferunt, sed sustinent sæps in agro arboribus consito non nutrit platas, sed seruat: sic cęremonię sanctæ, & si non sint ipsa religio per se, cōducunt tamen maximè ad illam conseruandam. ¶ Præterea, quid folia illarum arborum significant, nisi verba iustorum sancta & vera quę mederi solent, nō vulnus inferre? Et si talia sint, producant arbores illæ, hoc est, iusti, huiusmodi folia, loquantur in quam, nam non prohibet illis Dominus loqui. Caueant autem ne defluat folium aliquod ex eis, hoc est, ne verbum loquantur in terram decidens, comedendum, quod iniquum sit, à porcis inferni. Pendeant ab ipsa arbore ne terram tangant, sed auolantes Philomelæ cœlestes, in ramisq; insidentes, dicant, conuersatio huius iusti in cęlis est. O quàm pulchra ista folia sunt, nullum defluit folium ex eo talis arbor fuit sanctus Samuel, de quo inquit scriptura, non cecidit ex omnibus verbis eius in terram, id est, nullū verbum protulit Samuel, quod esset vanum, & inane. Talia erant verba Christi arboris vitæ folia in salutem ferentis: talia verba virginis, quæ nequid vanū loqueretur cogitabat prius qualis esset salutatio angeli. Hoc mysteriū significauit nobis Chrs dns quādo ejecto dęmonio locutus est mutꝰ. Vt hinc discerem⁹ non esse nobis loquēdū, nisi quando diabolus non latet in pectore. Si enim is suggerat verba quæ loquemur, nisi obscena, turpia, praua? Aderat diabolus in corde pharisæorum, & ideo dicebant: in Beelzebub principe dæmoniorum ejcit dęmonia. Adderat spiritus sanctus in corde illius mulieris Christum audientis quę dicebat: beatus venter qui te portauit: folium eius non defluit. Digito ergo comprimenda sunt labia, claudendum os, tūcq; apperiendum cum quid boni sumus dicturi, aut docturi, exemplo Christi de quo ait Matheus cap. 5. Quod aperiens os suum, docebat populum. Vas enim quod caret opericulo & ligatura desuper, immūdum est, & omnia effutiens: & temerè ianuam oris aperiens, ingratus est domino. Vnde Iacobus ait: si quis putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, huius vana est religio. Et Dauid: vir linguosus non dirigetur in terra. En vides quemadmodum hæc duo loca, & Ezechielis, & Ioānis rectè consonāt. Verum est tamen ex professo Ezechielem de Ecclesia militanti in illo capite prophetare, vt patebit legentibus: Ioānes verò hic de triumphanti, quamuis ea quæ de fluuio & arboribus dixerit præsenti Ecclesiæ accommodari possint. Quod verò hoc ita sit, vel ex verbis sequentibus satis aperte colligi potest nam ista

similitudine

similitudine

Matth. 5.

Iacob. 1.

Psa 138.

tim ſubiungitur: & omne maledictũ non erit amplius:ſed ſedes Dei & agni in ea erunt:& ſerui eius ſeruient illi. Quæ potius pertinent ad triumphantem quàm ad militantem.

¶ *Et omne maledictũ nõ erit amplius.* Quòd maledictum appellet, indicat verbum in græco poſitũ, κατανάθεμα, catanathema: ac ſi diceret:nihil iam erit quod execratione, & ſeparatione dignum ſit:nullum crimen,aut ſceleris macula erit in illa Hieruſalem cœleſti. Neque in ciuibus eius:licet multoties dum in carne viuebant Deum offenderint.Ideo enim dixit non erit amplius.Sicut expoſuimus.cap.3. inter explicandum verba illa, qui vicerit faciam illum columnã in templo Dei mei, & foras nõ egredietur amplius. Et cap.14. Vbi ſimilia ponuntur verba. Quia igitur perpetuæ felicitatis patria eſt illa,ideo nõ mirum quod nihil maledicti reperiatur in illa, totũ enim eſt benedictio quicquid ibi eſt, totum lætitia,gaudium laus, atq; gratiarum actio.Sicut ſcriptum legimus. Exaltabũt ſancti in gloria, lætabũtur in cubilibus ſuis.Et rurſum: beati qui ambulant in lege tua Domine,in ſecula ſeculorum laudabũt te.Felicia ergo proſpera atquè ad votum ſanctorum erunt omnia,aut quo pacto in illa ciuitate maledictum aliquod inueniri poterit,quando iam diu abolitum & cõdemnatum cõiectumquè erit maledictum omne in ſtagnum ignis ardentis? In præſenti Eccleſia maledictum inuenitur à primis parentibus originem trahens:at in illa triumphãti omnia benedictionibus ſunt repleta,vi & virtute illius benedictionis: venite benedicti patris mei. Præterea nullum ibi erit maledictum,hoc eſt,nulla vera bi mali prolatio, nulla hæreſis nullaq; Dei offenſio iuxta illud Eſai. capi. 60. Nõ audietur iniquitas vltra in terra tua : vaſtitas & contritio in terminis tuis.Ab Eccleſia militanti ſe transfert Propheta ad triumphantem, qui tranſitus eſt frequens in prophetis. Eſa.60.

¶ *Sed ſedes Dei & agni in illa erunt.* Quid obſecro mirum quod expers ſit illa ciuitas omnis maledictionis,cũ ſedeat in illa Deus qui eſt benedictus, & agnus eius Chriſtus? Quid mirum quod ſedes regia Dei ſit poſita perpetuò in illa ciuitate,quod nunquam Deus & agnus eius illam deſerant,ſed ſemper in illa habitent, quando nihil in ea inueniri poſſit quod eis diſpliceat. Vnde idcirco ſtatim ſubiungit Euãgeliſta: & ſerui eius ſeruient illi. Cæterum in hoc loco Primaſius legit thronum:vnus thronus, vna ſedes indiuiſibilis ſeſſionis.Sic enim ait:non dixit,erũt neque throni,vbi enim vnitas eſt naturalis & differẽs gloria deitatis,ibi maximè commendari oportuit vnus thronus indiuiſibilis ſeſſionis,qui neq; Arianę prauitatis aſtu diuidi, nec Sabellianæ vanitatis poſſet ſuſpitione confundi. Græca lectio ſic habet, καὶ ὁ θρονος τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ ἀρνίου ἐν αὐτῇ ἔσται ideſt,thronus Dei & agni in illa erũt.Sedes iſta regnum Dei & agni.Sedet Chriſtus cum patre etiam vt homo,& perpetuò ſedebit.Regnabit inquit,in domo Iacob inęternum,credimus modo adminiſtrationem regni Chriſto eſſe commiſſam iuxta hominem,& quia tunc eiuſmodi adminiſtratio ceſſatura ſit,nec tamẽ proinde Chriſtus nõ erit rex. Primaſius. Luc.1.

¶ *Et ſerui eius ſeruient ei.* Ideſt,omnes illius ciues ſemper ſe ſeruos Dei eſſe agnoſcent:eiq; perpetuo cultu & animi deuotione ſeruient. Quaſi dicat:

Apo 3

Apo 14

Pſa 149.

Pſa.83.

Matth.25

cat: atq; ideo ſemper Dei ſedes in illa vrbe permanebit. Serui, inquit, eius ſeruient ei, non dubium quin Deo & agno, qui ſunt vnum in vna hypoſtaſi. Serui Dei, electi omnes ſunt. Sed ais (inquit Aymo) cum Dominus diſcipulis dicat, iam nō dicam vos ſeruos, ſed amicos: quo modo hic ſcriptura iam immortales effectos, vocat ſeruos? Aut ſi iam à ſeruitute corruptionis liberati, ad libertatem & gloriam filiorum Dei peruenient: quo modo in illa quiete æterna ſeruire narrātur? Sed ſciendum nobis eſt, quia in eo quod iam nullo certamine deſudabunt, ſed æterna quiete erunt, liberi erunt, & nulla ſeruitute obnoxij. Nam & nunc non ſunt ſerui timoris ſed amoris. Duæ enim ſunt ſeruitutes, altera ſeruilis, altera filialis. Timet ſeruus, ſed aliter quàm filius. Ille ne verberetur à Domino, hic ne pater, quē amore proſequitur, offendatur. Seruit ille timore, hic amore, nihil interim ad hę reditatem reſpiciens, ſed ſolum quia pater eſt, non offendit: pietatem erga illum habens, reuerentiam & religionem. Hac ſeruitute ſeruiunt electi omnipotenti patri: præcauentes, ne eum in aliquo hīc omnino offendant: ibi autem ſeruiunt ei laudando, & glorificando, & tanquam Deum adorando. Vnde vbi nos habemus, ſeruient ei, græca lectio habet: λατρεύσουσιν αὐτῷ, ideſt, ſeruitute latriæ eum adorabunt. Ad quem modum ſeruire Deo regnare eſt.

Haymo.

λατρεύσουσιν αὐτῷ

¶ *Et videbunt faciem eius.* Ideſt, ſemper cum eo viuent, in ſuma familiaritate & amicitia: & clara eius viſione fruentur. Hæc ſanè eſt præcipua ratio noſtræ beatitudinis Deum videre ſicuti eſt: videre, inquam, eum facie ad faciem. Vnde Chriſtus Dominus volens apud Mathæum oſtendere nullum ex paruulis in eum credentibus eſſe contemnendum ait: angeli enim eorum ſemper vident faciem patris mei qui in cœlis eſt. Soliciti ſunt angeli pro noſtra ſalute, & ita ſæpè contingit, vt peccatores iam iam morituri, angelis pro illis præcantibus, conuertantur, & qui paulò ante itatum ſibi videant Deum, videant tandem faciem eius in iubilo. Ad quod facit quod Iob cap. 33. ait: ſi fuerit pro eo Angelus loquens vnus de millibus, vt annuntiēt hominis æquitatem, miſerebitur eius & dicet: libera illum, vt nō deſcendat in corruptionem deprecabitur Deū, & placabilis ei erit: & videbit faciem eius in iubilo, conducere ſolet maximè deprecatio angeli alicuius referētis deo aliqua bona moralia à peccatore facta, vt eius miſereatur Dominus, atq; miſericordia commotus inſpiret peccatorem, & illum tahat ad pęnitentiam veram: tractuſq; atq; dolore animi contritus poſſit iam miſer faciem ſuam ad Deum leuare: eiuſquè vultum placidum & in hac vita: & multo gratiorem, & placidiorem in cœleſti patria intueri, vbi omnes electi faciem eius alacrem perpetuò videbunt. Si igitur ô peccator iratum Deum tibi obſcelera tua eſſe intellexeris præcare illum, & vera pœnitentia compone mores tuos, & tunc faciem eius lætam videbis. Huius rei figuram habes in lib. Eſther. cap. 15. vbi narrat ſcriptura quod Eſther aſſumpſerit duas famulas, & ſuper vnam quidem innitebatur: altera verò ſequebatur dominam defluentia in humum indumenta ſuſtentans. Et ingreſſa ſtetit contra regem: cuius vultum iratum videns corruit, & in pallorem colore mutato, laſſum ſuper ancillam recli-

Matth. 18. b

Iob 33.

Eſther 15

1. Cor. 13

nā

nauit caput. Cui rex manſuetus effectus ait. Quid habes Eſther? Ego ſum frater tuus noli timere. Cur mihi non loqueris? Quæ reſpondit. Vidi te Domine quaſi angelum Dei: & contur batum eſt cor meum præ timore gloriæ tuæ. Valde enim mirabilis es Domine, & facies tua plena gratiarum. Eſther pœnitentem deſignat. Qui vna & altera virtute comitatus, hoc eſt fiducia, cui inititur, & pœnitentia actus ſuos componente, ingreditur ad dominum, ſibi aliàs maximè iratum. Nam quandiu peccatum non dimittitur ſemper Deus oculos ardentes habet: ideo rex Dauid dicebat non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Sed poſtea placatus dominus per verum animi dolorem, blãditur homini, & oſculatur, & tandem poſt mortem iuſtus admiratur præclaritate, & ſplendore gloriæ domini. Pœnitentiam igitur agamus ſi Dei facie frui perpetuò deſideramus. Felices animæ illæ iuſtorum, quę tanto tãquè immenſo bono gaudent. Oſtende mihi Domine faciem tuam, & ſaluus ero. Perduc me Domine ad tabernacula iuſtorũ, vbi perpetua vox auditur exultationis, & ſalutis videbunt, inquit, faciem eius. Hoc eſt, diuinam eſſentiam apertè, & ſine ænigmate intuebuntur. Videbũt Deum ſicuti eſt. Vnde Paul. 1. Cor. cap. 13. ait: cũ eſſem paruulus ſapiebam, vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus ſum vir, euacuaui quæ erãt paruuli. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem ac ſi diceret: ſicut enim homo vir factus puerilem linguam, puerilesquè exuit cogitationes: ita & cum euaſerimus in virum perfectum in menſurã ætatis plenitudinis Chriſti, ceſſabit quicquid imperfectum habemus: & qui nunc ſubobſcurè de Deo cognoſcimus, lucidè eum intuebimur, hoc enim indicat facie ad faciem, ac plenè illo dante cognoſcemus, ſicut ille planè nos nouit. Hoc idem ſignificare volens noſter Ioã. in prima ſua Cano. cap. 3. ait. Nunc filij Dei ſumus, nondum autem apparuit quid erimus, ſcimus autem quoniam cum apparuerit ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Ac ſi diceret: nunc filij Dei ſumus adoptione. ſ. per baptiſmum & fidẽ, quoniã poteſtatem dedit omnibus qui credimus in eum filios Dei fieri. Nõdum autem aparuit quales olim in patria futuri ſumus, mortui enim eſtis ait Paulus ad Coloſ. 2. & vitã veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo: & ideo quia abſcondita eſt cum Chriſto, qui nos etiam, latebitquè in humana forma donec in iudicium veniat ſubdit: ſcimus autẽ quoniam cum apparuerit ſimiles ei erimus: qui ſicut inquit Paulus eodem loco, cum Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. Similes autem ei erimus, nõ natura & ſubſtantia, ſed qualitate, ſcilicet, beati, ſancti, iuſti, puri: erimus, inquit, ſimiles illi, beati, quia videbimus eum ſicuti eſt, ideſt, ſicuti eſt iuſtus, omnipotens, ſummè bonus, infinitè ſapiens, miſericors, pius, glorioſus, immortalis, infinitum ens. Hoc eſt, enim beatum eſſe, Deum & Chriſtum ſicuti eſt videre & agnoſcere, quod apud Ioã. cap. 17. Idem Chriſtus ait: hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Chriſtũ Ieſum. In præſenti ſi quidem vita initium vitæ æternæ eſt cognoſcere per fidem & in ænigmate Deum & filiũ

Pſa. 142.
Pſa. 117.
1. Cori. 13. Gal. 4.
1. ad Co. 14
1. Ioa. 3.
Coloſ. 2.
Ioa. 17.

ab

ab eo missum: in futura vita hęc est vita æterna, & in hoc essentialiter consistit hæc vita, in eo quod est videre Deum sicuti est, siue cognoscere clarè & euidenter Deum, qualis ipse est. Qua visione fruuntur beati de quibꝰ hic Ioānes ait. Et videbunt faciem eius. Faciem, inquam, infinitæ pulchritudinis, & decoris, faciem immensæ dulcedinis & suauitatis: faciem incredibilis voluptatis, faciem omni venustate decoratam: in quam desiderant angeli prospicere. Non quod nō prospiciant, sed quia prospicientes nunquam satiantur, sed quo fruuntur magis, ea frui magis sitiunt. Cæterum ne mo nostrum existimet Deum corporis lineamentis cōspectibilem, humanaq; effigie esse præditum: sed quia in facie hominis cognitio est: idcirco hoc in loco per faciem quam electi videre dicuntur, nihil aliud quàm reuelata cognitio sanctæ trinitatis intelligenda est: hoc est, quod Paulus significare volebat dicens: nos autem reuelata facie gloriam domini speculantes in eandem imaginem trāsformamur à claritate in claritatem. 2. Cor. 3. ac si dixisset: nos verò gloriam domini tāquam in speculo recipientes, receptāq; alijs videndam exhibentes, nō instar Moysi faciem velantes à claritate in claritatem, siue à gloria in gloriam, ideſt, per abundantem Dei gloriam in nos transfusam transformamur, in eandem cum illo imaginem. Ideſt, ad eius imaginem & similitudinem accedimus. Quia sicut Ioānes ait: cum apparuerit tūc similes ei erimus. Trāsformamur autem, ait Paul. Tanquam à Domini spiritu, ideſt, Domini spiritu sic nos transformante. Magnū quidem miraculum, magna merces. Videbimus faciem eius, & transformabimur. Transformabimur in aliud, quàm quòd in facie modo sumus. Tanta est vis, & potentia diuinæ visionis. Sed quid mirum, nam & facies Moysi ex colloquio Dei ita splendebat, vt non possent filij Israel in eam tedere. Exo 3. Quato magis fulgebit anima nostra, quum viderit Deum facie ad faciem?

¶ *Et nomen eius in frontibus eorum.* Ideſt, apertam nominis eius confessionem præseferentes. Mira quidem cū gloria muruo agnoscent qua constantia nomen Dei in carne viuentes, fuerint confessi, idq; perpetuò fassuri, nominis Dei & agni palàm præseferentes confessionem, vel nomen eius esse dicitur in frontibus eorum, ideſt, semper se esse Dei gloriabuntur, & ab illo toti possidebuntur, vt exposuimus, cap. 3. & 14. in quibus similia verba leguntur. Præterea iusti tàm in illa Ecclesia triumphanti, quàm in militanti nomen Dei habent scriptum in frontibus suis. Nomen, inquam, illud de quo Ioānes ait. 1. Cano. cap. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis pater vt filij Dei nominemur & simus. Hoc est nomen de quo Deus apud Esaiam ca. 56. dicite eunuchis, qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, dabo eis nomen melius à filijs, & filiabus, nomē sempiternum dabo eis quod nō peribit. Hoc est, vocabo eos filios meos, quod nomen nunquam hominum interitu obrruetur, nam in ciuitate cœlesti nomen hoc in frontibus erit. Et cap. 65. vocabit seruos suos nomine alio, siue nomine nouo, vt 70. verterunt: Vel capitur hic nomen pro gloria & celebri fama quam adepti sunt vincentes hostes suos spirituales. De quo in Prouer. Salomon. Melius, inquit, est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. De illustrium & iustorum

2 Cor 3. c. 3.

Exod. 3.

Gen. 2. 1. Ioa. 3. 2. Cor. 3. d

supra ca. 3. & 14.

1. Ioa. 3.

Esa. 56.

Prou. 22.

Eccles.41. rum nomine ait Ecclesiastico bonum nomen permanebit in æuum. De impiorum contra, nomen, inquit, impiorum delebitur, & in Proverbijs ait Salomon, nomen impiorum putrescet. Pro.10. Promittit ergo Deus suis non illam gloriam inanem & vanam, quæ est falsa, & in populi temeritate constituta, sed nomen suum, gloriam & celebritatem quæ in sanctitate consistit: quæ maxime ornat sanctos in cœlesti patria iam constitutos. Hæc gloria, hoc celebre nomen sanctorum longissimè distat à gloria & nomine hominum impiorum, quos in hac misera vita mundus celebrat, & suspicit. Similitudo Sicut enim si aliquis tenens manu lignea m sphæram eius fragilitatem colligens, & in veram ac cœlestem sphæram conferens vellet ostendere cœlos esse ligneos, caducos, paruos, palpabiles, nullos æquales motus constanter seruantes, grauiter longèq; aberraret à vero: sic qui nominis caduci & inanis gloriæ imperitæ multitudinis errorem captantis laudemq; populi vanè appetentis flagitia coniũgens, & gloriæ tribuens, vellet gloriam maculare, asserens eam esse leuem inanem, turbulentam, ambitiosam, & vitiorũ laudatricem in errore grauissimo versaretur. Inanis enim & falsa gloria, tãtum abest à gloria, quàm sphæra quædam linea ab sphæra cœlesti, & syderа picta ab illis admirabilibus stellis, quæ excellenti pulchritudine ornatę, immutabili constantia celeritateque mirabili circulos suos, orbesq; conficiũt, quarum decorem, & claritatem admiramur. Qua de re eleganter disserit Osorius in dialogis de gloria. Osorius Iusti ergo & virtute præstantes, & in hac vita & in futura habent hoc nomen, hanc famam, hanc gloriam præ A clarissimam, & maximè insignem ob res egregiè gestas, tàm cæteris manifestam ac si illam scriptam afferrent in frontibus suis. Appellatur autem hæc gloria & hoc nomen, gloria & nomẽ Dei ob suam excellentiam: qua ratione montes Dei dicuntur in sacra scriptura montes eminentissimi. Item vocatur nomen Dei, nam tanta sanctorum gloria Deo tribuenda est, cuius virtute, & gratia res strenuè gesserunt.

B ¶ *Et nox vltra non erit.* Quoniã homines assueti nocti, & diei, & vicissitudini bonorum & malorũ timidi sunt, & vix cogitare possunt vitam, quę perpetuam lætitiam & claritatem habeat nullis tenebris interruptam, libenter repetit nullam fore noctem, vt certiọ ac firmius credant. Præterea nox in sacra scriptura significare solet calamitatem Iob.34. Inducet noctem, & conterentur, id est, affliget eos Deus calamitate, & dissipabuntur. Psalm.16. Probasti cor meũ & visitasti nocte. Hoc est, animum meum Domine sæpè rebus aduersis exploraſti, & acerbissimis ęrumnarum tenebris circunfudisti. Psa.118. Memor fui nocte nominis tui Domine. Et Hieremias.cap.14. deducant oculi mei lachrymas per noctem. Et Threnorum cap.1. plorans plorauit in nocte. Ac si diceret summis ærumnis & calamitatibus oppressa fluuium lachrymarum profudit. In illa ergo ciuitate sancta nulla iam erit nox calamitatum: omnia erunt læta, & placida. Nox etiam designat culpã in sacris literis. Sapien.17. Vinculis tenebrarum, & longę nocti compediti. Et Ioã.11. Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt: si autem ambulauerit in nocte offendit. Hoc est, qui studiosè vi-

Nox variè sumitur in sacra scriptura Iob 34. Psa 16. Psa 118. Hiere. 14. Thre. 1. Sap. 17. Ioa. 11.

tam transegerit,non offendet, qui autē iniustè & impiè,offendet. Vbi dies pro virtute sumitur,&nox pro impietate,& delicto.Hinc Salo. ait in Pro. c.4.via impiorum tenebrosa. Et Dauid Psal.34.fiant viæ illorum tenebræ & lubricum.In hac ergo mortali vita nox est impietatis & culpæ: in multis enim offendimus omnes:at in illa immortali uita nulla erit nox peccati:nullæ tenebræ vitiorum , sed omnia in luce clarescent.Noctem deniq; ignorantiam significare in scriptura certò scimus:cum propheta Michæas dicat c.3.nox vobis prouisione erit.Hoc est loco numinis vaticinationis erit vobis ignorantia.Hæc igitur nox ignorantiæ iam non erit in beatis, quoniã ipsi Deum videbunt in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.Haymo.si verò noctem intelligamus ignorantiam:lucernam verò vel solem diuini verbi prædicationẽ, neq; nox erit tunc ignorantiæ, neque prædicatio doctrinæ,quia sicut Esaias dicit:tunc nõ docebit vir proximum suum dicens:cognosce dominũ: quia omnes scient me , à maiori vsquè ad minorem.Sed omnes æternæ sapientiæ in hærentes, perfecta scientia fulgebunt.vt statim dicemus.

Pro.4. Psa.34. Michæ 3

¶ Et non egebunt lumine lucernæ,neque solis lumine. Si enim ibi nulla nox erit,certa res est quod nulla lucerna ibi erit opus.Si diem omni sole clario rem habebunt,sole isto visibili minime indigebunt.Præterea iam non indigebunt lucerna veteris legis, neque sole nouæ legis.Exod.c.27. præcipitur lucere lucernam in tabernaculo testimonij vsque ad mane . Aduenientenamq; aurora lucerna non est necessaria quum sol emispherum nostrum illuminet : veteris legis cognitio per lucernam significata durauit vsque ad mane,hoc est,vsque ad Christum solem iustitiæ exortum. Vnde Paulus ait:nox præcessit dies autem appropinquauit,aduenientè ergo luce, sole ipso multo splendidiore non erit necessarius sol.Quando igitur beati omnia vident in verbo omni sole splendidiore non egebunt aut lucerna,siue cognitione veteris legis,aut sole, hoc est,doctore euangelico , qui doceat eos mysteria euangelij . Et hoc est, quod ait:non egebunt lumine lucernæ,neque solis lumine,quoniam Dominus Deus illuminabit illos.Hoc ostendit Apostolus.1.ad Timoth.6.Præcipio,inquit,tibi coram Deo, bonam confessionem:vt serues mandatum sine macula,irreprehensibile vsquè in aduentum Domini nostri Iesu Christi , quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens,rex regum , & Dominus dominantium : qui solus habet immortalitatem , & lucem inhabitat in accessibilem , quem nullus hominum vidit , sed nec videre potest. Admonet his verbis Paulus vt Deum & corde & ore confiteamur, in mandatisquè eius seruandis perseueremus,nam licet in,hac vita oculis corporeis lucem illam videre non possimus,aderit tamen dies aduentus Domini , quando & oculis corporis videbimus eum sicuti est homo , & oculis mentis videbimus eum sicuti est Deus,vt aliàs D.Ioãnes dixit,cum apparuerit similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est . Tunc quidem nulla lucerna,nulloquè sole indigebimus nam ad eum intuendum oculis corporeis ipse agnus erit lucerna , ad eum verò spectandum oculis, & acie mentis ipse erit verus sol. Item per lucem prosperitates huius mũdi. Vnde

1.Timo.6 1.Ioan.3

Exod.27

Iob.17. Iob.c.17.inquit.Et rursum post tenebras spero lucem,idest,post tenebras calamitatum,spero lucem prosperitatis.In cœlesti ergo illa patria sicut nō erit nox,nec erunt tenebræ aduersitatum:sic nō indigebunt sancti lucerna,idest, his,quæ nunc illis voluptati sunt:neq; lumine solis,hoc est, huius seculi prosperitate,nā Dñs Deus erit illis summa voluptas,& immensa prosperitas:qui enim Deum habent, omnia habent.

¶ *Et regnabunt in secula seculorum.* Quos seruos antea vocarat, nunc reges appellat,vt intelligeremus seruitutem illam,esse regnum felicissimum, ille nos emit vt sui essemus,& illi seruientes regnaremus,nam seruire deo regnare est,ut ex paulo superius diximus. 1.Co.6. 1.Cor.6. O magnę securitatis fiducia,ò admirabilis æternitatis duratio. Regnabunt,inquit,in secula seculorū. Quis tunc timebit,aut pauore aliquo afficietur?quis vitæ suæ finem & interitū aliquando futurum esse formidabit?cōtendamus igitur ò fratres ingredi in illam requiem,festinemus ad regnum illud,vbi sancti regnant ac regnabunt in secula seculorū. Omnia enim mundi regna caduca, & inania sunt:omnia instabilia & corruptibilia. Regnum verò illud, perpetuum est, stabile est & nunquam perituru.

¶ *Et dixit mihi: hæc verba fidelissima sunt & vera.Et dominus Deus spirituum prophetarum misit angelum suum ostendere seruis suis,quæ oportet fieri cito.Et ecce venio velociter. Beatus qui custodit verba prophetiæ libri huius. Et ego Ioannes qui audiui,& vidi hæc. Et postquam audissem & vidissem, cecidi vt adorarem ante pedes angeli,qui mihi hæc ostendebat:& dixit mihi:vide ne feceris,conseruus enim tuus sum, & fratrū tuorum prophetarum,& eorum qui seruant verba prophetiæ libri huius. Deū adora:& dixit mihi,ne signaueris verba prophetiæ libri huius.Tempus enim prope est. Qui nocet,noceat adhuc: & qui in sordibus est,sordescat adhuc: Et qui iustus est,iustificetur adhuc: & sanctus. sanctificetur adhuc.Ecce venio cito & merces mea mecū est,reddere vnicuique secundum opera sua.*

¶Hā incipit D.Ioā.huius prophetiæ epilogū,quē prosequitur ad finē vsq; huius capitis. & imprimis in hac prima epilogi parte ostēdit libris hui⁹ autoritatē dicēdo:hęc verba sunt fidelissima, & vera ostendit eius perspicuitatem in quibusdam in eo contentis, à versu illo:& dixit mihi:vide ne feceris,&c.

¶ *Et dixit mihi hæc verba fidelissima sunt & vera.* Quoniā multa dixerat de ciuitate illa sancta Hierusalē, quæ vehemēter poterāt ad se trahere animos &corda fidelium,iure ea iterū cōfirmat vt nulli de eis aliqua suspicio suboriri posset.Beda,non de Ioānis fiducia dubitabat, sed veram visionem omni ecclesiæ,in qua & paruulos futuros nouerat,commendabat.Sæpè enim hæc angelus inculcat,vt ea vera esse credamus,mirum sanè videtur, quod nos fideles fidem his verbis certam adhibeamus,& in peccatis, & sceleribus sordescamus:quasi homines qui his fidelissimis verbis minime credunt. Nos miseros & infelices,nam vapulabimus magis. Quando cognoscentes voluntatem patris,eius præceptis parere contemnimus.Obserua: sicut in asseruandis preciosis rebus,solent homines adhibere diligētiam, & curam maximam , ne impius fur eas surripiat:ita intelligens Deus plurimos huius prophetiæ aduersarios futuros in hoc epilogo nonnulla pro eius tutela , & defensione posuit : è quibus pri-

primum, hoc est, hæc verba fidelissima sunt & vera: nam Deus, qui virtute infinita est præditus, per suum Angelum, qui mentiri nescit, hæc manifestare voluit suis fidelibus qui sunt eius populus, suum regnum peculiare, & sanctum.

¶ *Et dominus Deus spirituum prophetarum misit angelum suum ostendere servis suis, quæ oportet fieri cito.* Hoc est, Dominus Deus qui prophetis futura inspirat. Spiritus vocat propheticas reuelationes. Ac si dicat: qui prophetis dat spiritus propheticos. Vnde Aretas. Hoc significare vult per hoc quod ait, Dominus spirituum, ac si dixisset Aretas. Domino prophetici doni. Et Ambro. dominus Deus qui spiritum prophetiæ dedit omnibus sanctis prophetis. Ambro. Nam vt D. Pet. ait: non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Græca 2. Pet 1. lectio habet. καὶ κύριος ὁ θεὸς τῶν ἁγίων προφητῶν. Dominus Deus sanctorum prophetarum. Et ita vertit Erasmus. Sed conuenientius legitur: Dominus Deus spirituum prophetarum. Quasi dominus qui dedit olim spiritum prophetiæ prophetis suis, idem dignatus sit hæc quoque per modum prophetiæ reuelare. Haymo legit: Dominus spiritus prophetarum, Haymo. idest, ipse qui olim loquutus est in prophetis, idem misit angelum suum ostendere Ioāni, & in illo omni Ecclesiæ. Siue ergo sit, spirituum, siue sanctorum, siue spiritus: hoc certum est, quod à domino Deo hæc prophetia diui Ioānis dimanauerit: qui cum sit dominus Deus vniuersorum per creationem, & gubernationem, peculiariter autem, per redemptionem & iustificationem sanctorum, qui suis olim prophetis dabat spiritum prophetandi, qui est & ipse spiritus Ioan. capite. 4. Ioa. 4. spiritus est Deus. Necessario sit vera esse & fidelissima quæ in hoc libro traduntur, non apocrypha, aut nulla fide digna, quin potius adoranda, & amplectenda summaquè cum religione tractanda. Et vt intelligeremus ea esse verissima statim subiungit. Quę oportet fieri cito, idest, in breui, vel in præsenti, vt superius diximus. Quidquid enim in hoc seculo, aut in futuro faciendum est, semper in sacra scriptura cito fieri dicitur. Quia æternitati Dei hæc reuelantis omnia tempora quasi nullius durationis sunt.

¶ *Et ecce venio velociter.* Christus est qui loquitur. De quo modo dixit, & Dominus Deus spirituum prophetarum, ipse ait, ecce venio velociter, siue cito. Ac si dicat manete in fide & in dilectione ne timeatis malorum supplicia, & minas, & labores, cito omnia finientur, & ego veniã redditurus singulis pro meritis suis. Audiãt hoc verbum dñi viri illusores, qui dicunt (vt Esaias refert) percussimus fœdus cum morte, & cũ inferno fecimus pactum. Esa. 28. d Hęc dicunt impij & sceleśti homines. Non timemus mortem, neque infernum, quoniam fecimus cum illis pactũ, ne nos vnquã absorberẽt, ne subito venirent, vt fur. Victuri sumus ac si nõ esset mors, neq; infernus. Obserua obsecro perditorum hominũ dementiam, mortisq; & inferni incredibilem obliuionem. His enim hominib9 qui ita viuũt ac si non esset mors, nec loc9 æternorũ cruciatuum ait Dñs. Ecce venio velociter: nolite igitur cõfidere in verbis mẽdacibus. Subito enim subuertet grando spem mẽdacij, & protectionẽ aquę inũdabũt. Spem inquam vanam & fallacem huius mundi, quę

vos decipit suis promissionib9, subito ire mę grando infringet, & veluti aqua inundans rapiet omnem vestram protectionem. Tunc quidem sola vexatio dabit intellectum auditui. ideſt, cum venerit vobis repentina calamitas intelligetis me vera vobis dicere modo. Si igitur sapis non tardes conuerti ad dominum: & ne differas de die in diem, subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. vt Ecclesiasticus docet. c. 5. Viri enim sapientes, qui hoc intelligũt festinãt illam requiem à Deo promissam ingredi, exemplo Israelitarum, qui in terram promissam tendentes pascha suum comedebant festinantes. Stat siquidem sententia. Ecce venio velociter. Ideo apud Lucam dicebat: vt similes essemus hominibus expectantibus Dominum suum quando reuertatur à nuptijs, vt cum venerit, & pulsauerit, aperiant ei: & beatos illos fore dicit quos in aduentu repererit vigilantes, quoniam super omnia bona sua constituturus est eos. Et statim addit: quod si dixerit seru9 ille in corde suo, moram faciet Dominus meus venire & cæperit percutere seruos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari: veniet Dominus serui illius indie, qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemq3 eius cum infidelibus ponet. Id quod proculdubio de aduentu Domini in morte cuiuslibet intelligitur: diuisio enim hominis per mortem fit, quando anima à corpore seiungitur. Vę ergo hominibus nimis se indulgentibus, nam velociter, & cito veniet Dominus habens mortis falcem in manu sua, & miserè peribunt.

Ecclę 5. Hcb. 4. Exo. 13.

Luc. 12.

¶ Beatus qui custodit verba prophetiæ libri huius. Felix profecto dicendus est, ac nimiũ felix qui in arca cordis sui diligẽter ac magna cum custodia seruat hæc à Deo sibi in hoc libro reuelata. Felix, inquam, dicendus est dum viuit quoniam spe & fiducia salui facti sumus ait Paulus. Felix quando animam effiauerit nam tunc premio illo superno, quod nec oculus vidit, neque auris audiuit, a deo sibi præparato afficietur. Eò quod crediderit, & obtemperauerit verbis prophetiæ libri huius, vitam pristinam corrigendo, malos mores in bonos commutando, mundum eiusquè illecebras & voluptates nimias contemnendo. Contra verò infelix, & miser dicendus est ille, qui memoria non tenet, nequè curat custodire verba prophetiæ huius, quod si custodiat credendo minime seruare curat, nequè exequtioni mandare quæ in hoc libro scripta sunt. Etenim seruus ille, quem Dominus præcæteris habuit eximium, cui concredidit dispensationem rerum suarum, cui communicauit arcana consilij sui nisi fecerit qđ illi iussũ est, seseque præparauerit ad exequenda quæ sciebat ex animo velle Dominum, vapulabit plagis multis ait Dominus apud Luc. cap. 12. Si ergo beati esse volumus, curemus vt cum subito venerit Dominus, offendat nos in officio. Si quidem expertus fidem ac diligentiam in custodiendis præceptis eius, præficiet nos omnibus bonis suis ac veluti rerum omnium consortem habere dignabitur.

Rom. 8. a

1. Cor. 2. e

Luc. 12.

¶ Beatus qui custodit verba prophetiæ huius, & ego Ioannes, qui audiui & vidi hæc. Subauditur beatus sum. Sic enim beatus Dionysius Alexandrinus, ait Beda) hos versiculos cõnectit dum quibusdam hæresibus ex huius libelli occasione surgentibus, & errorem

rem redargueret, & eiusdem propheA uerit verba prophetię huiꝰ, & exẽplo
tiæ sensum ab omni nubilo carnis intelligentiæ purgatum, ad ęterna & cæ lestia promissa transferret. Obserua, hic Ioanes se beatum vocat quod audiuerit, & viderit & custodierit hæc mysteria, seqꝫ gloriatur, sed necessitatis gratia, vt suam authoritatem & huius prophetiæ veritatem stabiliret. Quod fecit Diuus Paulus in principio epistolæ ad Galatas missę dicens: Paulus Apostolus non ab hominibus B neque per hominem, sed per Iesum Christum & Deum patrem: cum tamen alias diceret ego sum minimus Apostolorum, non sum dignus vocari Apostolus. Quãuis enim seipsum laudare nemini sit decorum, tamẽ interdum est necessarium, scilicet, quando aut doctrinę, aut magistri autoritati derogatur, vt sic facilius auditores in errorem per trahantur. Hinc est quod olim humilis ille Dauid necessi C tate compulsus seipsum extollit corã rege Saule, vt primo Regum. cap. 17. sacra narrat historia: Pascebat, inquit, seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo vel vrsus, & tollebat arietẽ de medio gregis: & persequebar eos, & percutiebam, eruebamqꝫ de ore eorum, & illi cãsurgebant aduersus me, & apprehendebam mentum eorum & suffocabam, interficiebamqꝫ eos, nã & leonem & vrsum interfeci ego ser D uus tuus. Erit igitur incircuncisus hic quasi vnus ex eis. Quamuis igitur nihil habeamus quod non acceperimꝰ, & ideo non sit quare glorietmur, quasi non acceperimus: aliquando tamen cum periculum inest animabus, necessarium est, ea modestia quam decet sanctos, nos ipsos gloriari, exẽplo Ioãnis in hoc loco. qui se beatum dicit, quod audierit & viderit & seruauerit verba prophetię huiꝰ, & exẽplo Pauli loco allegato, & in alijs locis lege illum. 2. Co. 11. & 12. Vt enim fidem homines adhiberent suis dictis laudibus se efferunt sancti isti. Et exemplo Christi seruatoris nostri, qui cũ alias humilitate maxima esset prædituꝰ, ait Apostolis: vos vocatis me, magister, & dñe, & benedicitis, sum etenim. Nimirum vt à se domino serui humilitatem discerent, deponerentqꝫ omnem dominandi ambitionem. Vnde addit si ergo ego Dominus & magister laui pedes vestros, vos debetis alterutrum lauare pedes. Necessitatis ergo causa seipsum laudant sancti, inter quos est noster Ioãnes, qui in euangelio nomẽ suum reticere voluit humilitatis gratia: at in hac propheta sæpẽ conculcat nomen suum, ac seipsum laudat, vt omnes crederent hanc esse reuelationem diuinam atqꝫ in fine libri huius confirmat dicta sua, sicut in eius initio fecit: nequis dubitet de huius prophetię veritate. Idem fecit in euangelio tacito nomine proprio. & qui vidit, inquit, testimonium perhibuit, & verũ est testimonium eius.

¶ *Et postquam audissem & vidissem cecidi, vt adorarem ante pedes angeli qui mihi hæc ostendebat.* Hic cum Cælio, considera duo in Ioãne primum, profundam humilitatem, qui semel prohibitus vt. c. 19. vidimus, tentat secundo angelum adorare. Secundum, eius admirabilem gratitudinem, vt tali studio recompẽsare conetur, quod aliter recompensari non posset. Primasius existimat magno visionũ stupore id Ioãnẽ iterare voluisse, à quo iam antea simili respõso fuerat prohibitus, velut sui oblitus fuisset. Ego tamen existimarem humilitatis & gratitudinis gratia ad pedes eius cecidisse,

1. Cor. 11 & 12.

Ioa. 13.

Exod. 1.

2. Reg. 17.

2. Cor. 13.

Cælius.

Apo. 19.

Primasius

vt modo dicebam. ¶ Hinc primum discamus virtute humilitatis si ab angelis & hominibus,& Deo ipso exaltari volumus.Stat enim sentẽtia. Qui se humiliat exaltabitur:vt auis ad ascẽdendum in cœlum, se primum abijcit,& demittit,vt maiori conatu feratur in sublime: sic debemus nos ipsos ad pedes aliorum demittere,vt maiori vi ad cœlum ascẽdamus excelsum. Cum enim supernas illas sedes penetrare non valeamus absque veris virtutibus,veras autem virtutes parare sine humilitate minime possimus,inde fit sine hac virtute superas non posse euadere ad auras. Quemadmodum ramus in trunco habet viriditatem, sectus autem & auulsus arescit:sic virtꝰ in stipite,hoc est, in humilitate quæ est arboris christianæ truncus,permanet & virescit:at ab humilitate diuisum vires amittit. Discamus igitur à Ioãne humiles esse nedum à Christo humilitatis exemplo.si exaltari volumus.Bona humilitas, ait Ambrosius in Lucam,totum quod contemnit,adipiscitur.Augustinus de verbis Domini:cogitas magnam construere fabricam celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis.Bernardus in quadam epistola:iacta in te fundamẽtum humilitatis, & peruenies ad fastigium charitatis.Gregor.lib. 8. Moral. Quisquis se nunc sponte nõ humiliat, nequaquam hunc sequens gloria exaltat.Obsecro vos,ait Paulus, ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate.Et rursum monet:nihil per contentionem,nec per inanem gloriam, sed per humilitatem superiores sibi inuicem arbitrantes.Idest, nihil facia-

similitudo

similitudo

Ambro. August.

Gregor.

Ephe.4.

tis inflati, aut inani gloria commoti: sed vnusquisque alios digniores se esse putet:sicut existimauit hodie Ioannes, & ideo ad pedes Angeli cecidit, qui tamen conseruus eius erat. Sed quid obsecro mirum quod homo se prosternat ad pedes angeli, quando Dominus angelorum cecidit ad pedes Ioãnis,lauitq; , & osculatus est illos?Exemplum ergo dedit Ioãni,vt sicut ipse fecit ita & ipse & nos faceremus. ¶ Quod verò ait ad pedes angeli Ioãnem cecidisse,vel eò ita dicit, quod tunc angelus hominis imaginẽ gestaret:vel modo humano loquitur cum enim Deum adoramus in terrã cadentes, ad pedes eius succumbere dicimur.

Ioa.13.

¶ Discamus etiam ex hoc loco gratos esse pro beneficijs acceptis: verbo animo & signis exterioribus gratiam referamus, quando aliter beneficia compensare non possimus. Gaudete, inquit,Paulus,sine intermissione orate,in omnibus gratias agite. Hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu,in omnibus vobis.Vnde Seneca.Credamus nihil esse grato animo honestiꝰ. Omnes hoc vrbes, omnes etiam ex barbaris regionibus gentes clamant: in tanta iudiciorum diuersitate referẽdam benemerentibus gratiam, omnes vno ore affirmabunt. In hoc tàm discors turba cõsentiet. Idem in libro de beneficijs.Beneficiorum memoria senescere non debet.Contra verò homines ingrati commerito supplicio digni sunt.Vnde Salomon in Prouer. cap.17. Qui reddit malum pro bonis non recedet malum de domo eius.Et Sapien.16.Ingrati enim spes tanquàm hiemalis glacies tabescet: & disperiet tanquam aqua superuacua. Bernardꝰ super Cantica: ingratitudo est hostis

Gratitudo cõmẽdatur

1.Thes.5.

Seneca epist.83.

Ingratitudo damnatur.

Pro.17.

Sap.16.

Bernar.

gra

gratiæ, inimica ſalutis: quoniam nihil ita diſplicet Deo quemadmodum ingratitudo. Lucianus, malus vir doliũ eſt perforatum: in quod omnes immittens gratias, in vanum effudiſti. Sophocles in aiace furente. Qui autem obliuiſcitur beneficio affectus, nunquam vtiq; eſſet hic generoſus vir. Vitemus ergo eſſe ingrati, vt ait Seneca, nõ aliena cauſa, ſed noſtra. Et rurſum: quid miſerius eo, cui beneficia excidunt: hærent iniuriæ? Quod ſi hominibus & angelis ingrati non eſſe debemus, quanto magis Deo? D. Ioan. rependere volens gratias angelo, cecidit ad pedes eius, & adorauit prono in terram exemplo Abrahæ qui videns tres angelos occurrit in occurſum eorum & adorauit in terram, ideſt, incuruauit ſe vſq; ad terram reuerentiæ cauſa, hoc enim eſt Hebræis adorare. Hoc idem fecit Ioãnes vt in hoc loco vides.

Lucianus

Sophocles

seneca ep. 84.

Gen. 19. a

¶ *Vide ne feceris, conſeruus enim tuus ſum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorum qui ſeruant verba prophetiæ libri huius.* Prohibet angelus Ioannem, ne exiſtimaret non parem iam ſecum dignitatem habere. Conſeruus, inquit, tuus ſum. Omnes enim ſumus ſerui Dei noſtri, omnes in eius aula regia cibum ſumimus. Nec proinde docemur, ait Cælius, nihil honoris aut reuerentię ſenioribus aut paribus etiam exhibere, quum Apoſtolus præcipiat honore inuicem preueniendum fore, & eos qui præſunt duplici honore dignos. Et princeps Apoſtolorum in in prima ſua Canonica. cap. 1. dicat: omnes honorate, fraternitatem diligite. Verum ne honorem, qui ſolum Deum deceat cuipiam creaturæ tribuendum eſſe doceret, quantum in ſe fuit prohibere voluit eam reuerentiam maioribus aliàs debitam, & totã in Deum referri voluit. Et ideo ſubiũgit ſed de hoc inferius.

Cælius,

1 Pet. 2.

¶ *Deum adora.* Ac ſi diceret hanc reuerentiam mihi exhibitam Deo noſtro exhibe: qui eſt rerum omnium conditor, prouiſor, redemptor hominum, atque huius reuelationis autor. Deum, inquam, adora, neq; enim ego tãto me dignor honore cum creatura ſim eius. Sic etiam Apoſtolus. 2. ad Timo. cap. 1. ait. Regi autem ſeculorum, immortali & inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria in ſecula ſeculorum. Hinc docemur, ne diuinos honores nobis vſurpemus, item vt cum extollimur eas laudes, eos honores, eam gloriam in Deum tanquam autorem referamus. Exemplo huius angeli, & exemplo virginis, quæ cum audiret Eliſabeth exclamantem benedicta tu inter mulieres, & beata quæ credidiſti, ſtatim ad Deum couerſa ait: magnificat anima mea Dominum, & exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Omnia enim opera noſtra ſancta, & ſtudioſa operatur in nobis Dominus. Niſi enim ille adſit omnes conatus noſtri euaneſcent: ille aſpirat, ille dirigit, ille promouet, ille perficit velle, & operari in nobis, ſine illo nihil quod conducat ad vitam illam ſupernam facere poſſumus. Quare dicere debemus non nobis Domine nõ nobis ſed nomini tuo da gloriam.

2. Timo. 1.

Luc. 1.

Pſa. 113.

¶ *Vide*, inquit, *ne feceris, &c. Deũ adora.* Nihil magis curant ſancti quam diuinum honorem. Hinc eſt quod iniurias ſibi illatas æquo animo ferant, at iniuriam Deo, aut eius honori factam ferre non poſſunt. Hinc effectum eſt, vt primas duas diaboli tentationes à Diuo Mathæo relatas ſeruator noſter patienter toleraret, & diabolo manſue

Math. 4.

tè reſponderet, tertiam verò, in qua inimicus homo cultum Deo debitũ ſibi præſtari vellet nõ paſſus eſt: quin potius aduerſario aſperè & durè reſpondit, inquiens: vade ſathana: ſcriptum eſt enim Dominum Deum tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies. Reuoluamus diuinas literas & inueniemus ob iniurias Deo illatas lachrymarum fluuiũ iuſtos effundere, ſuas autem moderatè tolerare. Vt hydria liquore plena, ſi fuerit ſubito reuoluta, liquorem fundit, ſic pius animus lachrymarum plenus, ſi triſtitia moueatur ob debitũ cultum ablatum Deo, ferre non poteſt, ſtatimquè velut à ſummo ad imũ reuoluitur, & lachrymas prædolore fundit, atquè exclamando ait: vide ne feceris, Deum adora. Exemplo huius angeli, & exemplo Apoſtolorũ Pauli & Barnabæ: quibus volentes ciues Lyſtræ ciuitatis ſacrificia offerre tãquam dijs, propter miraculum ab eis factũ, exclamarunt, & conſciſſis tunicis ſuis exilierunt in turbas, & dixerunt: viri quid hæc facitis? Et nos mortales ſumus, ſimiles vobis homines: annuntiãtes vobis ab his vanis conuerti ad deũ viuum, qui fecit cœlum & terram & mare, & omnia quæ in eis ſunt. Exiſtimabant enim homines iſti aliquid diuini in Apoſtolis eſſe, & ideo eos, & adorare volebant, & tanquam Ioui, & Mercurio hoſtias immolare. Idem cõtigit Diuo Petro cum Centurione, vt Lucas narrat. cap. 10. occurrenti quidẽ Centurioni eum adoraturo exclamãs ait Petrus: ſurge, & ego ipſe homo ſum. Vide, quid ſancti ſibi ipſis tribuant: vide quàm nihil diuini operis ſibi vendicent, quàmq; purè Deo gloriam ſuam relinquant. Confitentur ſe homines mortales, & alijs nihilo meliores, optima medicina contra ſitim

Similitudo

Act. 14.

Act. 10.

A vanæ & inanis gloriæ profecto eſt, agnoſcere ſe hominem mortalem, & alijs ſimilem, fateri ſe conſeruum eſſe, & non dominum. Qui ſuam gloriã quærit, iam in Deum iniurius eſt: cuius gloriam arripit. Cum gloria ſolius Dei ſit. Ego, inquit dominus, gloriam meam alteri non dabo, & mihi curuabitur omne genu. Vide ne feceris, ait angelus. Viri quid hæc facitis? Aiunt Apoſtoli, & ego ipſe homo ſum, dicit Petrus. Quibus edocentur præſu-

Eſa. 42. Eſa. 45.

B les Eccleſiæ uitandam ac fugiendam eſſe ambitionem. Peſſimum profecto vitium ambitio. Hæc in cauſa eſt, vt ea quæ in nobis Deus operatur, aut per nos tanquam per organum agit, nobis adſtribamus, cum ſoli Deo gloria debeatur. Hinc Paulus ſolis ſibi tribuebat labores, Deo autem laboris fructum: ego, inquit, plus omnibus laborauit: non ego autem, ſed gratia dei mecum. Fructum verò verbi Dei to-

1. Cor. 15.

C tum Deo acceptum fert. Ipſe operatur, inquit, in nobis velle & perficere. Edocentur etiam fideles nihil ſibi vẽdicare laudis ob ea, quę Chriſti nomine, & virtute gerunt. Neutrum obſeruant impij & ſcelerati præſules. Tertio hic obſeruandum eſt, quod angelus in hoc loco, & Petrus in prædicto Actorum cap. 10. Videntur tantum honorem à Ioãne, & à Cornelio exhibitum non agnoſcere cum tamen vtriq; non ſolum non peccauerint, ſed etiã benè, & ſtudioſè egerint. Egerũt enim ſtudioſè Ioãnes humiliando ſe coram angelo: & angelus prohibendo talem honorem ſibi exhiberi. Similiter benè egit Cornelius venerando Petrum, & benè Petrus vitando talem reuerentiam. Neque enim audiẽdi ſunt hîc miſeri Anabatiſtę, qui exiſtimant ſe omnem pietatis penſum

Phili. 2.

Act. 10.

Anabaptiſtarum error explo-ditur.

ab

absoluisse, si quando magistratus nul- A
la perfectione honoris alloquantur, il
nō dominos, sed fratres appellantes.
Atque oportebat illos audire, quod
Rom.13.b Apostolus in epist.ad Roma. scribit:
cui honorem, honorē: cui timorem, ti
morem: & rursum: honore inuicem
præuenientes. Nequè enim ideo con
temnendi sunt, qui magistratu fungū
tur quòd fratres nostri sint, sed mul
to magis honorandi: hoc quod Diuus
Paulus abunde in epistola ad Timo. B
declarat. Nec quicquam facit pro A-
nabaptistarum arrogantia, & hypocri
si, quod nobis superiorum vitia, quæ
in nullo hominum genere probamus,
obijciūt. Non enim magistratus ideo
à nobis honorantur quod peccatores
sint, sed quod ordinatione Dei supe
riores nostri sunt. Malitiam hominū
vide Gre. lib 13 mor cap. semper vituperamus, ordinationem
autem Dei nusquam non probamus.
Sic Cornelius nō respiciebat Diuum C
Petrum quasi hominem peccatorem
& piscatorem, sed respiciebat Petrum
tanquam verbi Dei fidelem dispensa
torem. Iam de altero loquamur, vide
licet, quod Petrus noluerit oblatum
honorem agnoscere, sed potius res
puerit. Vter igitur peccauit, Petrus ne
an Cornelius? Qui honorem obtulit,
an qui oblatum respuit? Dicam quod
par est: neuter vituperādus venit, quo
niam vterque iuxta scripturæ sensum
egit. Cornelius quia Dei ministrum D
digne honorare voluerit: Petrus, quia
de se propter excellens ministerium
non superbè senserit. Hoc multis scri
pturæ locis probare non est necesse.
Exemplo igitur angeli, & Ioānis, &
exemplo Cornelij & Petri non effici
tur, quod multi imprudenter existi-
mant, Dei ministros, siue in vita, siue
post hanc vitam, non magnificè ho-

norandos esse: sed hoc potius, ne quis A
quam de semetipso superbius, & inso
lentius seniat. Dicit quidem Petrus se
hominem esse, verùm interim nō ne
gat se esse Dei Apostolum, Euange-
lij quę fidelem ministrum. Ait etiam
angelus se conseruum esse Ioānis atq;
omnium electorum, sed minime infi
ciatur se à Deo esse missum de cœlo,
vt hæc tàm altissima mysteria Ioāni
reuelaret. Sic & magistratus quū ho-
noris titulos audit, cum externas obe- B
dientiæ videt ceremonias, respōdet ta
libus verbis & titulis non opus esse, ia
bet aperta capita retegi, fatetur se non
dominari, sed potius inseruire reipu-
blicæ. An ideo post hac rusticè allo-
quemur superiores nostros, non ape-
riemus illis reuerentiæ gratia capita
nostra, voces eos potius seruos no-
stros quàm dominos nostros? Non
sic. Glorioßissima virgo, Dei mater, &
cœlorum regina se apud Lucam ap- C Luc.1.
pellat ancillam Domini, neq; tamen
putanda est Elisabet crimen aliquod
commisisse, quòd illam vocauerit
beatam, felicem, & matrem Domini,
& omnium fœminarum feliciſſimā.
Sed hæc dicta sufficiant. Cæterum ob
serua. Adoratio cum homini, aut An-
gelo fit (vt superius dicere incipieba-
mus) nil aliud in sacra scriptura signifi
cat, quàm corporis prostrationem,
aut simili quodam corporis gestu, &
signo, exhibitā reuerentiā. Sic Abra-
ham adorauit populum terræ: sic Ia-
cob, Esau, Gene.23. Hanc significatio- Gen.33.
nis vim habere verbum istud, per
multa scripturæ testimonia apertissi-
mè testantur. 1.Regum.20. &. 2. Reg. 1.Reg.10
9 & corruit in faciem suam, & adora- 1.Reg.9.
uit eum. 3.Reg.11, &. 1.Parali.29. Gene. 3.Reg.11.
49. &. 4.Reg.4. In summa nil aliud est 1.Para.29.
quàm principibus honorem impen- Gen.49.
4.Reg.4.

Quid ado ratio quæ homini sit

de-

Adoratio cum fidei vera Dei est cultus.

dere, gestu corporis & capitis, & genibus flexis. Quando autem Deo fit, significat verum Dei cultum: vt cum dicitur: patres nostri in monte hoc adorauerunt, &c. Item supra. Venit in Hierusalem adorare dominum: honor enim hominibus impeditur, vt dicebam modo, propter Dei munus, & dona quæ habent.

Ioa. 4.

Honore afficiuntur homines ob Dei donа.

¶ *Ne signaueris verba prophetiæ libri huius.* Idest, ne obsignaueris, ne cælaueris quæ tibi reuelata sunt. Aretas, ne apud te conclusos serues, sed manifesta omnibus, liber ideo signatur, vt non legatur. Solet autem Deus prophetis præcipere vt libros obsignent. Quoniam ea quæ dicunt post multũ tempus futura sunt, & nihil eo tempore quo dicunt legi necesse est. Danieli dicitur. cap. 8. Tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit. Et. c. 12. Tu ergo Daniel claude sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum. Et postea dicitur: vade Daniel, quia clausi sunt signatiq; sermones vsque ad præfinitum tempus. Bipharia autem iubet Deus obsignari libros vno modo cælando, & nemini dicẽdo quæ prophetis reuelata sunt: & isto modo intelliguntur verba prædicta Danielis. Alio modo obsignare librũ, & sermonem, nihil aliud est quàm obscuras proferre visiones quæ vix ab aliquo intelligantur nisi spiritu dei agatur. Atq; hoc etiam modo intelligitur verba illa: tu autem Daniel claude sermones, & signa librum, idest, ne adeò apertè scribas quæ tibi detecta sunt, vt ab omnibus intelligantur. Diuina quippe mysteria aliquando obsignantur primo modo aliquando secundo modo. Non enim sunt omnibus, aut ostendenda, aut explicanda.

Aretas.

Dan. 8. & 12.

Isa. 29. Eam ob causam Esaias. cap. 29. Erit vo-

A bis, inquit, visio omnium sicut verba libri signati. Et Ioan. superius. cap. 5. vidi in dextera sedentis supra thronum librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem. Veram huius libri intelligẽtiam Christus detegit, qui habere dicitur clauem Dauid. Sed nõ omnibus omnia aperiebat. Turbis in parabolis loquebatur: Apostolis verò cæteris q; discipulis seorsum cũcta explicabat. Et apud Math. cap. 7. dicebat: B nolite dare sanctum canibus, nec margaritas mittatis ante porcos: ne forte conculcent eas pedibus suis. Memoria proditum est olim Aegyptios in templorũ foribus pingere sphinges. Quo indicabant diuina mysteria, per ænigmata esse seruanda, & in arcanis solum inter viros sapientes religionis cultores tractanda. Et quia Augustus Cæsar erat silentij rerum sacrarum cupidissimus ferebat sphingem in annulo, quo literas signabat, sculptam. Erat C autem sphinges monstrum quodam, cuius caput, & manus puellæ similitudinem, corpus canis: alæ auis, vox hominis referebant: vt antiqui poëtæ finxerunt. Hæ sphinges, vt illi dicebant, homines prætereuntes difficilibus in extricabilibusq; quæstionibus detinebant. Quare abstrusa mysteria designabant. Claude, inquit, sermones & signa librum, vsq; ad tempus statutum. D Hoc est, donec veniant quæ tibi dico ac si dicat: rege hos sermones vsq; ad tempus illud, quando quæ tibi reuelo euentura sunt. Non reueles quæ à me audisti, cum modò necesse non sit, aut. Non ita apertè scribas has vaticinationes, vt eas quilibet intelligat. Vel vsq; ad tempus statutum, idest, vsque ad legem euangelicam, quãdo ea verus Messias suis aperiet. Quod fecit post resurrectionem suam, vt mar-

Supra. c. 5.

Apo. 3.

Math. 13. Mar. 3. Luc. 8.

Math. 7.

Nota.

Plini. li. 8. Diodo. li. 4 pierium 1. & 6. de hieregly.

Luc.24. Math. 25. narrat Lucæ.cap. 24. in cuius ſignum templi velum ſciſum fuiſſe dicitur in duas partes quando ſeruator noſter patri ſuo ſpiritum commendauit. Id enim promiſerat apud Ioānem dicēs: cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre, qui à patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de

Ioa.15. me. Et rurſum: cum venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem ve-

Ioa.16. ritatem. Vel vſq; ad tempus ſtatutum ideſt, vſquè ad tempus vltimum, vſq; ad Antichriſtum, & ſecundum Chriſti aduētum. Huic explicationi fauet

Theodo. Pagni. verſio Theodotionis, quæ habet, vſq; ad tempus conſumationis. Et Pagnini: vſquè ad tempus finis. Prophetis ergo ſolet Deus præcipere vel quod non reuelent quæ illis reuelata ſunt, vſq; ad tempus quo ſunt adimplenda, vel quod ita reuelent vt non ab omnibus in diſcriminatim intelligantur.

Apo.10. Vnde ſuperius. cap. 10. vox cœleſtis ait Ioāni: ſigna quæ loquti ſunt ſeptē tonitrua, & noli ea ſcribere. Prohibuit Dominus hæc myſteria ſcribere D. Ioāni, quæ ipſe optimè nouerat, tum propter incredulorum contemptum

Math.7.a & blaſphemiam, ſicut Dominus dixerat ſanctum nō eſſe dandum canibus, tum propter ſequentium cauendam deſidiam, tum propter legentium inſcitiam ac imbecillitatem. Ad Hebr. 5. tum denique quia poſt longum tempus euentura erant, nihilquè ad tempus illud, quo reuelabantur, faciebāt. Ecōtrario verò modo vetat Ioāni myſteria ſibi reuelata ſignare: ne ſignaueris, inquit, verba propheriæ huius libri, quia tempus prope eſt, ac ſi diceret: ne ſerues apud te librum, ſed omnibus legendum ſcribe. Quæ enim in eo ſcripta ſunt, iam legi poſſunt, & vtilia erunt legentibus. Hoc autē propterea dictum eſt, quia multa ſcripta ſunt in hoc libro à D. Ioāne, quæ profuerint hominibus illius ætatis, qua ſcribebat Apoſtolus: vt quæ tribus ſuperioribus ac prioribus capitulis continentur: quædam ſcitu incipienda erant. Ea verò quæ ad extrema tempora pertinebant, etiam tunc legi vtile erat, quoniā quædam ſimilia, & quaſi figuræ extremorum futura erant cito & ideo oportebat, vt ea & ipſa quæ poſtremo tempore euētura ſunt præſentes poſteris patefacerent, vt fideles intelligerēt tàm illorum temporum, quàm extremorum pſeudoprophetas, & perſecutores futuros in Eccleſia, à quibus cauerent. Apud Danielem verò, verè ſermones ſignantur, quia populus ille dum in illo ſtatu erat, nihil de his quæ ad extrema tempora pertinebant, viſurus erat: ſicut viſurus eſt populus Chriſtianus. Tempus igitur eſt tacendi, & tempus loquendi & ideo modo ait Dominus vt obſignētur myſteria reuelata, modo ait, vt aperiantur. Hinc eſt quod aliquibus clauditur modo liber, aliquibus verò aperitur. Claudebat librum Chriſtus quando populo loquebatur in parabolis: aperiebat, quando dicebat Apoſtolis vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei. Aperiebat librū quando diſcipulis euntibus in Emaus cæpit à Moyſe vſquè ad prophetas reuelare myſteria, & quando cæteris diſcipulis aperuit ſenſum, vt intelligerent ſcripturas: claudebat quando dicebat: multa habeo vobis dicere, quæ non poteſtis portare modo. Sic multa dicta ſunt Ioāni quæ obſignanda erant, multa verò alia quæ modo reuelanda, & non occultanda. De quibus ait illi angelus: ne ſignaueris verba prophetiæ libri huius.

Eccle.3.i

Luc.8.b

Luc.24.t

Ioa.8.d

¶ Qui

¶ *Qui nocet noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Ironia est cum irrisione, vt Ioānis. 13. quod facis facitius: Amos. 4. venite ad bethel, & impie agite, ad galgalam, & multiplicate preuaricationem: & oferte mane victimas vestras: ac si dicat. Agite, festinate, & idolatriam exercete, & epulamini, cito enim tantorum scelerū dabitis pœnas.

Ioa. 13. Amos. 4.

¶ *Et qui in sordibus est sordescat adhuc.* Semper impij addūt peccata peccatis, donec impleatur mensura peccatorum. Vide Mathæum capite 23. O cæcitatem hominum, qui cum præterita peccata vix ferre possimus, imo minime ferre possimus nisi à Christo adiuti, semper tamen alia alijs addimꝰ donec nos in profundum mergunt. Impius est, & in Christum blasphemus, qui ideo peccata parui pendit, quod videat præsentem saluatorem Christum. Sed minime mirandum, nam iusto Dei iudicio hoc permittitur: vt qui in sordibus est sordescat adhuc.

Math. 23.

¶ *Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Ac si diceret: ego hominum libertatem non adimo, nulli vim infero: ipsi sibi videant, quid facere debeant: & quam viuendi normam sequantur. Nam cito veniam, & vnicuiquè pro meritis retribuam. Itaquè illud: qui nocet, noceat adhuc: permissio est, permixtam habens ironiam. Quasi dicat: noceat si vult, ego quidem minime impediam modo. Remissionem & ironiam indicat quod sequitur: ecce venio cito, reddere vnicuiquè secundum opera sua. Simili loquendi phrasi vsus est Eccle. cap. 11. dicens: lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuū in diebus iuuentutis tuæ, & ambula

Ironica locutio.

Eccle. 11.

A in vijs cordis tui, & in intuitu oculorū tuorum, & scito quod pro omnibus vijs adducet te Deus in iudicium. Ac si diceret. Postquàm constat post hāc vitam, aliam vitam miserabilem vēturam esse, aliudq; tempus in quo peccatorum omnia acta ad iudicium deducuntur, & vanitatis arguentur, nūc igitur videte, ò adolescentes, qui soletis libenter carni obsecundare, & mūdi voluptatibus vos ipsos totos dedicare, vos ipsi, inquam, videritis, nunc vobis expediat ita lasciuire, & mortis venturiquè post illam iudicij memoria post posita in sordibus concupiscētiarum volutari, vt semper gaudium & lætitiam ineptam quærat cor vestrum, vt omnibus cordis vestri desiderijs obsequamini, vt quocumq; vos oculi aut sensus reliqui, ferant, sequamini: maximè cum certissimum hoc sit, post mortem pro his omnibꝰ vos reddituros esse districtam rationem, apud sæuerum iusti iudicis tribunal, qui non solum de his exquiret quæ in ætate nouissima per homines gesta fuerint, sed de omnibus omnino quæ cumq; operatus est homo in corpore, ab eo momento, quo humana opera cæpit operari, ideſt, ab initio vsus rationis vsquè ad momētum vitæ nouissimæ. Tali etiam loquendi modo vsus est propheta Ezechiel. cap. 3. dicens: qui audit, audiat: & qui quiescit, quiescat. Sensus est: audiant qui voluerint, qui autem audire recusauerint audiant: verba sunt dolorem præseferentia. Vos, aiebat propheta, qui adestis corporibus, adestote animis, erigite mentes, aureſq; vestras, & me dicētem attendite. Vos autem qui mentē à peccatis, & flagitijs non semouetis, qui me audire parui penditis, me quādo ita vultis, minime audiatis. At hoc

B C D

Ezech. 3.

vo-

vobis compertum sit, esse in imis perpetuos cruciatus sceleratis paratos. His verbis, quibꝰ sanctus propheta videtur impios istos à doctrina sua repellere, vult eos ad illam trahere, & ad aures arrigendas veritati persuadere. Ad hunc ergo modum ait impræsentiarum Dñs qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Qui, inquam, impij esse volũt fidelibusq; iniuriam, & nocumẽtum inferre, ac suis in sordibus tanq̃ sus, volutari, id permitto, vt indies fiant deteriores, & impuriores, vt grauiori subinde subsint iudicio. Ex quo colliges quàm terribilis & horrẽda sit erga miseros mortales flagitijs deditos Dei manus, & in eos qui in reprobam dati sunt mentem, cum Deo permittente, ac derelinquente, in peiora ac grauiora labantur peccata. Obserua: in sacra scriptura aliquando verba videntur præcipere, & non sunt imperatiua, sed
3 Reg. vlt. permissiua. 3. Reg. vlt. ait spiritus malignꝰ Dño. Egrediar & ero spiritus mẽdax, in ore omnium prophetarum eius, & dixit Dñs: decipies, & prœualebis: egredere, & fac ita. Et apud Ioã. c.
Ioa. 13. 13. ait Dñs proditori: quod facis: fac citius. i. tempus iam est, vt impleas, qđ animo concepisti. Quamuis omnibꝰ peccatoribus pateat aditus salutis, & detur locus pœnitentiæ dum in hac vita commorantur, tamen si sæpius vocati ad Deum venire non curant, imo potius Deum contemnunt, tunc permittit Deus iusto quidem iudicio suo, vt magis ac magis sordescant, atq; in maioribus delictis implicẽtur. Qui nocet, inquit, noceat: & qui in sordibꝰ est, sordescat adhuc. Hinc est illud
Hiere. 51. quod apud Hieremiam capite. 51. Aiunt Angeli: curauimus Babylonem & non est sanata: derelinquamus eam & eamus vnusquisquè in terram suã: quoniam peruenit vsquè ad cœlos iudicium eius, & eleuatum est vsquè ad nubes. Tanta est quorundam impiorum pertinatia & malitia, vt sanari nolint, neque Dei iram curent: vnde regius vates ait Psalmo. 9. Exacerbauit Dominum peccator, secundum multitudinem iræ suæ non quæret. Ac si apertius dicat: cum exacerbauerint, irritauerint, multisquè modis per adinuentiones suas ad summam iracundiam prouocauerint Dominum Deum peccatores: tamen propter sæuitiem, & magnitudinem obdurati furoris sui obstinati & consummati in sua malitia non curabunt placare Deum, neque in eius amicitiam redire. His igitur ait: qui nocet, noceat: & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Et Psalmo. 80. inquit domi Psa. 80.
nus. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus suis. Ideſt, quoniam me eligentẽ, vocantem, & benefacere volentem spreuerunt & abiecerunt, semper inobedientes voci meæ, ideo ego vicissim abieci illos, propter suam ingratitudinem, & inobedientiam, & permisi illos duci prauis cõcupiscentijs cordis suis: dimisi illos sequi prauitatem, & praua desideria peruersi affectus sui. Ambulabunt à me dimissi secundum prauas adinuentiones suas, secũdum malas cogitationes, & pessima consilia carnalis cordis sui, perficient quęcũq; illis suggesserit maligna sua cogitatio. Et ad Rom. c. 1. D. Paul. hoc Roma. 1.
ad longum tradit: immutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, &c. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum. &c. Vnde Grego. li. 11. mor. c. 7. Nonit, inquit, dñs Grego.

decipiente, quia plerũq; anteriora eiꝰ mala cõſpicit, & hunc iuſto iudicio cadere etiã in alia peccata permittit. Nouit decipientẽ, quia in manu ſuorum peccatorũ, dimiſſum hũc vt ad peiora proruat, deſerit. Sicut ſcriptum eſt qui nocet, noceat adhuc, & qui in ſordibꝰ eſt, ſordeſcat adhuc. De qua re differit Adrianus. Põtifex Adrianus in quod lib. 5. q. 1. fine argumentis. ¶ Verũ eſt tamen qđ ſecundũ ſentẽtiã Adriani, & aliorum patrũ hęc verba, qui nocet, noceat adhuc, & qui in ſordibꝰ eſt, ſordeſcat adhuc, reuera nõ imperatiua ſunt, ſed indicatiua & admonitoria eorũ quæ futura ſunt: quo in ſenſu ſumuntur illa verba Pſ. 68. Fiat mẽſa eorũ corã ipſis in laqueũ, & in retributionẽ & in ſcãdalũ, &c. Appone iniquitatẽ ſuper iniquitatẽ eorũ, & non intrent in iuſtitiã tuã: deleãtur de libro biuentiũ, & cum iuſtis non ſcribantur. Et illa Eſaiæ. c. 6. Audite audientes & nolite intelligere & videte viſionẽ, & nolite cognoſcere. Excęca cor populi huius, & aures eius aggraua. Quæ verba retulerunt. 70. interpretes per verba de futuro in hunc modũ: auditu audietis, & non intelligetis, quorũ trãſlationẽ ſequutus eſt Paul. Acto. vlti. & D. Math. c. 13. Imperatiua igitur in ſacra ſcriptura accipiũtur pro futuris, vt in prędictis locis ſicut ecõtra futura vſurpari ſolent pro imperatiuis: vt in illo loco Eſaiæ: omnis vallis implebitur, & omnis mõs & collis humiliabitur. i. omnis vallis impleatur, & omnis mõs & collis humilietur. Sic ergo ait Ioan. qui nocet, noceat adhuc. i. nocebit adhuc, &c. Sed prior expoſitio planior videtur. Tãdẽ ex his colliges duo eſſe genera peccatorũ alterũ cõparatũ canibus latrãtibꝰ & mordẽtibus: alterũ cõparatũ ſuibus in luto ſordeſcẽtibus. De quibus Dñs intelligens apud Math. 7. ait: nolite dare ſanctũ canibus: ne mittatis margaritas vãs ante porcos. Impijs enim diuina myſteria referãda nõ ſunt, ſi canes aut porci ſint. i. ſi ſunt laceraturi ea, & illorũ prædicatores: aut ſi ſunt cõmaculaturi & cõculcaturi. His obſignanda ſunt verba prophetiæ libri huiꝰ: bonis autem referãda. Impij hi relinquẽ di ſunt in manu conſilij ſui, vt qui nocet, noceat ſi velit adhuc: & qui inſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.

Math. 7.

Et qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc: & qui ſanctus eſt ſanctificetur adhuc: hæc verba ſeriò & nõ ironicè à Deo dicta debemus intelligere. Vult enim deus vt in dies in virtute & gratia & meritis proficiamꝰ: anteq; veniat ſubito ira eius: iuſtis etiã ait Dñs: ecce venio cito & merces mea, mecũ eſt, loquitur hic Dñs de ſecũda iuſtificatione iuſtorũ, de qua D. Iacobus in canonica ſua intelligẽs inquit, videtis qđ ex operibus iuſtificatur homo, & nõ ex fide tantũ. Ex operibus enim adiũcta gratia, meremur ſalutem, & iuſti nominamur. Cui explicationi nõ aduerſat qđ Apoſtolus ad Ro. 11. ſcribit dicens: ex operibus nõ iuſtificari aliquẽ. Quãdo in eo loco loquatur Paulus de prima iuſtificatione quãdo ex impio fit iuſtus per Dei gratiã. Sed de hoc aliãs prolixius diximus. ¶ Nũc autẽ illud aduerte in ſacra ſcriptura, aliquãdo idẽ eſſe iuſtificari quod oſtendi iuſtũ & innoxiũ. Math. 12. ex verbis tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis, Pſa. 81. Iudicate egeno & pupillo, humilẽ, & pauperem iuſtificate. i. iuſtum & innoxium eſſe oſtendite. Aliquando ſumitur pro eo quod eſt reuera facere iuſtum, ſicut rectificare, pro eodem quod reſtum facere, & purificare, pro eodẽ quod purum facere: ſanctificare

Iacobi 2. d

Rom. 11.

Iuſtificare in ſacra ſcriptura varie accipitur. Math. 12. Pſa. 81.

pro

pro eo quod ſanctum efficere. Quem A in modum Deus dicitur iuſtificare & ſanctificare peccatores, & peccatores dicuntur iuſtificari, cum ex impijs iuſti & ſancti & Deo grati fiunt. In qua acceptione vtuntur, vt plurimum doctores ſancti verbo iuſtificandi. Sic Apoſtolus hoc verbum vſurpat cũ ait
Rom.8.F in epiſt.ad Rom.c.8.quos prædeſtinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iuſtificauit. Tandem, aliquãdo iuſtificari, idẽ eſt quod in iuſtitia pro B ficere: vt in hoc loco accipitur à Ioanne dicente: qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & qui ſanctus eſt ſanctificetur adhuc: quid eſt aliud iuſtificetur adhuc, quàm fiat iuſtior, & fiat ſanctior. Poſtquam iuſtificatus eſt, derq; operam vt promoueatur in iuſtitia? & ſanctitate? & alibi dicitur: ne verearis vſq; ad mortẽ iuſtificari. Hoc eſt, ne verearis vſq; ad mortem pijs, & iuſtis o-
Eccle.18 peribus ſtudere. Daq; operam, nõ ob C ſtanti quocumq; periculo, & incõmodo, proficere de virtute in virtutẽ: & de die in diem magis ſecundum interiorem hominẽ. Et ſic ditari, non is tã tũ dicitur qui ex paupere diues fit, ſed qui ex diuite ditior fit. Quo ſenſu in-
Iaco.2. telligendum eſt quod D. Iacobus ait:
Gen.22. iuſtificatũ fuiſſe Abraham ex operib⁹ dum obtulit filium ſuum. Atq; hinc natum videtur, vt qui proficit in iuſtitia, verè dicatur iuſtificari. Quia qui proficit in iuſtitia, aliquo in gradu fit D iuſtus, in quo ante nõ erat: & aliquem nouũ gradum iuſtitiæ comparat, quẽ ante minime habebat, vt iure optimo ratione illius, non ſolũ poſſit dici fieri iuſtior ſed propriè iuſtificari: inter has acceptiones ſecunda eſt propior & cõmunior à qua prima & tertia originẽ
Vega li.9. de iuſti.c.3 trahunt. Ait ergo dñs vt qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc, ideſt, in dies in vitę integritate, & perfectione proficiat: quando in dies impius in impietate proficit, quando ſordidus in immũdicia quotidie creſcit & augetur: ęquum eſt, ait Dñs, vt iuſtus progrediatur de virtute in virtutem. Quãdo ſuperbia peccatorũ aſcendit ſemper: aſcendat ſi militer, & iuſtitia & ſanctitas piorum.

¶Iam verò vel ex hoc loco apertiſſimè colligemus quã impia ſit ſententia aſſerentiũ omnes Chriſtianos eſſe ęquè ſanctos, nulloſq; eſſe in virtute progreſſus. Nam ſi hoc ita eſſet, quo modo verũ eſſet quod in hoc loco ait Ioã. qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & qui ſanctus eſt, ſanctificetur adhuc? 1.Cor.15.
quo modo explicabũt qđ ſeruator noſter apud Ioã. affirmat in domo patris mei manſiones multæ ſunt? Itẽ quod Apoſtolus ſcribit: vt charitas veſtra, Phi.1.
magis ac magis abundet, in omni ſcię 2.Cor.9.
tia, & in omni ſenſu. Et rurſum: augebit incrementa frugum iuſtitię veſtrę C & illud D. Petri: ſicut modo geniti in 1.Pet.2.
fantes rationabiles, & ſine dolo lac cõcupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem, & illud eiuſdem, creſcite in gratia, & in cognitione domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti. Valeant igitur iſti 2.Pet.3.
& illorum cantilenæ, quia cantilenæ ſunt, & impia figmenta. ¶Aliqui in hoc loco obſeruare ſolent, quod quẽadmodum in malis duo poſuerit, quorum vnum ad alios refert: ideſt, qui D nocet, noceat adhuc: hoc eſt, qui aliũ iniuria afficiat, pergat in iniuria. Alterum verò ad ſeipſum: qui in ſordibus eſt, &c. Nulli videlicet niſi ſibi ipſi nocens: ita in bonis duo memorat, quorum alterum ad alios pertinet: qui iuſtus eſt, ideſt, qui nemini nocet, ſed vnicuiq; reddit quod ſuum eſt: alterũ ad ſeipſum: qui ſanctus eſt, &c. Ideſt, purus & ſine ſordibus.

¶Alij explicant prædicta verba sic, qui malè agit male agat: vel qui iniustus est, iniustus sit, & qui iustus est, iustitiam faciat, Sed prior expositio magis ad rem facit.

Mos est Dei celeritatem aduentum suum sæpe annuntiare, vt peccatores ad se redeant & iusti semper vigilēt

Ecce venio cito. Omnibus tàm bonis quàm malis proponit deus his verbis celerem aduentum suum. Nihil nāq; magis nocere potest viris sceleratis, q̄ existimare lōgissimè abeis abesse mortem, iudicium, & supplicium, quum Deum offendunt. Contrà verò nihil vtilius excogitare possunt viri timorati quàm iam iam imminere iudicem Christū, & in ianuis adesse vindictā, vt ad se redeant, & sibi caueant, doleant & ex animo pœniteant. Hoc enim est, quod maximè contendit deus dum sæpè in sacra scriptura se appellat velocem vindicatorem. Ecce venio cito ait Dominus in hoc loco, & merces mea mecum est, reddere vni cuiq; secundum opera sua. Et D. Pau. ad Heb. c. 10. Adhuc modicum aliquā tulumquè qui venturus est, veniet & non tardabit. Et Esaias: ecce festinus velociter veniet. Et Hieremias: propè est interitus Moab, & malum eius velociter occurret. Atquè Abachuc: ecce ego suscitabo Chaldæos gentem amaram, & velocem. Horribilis & terribilis est. Velociores pardis equi eius & velocioris lupis vespertinis, volabant quasi aquila festinans ad comedendum. Sed hoc non sibi suadent miseri homines suis cupiditatibus diditi. De quibus inquit Esaias, subito, dum non speratur, veniet contritio eius. Et sapiens vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoquè in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id quod timebatis, aduenerit. Et cum irruerit tempestiua calamitas, & interitus, quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio, & angustia. Apostolus etiam ait: de temporibus autem, & momentis, fratres non indigetis, vt scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet: cum enim dixerint, pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Vos autem fratres non estis in tenebris, vt vos dies ille tanquam fur, comprehendat. Ecce differentiam adducit Apostolus inter reprobos, & electos, inter impios & iustos, quod iusti semper sint præcincti, semperq; lucernas habent in manibus suis spectantes Dñm suum quādo veniat, existimantes cito esse vēturū: at impij, & scelerati homines sui omnino obliti, in vtrāq; aurea dormire solent. Quis dedit, ait Dñs sancto Iob, gallo intelligentiā? vel quis posuit in visceribus hominis sapientiā? egregiè profectò intelligentiā galli cu sapientia cōnectit. Nā certè ij maximè homines sapientiā discunt, qui gallos imitantur. Quæ quidem aues noctu cātare solent, atq; hinc antiqui significaturi homines vigilantes gallum pingebant, neq; aliud præstantius inuenerunt vigilātię symbolū: quippe qui singulis horis nocturnis cantet. Hi igitur homines verè digni sunt nomine sapientū, qui velut galli in nocte huius vitæ nō dormiūt, sed vigilant expectantes aduentum Dñi: dicentes cū Apostolo: Dñs propè est. Ait itaq; Deus: quis dedit gallo intelligentiā? velut admirāda sit eius cantus fortitudo, fugat enim leonē, qui vocē cātātis galli ferre non potest, quin fugiēs, terga vertat, In eūdē modū leo ille, de quo inquit Apostol⁹, vigilate q2 ad-

Heb. 10.
Esai. 5.
Hiere. 48.
Abac. 1.
Esa. 10.
Pro. 1.
1. Thes. 5. a
Iob. 38.
Gallus vigilantiæ symbolum

aduersarius vester diabolus,tanquam leo rugiens,circuit quærens quem deuoret,homines vigilates non aggreditur. Vnde idem est dicere:fratres,vigilate,quia diabolus est tanquam leo rugiens. Ac si apertius dicat:date operã, fratres,vt sitis galli diuini in Ecclesia, vt à vobis fugiat leo inferni. Deterret enim illum homines vigiles:quare nõ immerito ait Dominus apud Luc. ca. 12. Beati sunt serui illi,quos cum venerit dominus,inuenerit eos vigilantes. Qur Domine sunt serui vigilaturi? quoniam ecce venio cito. Et quo pacto sunt vigilaturi? vt galli optimi,qui enim sic vigilant sapientes sunt.

Luc.12.

¶ Ecce venio cito & merces mea mecũ est:reddere vnicuique secũdũ opera sua. Ac si dicat curet sanctus vt sanctior sit quia ecce venio & merces mea mecum. Ideo qui mercedem bonam optat,bene operetur. Mercedem ad manum habeo,facilè mihi est, eam reddere. Itaquè merces mea est, merces quam ego redditurus sum. Et hoc est, quod etiam Esaias prędixerat.cap.40. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo,& opus illius coram illo. Idest,in manu habebit Deus mercedem, cum Dominus ad iudicandum venerit: quam vnicuique iuxta opera sua retribuet. Hoc est quod ait:& opus eius coram illo. Vocat enim opus,operis mercedem. Verum est quod alij aliter explicant hæc vltima verba,vt statim dicemus. Item hoc idem prædicit.cap.62. Ecce saluator tuus venit,ecce merces eius cum eo,& opus eius coram illo . Merces quidem electi & iusti & sancti qui sanctificatur adhuc,cum Deo est, eamq; Deus in promptu habet,non eam petens aliũde,& opus iusti & sancti meritorium,coram ipso Deo est,qui omnes studiosas actiones intuetur, vt eas premio afficiat. Sed quæ nam est Domine merces ista parata electis tuis? Audi quid Dominus respondeat:ego ero merces tua magna nimis. Genes. cap.15. Non ergo est quare graue nobis videatur,quod dominus præcipit: qui iustus est,iustificetur adhuc:quando ipse Dominus est merces nostra, premium & corona,& non qualiscũquè merces,sed magna nimis. Oculus enim non vidit quæ pręparauit Deus diligentibus se. Non ait, hoc aut illud pro mercede polliceor, sed ego ipse ero merces tua,omnia simul bona tibi cõmunicabo.& quandiu ego Deus maneo,tamdiu merces tua permanebit. Grandis profecto merces,quis nõ curabit magna solicitudine,& diligẽtia magis ac magis in sanctitate proficere? Ego quidem Domine, cum regio vate,inclinabo post hac cor meũ ad faciendas iustificationes tuas propter hanc ęternam retributionem,hoc est,propter te ipsum, qui es electorũ merces,& retributio. Hæc est merces illa de qua apud Mathæum dicebat idem Dominus: centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Et rursum:qui mihi ministrauerit,honorificabit eum pater meus qui in cœlis est. Olim in tabulis cedrinis parietes templi cooperientibus,erant sculpti cherubim & palmæ,ita vt esset palma inter cherub & cherub,& vnusquisquè cherub palmam respiciebat. Vt hinc intelligeremus viros sapientia & sanctitate præstantes in palmam oculos coniectos habere. In palmam, inquã, hoc est,in præmium victoriæ, quod Apostolus vocat coronã iustitiæ:& Iacobus coronã vitæ : & Apostolorum princeps immarcessibilem gloriæ co-

Esa.40.

Esa.62.

Esa.64.b

Psa.118.

Math.19. Ioa.14.

Ezech.41.

2.Timo.4. Iaco.1. 1.Pet.5.

ronam. Et regio vates (vt verti potest ex Hebræo) æternam retributionem.
Psa. 18. Et denique Dominus hic & in prędictis Esaiæ, & Geneſis locis, appellat
Math. 5. mercedem magnam nimis: & in euãgelio copioſam. Gaudete, inquit, & exultate quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. In hac ergo mercede figamus omnes nos oculos mentis, vt qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc & qui ſanctus eſt, ſanctificetur adhuc heu miſeros peccatores in dies magis ac magis nocentes, ac ſordeſcentes, nã non in hanc palmam, ſed oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram, quibus Dominꝰ in fortitudine veniet, vt reddat vnicuique ſecundum opera ſua. Beatos verò iuſtos euntes de virtute in virtutem, nam nõ ſolum in preſenti vita mille modis honorabuntur à Deo, ſed in futura vita, palma ſua non fruſtrabuntur. Et hoc eſt quod olim promiſerat Dominus Ieſum ſacerdotem
Zach. 3. apud Zachariam. cap. 3. dicens: tu quoque iudicabis domum meam, & cuſtodies atria mea: ecce merces tibi parata in hac vita. Et dabo tibi ambulantes de ijs, qui nunc hic aſſiſtunt, quę verba ex hebræo ſic verti poſſunt: dabo tibi vias inter ſtantes iſtos, ideſt, faciam tibi poteſtatem ambulandi, & incedẽdi inter angelos: vt poſt præmiũ temporale, ponat etiam mercedẽ ſempiternam, de qua Dominus hic: merces mea mecum eſt, dare vnicuiq; ſecundum opera ſua. Non enim Deus pro ſua magna liberalitate, & miſericordia, vult vt gratis ei ſeruiamus, tamet ſi omnia ei debeamus: ſed gratiã cum ſatiſſimè referre, centuplumq; reddere, & vitam præterea æternam præſtare ſoler.

¶ Iam verò apertiſſimè vel ex iſto loco colligitur iuſtorum hominum A officia vitam æternam merere. Pro cuius explicatione obſerua, nulla opera noſtra quantumuis ſtudioſa vi ſua viſionem illam ineffabilem Dei mereri, ſed ex Dei pactione coniuncta hanc vim habent: hæc autem pactio ponitur apud Mathæum. c. 19. à Chriſto Domino dicente: omnis qui reliquerit vxorem, aut domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut filios, aut agros propter nomen meum centuplum accipiet, & vitam æternã poſſidebit. Quam Chriſti pactionem Apoſtolus reſpexiſſe videtur dicens: pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ. Chriſtus autem præmia bonis hominibus propoſita ſoluturus dicet, ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes fui, & recepiſtisme, &c. Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mũdi. Nõ gratis ſe illis regnum dare dicit, ſed propter illa pietatis offitia. Et rurſum: beati eritis cum maledixerint vobis homines, & dixerint omne malum aduerſum vos mentiẽtes propter me: gaudete & exultate quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Merces autem rationem habet ad meritũ: quod enim gratis datur non pro mercede tribuitur. Nam merces iuſta, & digna operæ ac laboris precium. Eſt enim dignus operarius mercede ſua. Vt Chriſtus ait apud Mathæum, & hoc loco dicit: ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuiquè ſecũdum opera ſua. Ecce mercedem affert, & eam ad rationem operum refert: quo fit vt opera & officia noſtra aliquid mereãt. Quod expreſſius docere volens Dauid inquit: reddet mihi Dominus ſecundum iuſtitiã meã, & ſecundum puritatem manuũ mearum

1. Time. 4.
Math. 25.
Math. 7
Math. 10.
Pſa. 61. 6

rum retribuet mihi. Ne autem dicere A
possint aduersarij non causam, sed or-
dinem consequentiæ hac dicendi ra-
tione declarari, mox subiungit regius
Psa.17. vates: quia custodiui vias Domini,
nec impiè gessi à Deo meo, quoniam
omnia iudicia eius in conspectu meo,
& iustitias eius non repuli à me. Quia
quoniam, nõ nisi causam dicunt. Hãc
verò mercedem esse vitam æternam
Eccles.18. declarat Ecclesiasticus dicens: non ve-
rearis vsq; ad mortem iustificari, quo B
niam merces Dei manet in æternum.
Ioan.4. Et Christus ipse, leuate, inquit, oculos
vestros, & videte regiones, quàm al-
bæ sunt iam ad messem; vt qui metit
mercedem accipiant, & cõgreget fru
ctum in vitam æternam. Quæ omnia
maximè confirmat illa Apostoli sen-
Rom.5. tentia. Non est iniustus Deus: vt obli-
uiscatur operis vestri, & laboris ex
charitate suscepti. Iniustum deum vo
care non veretur, si pro nostris offi- C
cijs gratiam non referret. Sed non o-
pus est in hac re longum protrahere
sermonem quando passim Doctores
catholici de hoc argumento differũt,
aduersus hæreticos huius temporis.
Lege inter alios Echium in Enchiri-
dion articulo de fide & operibus. Et
Stunicam lib.2. de hæresibus. c.16.

Psal.9. & 44. ¶ *Ego sum α & ω, primus & nouissimus principium & finis. Beati qui lauãt stolas suas in sanguine agni: vt sit potestas eorum in ligno vitæ, et per portas intrent in ciuitatem. Foris canes et venefici, et impudici, et homicidæ, et idolis seruientes, et omnis qui amat et facit mendacium. Ego Iesus misi angelum meum, testificari vobis hæc in ecclesiis. Ego sum radix, et genus Dauid, stella splendida et matutina. Et spiritus et sponsa dicunt, veni. Et qui sitit, veniat: et qui vult, accipiat aquam vitæ gratis. Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius: auferet Deus partem eius de libro vitæ, et de ciuitate sancta, et de his quæ scripta sunt in libro isto: dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiã veniam cito. Amen. Veni domine Iesu, gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis Amen.*

¶ *Ego sum α et ω, primus et nouissimus principium et finis.* Quorsum hæc di-
cantur indicatum à nobis est. capi. 21. Supra c.21
quæ hoc loco etiam apte conuehiunt
cum prædictis. Et merces mea mecũ
est, redere vnicuiq; secundum opera
sua: siue vt reddam vnicuiq; secũdum
opera sua, vt Erasmus vertit. Quod Erasmus
autem ait: primus & nouissimus, simi
le est quod legimus Esa.46. Ego sum Esa.46.
Deus, & non est vltra Deus, nec est si-
milis mei annuntians ab exordio nõ-
uissimum, & ab initio quæ nõdum fa
cta sunt. Et. cap.41. & 44. & 48. Obser- cap.41 & 48.
ua. Deum seruator noster viuebat in
terra humiliter de se ferè semper lo-
quebatur: at post glorioſam eius re-
surrectionem iam regnans, magis vir
tutem ac diuinam naturam suam de-
tegit: ita inquit apud Math. cap. vlti. da Math.vlti.
ta est mihi omnis potestas in cœlo, &
in terra. Quod apertius demonstrat
ac sæpius in Apocalypsi, vt hæc verba
sæpè in hoc libro repetita, indicant.

¶ *Beati qui lauant stollas suas in sanguine agni vt sit potestas eorum in ligno vitæ, et per portas intrent in ciuitatem, etc.* Antequam ad singulas huius
loci partes explicandas descendamus.
Describe obsecro ò homo in corde
tuo non ciuitatem illam Babylonem
sed ciuitatem sanctam Hierusalem, vi
sionem illam pacis, gloriam cœlestẽ,
sedes beatorum immortales, cantica
illa dulcia sionis, patriam promissionis

beatitudinem æternam: ad hanc diuino amore inflammati aspiremus, cogitantes quanta bona amittant peccatores, qui illa ciuitate priuantur: vt amore tantæ patriæ illecti lauemus stollas nostras, id est, animas nostras lachrymis, fletibus & Christi sanguine. Qđ si fecerimus, nobis concedetur vesci ligno vitæ. Describamus in corde nostro ciuitatem illam sanctam Hierusalem, vt agnoscamus, an portas inueniamus illius ciuitatis, per quas ingressus patet ad eam. Sunt autem istæ portæ, vt Augustino placet, virtutes & bona opera. Aliis verò obseruantiæ mandatorum Dei, iuxta quod Dominus ait: si vis ad vitam ingredi serua mandata. Vide ergo an fores istæ, hoc est, virtutes tibi sint occlusæ, cum illas neque à limine salutaueris, neque in earum actiones incubueris. Nam hæc porta Domini, non iniqui & scelerati: sed iusti solũ intrabunt in eum. Describe etiam in corde tuo ciuitatem Hierusalem, vt perpendas foris esse canes impudicos, homicidas, & amantes, & facientes mẽdacium. Atq; hinc cognosces an consors futurus sis, & cõciuis beatorum, quod si te canem fratrum tuorum famam dentibus lacerãtem, & oblatrantem inueneris, & ad vomitum peccatum redire, si homicida es proximũ tuo odio prosequens, situis voluptatibus, veluti idolis, seruiens, si amas mendacium da operam, vt mores mutes, & te ad meliora conuertas lauando stollam tuam quod si feceris beatus eris.

¶ *Beati qui lauant stollas suas in sanguine agni.* Idest, qui mundam ac omni puritate decoratam animam suam semper habere studeant. De hac loquendi forma disseruimus, & cap. 3. & cap. 7. Satis his verbis ostenditur quo modo superiꝰ dixit: qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Curemus igitur per pœnitentiam merito passionis Christi maculatas peccato corporis & animę vestes abluere, si beati & fortunati esse volumus. Græca legunt, μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. Idest, beati qui faciunt mandata ipsius. Quam lectionem sequitur Erasmus. Beati sanè sunt mundo corde quoniam ipsi deũ videbunt. Videbunt, inquam, Deum illum de quo diuus Paulus in epist. ad Hebræ. cap. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portans omnia verbo virtutis suę, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. In quibus verbis alludit ad illud Sapientiæ. cap. 7. Vapor est enim virtutis dei: & emanatio quædam est, claritatis omnipotentis Dei syncera: & ideo nihil inquinatum in eam incurrit: candor est enim lucis æternæ. Agnus enim & splendor est gloriæ, & ideo omnia illuminat, omnia manifestat, & reuelat: reuelabit enim abscondita tenebrarum: omnia enim nuda, & aperta sunt oculis eius: & candor est lucis æternæ, quo candida & munda & pura redduntur corda nostra: beati ergo erunt qui emundant animas suas hoc candore, nam tandem illuminabuntur splendore gloriæ, quo Deum in cœlesti patria videbunt si in sua puritate permanserint.

Erasmus. Matth. 5.

Heb. 1.a

Sap. 7.d

¶ *Vt sit potestas eorum in ligno vitæ.* In ligno vitæ dicit, pro, in lignum vitæ, more suo & sacræ scripturæ. Hoc est, vt potestatem habeant in lignum vitæ. Et possint eius fructum percipere semper, idest, vt æterna beatitudine perfruantur. Quod si per lignum vitę Christum intelligamus, idem est

supra c. 3. & 7.

ac

ac si diceret: vt Christo verò ligno vi tæ frui perpetuo possint.

¶ *Et per portas intrent in ciuitatem.* Idest, vt apostolicam vitam sequentes, participes sint æternæ vitæ. Mundemus igitur corda nostra sanguine Christi si coram Deo comparere volumus. Ostendamus Deo tunicam Ioseph, idest, Christi sanguine suo tinctam, sicut olim fecerunt filij Iacob, vt sacra scriptura narrat Gene. cap. 37. & tunc comedemus perpetuo de fructu vitæ: atquè vitam apostolicam sectantes intrabimus in cœlestem patriam.

Gen. 37.

¶ *Foris canes & venefici & impudici & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendacium.* Canes dici solent idolis seruientes, sed quia mox istorum meminit, aliter accipiendum est. Canis immundum animal est, & ad lacerandum dentibus pronum. Ideoquè significat homines sceleribus imbutos, vitam piorum, & corpora rabie magna lacerates. Vt Beda intellexit. Eorum autem vitiorum maxime hoc in loco meminit, quę tẽpore Antichristi magis vigebunt, de quibus iam diximus, cap. 11. Cæterum stat sententia quod impij quicumquè illi sint excludentur à ciuitate illa sancta. Vnde Paul. 1. Cor. cap. 6. ait: nolite errare neq; fornicarij, neq; idolis seruientes, nequè adulteri, nequè molles nequè masculorum concubitores, nequè fures, nequè auari, nequè ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnum Dei possidebũt. Vbi refert etiam Paulus vitia quæ apud illos ad quos scribebat tunc temporis magis vigere solebant. Vnde addit: & hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis. De his canibus de quibus nunc loquitur Ioãnes intelligebat Christus

Supra. c. 11

1. Cor. 6.

A Dominus quum apud regium vatem dicebat Psalmo. 21. Circundederunt me canes multi. Ac si diceret: minime mirandum, quod tàm grauem sustinuerint in mea passione miseriã. Circundederunt enim me inimici mei malitiosa inuidia, ac implacabili furore, velutti canes rabidi latratus suos sæuissimos contra me emittens, & dentibus suis me crudelissime laniantes. Erue ergo ò pater cœlestis, & Deus meus à framea animam meam: & de

Psa. 21.

B manu canis vnicam meam. De huius modi ergo canibus ait modo foris canes, &c.

¶ *Foris canes & venefici & impudici & homicidæ & idolis seruientes & omnis qui amat et facit mendacium.* Idest, hi omnes manebunt extra cœlestem Hierusalem, & ad eam nullo modo accedere poterunt, hoc idem prædixerat Ioel. cap. 3. dicens, & scietis quia

Ioelis. 3.

C ego Dominus Deus vester, habitans in Sion in monte sancto meo, & erit Hierusalem sancta, & alieni non transibunt per eam amplius, idest, non poterunt iam vobis nocere hostes vestri neque visibiles neque inuisibiles, idẽ enim est transire quod punire, & nocere, Oseę. 10. & ego transiui super pulchritudinem colli eius ego eius collũ superbum & contumax domui & mã suefeci. Hanc securitatem & tranquillitatem illius felicissimæ ciuitatis egre

Oseæ. 10.

D gie depingit Esaias. c. 26. in die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda, vrbs fortitudinis nostræ Sion saluator ponetur in ea murus & antemurale, & quæ sequntur.

Esa. 26.

¶ *Ego Iesus misi angelum meum testificari vobis hæc in ecclesiis.* Apud Hieremiam. cap. 23. conquerebatur Dominus de prophetis dicens: non mittebant prophetas, & ipsi currebant: non lo-

Hiere. 23.

loquebar ad eos,& ipsi prophetabant. Sed ne quis nostrum dubitaret hanc propheriam non esse à Deo ideo ait ego Iesus misi angelum meum testificari vobis hæc.

¶ *Ego sum radix,& genus Dauid.* Quidam explicant quod Christus secundum diuinam naturam est radix Dauid: imo omniũ,à quo omnes mouemur,& sumus: secundum humanã genus Dauid,ideſt,de progenie ipsius. qua phrasi vsus est Paulus dicens: nos autem genus Dei sumus. Secundum ergo humanam naturam loquens de Christo Paulus ait ad Roma. 1. factus est ei ex semine Dauid secundum carnem,hoc est,factus est ei genus Dauid. Secundum autem naturam diuinam fuit dominus Dauid imo omniũ nostrum. Et hoc intelligens Dauid dicebat Psalmo.109. dixit Dominus domino meo,sede à dextris meis. Quod subindicauit Christus apud Math. c. 22. Græca scholia explicant: ego sum radix & genus Dauid,ideſt, de radice & genere Dauid,quod cur ita dictum sit ostendimus. cap. 5. his ergo verbis dicere vult Christus. Ego sum Messias,qui promissus erat vt homines à dæmonis captiuitate liberaret. Et in terram illam cœlestem perduceret. Hoc autem modo dicit: significans neminem seruari posse ab alio quàm à se. Atquè ea de causa fidem ab omnibus adhibendam esse omnibus quæ per angelum suum in Apocalypsi annuntiata sunt.

Actor 17.

Psa. 109.

Mat. 22.

Sup. 5.

¶ *Stella splendida & matutina.* Cuius luce tenebræ errorum & vitiorũ fugantur: cui credere,quẽ semper sequi debetis. Hæc exposuimus. cap. 2. D. Gregor. lib. 29. Mora. cap. 17. exponens illa verba: nunc quid producis luciferum in tempore suo? docet & ostendit Christum Dominum esse verum luciferum his verbis: pater, inquit, intempore suo luciferum produxit, quia scriptum est: cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suũ natum ex muliere, factum sublege, vt eos qui sub lege erant, redimeret: qui natus ex virgine, velut lucifer inter tenebras nostræ noctis apparuit, quia fugata obscuritate peccati, æternũ nobis mane nunciauit. Luciferum verò se innotuit: quia diluculo ex morte surrexit, & fulgore sui luminis mortalitatis nostræ terram caligine pressit. Cui benè per Ioanem dicitur stella splendida & matutina: viuus quippe apparens post mortem, matutina nobis stella factus est, quia dum in semet ipso exemplum nobis resurrectionis præbuit, quæ lux sequatur indicauit. Hæc est stella illa de qua Eccles. c. 50. dicitur: quasi stella matutina in medio nebulæ: & quasi luna plena in diebus suis lucet, & quasi sol refulgens, sic iste refulsit in templo Dei. Dum enim viueret Christus, refulsit quasi luna, sol & stella matutina in medio tenebrarum huius mundi. Cuius tantam lucem tenebræ comprehendere minime potuerunt. Sol hic corpore9 non lucet omnibus: habet enim suas vices: verum hæc stella matutina, hęc lux, sua genuina vi lucet, etiam in crassissimis mundi tenebris, omnibus sese offerens: vt reuiuiscant, & videant æternæ salutis viam, quæ nulli non patet per fidem euangelicam. Et quamquam mundus excæcatus peccatorũ sordibus,& cupiditatum turpium caligine, nolit aspicere stellam hanc matutinam neq; solemnitum, tamen nullis huius mundi quantumuis densis tenebris inquinari potuit. Solus enim ille purus erat ab omni vitiorum inqui

Eccles. 50.

Ioa. 1.

Christus stella matutina.

Supra. c. 2. Grego.

namento:nequè aliud erat quàm lux vndiq; pura & illibata. Pugnant enim assiduè huius mundi tenebræ aduersus lucem, quam odit, vt operum suorum proditricem, & multorum radios, vel extingunt, vel obscurant: sed aduersus hanc stellam splendidissimã nihil valuerunt. Hæc est stella illa, ait Chryso. de qua Propheta Balaam prę dixerat orietur stella ex Iacob, & exurget homo de Israel, vt significatione stellæ & hominis, in filio Dei, diuinæ & humanæ naturæ coniunctio noscereturr, vnde & in hoc loco ita de se Dominus testatur ego sum radix Gesse & genus Dauid, & stella splendida matutina. Quia per natiuitatis suæ ortum, discussa ignorantiæ noctę in salutem mundi tanquam fulgidum sydus emicuit. Hæc ille. Hæc ergo est stella matutina orta ex Iacob, quę percutiet duces Moab, vastabitq; omnes filios Bet: vt statim prædixit Balaam. Vastabit stella ista, & radix ista Iesse, virgaq; Iacob canes, maleficos, cæteroscq; homines scleratos, qui ei parere noluerint. Quando igitur Christus Dominus stella est splendidissima & matutina, cauendum nobis erit, ne tot committamus peccata, vt nubes inde consurgentes obstent, quin splendorẽ in nocte percipiamus. Solet enim peccatoribus contingere quod sæpè in hoc mundo contingere videmus. Sicut enim inter ipsas densissimas noctis tenebras luna & stellæ suis fulgentissimis radijs terram illustrant, nisi tota fuerit atris nubibus circunfusa, tunc enim non stat per micantia sydera terram esse caligine obuolutam, sed per ipsam terram quæ tot exalauit vapores, vt non valeat percipere lucis cœlestis splendorem. Adhunc modum Deus hominum corda in nocte huiꝰ vitæ illuminare solet cum sit stella splendida & matutina, sed tantum potest esse emisspherium humani cordis multitudine nubium peccatorum implicatum vt diuinam lucem non percipiat. Auferamus igitur nebulas, vt stella ista nos illuminet.

Chryſoſt. to 1. ho. 1. ex Math. a.fo.243.

¶ *Et spiritus, & sponsa dicunt, veni.* Sancti maximo deliderio tenẽtur aduentus Christi, ad iudicium, quo peccatum penitus aboleatur: & Deus vbique regnet, atquè ab omnibus electis colatur. Sicut Paulus testrtur. 1. ad Timot. cap. 4. De reliquo, inquiens, reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex, non solum autem mihi, sed & his, qui diligunt aduentum eius. De hoc Christi aduẽtu intelligitur quodmodo ait: veni. Quod ex antecedentibus patere potest. Dixerat enim Christus: ecce venio velociter. Cui respondet Spiritus sanctus & sponsa Ecclesia, veni. Spiritus ergo sanctus hoc loco per spiritum intelligitur quãdo in Græco articulus præponitur. τὸ πνεῦμα καὶ ἡ νύμφη, idest, ille spiritus, & illa sponsa dicunt, veni. Ac si apertius diceret: Spiritus sanctus iustos hortatur, vt aduentum meum desiderent, ac petant. Quod ita dictum est vt ad Rom. 8. ait Paulus: ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, id-est, efficit vt postulemus. Et sponsa, id est, Ecclesia Spiritus sancti inspirationibus assentiens dicit, veni. Quotidie enim precatur dicens, adueniat regnum tuum. Hoc autem de selectioribus Ecclesiæ membris accipiendum est. Multi enim optant aduentum domini, arqꝫ ideo Paulus dixit, non solũ autem mihi, sed & his, qui diligunt aduentum eius. ¶ Item Spiritus sanctus suadet electos, & Ecclesię filios, vt dicant

2. Timo. 4.

Rom. 8.

Math.7. cant Christo veni. Hoc est, adueniat regnum tuum, ideſt, adueniat Domine gratia & pax, & gaudium in Spiritu ſancto, vt tali regno habito optemus vt veniat regnum cœleſte. Et merito quident vtrumq; regnum deſiderant electi, nam nihil in hoc mundo inueniri poteſt quod repleat deſiderium, & appetitum noſtrum niſi hoc regnum. Vnde regius vates ait Pſalmo.102. Benedic anima mea Dominum, & omnia quæ intra me ſunt, nomini ſancto eius: qui replet in bonis deſiderium tuum. Quod reuera ita eſſe non dubitamus nam autore Boetio: beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus. Ex quo fit vt ſolus Deus noſter ſit beatitudo noſtra, cum ipſe ſolus explere deſiderium animæ noſtræ poſſit. Qđ ſignificare volens Deus Moyſi magno animi deſiderio poſtulanti ac dicẽti: oſtende mihi gloriam tuam, ait illi Dominus: ego oſtendam tibi omne bonum qua periphraſi voluit Dominus definire noſtram felicitatem, eſt enim gloria cœleſtis, omne bonum. Vnde Diuus Paulus de illa ſcribens ait, tunc erit omnia in omnibus. Videre ergo Deum, ſummum bonum eſt. Meritò ergo ait Dauid: qui replet in bonis deſiderium tuum, meritò etiã deſiderat Eccleſia, vt veniat hoc regnum hæc beatitudo, & fecilitas quæ in hac vita incipit, & in futura conſummatur.

Pſa.102. 1.Cor.15. Pſa.102.

Exod.33.c

¶ *Et qui audit dicat veni. Et qui ſitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.* Ideſt, omnes pij qui Deo obaudiunt, dicunt: veni. Optant enim fideles ad beatitudinis conſummationẽ iudicium accelerari. Qui ſitit, iuſtitiã, veniat, per piam voluntatem & obedientiam, vel veniat ad me: ac ſi dicat ne contriſtetur, cito veniet: putetſe iã iam venire ad me, vt bibat aquam vitæ gratis, ideſt, vt de Dei gloria gratuitò, & liberaliter ſibi data, ſe ipſe poret. Illud autem, & qui vult, hoc ſignificat, qui vult, & cupit venire. Qui vult bibere, iam veniet, & quantum volet bibet de fonte omnium bonorum. Interim tamen dum hæc fiunt. Qui ſitit veniat, & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis. Audiat quid dominus apud Ioãnem dicat exclamando ſi quis ſitit veniat ad me, & bibat: & flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Quibus verbis omnes palàm ad ſe inuitat, ſpiritum pollicens, quo ſemel hauſto, non ſolum ipſi, ſint veram & euangelicam doctrinam aſſequuturi, verum etiam in alios ſua prædicatione copioſam ſapientiæ vim effuſuri: ego inquit fons ſum omnis ſalutiferæ ſapientiæ. Qui ſitit, non eſt quod petat à moſe, aut phariſæis, ſcribis & ſacerdotibus. Veniat ad me, & bibat de fonte hoc. Bibit autem quiſquis credit ſermonibus meis. Quiſquis igitur crediderit mihi, auidèquè imbiberit ſermones meos, quemadmodum iubet ſcriptura, de me teſtificans, non areſcet incredulitate, ſed hauſtus diuini ſpiritus pariet in ipſius corde fontem perẽnem & copioſum, ſicut è medio cordis illius emanet, non tenuis modo riuus, verum etiam copioſa flumina, quibus irrigetur ariditas gentium ad euangelici profectus fœcunditatem. Hoc ęnigmate Ieſus ſignificãbat ſpiritum illũ vberem, & copioſum, quem poſt eſſent accepturi, qui in ipſum credidiſſent: quo accepto, mox Apoſtoli magna fiducia varijs linguis orbi terrarũ prædicare cæperunt euãgelicam philoſophiam, & cœlitus hauſtum ſpiritum in omnium credentium animos

Ioa.7.

dif-

diffundere. Envides quemadmodum doctrina Spiritus ſancti per fidem viuam accepta diffunditur in alios. Sitiuit Andreas, & miſſus à Ioãne ad Chriſtum fonte vitæ, bibit: & flumẽ de fonte eius fluxit aquæ vitę. Nã ſtatim Andreas venit ad Petrũ fratrẽ ſuum, & dixit ei: inuenimus Meſſiam, & adduxit eum ad Ieſum vt biberet de eiꝰ fonte credendo. Sitiuit Philippus, & venit & bibit, & deinde traxit ad fontẽ vitæ Nathaelẽ, vt eodẽ potu ſitim extingueret. Sitiuit Samaritana, & venit ad eundem fontem, & non ſolum bibens non ſitiuit vltra, ſed factus eſt in medio cordis eius fons vitæ ſalientis in vitam ęternam. Statim enim cucurrit ad ſuos, & traxit illos ad Ieſum atqꝫ in hunc modũ euangelica doctrina, atqꝫ fides mediatoris diffundebatur, & fluebat per totum terrarum orbem. Atqꝫ ad hũc ſenſum trahere poſſumus verba Ioãnis hoc loco poſita: Spiritus & ſponſa dicunt, veni. ſpiritus enim cœleſtis, & ſponſa Eccleſia ſingulis fideliũ dicunt, veni, & bibe & ſitim tuam extingue. Et qui audit, dicat veni, ac ſi diceret: & qui audit ſpiritũ ſanctum, & audit ſponſam vocantẽ. i. qui audit & credit dicat alteri fideli, veni. & qui ſitit, veniat: & qui vult accipiat aquam vitæ gratis. Obſerua, qui modo homo factus, nos tàm ardenti deſiderio ad hauriendam hanc aquã vocat, olim cum ſolus Deus erat per Eſaiam vocarat dicens. Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite, venite emite abſqꝫ argento, & abſquè vlla commutatione vinum, & lac: quare appenditis argentum non in panibus? & laborem veſtrum non in ſaturitate? Inclinate aurem veſtrã, & venite ad me. Audite & viuet anima veſtra. Ac ſi apertius diceret: venite omnes ſitientes ad Euangelium, & ad pleniſſimas & ſaluberrimas aquas fidei, & gratiæ potandas, quarum potu ſitim innatam extinguatis. & qui nõ habetis argentum minime curetis loco pecuniæ ſolum poſtulo, vt properetis, & non tardetis conuerti ad me, ne differatis de die in diem: quando ſubito venit ira mea. Emite ergo hoc precio vinum & lac, hoc eſt, fidem viuam & gratiam meam, quæ non ſolũ refrigerat, & extinguit animæ ſitim vt aqua, ſed etiam nutrit & vires præbet vt vinum, & ſuauitatem & candorem vt lac. Quare conſumitis pecunias in rebus inutilibus, & non in panibus? hoc eſt, in rebus neceſſarijs? quare etiam conſumitis laborem in rebus inanibus, quæ vobis nullam poſſunt afferre ſaturitatem? Audite ergo & viuet anima veſtra, nam verba quæ ego loquor vobis ſpiritus & vita ſunt verba ſiquidem vitæ æternæ ego habeo, & ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. Qui ergo ſitit, veniat & bibat & accipiat aquam vitæ gratis. Stat enim ſententia: Amen amen dico vobis, qui credit in me habet vitã ęternam: & qui venit ad me, non eſuriet: & qui credit in me, nõ ſitiet in æternum. Hinc eſt, quod Diuus Paulus vocet Euangelium, verbum vitæ. Et Diuus Petrus verba vitæ. His igitur in hac vita ſic ad fidem euangelicam à Spiritu ſancto, & ab Eccleſia ſponſa Chriſti vocatis, & venientibus, ac bibentibus de fonte vitæ, hoc eſt, de euangelica gratia gratis, ait ſecundo idem Spiritus ſanctus: qui ſitit vitam illam ſempiternam, veniat, & bibat & accipiat aquam vitæ ſempiternæ gratis. Nam iam in foribus eſt iudicium. Et qui

Ioan 1.
Ioan. 4.
Iſa 55.
Ioan 6.
Ioan. 6.
Ioan 6.
Phili. 2.

hoc audit dicat imprimis alijs, veni. Imo dicat illud Esaiæ: venite ascendamus in montem Domini: & in domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis suis. Considera obsecro piorum hominum voluntatem, qui non solum propriam salutem desiderant, sed alios ad eandem cohortantur. Thesauri terræ communicati exhauriuntur: at spirituales thesauri, quo magis communicantur, eo magis augentur. Nos igitur ascendamus quæ sursum sunt quærentes non quæ super terram, & alios ad altissimarum rerum contemplationem, & feruentem charitatem inuitemus: tunc audientes spiritum sanctum, & sponsam Christi dicentes veni in iudicium Domine Iesu: omnes etiam deinde dicemus veni. Quo veniente aqua illa sempiterna potabimur. Si quis ergo sitit veniat primum ad illum fontem, de quo Zacharias prædixit capite decimotertio. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatorum, & menstruate. Vulnere enim lateris Christi fons patens fuit in Ecclesia. Ex quo fluxit sanguis, & aqua, qua abluntur, & emundantur peccatores ab omnibus peccatis. Sicut enim olim emundabantur à Moyse homines aqua mixta sanguine, vt Diuus Paulus narrat ad Hebræos capite nono. Sic & nos aqua huius admirabilis fontis mixta eius sanguine emundamur ab omni inquinamento, cuius fontis imago fuit fons ille qui ascendebat de terra irrigans vniuersam terram. Quem Christus restituisse videtur. Sicut ille, antequam primus homo peccaret, plantas sua virtute rigabat, & nutriebat sine vlla hominum opera, ita fons hic virorem plantis, hoc est, pijs & electis propter peccata antè arefactis attulit, illosque ita alit vt fructus vberrimos edant. De hac aqua etiam loquitur Diuus Paulus ad Hebræos decimo. Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, asperso corde à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda. Quod verò Zacharias patentem fontem futurum, vt intelligatur omnibus propositũ esse, ad aquam pro cuiuscumque voluntate gratis, & absque vllo precio hauriendam. Nefarium enim est & ab huius fontis instituto maxime alienum, ipsius aquam, vel vendere, vel emere. ipse quidem saluator ait discipulis apud Math. cap. decimo. Gratis accepistis, gratis reddite. Et in hoc loco, qui sitit veniat, & qui vult accipiat aquam vitæ gratis. Venientibus ergo ad fidẽ, & doctrinam Euangelicam gratis dãda est huius fontis aqua, sicut gratis datur dignè venientibus à Deo prima huius fontis aqua, hoc est, gratia cuius vi & virtute gratis dicitur dare aquã fontis cœlestis, hoc est, gloriæ: quamuis aliàs merces à deo vocetur nostro studio respõdemus vt supra ostẽdim⁹

Esa. 2.

Zach. 13.

Heb. 9.

Gene. 2.

Quam sit nefarium spiritualia vendere.

Math. 10.

¶ *Qui sitit, inuit, veniat.* Omnes natura ipsa sitim maximã habemus Deũ videndi: fecisti nos Dñe ad te, & inquietum est cor nostrum donec perueniam⁹ ad te. Pecatores suis scelerib⁹ obdurati & oppressi, hanc sitim habẽt penè extinctam: at iusti illam habent maximè excitatam. Talis erat ille qui dicebat: quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Talis erat Daniel, qui ideo vir desideriorum ab Angelo vo-

Augustꝰ

Psa. 41.

Dan. 9.

ca-

catur vt ipſe refert.c.9.deſiderant iuſti A iam Deo ſuo perpetuò frui. Hinc eſt, quod pro longo hui⁹ vitæ incolatu,& memoria exilij à cœleſti patria diffunduntur. Et præ deſiderio lachrymas fundentes dicunt quod olim filij Iſrael in captiuitate poſiti. Super flumina Babylonis,illic ſedimus, & fleuimus,dum recordaremur tui Siō. Et illud:quando veniam & apparebo ante faciem Dei? fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur B mihi,vbi eſt Deus tuus? Huic ergo ait modo Dominus vt veniat,& accipiat aquam fontis vitæ gratis.

Pſa.136. Pſa.41.

¶ *Et qui vult*, inquit, *accipiat aquam vitæ gratis.* Videtur hoc aduerſari paulo in epiſtola ad Romanos. cap. 9. affirmanti ac dicenti: non eſt volentis, neque currentis, ſed Dei miſerentis, ſed non aduerſatur:ſic enim hæc Pauli verba explicant photius & græca ſcholia,tum maximè photius: nō eſt C volentis ſolum,neq; currentis ſolū, ſed miſericordia à Deo opus eſt, & miſſo cœlitus auxilio. Deus eſt enim qui operatur in nobis,& velle,& perficere,iuſto igitur ita volenti & deſideranti cœleſtem felicitatem ait Dominus:veniat.

Rom 9. Phil 2.

¶ *Conteſtor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius.* Obteſtatur ne quis quidpiam in hoc libro addendo minuendo ve,immutet:alioqui pœnas in eo contentas luet, illud autem D difficile eſt,cur dixerit,enim,cum nullam cauſam reddat dictorum. Sed ſciẽdum eſt,γὰρ,gar,ideſt, enim, iuxta proprietatem græcę linguæ, interdū redundare, vt nihil pertineat ad ſenſum ſed ad ornatum. Ita noſter interpres accepiſſe videtur,ideſt, ad Cor. 10. Vbi vertit:quoniam vnus panis, vnum corpus multi ſumus,omnes qui de vno pane participamus. In græco eſt:omnes enim de vno pane participamus. Verum mihi magis placet legere,conteſtor ergo omni audienti. Ita enim eſt in græco codice complutenſi,& apud Aretham, & Primaſiũ, & Ansbertum,& Ambroſium,& Anſelmum,& Rupertum. Eodem modo legerunt Tyconius Homel. 18. & Haymo,licet in eis corruptè legatur, ergo,pro ego. Et ſenſus eſt valdè conſentaneus. Dixerat enim paulò ante, ego Ieſus miſi angelum meum teſtificari vobis hęc in eccleſijs,ad quæ alludens Apoſtolus ait:conteſtor ego,ideſt,illa teſtatus eſt angelus, hæc ego conteſtor.

1.Cor. 10.

Aretbas. Primaſius. Ansber. Ambro. Anſel. Ruper. Tyconius. Haymo.

¶ *Si quis apposuerit ad hæc.* Tyconius Ho.18.ſcriptum,hoc eſt, propter falſatores ſanctarum ſcripturam, non propter eos qui ſimpliciter, quod ſentiunt dicunt,& Beda, hæc propter in falſatores dixit,non propter eos, qui ſimpliciter quod ſentiunt dicunt, in nullo prophetia mutilata. Videbat Ioānes iam ſua tempeſtate hæreticos graſſari, & alios poſtea graſſaturos, qui ſcripturas deprauarent, addendo illis,vel detrahendo,& quoniam propheriam hanc vtiliſſimam Eccleſiæ eſſe ſciebat,hanc comminationem addendã putauit,vt integra ſemper permaneret. Apponet,inquit, Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto, ideſt,grauiſſimis quibuſq; plagis eorum quæ in hoc libro ſcriptæ ſunt afficietur. Et ſi quis,inquit, diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ,& de ciuitate ſancta,ideſt,nullã partem habebit in bonis, quæ ſcripta ſunt in libro iſto. Obteſtatur ergo Ioānes, vt dicere incipiebamus,ne quis tàm temerarius ſit,vt addere aliquid audeat

Tyconius. Beda.

hunc libro tanquam aliquid huius libri aut prophetiæ: & nequis diminuat ideſt, aliquid non eſſe huius libri atteſtetur, quod ad eum interim attinet. Et obſerua, aliud eſſe huic libro addere quid piam tanquã de hoc libro, aut ſimpliciter addere huic libro: quia primum nephas & crimen grande eſt, cum ſit mendacium. Secundum verò ſanctum & licitum eſt, cum ad explicationem, & maiorem intelligẽtiam, & confirmationem huius prophetiæ conducat. Sicut ancilla maximè prodeſſe ſolet Domino, ita lex humana, ad obſeruationem diuini iuris quãdo què maximè vtilis eſt: non contra legem aliquod addendum præceptum, ſed accommodè ad maiorem obſeruationis legis efficaciam tradendam. Sic etiam explicatio & expoſitio legis diuinæ, & prophetiæ plurimum confert ad earum intelligentiam. Itaquè vt vno verbo dicam damnat Ioãnes omnes qui huic addũt textui, aut illum ſiniſtrè interpretantur, aut abbreuiant, aut damnant, aut efficiunt, vt ſuis patrocinetur mendacijs. Ex his colliges, quàm perperam hæretici huius temporis hunc locum interpretẽtur, & afferant ad damnandum omnes traditiones Eccleſiæ, quæ à Chriſto dimanarunt ad hæc vſq; tempora. Aiunt hæretici Ioãnes ait hoc loco, ſi quis appoſſuerit ad hæc, apponet ſuper eum Dominus plagas ſcriptas in libro iſto, non ergo adhibenda eſt fides traditionibus Eccleſiaſticis, niſi tãtùm his, quæ ab Apoſtolis & Euangeliſtis ſcripto mandata ſunt. Sed tota miſeri homines errant via, vt paſſim doctores catholici ſuis ſcriptis oſtendunt. Hoc ergo teſtimonium Ioãnis, vt iam diximus, ita intelligendum eſt ne quiſquam Ioãni aſcribat, quod ab ipſo ſcriptum non eſt: eſſet enim nephas, ſomnia, aut fabulas ab alio quopiam confictas, in Ioãnis viſionibus numerare. ¶ Cæterum non eſt mirum quod D. Ioã. maledicat addẽtibus, aut diminuentibus. Sic enim ſolet Eccleſia catholica quæ eſt columna & firmamentum veritatis anathemate inurere hæreticos & peccatores illi non obẽdientes. Gladius quidem Eccleſiæ ſpiritualis eſt, & non materialis. Vel dices hæc Ioãnis verba eſſe propheticam admonitionem, & non eſſe maledictionem.

¶ *Dicit qui teſtimonium perhibet iſtorum.* Nonnulli hæc verba Chriſti eſſe volunt, ſed manifeſtũ eſt eſſe Apoſtoli: qui & in Euangelio ita loqui ſolet: vt cap. vltimo, hic eſt diſcipulus ille qui teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc: ſequitur. Ioan. vlti.

¶ *Etiam veniam cito.* Ad reddendũ ſcilicet, vnicuiquè ſecundum opera ſua, Ioãnes autem id ſupirans, mirum què in modum expetens filiorum Dei reuelari gloriam, & impiorum vltionem, dicebat, *Amen.* ideſt, ſit ita, & quoniam paulo ante Chriſtus dixerat & qui ſitit veniat, & accipiat aquam vitæ gratis, ideo Ioãnes qui ſitiebat, & iam ſenio confectus erat, ſtudio & deſiderio maximo videndi Deum, & incredibili ſiti bibendi de fonte aquæ vitæ tenebatur, ideo ait.

¶ *Etiam, veni Domine Ieſu.* In Græco eſt particula ναί, & eſt affirmantis atquè aſſentientis his, quæ dicta ſunt vt vt diximus. cap. 1. quaſi dicat: ita ſit domine, ego ſitio, & cito ad te veniam, nolo morari. Id igitur omnes dicamꝰ, optemus omnes & oremus, vt ad Eccleſiæ ædificationem pacemquè orbi ferendam, cito veniat: optemus omnes, vt cum pace nos ad regnum ſempi-

Claudius.

Vide lib. 1. de hæreſ. c. 10.

piternum perducat interim tamen pe tamus, vt ſuam gratiam nobis infundat. Quod optat D. Ioan. dicens.

¶ *Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis, & Amen.* Nullus ſibi ſuam beatitudinem arroget. Omne datum optimum de ſurſum eſt procedens à patre luminum gratia enim principium & finis eſt omnium, ab illa radicem trahunt, & vim habent ſtudia noſtra, idcirco præcatur D. Ioannes, vt Deus illam nobis impertiatur. Nam ſine hac veſte nuptiali Dei conA uiuas eſſe non poſſumus, & quamuis Paulus ſæpè nobis hanc gratiam poſtulet à patre, ſimiliter, & D. Iacobus, Iaco. 1. tamen hoc loco Ioannes optat, vt ea donetur à filio. Nam licet illam pater cœleſtis conferat, confert tamen meritis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ideo ait gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen.

¶ *Finis Cap. XXII.*

Intelligentia Capitis vigeſsimi ſecundi apocalypſis.

ET oſtendit mihi fluuium aquæ viuæ ſplendidum tanquam cryſtallum: oſtendit inquam mihi ſpiritum ſanctum, qui fluuius eſt purus gratiæ, emanantem a Deo patre, & agno Chriſto. Et in medio plateæ huius ciuitatis, & ex vtraq3 parte fluminis per mediam plateam fluentis, ligna erant & arbores vitæ. Quo mihi ſignificare volebat gaudium illud a ſpiritu ſancto diffuſum, in platea ſignificatum, immortale fore. ideſt, eundem beatorum numerum ſemper futurum eſſe, eandemq3 mutuæ conſuetudinis atq3 conuictus ſuauitatem: ita vt nunquam minuatur, nunquam marceſcat, ſed ſemper eãdem ſeruet viriditatem, ſicut ſeruarent primi parentes ſi non peccarent, edendo de ligno vitæ, quod erat in medio paradiſi terreſtris. Et ſicut arbores iſtæ ſingulis menſibus nouum fructum ferent, inopiam copia fructum tolentes, & ſatietatem & faſtidium nouitate: ita beatorum gaudia, neq3 vnquam deficient. neque aliquid præſantiæ ſuæ amittent, neq3 ſatietate aliqua afficient. Et in ea nihil erit non benedictum. ſedente & regnante Deo patre, & agno immaculato in eo. Et ſancti ſerui Dei & agni ſeruient illi. ſ. Deo & agno, & videbunt eum ſicuti eſt, facie ad faciem. Et nox vltra non erit. Et non egebunt lumine lucernæ, neq3 ſolis lumine, quoniam dominus Deus illuminabit illos: & reg

nębunt in ſecula ſeculorum, vt ſuperius dicebam. Et dixit mihi, hæ verba fidelisſima ſunt, & vera: nam Deus verax eſt, ſeipſum negare non poteſt: & dominus Deus ſpirituum prophetarum, miſit me angelum ſuum oſtendere, & manifeſtare electis ſeruiſq3 ſuis quæ oportet euenire breui: & ecce ego venio ad hæc tibi nunciandа feſtinanter. Beatus & felix qui ſeruat verba prophetiæ libri huius. Et ego Ioannes teſtis ſum, ac teſtimonium fero me audiuiſſe, & vidiſſe hæc omnia. Et illarum admiratione commotus cecidi pronus in terram, vt magnam, debitamq3 tanto nuncio reuerẽtiam exhiberem: & prohibuit me dicens: noli id facere nam iam conſeruus ſum eius domini, & non dedignor vocari conſeruus tuus, & fratrum tuorum prophetarum, & eorum qui ſeruant verba prophetiæ libri huius. Deum ergo adora, nam ille dignus eſt tanto honore, cum ſit omnium noſtrum Dominus. Cæterum hæc præcipio tibi, vt non celes, & obſignes quæ tibi reuelata ſunt. Tempus enim prope eſt, cum complenda ſunt ea. Quod ſi obduratis non ſufficiunt præteritæ ſordes ad voluntatem gentium conſummanda in luxuriis, ſordeſcant adhuc quando ita illis viſum eſt. Qui verò ſanctus eſt, curet vt ſanctior ſit: quia ecce venio breui, & merces mea mecum eſt: ideo qui mercedem bonam optat, benè operetur. Felices illi qui maculatas peccato, corporis animiq3 ſui veſtes per pœnitentiam merito paſsionis Chriſti abluunt, vt gaudio illo ſempiterno, quo fruuntur beati, et ipſi etiam fruantur, & per portas Apoſtolorum, hoc eſt per illorum imitationem intrent in ciuitatem cæleſtem: extra quam ſunt omnes impij & reprobi. Ego Ieſus & mundi redemptor miſi angelum meum teſtificari vobis hæc omnia in eccleſiis: ego ſum de radice & genere Dauid, ſtella ſplendida & matutina: & ſpiritus ſanctus & eccleſia ſponſa quæ ab illo regitur & gubernatur dicunt ac clamant Chriſto: veni in iudicium, & omnes pij qui obediunt illi: dicunt veni iam domine ad iudicium, vt promiſſa nobis beatitudine fruamur. Qui ſitit iuſtitiam, veniat per ipſam voluntatem, & obedientiam: & de aqua vitæ deiq3 gloria gratuito, & liberaliter ſibi data, ſe ipſe potet. Obteſtor autem nequis quidpiam in hoc libro addat minuat ve, aut immutet alioqui pœnas in eo contentas luet. Nil addubitandum eſt de veritate prædictorum, quia a deo reuelata ſunt quæ hic deſcribuntur. & de his omnibus teſtimonium perhibet Ioannes, ſe videlicet a deo accepiſſe, & non ab homine: qui autem accepit a deo immediate, & teſtimonium perhibet, eſt Chriſtus Ieſus: qui hic loquens introducitur dicens: etiam, venio cito ad reddendum cuiq3 pro meritis, vel demeritis

retis: optemus autem omnes cum diuo Ioanne, vt cito veniat Dominus Iesus. Amen. Veni domine Iesu, veni vt reddas vnicuiq; secundum opera sua. Gracia Domini nostri Iesu Christi quæ sola salutem affert sit cum omnibus vobis.

Amen.

Cõmentariorum in Apocalipsin Finis.

VALLESOLETI.

¶ Excudebat apud hæredes à Bernardino Sancto dominico Typographo Regio. Anno. M.D.Lxxxjx.

Authores qui in his commentariis citantur. Vel ex quibus hæc delibata sunt.

A
Augustinus.
Ambrosius.
Athanasius.
Anastasius Papa.
Aristoteles.
Albertus Magnus.
Aquila. (seu)
Alexãder Aphrodi-
Ammonius.
Apuleius.
Antonius Nebrisesis
Andreas de Vega.
Adamus.
Arethas
Armilius.
Abdias.

B
Bernardus.
Basilius.
Beda.
Boetius.
Budeus.
Berosus.
Blondus.
Bassarion.

C
Cyprianus.
Chrysostomus.
Cirilus.
Clemẽs Alexãdrinꝰ
Casianus.
Casiodorus.
Cato.
Cicero.
Caietanus.
Couarrubias.
Castro.
Claudianus.

D

Dionisius.
Dydimus.
Driedo.
Diogenes Laertius.
Diodorus Siculus.
Drutmaari.
Damasus.
Dominicus Nanus.

E

Eusebius.
Epiphanius.
Euthymius.
Eucherius.

F

Faber.
Fuluius.
Ferus.

G

Gregorius Papa.
Gregorius nicenus.
Grego. Nazianzenus.
Gratianus.
Glossa ordinaria.
Gerson.
Galeatinus.
Galenus.
Georgius agricola.
Gagneius.
Genebrardus.
Guillelmus perald⁹.
Georgius ederus.
Guillelmus Parisi⁹

H

Hieronymus.
Hylarius.
Homerus.
Horatius.
Heraclytus.
Hierony. ab oleast.
Herodianus.

I

Ignatius.
Iisidorus.
Iustinus martyr.
Innocentius Papa.
Iræneus.
Iosephus.
Iacobus de Valetia.

L

Leo Papa.
Lactantius firmia.
Lucianus.
Lyra.

M

Maximus.
Mantuanus.
Macrobius.
Mercurius trismegi.
Melchior Cano.

N

Nicephorus.

O

Origines.
Ouidius.
Orpheus.
Osiander.

P

Pagninus.
Petrus Lombardus.
Philo Iudæus.
Plato.
Plinius.
Plutarchus.
Plautus.
Proculus.
Ptholomeus.
Primasius.
Pintus.
Phalaris.
Petrus Aureolus.
Philonius.
Plotinus.
Philo Platonicus.

R

Rupertus.
Rabbi Ankelos.
Rabbi Salomo.
Rabbi Moses.
Remigius.

S

Septuaginta interpr.
Symmachus.
Scotus.
Strabo.
Seneca.
Suidas.
Simplicius.
Sophonius.
Suetonius.
Soto.
Sidonius.
Sabelicus,
Solon.

T

Thomas de Aquin.
Tertulianus.
Theophilatus.
Theodoretus.
Theodorus.
Theophrastus.
Turre cremata.
Titus liuius.
Themistocles.
Trejo.
Titelmanus.
Theodozius.
Thomas hibernicus
Targum hierosol.

V

Vincentius lirenens.
Valerius Maximus.
Volateranus.
Virgilius.
Vatablus.
Vualdensis.

Index authoritatum ſacræ ſcripturæ quę ab authore in hoc opere declaratæ ſunt præter alias, quæ paſsim citantur.

Geneſis.

1 In principio creauit Deus cœlum, & terram, pag.44.col.2.D
Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, pag.769.col.1.A
Congregationem aquarum vocauit mare, pag.217.col.2.C
Maſculum & fœminam fecit eos, pa. 845.col.1.B
Requieuit ab omni opere quod patrarat, pag.846.col.2.C
2 Inquacumquè hora comederis morte morieris, pag.782.col.A
Fluuius de paradyſſo egrediebatur, pag.219.col.1.D
Erunt duo in carne vna, pag.846. col. 2.C
3 De ambulans ad auram poſt meridiē pag.49 col.1.D
Pectore & ventre repes, pag.59. colu. 2.A
Adam vbi es, pag.93.col.2.A
Abſcondit ſe Adam à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi, pagi. 220. col.1.A.
Puluis es & in puluerem reuerteris, pag.339.col.2,C
Spinas & tribulos germinabit tibi, pa. 942.col.2.A
multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos, pag.943.col.2.B
4 Omnis qui occiderit Cain punietur ſeptuplum, pag.19.col.2.B
Egreſſus eſt Cain à facie Domini, pag 217.col.2.C
Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra, pagina, 283. colu. 1.C
Fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain agricola, pagina. 453. columna, 2.C
5 Noe cum quingentorum eſſet annorum genuit Sem, Cam, & Iafet, pagi. 379.col.1.A
6 Et oſtium erat in latere deorſum, pa. 207.col.1.A
7 Et rupti ſunt fontes abyſſi magnæ, pa. 769.col.1.B
8 Coruus egrediebatur, & non reuertebatur, pag.781.col.2.A
9 Erit arcus meus pactum fœderis inter me & vos, pagina, 209. columna, 2.A
Cepitquè Noe vir agricola exercere terram, pag.441.col.1.B
Dilatet Deus Iafet, pagina, 432. columna, 1.A
10 Hæ familiæ Noe iuxta populos, & nationes ſuas, pag.379.col.2.B
Ipſe cepit potens eſſe in terra, pag.423. col.2.A
11 Venite faciamus lateres & coquamus eos igni, pag.379.col.2.D
Deſcendit autem Dominus vt videret ciuitatem, pag.332.col.2.C

12 Egredere de terra tua, & de cognatione tua, pag.381.col.1.D
Egressus est itaq; Abraham sicut præceperat ei Dominus, pagina, 441. colu. 2. D
In semine tuo benedicentur omnes gentes, pag.865.col.1.B
13 Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai sed Saram, pagina. 254. columna, 1.C
Erat Abraham diues valde, pagina.331. col.2.A
Dabo terram hanc semini tuo in semiternum, pag.227.col.1.A
14 Da mihi animas cætera tolle tibi, pag. 281.col.2.A
Leuo manum meam ad Dominum Deum, pag464.col.2.D
15 Noli timere Abraham, pagina, 382. colu.1.C
Ego merces tua magna nimis, pa. 558. col.1.A
16 Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum, pagina, 8. colu. 2.A
Afligente eam Sarai fugaminijt, pag. 442.col.1.C
Peperitque Agar Abræ filium, pagin. 451.col 2.A
Infans octo dierum circumcidetur in vobis, pag.43.col.1.D.
Si forte saltem ex ea suscipiam filios, pag.163.col.1.A
Cumque inuenisset eam angelus Domini, pag.399.col.2.C
17 Ambula coram me, pagina, 220.colu. 1.A
Patrem multarum gentium constitui te, pag.875.col.2.A
Ego Dominus omnipotens, pagi. 157. col.2.C
18 Vidit Abraham tres Angelos in meridie, pag.46.col.1.D
Clamor Sodomorum & Gomorrço rum multiplicatus est, pagina, 284. colu.1.C
Descendam & videbo, pagina, 332. colu.2.B
19 Quæso Domine mi quia inuenit seruus tuus gratiã coram oculis tuis, pa. 303.col.2.D
Vimquè faciebant Loth vehementissime, pag.386.col.1.B
Conuersa est in statuam salis, pag.567. col 2.D
20 Dixitq; de Sara vxore sua soror mea est, pag.386.col.2.C
21 Accepit ei vxorem de Aegypto, pag. 8.col 2.B
Ejce ancillam & filium eius, pag. 875. col.2.D
Visitauit Dominus Saram, pagin. 129. col.2.A
Vidit Sara Ismaelem ludentem cum Isaac, pag.351.col.2 B
22 In semine tuo benedicentur omnes gentes, pag.256.col.1.D
23 Ita sepelivit Abraha Saram vxorem suam, pag.393.col.2.D
24 Et ecce Rebecca egrediebatur, pagi. 36.col.1.A
25 De præcatusquè est Isaac Dominum pro vxore sua, pag.389.col.2.C
Maior seruiet minori, pagina, 875. col. 2.D
27 Vt sensit fragrãtiam vestimentorum eius, pag.331.col.2.D
Qui respondit ad sum, pagin. 397. col. 2.D
28 Vidit Iacob scalam, pagina. 456. colu. 2.C
29 Seruiam tibi pro Rachel, pagina, 88. col.1.B
Ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui, pagina.467. columna, prima, B
31 Die noctuquè vrebar æstu & gelu, pagina.94.col.1.B

Scru

Scrutatus es omnem ſup electilem meam,pag.427.col.2.D

33 Liam vero & filios eius in ſecundo loco poſſunt,pag.844.col.2.C

41 Vidi ſomnia nec eſt qui ediſſerat,pa. 824.col.2.C
Placuit Pharaoni conſilium, & cunctis miniſtris eius,pagina,827. col.1.D

46 Omnes animæ domus Iacob quæ ingreſſæ ſunt Aegyptum,pagi.281.colu. 2.A

49 Lauit in vino ſtolam ſuam,pagin.30. col.i.B
Catulus leonis Iuda ad prædam fili mi aſcendiſti,pag.245.col.2.D
Non auferetur ſceptrum de Iuda,pag. 309.col.i.D
Fiat Dan coluber in via pag.312. colu. i.A

Exodus.

1 Erant autem omnes animę quę egreſſæ ſunt,pag.281.col.2.B

3 Videbat quod rubus arderet, & non comburéretur,pag.8.col.1.B
Ego ſum qui ſum,pag.22.col.2.D

9 Ego ſum Deus Abraham,pagin. 304. col.i.D
In hoc ipſum excitauite,vt oſtendam in te potentiam meam,pag.463. colu. 2.C

12 Os non comminuetis ex eo,pag. 248. col.1.A

13 Omne maſculinum ad aperiẽs vuluã pag.478.col.2.C

14 Dixit Dñs ad Moyſen quid clamaſad me,pag.283.col.2.B
Dominus enim pugnat pro eis cõtra nos,pag.295.col.2.D

15 Deſcenderunt in profundum quaſi lapis,pag.356.col.2.C
Abiſſusopperuit ægyptios,p.769.c.1.B
Congregatæ ſunt abyſſi in medio mari,ibidem.

16 Gloria Domini apparuit in nube, pa. 37.col.i.C

18 Et venerunt Aaron,& omnes ſeniores filiorum Iſrael,vt comederent panem,pag.219.col.2.C

19 Si pactum meum cuſtodieritis, pa. 33. col.2.A
Iam veniam ad te in caligine nubis, pag.37.col.i.C
Et cæperunt audiri tonitrua & micare fulgura,pag.216.col.2.B

20 Noli te timere,pag.216.col.2.B
Honora patrem tuum & matrem tuã pag.563.col.2.B
Cunctus populus videbat vocem,pa. 53.col.2.A

21 Oculum pro oculo dentem prodente,pag.534.col.2.D
Qui maledixerit patri ſuo, vel matri morte moriatur,pag.524.col.1.A

23 Qui peccauerit mihi delebo eum de libro meo,pag.493.col.i.B
Non declinabis in iudicium pauperis pag.453.col.2.B

24 Et nubes operuit montem aduenientę Domino,pag.37.col.i.D
hic ſanguis teſtamenti quod mandauit ad vos Deus,pag.541.col.2.A

28 In primo verſu erat lapis ſardius pag. 209.col.1.A

29 Omnes filij Aaron ſacerdotes,pag.312 col.2.A

32 Poſteriora mea videbis faciem meã videre non poteris,pag.52.col.1.B
Fac nobis deos qui præcedant nos, pagi.465.col.B

33 Miſerebor cui voluero,pag.563. colu. .i. C

31 Fecit & propitiatorium,pagi.333. col. col.2.C

Columnæ autẽ in introitu fuere quatuor pag.902.col.2.C.

39 Quæ poſtquam Moyſes cuncta vidit benedixit eis,pag.800.col.i.B

Possuitque eos in latebris super humeralis,pag.901.col.2.A

40 Nec poterat Moyses ingredi tectum federis,pag.792.col.1.C
Posuit candelabrum in tabernaculo testimonij,pag.794.col.2.B
Labrum quoque statuit inter tabernaculum testimonij,& altare & impleuit illud aqua,pag.427.col.2.B.

Leuiticus.

1 Immolabitque vitulum coram Domino,pag.220.col.2.C

8 Doctrina & veritas,pagina, 99. colu. i,A

9 Nolite facere iniquum aliquid in iudicio in regula in pondere in mensura,pag.610.col.1.B

11 Immundum ne comederitis,pagi. 11. col.2.A
Sancti eritis quoniã ego sanctus sum, pag.452.col.2.B

15 Sanctificabis annum quinquagesimum,pag.626.col.2.A

16 Omne opus non facietis in eo,pagin. 399.col.2.D
Assumpto turibulo quod de prunis altaris impleuerit,pag.333.col.1.B

18 Custodite leges meas & iudicia quæ faciens homo viuet in eis, pagina,335. col.2.B
Iuxta morem regionis chanaam,pag. 214.col.1.C

19 Statera iusta & æqua sint pondera,pagi.24.col.2.D
Non eris criminator nec susurro in populo,pag.242.col.1.A
Nolite conuerti ad idola, pagina,314. col.2.C
Non quæras vltionem,pagi.284.colu. 1.B
Diliges proximum tuum sicut te ipsum,pag.452.col.2.B

21 Ad omnem mortuum non ingredietur omnino,pag.603.col.1.A

26 Euaginabo post vos gladium,pagina 95.col.1.B
Adam correptiones vestras septuplum propter peccata vestra, pagi.18. col.2.D
Dabo vobis cœlũ de super quasi ferrum,pag.39.col.1.B
Quoniam inhabitabo in illis, & ambulabo inter eos,pagin.743. columna 1.A

27 Omnis æstimatio siclo sanctuarij põderabitur,pag.325.col.1.C

Numeri.

1 Constitues eos super tabernacula,pa 590.col.2.A

2 Obsecro Domine vt interficias me, pag.362.col.1.C

9 Os non comminuetis ex eo,pagi.583. col.1.A

11 Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel,pagina,212.columna 2.B
Nũquid manus Domini inualida est, pag.38.col.2.B

12 Si quis fuerit Propheta Domini in visione apparebo ei,pagina,50. columna.2.D

14 Qui visitas peccata patrum in filios, pag.138.col.2.D
Non intrabitis in terram super quam leuaui manum meam,pa.268.col.2.C
Murmurauerunt contra Moysen, & contra Aaron,pag.454.col.1.B
Vestra cadauera iacebunt in solitudine,pag.589.col.2.D

17 Recedite à tabernaculis hominũ impiorum,pag.480.col.2.A

18 In terra eorum nihil possidebitis, pag. 600.col.2.C

19 Excubate in custodia sanctuarij,pagi. 607.co.2 B

Qua-

20 Quare nos de Aegypto eduxisti in locum hunc pessimum, pag.636.colu. 2.A
21 Extulit Moyses serpentem æneum, pag.271.col.2.C
23 Moriatur anima mea morte iustorũ, pag.782.col.2.B
Non est Deus quasi homo vt mẽtiatur, pag.56.col.2.C
24 Orietur stella ex Iacob, pagina, 253. col.1.D
29 In holocaustum sempiternum, pagi. 353.col.2.C
31 Colligeris ad populum tuum, pag.383. col.1.B
33 Profectiquè de Elim castra metati sunt ad mare, pag.648.col.2.D

Deuteronomium.

1 Vrbes sunt magnæ & ad cœlum vsquè munitæ, pag.404.col.2.B
4 Deus tuus ignis consumens est, pagi. 27.col.2.C
6 Erunt verba mea in corde tuo, pagi. 65.col.2.A
10 Deus personam non accipit, pagi. 72. col.1.D
11 Venient super eum Romani, ibidem
13 Tentatuos dominus Deus vester, vt palàm fiat vtrum diligatis eum, pagi. 97.col.1.C
15 Non obdurabis cor tuum, pag.77.col. 2.B
16 Non accipies personam nec munera pag.525.col.1.A
17 Scribes verba mea in limine & ostijs domus tuæ, pag.53, col.1.B
18 Prophetam suscitabit vobis dominus Deus, pag.495.col.1.A
21 Maledictus omnis qui pendet in ligno, pag.532.col.2.B
22 Glorificantes me glorificabo, pag.97. col.1.A
25 Non alligabis os bobi trituranti, pagi. 587.col.2.D
Si quis mortuus fuerit non habens filium, pag.681.col.1.D
28 Erit vita tua pendens ante te, pagi.585. col.2.C
30 Considera quòd hodie proposuerim in conspetu tuo vitam & bonum, pa. 277.col.2.D
Quis ascendet in cœlum, pagina, 772. col.1.C
Prope est verbum in ore tuo, pa.800. col.2.A
31 Scio enim cogitationes eius, pag. 264. col.1.B
32 Mihi vindictam & ego retribuam, pagi.914.col.1.D
Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, pag.815.col.1.C
Dentes bestiarum immittam in eos, pag.276.col.1.D
Si arripuerit iudiciũ manus mea reddam vltionem hostibus meis, pag. 61. col.1.C
Videte quod ego sim solus & non est alius Deus præterme, pag.778.col.1.B
Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel, pagi.20. col.2.D
Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora, pag.11.col.2.C
33 In dextera eius ignea lex, pagi.237. col 2.D
Beatus es tu ô Israel quis similis tui populo qui saluaris in domino, pagin.17. col.1.C

Iosue.

1 Noli timere tecũ est dominus Deus tuus, pag.907.col.2.B
Non te deseram nec derelinquam, pagi.914.col.1.C
2 Anima nostra sit pro vobis in mortẽ pag.834.col.2.D
Tollensq; mulier viros abscondit, pa. 825.col.2.A

Posſuitque eos in lateribus ſuper humeralis,pag.901.col.2.A

40 Nec poterat Moyſes ingredi tectum foederis,pag.792.col.1.C

Posſuit candelabrum in tabernaculo teſtimonij,pag.794.col.2.B

Labrum quoque ſtatuit inter tabernaculum teſtimonij,& altare & impleuit illud aqua,pag.427.col.2.B.

Leuiticus.

1 Immolabitque vitulum coram Domino,pag.220.col.2.C

8 Doctrina & veritas,pagina, 99. colu. i,A

9 Nolite facere iniquum aliquid in iudicio in regula in pondere in menſura,pag.610.col.1.B

11 Immundum ne comederitis,pagi. 11. col.2.A

Sancti eritis quoniã ego ſanctus ſum, pag.452.col.2.B

15 Sanctificabis annum quinquageſimum,pag.626.col.2.A

16 Omne opus non facietis in eo,pagin. 399.col.2.D

Aſſumpto turibulo quod de prunis altaris impleuerit,pag.333.col.1.B

18 Cuſtodite leges meas & iudicia quæ faciens homo viuet in eis, pagina,335. col.2.B

Iuxta morem regionis chanaam,pag. 214.col.1.C

19 Statera iuſta & æqua ſint pondera,pagi.24.col.2.D

Non eris criminator nec ſuſurro in populo,pag.242.col.1.A

Nolite conuerti ad idola, pagina,314. col.2.C

Non quæras vltionem,pagi.284.colu. 1.B

Diliges proximum tuum ſicut te ipſum,pag.452.col.2.B

21 Ad omnem mortuum non ingredietur omnino,pag.603.col.1.A

26 Euaginabo poſt vos gladium,pagina, 95.col.1.B

Adam correptiones veſtras ſeptuplum propter peccata veſtra, pagi.18. col.2.D

Dabo vobis cœlũ de ſuper quaſi ferrum,pag.39.col.1.B

Quoniam inhabitabo in illis, & ambulabo inter eos,pagin.743. columna 1.A

27 Omnis æſtimatio ſiclo ſanctuarij põderabitur,pag.325.col.1.C

Numeri.

1 Conſtitues eos ſuper tabernacula,pa 590.col.2.A

2 Obſecro Domine vt interficias me, pag.362.col.1.C

9 Os non comminuetis ex eo,pagi.583. col.1.A

11 Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſrael,pagina,212.columna 2.B

Nũquid manus Domini inualida eſt, pag.38.col.2.B

12 Si quis fuerit Propheta Domini in viſione apparebo ei,pagina,50. columna.2.D

14 Qui viſitas peccata patrum in filios, pag.138.col.2.D

Non intrabitis in terram ſuper quam leuaui manum meam,pa.268.col.2.C

Murmurauerũt contra Moyſen, & contra Aaron,pag.454.col.1.B

Veſtra cadauera iacebunt in ſolitudine,pag.589.col.2.D

17 Recedite à tabernaculis hominũ impiorum,pag.480.col.2.A

18 In terra eorum nihil poſſidebitis, pag. 600.col.2.C

19 Excubate in cuſtodia ſanctuarij,pagi. 607.co.2 B

Qua-

20 Quare nos de Aegypto eduxisti in locum hunc pessimum, pag.636.colu. 2.A
21 Extulit Moyses serpentem æneum, pag.271.col.2.C
23 Moriatur anima mea morte iustorũ, pag.782.col.2.B
Non est Deus quasi homo vt mẽtiatur, pag.56.col.2.C
24 Orietur stella ex Iacob, pagina, 253. col.1.D
29 In holocaustum sempiternum, pagi. 353.col.2.C
31 Colligeris ad populum tuum, pag.383. col.1.B
33 Profectiquè de Elim castra metati sunt ad mare, pag.648.col.2.D

Deuteronomium.

1 Vrbes sunt magnæ & ad cœlum vsquè munitæ, pag.404.col.2.B
4 Deus tuus ignis consumens est, pagi. 27.col.2.C
6 Erunt verba mea in corde tuo, pagi. 65.col.2.A
10 Deus personam non accipit, pagi. 72. col.1.D
11 Venient super eum Romani, ibidem
13 Tentatuos dominus Deus vester, vt palàm fiat vtrum diligatis eum, pagi. 97.col.1.C
15 Non obdurabis cor tuum, pag.77.col. 2.B
16 Non accipies personam nec munera pag.525.col.1.A
17 Scribes verba mea in limine & ostijs domus tuæ, pag.53, col.1.B
18 Prophetam suscitabit vobis dominus Deus, pag.495.col.1.A
21 Maledictus omnis qui pendet in ligno, pag.532.col.2.B
22 Glorificantes me glorificabo, pag.97. col.1.A
25 Non alligabis os bobi trituranti, pagi. 587.col.2.D
Si quis mortuus fuerit non habens filium, pag.681.col.1.D
28 Erit vita tua pendens ante te, pagi.585. col.2.C
30 Considera quòd hodie proposuerim in conspetu tuo vitam & bonum, pa. 277.col.2.D
Quis ascendet in cœlum, pagina, 772. col.1.C
Prope est verbum in ore tuo, pa.800. col.2.A
31 Scio enim cogitationes eius, pag. 264. col.1.B
32 Mihi vindictam & ego retribuam, pagi.914.col.1.D
Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, pag.815.col.1.C
Dentes bestiarum immittam in eos, pag.276.col.1.D
Si arripuerit iudiciũ manus mea reddam vltionem hostibus meis, pag. 61. col.1.C
Videte quod ego sim solus & non est alius Deus præterme, pag.778.col.1.B
Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel, pagi.20. col.2.D
Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora, pag.11.col.2.C
33 In dextera eius ignea lex, pagi.237. col 2.D
Beatus es tu ô Israel quis similis tui populo qui saluaris in domino, pagin.17. col.1.C

Iosue.

1 Noli timere tecũ est dominus Deus tuus, pag.907.col.2.B
Non te deseram nec derelinquam, pagi.914.col.1.C
2 Anima nostra sit pro vobis in mortẽ pag.834.col.2.D
Tollensq; mulier viros abscondit, pa. 825.col.2.A

4 Quid ſibi volunt iſti lapides, pag. 910. co. 2. A
6 Cumque ſeptimo circuitu clangerent buccinis ſacerdotes, pag. 330. col. 2. D
7 Filij autem Iſrael preuaricati ſunt mãdatum, pag. 819. col. 1. D
9 De terra longinqua venimus pacem vobis cum facere cupientes, pagina, 118. col. 2. C
12 Hi ſunt reges quos percuſſerunt filij Iſrael, pag. 785. col. 1. C
13 Ioſue ſenex erat prouectæ què ætatis, pag. 452. col. 1. B
18 Congregatique ſunt omnes filij Iſrael in ſilo, pag. 427. col. 1. D
22 Nonne Acham filius Zaræ præteriit mandatum Domini, pag. 418. col. 1. C
23 Ego hodie ingredior viam vniuerſæ terræ, pag. 325. col. 2. B
24 Cõgregauitq; Ioſue omnes tribus Iſrael in Sichem, pag. 409. col. 2. B

Iudices.

5 Audite reges auribus percipite principes, pag. 478. col. 2. D
Surge Delbora & loquere canticum, pag. 491. col. 1. A
7 Immiſſit Dominus gladium in ombus caſtris, pag. 269. col. 2. C
Omnia itaquè caſtra turbata ſunt, pa. 622. col. 2. C.
8 Dominare noſtri tu & filius tuus, pa. 584. col. 1. D.
12 Igitur incendemus domum tuam, pagina. 645. col. 2. C
14 De comedente exiuit cibus & de forti egreſſa eſt dulcedo, pagina. 245. col. 2. B.
15 In maxilla aſini deleui eos, pagi. 229. col. 2. A
Percuſſitque eos in genti plaga, pagi. 698. col. 1. D.
16 Ita rupit vincula quaſi filatelarum, pagina, 779. col. 2. A
18 In diebus illis non erat Rex in Iſrael, pag. 834. col. 1. C
19 Non ingrediar oppidum gentis alienæ, pag. 906. col. 1. A

Ruth.

3 Ego ſum Ruth ancilla tua, pagi. 727. col. 2. C
4 Tulit itaquè Booz Ruth, & accepit eam vxorem, pag. 324. col 1. C
Ego agrum emam, pag. 479. colu. 2. B
Aſcendit ergo booz ad portam & ſedit ibi, pag. 562. col. 1. D

1. Regum.

1 Fuit virunus de Ramathain, pag. 425. col. 1. B
2 Dilatatum eſt cor meũ in Deo meo, pag. 312. col. 2. A
9 Venite & eamus aduidentem, pag. 52. col. 1. D
10 Num ſaluare nos poterit iſte, pag. 94. col. 2. C
11 Inuenit eum Hieroboam in via opertum pallio ſuo nouo, pag. 57. col. 2. C
In hoc feriam vobis cum fœdus quòd eruam omnium veſtrum oculos, pa. 357. col. 2. C.
12 Nunquid non meſis tritici eſt hodie, pag. 216. col. 1. C
13 Filius vniuſanni erat Saul cum regnare cœpiſſet, pag. 94 col. 2. C
17 Et nouerit vniuerſa Eccleſia hodie quia nõ in gladio nec haſta ſaluat Dominus, pag. 31. col. A.
Prævaluit Dauid aduerſum Philiſtæũ in funda & lapide, pag. 31. col. 2.
18 Spiritus Domini malus inuaſit Saul, pag. 33. col. 2. C

2. Regum.

1 Fleuerũt ſuper Saul, & ſuper Ionathã filium eius, pag. 41. col. 2. A

Mi-

6 Michol filiæ Saul non est natus filius vsquè in diem mortis suæ, pagina. 781. col. 1 C

7 Ego ero illi in patrem & ipse erit mihi in filium, pag. 872. col. 1. C

17 Tu venis ad me in hasta & gladio ego autem in nomine Domini, pagina 229. col. 1. C

22 Tonabit de cœlo Dominus & altissimus dabit vocem suam, pag. 216. colu. 1. D

23 Ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, pag. 221. col. 1. B

24 Cumquè extendisset manum suam angelus domini, pag. 303. col. 2. A

3. Regum.

3 Accepit Salomon sapientiam nocte, pag. 49. col. 1. D

6 Et fecit ostiola de lignis oliuarum, pagi. 333. col. 2. D

7 Fecit mare fusile, pag. 362. col. D

8 Audi Domine himnum & oratione quam seruus tuus orat, pagi. 425. colu. 2. B

13 Altare altare hæc dicit Dñs, pagi. 513. col. 2. B

15 Ambulauit in via patris sui, pagi. 514. col. 1. C

18 Vsquequo claudicatis in duas partes, pag. 407. col. 1. B

19 Et petiuit animæ suæ vt moreretur, pag 362. col. 1. D

Domine Prophetas tuos occiderunt, pag. 528. col. 1. A

Reliqui mihi septem millia virorum, ibidem.

4. Regum.

2 Currus Israel & auriga eius, pagi. 41. col. 2. B

5 Egressi latrunculi quidam de Syria, captiuam duxerunt puellam, pag. 330. col. 2. C

6 Viditquè omnis populus ciliciũ quo erat Rex succinctus ad carnes, pa. 289. col. 2. D

14 Vidit Dominus afflictionem Israel, pag. 96. col. 1. A

16 Ambulauit in via regum Israel, pagi. 157. col. 2. C

17 Nolluerũt seruire Domino Deo suo pag. 223. col. 1. D

18 Ipse dissipauit excelsa contriuit statuas, pag. 321. col. 1. A

19 Venit angelus Domini & percussit in castris Assiriorum. pag. 303. col. 2. B

23 Melchon abominatio filiorum Ammon, pag. 268. col. 1. C

25 Subleuabit Euil Merodach rex Babylonis caput Ioacin.

1. Paralipomenon.

21 Locutus est Dominus ad Gad videntem, pag. 52. col. 1. D

2. Paralipomenon.

16 Oculi Domini contemplantur vniuersam terram, pag. 249. col. 2. a

32 Scripta sunt in visione Esaiæ Prophetæ, pag. 52. col. 1. D

33 Scripta sunt in sermonibus Ozai, pag 52. col. 2. A

1. Esdræ.

2 Voluerunt omnia illa scribere, pagi. 17S. col. 2. B

8 Prædicaui ieiunium iuxta fluuiũ Ahaba, pag. 020. col. 1. D

10 Separamini à populis terræ & ab vxoribus alieni genis. pag. 9. col. 2. C.

2. Esdræ.

9 In tribulationis tempore clamauerũt ad te Domine, pag. 110. col. 1. A

Tobias.

12 Cùm essem vobiscum per voluntatẽ

Dei videbar quidem manducare, pa. 774.col.2.B

Ego sum angelus Raphael vnus ex septem qui astamus ante dominum, pagi.23.col.2.B

Quia aceptus eras Deo necesse fuit vt tentatio probaret te, pagina.97. col. 1.B

Ego orationem tuam obtuli ante deū pag.251.col.1.D

Iudith.

4 Scitote quia exaudiet dominus præcesseſtras si manentes permanseritis in ieiunijs, pag.420.col.2.B

6 Humilium & mansuetorum Domine semper tibi placuit deprecatio, pa. 53.col.1.B

Hester.

6 Iussitq; sibi afferri historias & annales, pag.390.col.2.A

7 Aman suspensus est patibulo quod parauerat Mardocheo, pagina, 286. col.1.D

13 Cum plurimis gentibus imperarem, & vniuersum orbem, &c. pag.259.col. 2.D

Iob.

1 Dominus dedit, Dominus abstulit, pag.457.col.1.C

2 Habitauitque in terra hus, pag.9. col. 2.B

3 Expectant mortem & non veniet eis pag.362.col.2.A

5 Comprehendam sapientes in astutia eorum, pag.315.col.1.D

6 Fratres mei prætierunt me sicut torres, pag.325.col.2.A

7 Militia est vita hominis super terram pag.327.col.1.C

9 Qui præcipit soli & non oritur, pagi. 290.col.2.C

Si voluerit contendere cum eo poterit respondere ei vnum pro mille, pa. 773.col.1.C.

10 Manus tuæ Domine fecerunt me, pagi.54.col.2.B

Tædet animam meam vitæ mæ, pag. 362.col.1.D

12 Apud ipsum est fortitudo & scientia, pag.249.col.1.D

Baltheum regum disoluit & præcingit funerenes eorum, pag.8.col.2.A

14 Quis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas me. pag.70.col.2.C

16 In cœlo testis meus, pag.25.col.2.C

19 Quia manus Domini tetigit me, pag. 54.col.2.B

20 Aniniam eius serua, pag.361.col.1.C

24 Transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium, pag.377.col.1.C

25 Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis, pag.56.col.2.C

28 Non deuorabit pulchritudinem eius mors secunda, pag.784.col.1.D

39 Exultat audacter in ocursum pergit armatis, pag.266.col.1.B

Quis dimisit onagrum liberum in solitudine, pag.329.col.2.A

40 An extrahere poteris Leuiathan hamo aut ligare sune linguam eius, pag. 770.col.1.C

Qui magnum cetum capturus est, pag.771.col.2.D

Hoc est principium plasmatis Domini quod factum est vt illudatur ei ab angelis eius, ibidem

41 De naribus eius procedit fumus, pa. 503.col.1.D

Non est potestas quæ comparetur ei super terram, pag.229.col.1.C

Subumbra dormit in secreto calami, pag.275.col.2.R

Portas vultus eius quis apperiet, pag. 563.col.2.B

Filius arcus, pag.163.col.1.D

Ipse

Ipse est rex super omnes filios superbiæ, pag.330.col.2.C

Psalmi.

Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, pag.17.col.1.B

2 Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania, pag. 475.col.2.A
Filius meus es tu ego hodie genuite, pag.492.col.1.D
Reges eos in virga ferrea, pagin.494. col.1.C
Nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, pag.28.col.1.C

3 Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me, pag.632.col.2.A
Tu autem Domine susceptor meus es gloria mea, & exaltans caput meū, pag325.col.1.A
Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa dentes peccatorum contriuisti, pagina.481. colu. 1.B

4 Filij hominum vsquequo graui corde, pag.214 col.1.C
Sacrificate sacrificium iustitiæ & sperate in Domino, pag.785.col.1.C
Irascimini & nolite peccare, pagi. 523. col.2.B
In tribulatione dilatasti mihi, pagi. 311. col.2.A

5 Sepulchrum patens est guttur eorū, pag.555.col.1.C
Quoniam ad te orabo Domine mane exaudies vocem meam, pagin. 314. col.1.D

6 Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem, pag.384.col.2.A
Miserere mei Domine quoniam infirmus sum, pag.314.col.1.B
Saluum me fac propter misericordiā tuam, pag.221.col.2.D

7 Potens es domine & veritas tua in circuitu tuo, pag.210.col.2.D
Tu humiliasti sicut vulneratum superbum, pag.212.col.2.C

8 Quid est homo quod memor es eius pag.56.col.2.C
Minuisti eum paulominus ab angelis, pag.25.col.1.C
Exore infantium & lactentium perfecisti laudem, pag.613.col.1.C

9 Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, pag.632.col.2.D
Ostende faciem tuam & saluierimus pag.385.col.2.C

10 Quoniam quæ tu fecisti destruxerūt pag.225.col.1.D
Dominus in cœlo sedes eius, pag.314. col.1.D

11 Argentum igne examinatum probatum terræ purgatum septuplum, pag. 19.col.1.A

12 Ne quando dicat inimicus meus præualui aduersus eum, pag.223.col.1.C
Vsquequo auertis faciem tuam à me, pag.18 col.2.C

13 Veloces pedes eorum ad effundendū sanguinem, pag.689 col.1.C

14 Qui facit hæc nō commouebitur in æternum, pag.117.col.1.A

15 Prouidebam Dominum in conspectu meo, pag.715.col.1.A
Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, pag.720.col.1.D

16 Mirifica misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te, pag.29.col.2.B

17 Cum viro innocente innocens eris, pag.209.col.1.B
Cum peruerso peruerteris, pagi. 209. col 1.B
Tenebrosa aqua in nubibus aeris, pa. 4.col.2.B
Præcinxisti me virtute ad bellum, pagi.211.col.1.B
Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt, pag 337.col.2.A
Propterea cōfitebor tibi in nationib9

Do

Domine & nomini tuo Pſalmum dicam,pag.720.col.2.A

18 A ſummo cœlo egreſſio eius,pag.384 col.2.A
In omnem terram exiuit ſonus eorũ, pag.69 col.2.C
Exultauit vt gigas adcurrendam viã, pag.233.col.1.A

21 Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, pag. 772.col.1.B
Nunciabo nomen tuũ fratribus meis pag.778 col.2.A
Sicut aqua efuſus ſum,pag.30.colum. 1.B

23 Domini eſt terra & plenitudo eius, pag.815.col.2.A

24 Vniuerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas, pag.35.col.1.D

28 Vox Domini confrigentis cedros, p. 769.col.2.C
Afferte Domino gloriam & honorẽ pag.228.col.1.B

30 In manus tuas commendo ſpiritum meum,pag.827.col.1.C

31 Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates,pag.901.col.1.C
In chamo & freno maxillas eorũ conſtringe qui non aproximant ad te,pa. 770.col.2.A

32 Miſericordia Domini plena eſt terra, pag.211.col.2.C

33 Semper laus eius in ore meo,pagi.19. col.1.A

34 Gustate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus,pag.774.col.2.C

35 Veritas mea vſquè ad nubes,pagi.38. col.1.B

35 Non veniat mihi per ſuperbiæ,pa.358.

36 Lex Dei eius in corde ipſius, & non ſupplantabuntur greſſus eius, pagi,16. col.2.A

37 Semper laus eius in ore meo,pag.227 col.1.A

39 Sacrificium & oblationem noluiſti, pag.901.col.1.C

43 Ibunt de virtute in virtutem, pag. 99. col.2.B

44 Sicut vnguentum in capite quod deſcendit in barbam,pag.8.col.2.C
Propterea vnxit te Deus tuus oleo letitiæ,pag.13.col.1.C
Virga directionis virga regni tui,pag. 916.col.1.C

48 Homo cum in honore eſſet non intellexit,pag.100.col.2.B
Audiam quid loquatur in me Dominus,pag.50.col.2.C

49 Deus deorum Dominus locutus eſt & uocauit terram,pag.252.col.1.B
Immola Deo ſacrificium laudis, pag. 32.col.1.D
Ignis in conſpectu eius exardeſcet,pagi.37.col.2.B
Deus manifeſte veniet Deus noſter, & non ſilebit,pag.58.col.2.B
Aſſumis teſtamentum meum per os tuum,pag.336.col.2.A

50 Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus,pag.332.col.1.D
Docebo iniquos vias tuas,& impij ad te conuertentur,pag.35.col.1.D

54 Tu vero Deus deduces eos in puteũ interitus,pag.357.col.1.C

57 Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam,pag.44.col.1.D

61 Cucurri in ſiti,pag.69.col.1.D

64 Te decet hymnus Deus in Sion,pag. 227.col.1.B

65 Verumtamen Deo ſubiecta eſto anima mea,pag.48.col.1.B

67 Iuſti epulentur & exultent in conſpectu Dei,pag.219.col.2.C
Aſcendiſti in altum cæpiſti captiuitatem,pag.220.col.D
Currus Dei decem millibus pag.310. col.1.B
Sicut deficit fumus deficiant,pagi.358. col.2.A

Non

68 Non abſorbeat me profundum, pag. 357.col.1.C
Zelus domus tuæ comedit me, pagi. 95.col.1.C
72 Deiecisti eos dum aleuarentur, pagi. 358.col.2.A
75 De cœlo auditum feciſti iudiciũ, pag. 328.col.2.B
76 Illuxerunt corruſcationes, pag.336.co. 2.A
77 Et dedit labores eorum locuſtæ, pag. 358.col.1.D
78 Redde vicinis noſtris ſeptuplum inſi nu eorum, pag.19.col.1.B
79 Operuit montes vmbra eius, & arbu ſta eius cedros Dei, pag.70.col.1.D
80 Buccinate in neomenia tuba in inſig- ni die ſolemnitatis veſtræ, pagi.51. col. 2.C
81 Eripiens inopem de manu fortiorum eius, pag.28.col.1.B
83 Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia, pag.772.col.2.C
85 Magnus es tu & faciens mirabilia tu es Deus ſolus, pag.778.col.B
87 Pauper ſum ego & in laboribus à iu- uentute mea, pagi.94.col.B
88 Et teſtis in cœlo fidelis, pagin.25. col. 2.C
89 Mille anni ante oculos tuos tãquam dies heſterna quæ præterijt, pag.11.co. 2.C
90 Ne forte offendas ad lapidem pedẽ tuum, pag.90.col.2.D
Super aſpidem & baſiliſcum ambula bis, & conculcabis leonem, & draco- nem, pag.771.col.2.C
94 In manu eius ſunt omnes fines terræ pag.92.col.1.D
96 Ignis ante ipſum præcedit & inflama bit in circuitu inimicos eius, pagin. 37. col.2.B
Et inflamauit in circuitu inimicos eiꝰ pag.209.col.1.D
101 Sicut amictum mutabis eos & muta buntur, pag.30.col.1.D
102 Renouabitur vt aquilę iuuentus tua pag.784.col.1.B
Facientes verbum illius ad audiendã vocem ſermonum eius, pag. 226.col. 2.A
103 Omnia à te expectant vt des illis eſ- cam in tempore, pag.208.col.2.B
Hoc mare magnum & ſpatioſum ibi reptilia quorum non eſt numerus, pa gi.771.col.2.C
Qui facis angelos tuos ſpiritus, pagin. 13.col.1.D
Sit gloria Domini in ſeculum ſeculi, pag.35.col.1.A
104 Verbi quod mandauit in mille gene rationes, pag.772.col 2.C
Memor fuit Dominus iuramenti ſui pag.310.col.1.B
106 Qui deſcendunt mare in nauibus, pa gi.474.col.1.A
108 Reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua, pagi.236.colum. 1.B
109 Donec ponam inimicos tuos ſcabel- lum pedum tuorum, pagi. 68.colum. 2.B
Sede adextris meis, &c. pagina, 781.co lu.1D
110 Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine, pag.35.col.2.A
Intellectus bonus omnibus facienti- bus eum, pag.18.col.1.C
113 Non mortui laudabunt te Domine, pag.256
115 Ego dixi in exceſſu meo omnis ho- mo mendax, pag.11.col.2.D
117 Lapidem quem reprobauerunt ædi- ficantes, pag.208.co.2.B
Dextera Domini fecit virtutem, pag. 23.col.1.C
118 Vidi præuaricantes & tabeſcebam, pag.95.col.1.C

Quo-

Quoniam omnia ſeruiunt tibi,pag.10 col.2.D
In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi,pag.16.col.1.D
Septies in die laudem dixi tibi,pag.19. col.1.A
In corde meo abſcondi eloquia tuavt non peccem tibi,pag.311.col.1.C
Fiant ſicut fœnum tectorum,pagi.337. col.2.D
127 Filij tui ſicut nouellæ oliuarum, pag. 310.col.2.B
128 Prolongauerunt iniquitatem ſuam, pag.53.col.1.C
129 Quia apud te propitiatio eſt,pag.209 col.2.C
131 Sacerdotes tui induantur iuſtitiam, pag.57.col.1.D
138 Nonne qui oderunt te domine oderam,pag.95.col.1.C
140 Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo,pag.252.col.1.A
149 Ad alligandos reges eorum in compedibus,& nobiles eorum in manicis ferreis,pag.770.col.2.A

Prouerbia.

1 Vſqueque paruuli diligitis infanciam pag.276.col.1.B
3 Noli eſſe prudens apud te me ipſum pag.449.col.1.C
Quem Dominus diligit corripit,pag. 494.col.2.A
4 Tene diſciplinam nedimittas eã quia ipſa eſt via tua,pag.16.col.2.B
Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit,pag.99.col.2.B
6 Eruere quaſi damula de manu &quaſi auis de manu aucupis,pag.33.colum. 1.D
8 Ego diligentes me diligo, pagina, 29. col.1.A
Nunquid non ſapient iaclamitat, pag.70.col.1.B
Audite quia de rebus magnis locutu raſum,pag.207.col.1.C
Quando certa lege & giro vallabat abiſos,pag.356.col.2.C
9 Sapientia excidit columnas ſeptem, pag.20.col.1.B
10 Charitas operit multitudinẽ peccatorum,pag.494.col.2.D
13 Spes quæ differtur affligit animam, pagi.285.col.1.D
16 Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus,pag.45.col.1.C
17 Melior eſt mors quam vita amara, pag.782.col.1.C
Angelus autem crudelis mitterur cõtra eum.pag.304.col.1.B
21 Equs paratur ad diem belli dominus autem ſalutem tribuit,pagina. 226. colu.1.C
23 Ne intuearis vinum quando flabeſcit pag.94.col.1.C
Fouea profunda eſt meretrixe,pagin. 357.col.1.C
24 Septies in die cadit iuſtus,pagina, 18. col.2.D
27 Diligenter agnoſce vultum pecoris tui,pag.96.col.1.D
Meliora ſunt vulnera diligentis quam fraudulenta oſcula odientis,pagin.22. col.1.A

Eccleſiaſtes.

1 Vanitas vanitatum & omnia vanitas, pag.182.col.2.A
2 Riſum reputaui errorem,pag.307.coi.D
3 Omnia pergunt ad vnum locum de terra facta ſunt & in terra pariter reuertuntur,pag.14.col.2.C
10 Sapientis oculi in capite eius, pagi.53. col.2.D

Cantica.

Di-

1 Dilectus meus inter vbera mea commorabitur,pa.55.co.2.D
Nolite me considerare quod fuscasim,pa.61.co.2.B
2 Leua eius sub capite meo & dextera illius amplexabitur me,pa.238.col.1.A
Ficus protulit grossos suos,pagin.291.col.2.B
4 Puteus aquarum viuentium, pag.357.col.1.D
Veni auster perfla in hortum meum, pag.301.co.1.A
Veni de libano veni coronaberis, pa.266.co.1.A
Hortus conclusus fons signatus emissiones tuæ paradisus,pa.109.co,2.D
5 Caput eius aurum optimum,pagi.59.col.2.D
Comę eius sicut elatæ palmarum nigræ quasi coruus,pa.61.co.1.C
Oculi columbarum,pa.63.col.2.C
6 Descendi in hortum meum,vt viderem poma conuallium,pa.96.co.2.A
7 Comæ capitis tui sicut purpura regis, pag.62.col.1.C
Quam pulchri sunt gressus tui filia principis in calceamentis, p.69.co.1.B
8 Pone me vt signaculum super cor tuũ pagina.45.colu.2.C

Sapientia.

1 Præbet Deus sapientiam diligentibus se,pag.39.col.2.C
2 Inuidia diaboli mors intrauit in orbẽ terrarum,pa.275.co.2.D
4 Senectus venerabilis est non diuturna.pa.212.co.2.D
5 Transierunt omnia illa tanquam vmbra,pag.57.co.1.B
Dextera sua teget eos & in brachio sancto suo defendet illos,pag.71.c.2.A
Armabit creaturam ad vltionem inimicorum,pa.257.co.2.A
Ibunt directæ emissiones fulgurum, pag.292.co.1.C
7 Anima iusti sedes est sapientiæ, pagi.207.col.2.D
Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa,pa.236.co.1.C
11 Omnia fecit Deus in pondere & mẽsura,pa.307.col.1.B
15 Qui continens est iustitiæ aprehendet illam,pa.239.co.2.A
18 In veste poderis quam habebat totus erat orbis terrarum,pa.57.c.1.D

Ecclesiasticus.

1 Profundum abyssi quis dimensus est, pag.769.co.1.B
2 Fili accedens ad seruitutem Dei præpara animam tuam,pa.311.co.1.A
5 Ne dicas coram angelo non est prouidentia,pag.217.co.2.B
9 Vade ergo & comede in lætitia panẽ tuum,pag.265.co.2.C
19 Melior est enim vnus timens Deum quam mille filij impij,pagina.773. col.1.C
20 In scientia abscondita,& in tesauro inuiso nulla est vtilitas,pa.11.co.1.A
23 Dicebat impiusquis mevidet tenebrę circundant me,pa.93.co.1.B
24 Quasi cedrus exaltata sum in libano, pag.63.co.2.A
27 Si sequaris iustitiam apprehendes illã pag.57.col.1.D
28 Qui vindicari vult à Domino inueniet vindictam,pa.284.co.1.B
35 Qui facit misericordiam ofert sacrificium,pag.785.co.1.D
41 Sapientia abscondita & tesaurus inuisus quę vtilitas in vtrisquè, pagin.243.col.1.D
48 Spiritu magno vidit vltima & consolatus est lugentes in Sion,pagina,6.colu.2.A

50 Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ,pag.63.col.2.A

Eſaias.

1 Viſio Iſaiæ filij Amos,pagina,52.col.1.D
Conuertam manum meam ad te,& excoquam ad purum ſcoriam tuam, pag.54.col.2.D
3 Veniet cum ſenioribus populi ſui,pa.38.col.1.A
4 Aprehendent ſeptem mulieres virũ vnum,pag.19.col.2.C
5 Dilatauit infernus animam ſuam, pa.275.col.2.C
6 Qui ſunt iſti qui ſicut nubes volant, pag.4.col.2.B
Sanctus ſanctus ſanctus dñs Deus omnipotens,pag.46.col.2.A
Sexalæ vni,pag.225.col.2.A
7 Sibilabit Dominus muſcæ quæ eſt in extremo Aegypti,pa.359.co.2.A
10 Ve aſſur virga furoris mei,pag.360.
11 Et percutiet eum in ſeptem riuis, pa.20.col.1.D
Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius,pag.58.col.2.D
12 Exulta & lauda habitatio Sion,pag.92 col.2.C
14 Quomodo cecidiſti lucifer qui mane oriebaris,pag.354.col.1.B
Verumtamen ad infernum detraheris in profundum laci,pagina,356.col.1.C
17 Væ multitudini populorum multorum,vt multitudo maris ſonantis, pa.70.col.1.C
19 In die illa erit altare Dñi in medio terræ Aegypti,pa.332.co.1.C
Aſcender ſuper nubem leuem & ingredietur Aegyptum,pagina,385.col.1.A
26 Auferatur impius & non videat gloriam Dei,pag.38.col.2.D
Domine exaltetur manus tua & non videant,pag.39.col.2.A
Opera bona noſtra operatus eſt nobis,pag.229.co.2.C
27 Impij quaſi mare feruens,pagina 301.col.1.D
28 Ecce ego mittam in fundamentis ſiõ lapidem,pa.504.col.1.B
Modicum ibi modicum,ibi,pagin.17.co.2.A
30 In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra pag.240.col.1.D
32 Opus iuſtitiæ eſt pax,pagina,21.colu.2.C
33 Angeli pacis amare flebant,pagin.71.col.1.A
Væ qui prædaris nonne & ipſe prædaberis,pa.494.col.2.B
34 Complicabuntur ſicut liber cœli,pa.238.col.2.B
35 Ipſe peccata multorum tulit,pagi.30.col.1.A
37 Ponam circulum in naribus tuis, & frenum in labis tuis,ppagina,770.col.1.D
Super leuiatam ſerpentem vectem ſuper leuiatam ſerpentem tortuoſum, pa,771.col.1.B
38 Quia non infernus confitebitur tibi pag.256.co.2.D
40 Omnis caro fœnum,pagina,337.colu.2.C
41 Ne timeas quoniam ego tecum ſum pa.71.col.1.D
Ego ſum qui deleo iniquitates tuas, pag.31.col.1.A
44 Ego primus & nouiſſimus & abſque me non eſt Deus,pagina,778.columna,1.C
45 Serui mei comedent vos autem eſurietis,pag.774.col.2.C
Ego Dominus, & non eſt alius amplius extra me non eſt Deus,pag.778.col.1.C

Et

Et nubes pluant iustum, pagina, 38. co. 1. D

Ante me non est formatus Deus, & post me non erit, pagina, 45. columna, 2. A

48 Non est pax impiis, pagina, 21. colum. 2. C

49 Omnibus his velut ornamento vestieris, pag. 63. col. 1. B

50 Mane erigit mihi aurem ego autem non contradico, pag. 53. col. 2. B

51 Consurge consurge induere fortitudine brachium Domini, pagi. 229. col. 2. D

52 Recedite exite inde polutum nolite tangere, pag. 95. col. 2. C

Quam pulchri super mõtes pedes Euangelizantis pacem, pag. 62. col. 2. A

Ego qui loquebar ecce ad sum, pagi. 386. col. 2. A

53 Quasi agnus coram tondente se obmutescet, pag. 368. col. 2. D

Oblatus est quia ipse voluit, pagi. 220. col. 2. D

55 Ecce testem in populis dedi eum, pa. 25. col. 2. C

58 Exalta sicut tuba vocem tuam, pag. 51. col. 1. D

59 Veniet ex Sion qui eripiat in pietatẽ à Iacob, pag. 308. col. 1. B

60 Leua in circuitu oculos tuos, & vide, pag. 253. col. 2. B

61 Lætitia sempiterna erit, pa. 285. co. 2. C

Spiritus Domini super me eo quod vnxerit me, pag. 15. col. 1. C

63 Calcaui eos in ira mea, pag. 68. co. 2. B

69 Tenebræ operient terram, & caligo populos, pag. 54. col. 1. B

Hieremias.

1 Ollam succensam ego video, pagi. 8. col. 1. C

3 Prohibitæ sunt stellæ pluuiarum, pa. 290. col. 2. A

4 Sapientes sunt vt faciant mala bene autem facere nesciunt, pagina, 16. col. 2. B

8 Quare auersus est populus meus, pag. 307. col. 1. D

Quia ecce ego mittam vobis serpentes regulos, & scorpiones, pagina, 359. col. 2. B

11 Et ego tanquam agnus mansuetus qui portatur ad victimam, pagin, 247. col. 2. C

14 Tu autem in nobis est domine & nomen sanctum tuũ inuocatũ est super nos, pag. 19. col. 2. D

Fame & gladio & peste cõsummam eos, pag. 276. col. 2. A

21 Ecce ego doante vos viam vitæ, & mortis, pag. 275. col. 2. D

24 Non misi eos & ipsi currebant, pagi. 331. col. 1. A

25 Ecce mittam a summam omnes cognationes aquilonis, pag. 360. col. 2. D

28 Catenas lineas confregisti ego inducam catenas ferreas, pag. 770. col. 1. D

29 Ego sum Iudex & testis, pagina, 25. colu. 2. C

30 Plaga inimici percussi te, pagina, 307. col. 2. A

31 Hæc dixit Dominus, pag. 7. col. 2. D

In charitate perpetua dilexi te ideo attraxite miseram, pag. 29. col. 1. A

Baruch.

3 Domine omnipotens Deus Israel audi nũc orationem mortuorum Israel pag. 251. col. 2. D

Ezechielis.

1 Et audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarũ, pa. 70. col. 1. C

Iunctę erant penæ eorum alterius ad alterum, pag. 99. col. 1. B

Apperti ſunt cœli & vidi viſiones dei pag.206.col.2.A
Quartum animal ſimile aquilæ volã ti,pag.207.col.1.D
Et velut aſpectus arcus cum fuerit in nube,pag.209.col.2.C
Similitudo vultus quatuor animaliũ, pag.222.col.2.D
2 Ecce manus miſſa ad me in qua erat inuolutus liber, pagina,236. columna, 2.D
Et factus eſt in ore meo quaſi mel dulce,pag.237.col.1.B
3 Vidi rotam in medio rotæ,pa.7.c.1. A
Comede volumen iſtud & vadens loquere ad filios Iſrael,pag.239.co.2.C
Et aſſumpſit me ſpiritus , & audiui poſt vocem commotiones magnas, pag.52.col.1.A
8 Ego ſedebam in domo mea, & ſenes Iuda ſedebant coram me, pagina, 49. col.1.B
9 Signa thau ſuper frontes virorum gementium,pag.45.col.2.C
10 Et apparuit in cherubim ſimilitudo manus hominis ſubtus pennas eorum pag.15.col.2.D
17 Aquila grandis aſcendit in libanum & tulit medulam,pag.207.col.1.D
29 Abyſſum exaltauit aſſuret vallauit Ionas,pag.769.col.1.C
32 Nigreſcere faciam ſtellas cœli,pagin. 290.col.1.B
Et factum eſt in duodecimo anno in menſe duodecimo,pa.309.col.2.C
34 Suſcitabo ſuper eas paſtorem vnum pag.27.col.2.D
35 Specioſa miſericordia Dei in die tribulationis,pag.209.col.2.D
36 Effundam ſuper vos aquam mũdam pag.31.col.1.A

Daniel.

1 Tenta nos obſecro ſeruos tuos diebus decem,pag.97.col.1.C
2 Tu rex videbas, & ecce quaſi ſtatua vna grandis,pag.8.col.1.B
3 Statuam quam erexiſti nõ adoramus pag.777.col.1.A
Benedicite omnia opera Domini domino,pag.228.col.2.A
7 Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt & antiquus dierum ſedit,pag.8.co.1.C
Et ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat,pag.22.col.2.B
Veſtimentum eius candidum quaſi nix,pagina,63.columna,1.A,& pa.208. col.1.C
Fluuius igneus rapidusquè egrediebatur à facie eius,pagina,64. columna 2.B
Millia millium miniſtrabant ei , pagi. 217.col.1.B
8 Signa viſionem,pag.240.col.2.D
9 Et vigilauit Dominus ſuper malitiam pag.329.col.2.D
10 Quoniam adhuc viſio in dies,pag.52. col.1.D
Quaſi ſimilitudo hominis tetigit labia mea,pag.56.col.2.C
Et vidi & ecce vnus vir veſtitus lineis pag.58.col.2.C
Oculi eius vt lampas ardens,pagin.63. col.2.B
Vox ſermonum eius vt vox multitudinis,pag.60.col.1.C
Beatus qui ſpectat & peruenit ad dies pag.328.col.1.D
12 Tu autem Daniel claude ſermones, & ſigna librum vſquè ad tempus ſtatutum,pag.4.col.2.A
Qui ad iuſtitiã erudiunt multos quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates, pag. 71.col.1.B
13 Et auerterunt ſenſum , & declinauerunt oculos ſuos,pag.358.col.1.B
14 Claude oſtium & ſigna annullo tuo, pag.240.col.2.C

Ver-

Oseas.

1 Verbum Domini quod factum est ad Oseę filium Beeri,pagina, 7. colu. 2.D

3 Post hæc reuertentur filij Israel, pag. 308.col.i.B

5 Clangite buccina in Gabaa tuba in Rama,pag.5.col.2.B

7 Sanguis sanguinem tetigit,pag.340.co lu.1.C

8 In gutture tuo sit tuba,pagina,330. co. 2.D

12 Multiplicaui visionem & in manibus Prophetarum locutus sum,pagina. 51. col.i.A
Seruiuit Israel in vxorem,pag.48.col. i.B

14 Germinabit sicut lilium & radix eius rumpet vt libani,pag.246.col 2.C

Ioel.

2 Dies nubis & turbinis,pagina,209.co lu.2.C
Filij Sion exultate & letamini in Domino Deo vestro,pag.246.col.2.D

3 Sol & Luna obtenebrati sunt,pag.290 col.i.A

Amos.

3 Non faciet Dominus verbum nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos,pag.10.col.2.C.
Tantummodo vos agnoui ex omnibus cognationibus terræ,pa.39.co.i. D

5 Domus Israel cecidit,pa.307.colu.2.A

7 Et in manu eius adamas,pag. 776. col. 2.D

8 Et erit in die illa occidet sol in meridie, pag.358.col.i.C

9 Si celauerint se ab oculis meis,pa. 303. col.i.B

Abdias.

1 Visio Abdiæ,pag.52.col.i.D
Si exaltatus fueris vt aquila inde detraham te,pag.108.col.2.A

Ionas.

1 Dominus autem misit ventum magnum in mare,pag.40.col.2.C

2 Et orauit Ionas ad Deum suũ de ventre piscis,pag.52.col.i.B

Michæas.

2 Surge cõtende iuditio aduersum mõtes,pag.91.col.i.C
Nonne verba mea bona sunt cum eo qui rectè graditur,pag.81.col.2.D
Ascendit iter pandẽs ante eos,pag. 27. col.i.B

3 Principes eius in muneribus iudicabant,pag.48.col.i.C

Naum.

1 Et nunc cõteram virgam eius de dorso tuo,pag.172.col.2.C

2 Vbi est habitaculum leonum,pag.315. col.2.D

3 Custodes tui sicut locustæ,pag.423.colu.1.A

Abacuh.

2 Si moram fecerit expecta eum quoniam veniens veniet & non tardabit, pag.17.col.2.A
Iustus meus ex fide viuit,pagina.246. col.1.D

3 Audiui & conturbatus est venter meus,pag.50.col.2.C
Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis,pag.104.col.1.C
Dedit abyssus vocem suam, pagi. 258. col.1.A

Sophonias.

1 Scrutabor Hierusalem in lucernis,pagi.93.col.1.C

Ageus.

2 Adhuc modicum & ego mouebo cę lum & terram,pag.289.col.2.B

Zacharias.

2 Timeat omnis caro à facie Domini, pag.38.col.1.C

3 Stabat Sathan à dextris eius vt aduersaretur ei,pag.771.col.2.A
Super lapidem vnum septem oculi sunt,pag.2.col.1.D
Dabo tibi ambulantes de his qui nunc hic astitunt,pag.24.col.1.C
Ecce induite mutatorijs,pag.60.colu.1.D

4 Ecce candelabrum aureum, & septē lucerne eius super illud,pagina,38.co.1.D
Septem sunt isti oculi Domini qui discurrunt in vniuersam terram,pagi.25.col.2.D
Et lampas eius super caput ipsius,pa.54.col.1.B

6 Hi sunt quatuor venti cœli qui ęgrediuntur,vt stent coram dominatore omnis terræ,pag.24.col.1.C

8 Ecce ego saluabo populum meū de terra orientis,pag.253.col.1.A

9 Exulta satis filia Sion,pagina,246.col.2.D
Extendi mihi Iudam quasi arcum,pagi.268.col.1.B

11 O pastor & idolum derelinquēs gregem,pag.93.col.2.D

12 Videbunt in quem transfixerunt,pa.39.col.2.B

13 Erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem,pagina,31.col.1.A

14 Veniet Dominus meus, & omnes sancti cum eo,pag.38.col.1.B
Et erit in die illa nō erit lux,pa.38.co.1.B

Malachias.

2 Labia sacerdotis custodiūt scientiam quia Angelus Domini est,pag.13.col.2.C

3 Et Angelus testamenti quem vos vultis,pag.331.col.2.B
Ecce ego mitto Angelum meum,pa.504.col.1.B

4 Vobis timentibus Deum orietur sol iustitiæ,pag.290.col.1.B

1. Machabæorum.

5 Et transibit ad filios Amonet inuenit manum fortem,pag.315.col.1.A

7 Et vidit Iudas omnia mala quæ fecit Alcimus,pag.772.col.2.D

9 Et congregati sunt omnes amici Iudæ,pag.32.col.1.B

2. Machabeorum.

1 Exaudiat orationes vestras, & reconcilietur vobis,pag.25.col.2.A
Et exijt exeis radix peccati Antiochꝰ illustris,pag.246.col.2.C

3 Equs terribilis apparuit Eliodoro,pa.267.col.1.A

Matthæus.

1 Filij Dauid,filij Abraham,pagina,25.col.1.D

2 Cum natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ,pag.36.col.1.A
Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph,pag.207.col.2.B
Et procidentes adorauerunt eum,pagi.250.col.2.A

3 Cœli aperti sunt baptizato Domino, pag.206.col.2.B
Omnis arbor quæ non facit bonum fructum excidetur,pag.301.col.2.A

Secu

Securis ad radicem posita est, pag.302 col.1 B
Hic est filius meus dilectus, pag.331.colu.2.D

4 Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies, pag.778.col.1.A
Mitte te deorsum, pag.270. colvmna, 2.C
Vt tentaretur à Diabolo, pagina, 331. col.1.B

5 Beati pauperes spiritu beati mites, &c pag.4.col.1.C
Vos estis lux mundi, pag.11.col.1.A
Nemo accendit lucernam, pagina.54. col.1.C
Super candelabrum vt luceat omnibus qui in domo sunt, pagina, 20. col. 2.B
Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam, pag.26.col.2.A
Audistis quia dictum est antiquis nō mechaberis, pag.59.col.1.A
Exterminant facies suas, pagina, 275. col.1.C
Orate pro persequentibus vos, pagi. 284.col.1.A

6 Tu ergo cum facis eleemosinam noli tuba canere, pag.51.col.2.B
Adueniat regnum tuum, pagina, 285. col.1.C

7 A fructibus eorum cognoscetis eos, pag.97.col.2.C
Attendite à falsis Prophetis, pagi. 360. col.1.B

8 Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet, pag.56.col.2.C
Dico autem vobis quod multi ab Oriente & Occidente venient, pagi. 258. col.1.B

10 Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, pag 336.col.1.D

11 Hic est Prophetа & plusquam Prophetа, pag.6.col.2.C
Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis, pag. 12.col.2.D
Omnia mihi tradita sunt à patre meo pag.223.col.2.D

12 Nec nubent nec nubentur sederunt sicut Angeli Dei, pagina, 774. colum. 2.A

13 Simile est regnum cœlorum homini negociatori quærenti bonas margaritas, pag.772.col.1.D
Et separabunt bonos à malis, pag. 773. col.2.A
Ne forte colligentes zizania eradicetis simul & triticum, pagina, 95. columna, 2.B
Ideo omnis scriba doctus similis homini patri familias, pagina, 219. colum. 2.A

14 Dedit discipulis panes discipuli autē turbis, pag.13.col.2.A

16 Et filius hominis venturus est cum angelis suis, pag.38.col.1.A
Vade post me sathana, pag.69.colum. 2.A
Tibi dabo claues regni cœlorum, pa. 355.col.1.C

17 Assumpsit Iesus discipulos suos secreto, pag.10.col.1.A
Attendite à falsis Prophetis, pagin.96. col.1.D

18 Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, pag.55.col.2.D
Semper vident faciem patris, pag. 90. col.2.D
Non dico tibi septies sed septuagies septies, pag.209.col.2.C

19 Sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes, pag.77.col.2.A, & pag. 207.col.2.D

20 Principes gentium dominantur eorum, pag.94.col.1.A
Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum, pag.94.col.1.D

21 Sedens super asinam & pullum sub-

iugalem, pag.775.col.1.C

21 Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, pag.208.col.2.B

22 Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores, pagi.770. col.2.B

Rex autem missis exercitibus suis perdidit homicidas illorum, pagina, 27. col.2.A

Erunt sicut angeli Dei, pagina,9.colu. 2.C

Diliges proximum tuum sicut te ipsum, pag.272.col.2.A

23 Ecce ego mitto ad vos Prophetas, pa. 269.col.2.B

24 De illa die nemo scit neque filius hominis, pag.12.col.1.D

Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus, pagina, 37. columna, 1.D

Et congregabunt electos eius à quatuor ventis, pag.226.col.1.B

Et tunc apparebit signum filij hominis, pa.305.col.1.B

Sicut in diebus Noe ita erit aduentus filij hominis, pag.330.col.1.A

Et virtutes cœlorum commouebuntur, pag.330.col.2.B

Et surgent pseudo Christi, & pseudoprophetæ, pag.357.col.2.B

25 Accedens autem, & qui vnum talentum acceperat ait, pagina, 10. colu. 2.D

Cum venerit filius hominis in maiestate sua, pag.35.col.1.A

Vigilate itaq; quia nescitis diem nec horam, pag.53.col.2.C

discedite à me maledicti in ignem æternum, pag.70.col.2.A

Amen dico vobis nescio vos, pagi. 93. col.1.D

26 Quomodo ergo implebitur scriptura quia sic oportet fieri, pagina, 11. col. 1.C

Hic est sanguis meus qui pro multis effundetur, pag.253.col.2.D

27 Illi autem munierunt sepulchrum signantes lapidem, pag.240.col.2.C

28 Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, pag.27.col.2.C

29 Qui paratus est diabolo & Angelis eius, pag.304.col.1.A

33 Omnes vos fratres estis quia idem est pater omnium Deus, pagina, 47. columna, 2.C

Marcus.

2 Nunquid possunt filij nuptiarum dū sponsus est cum illis ieiunare, pag. 224 col.1.A

6 Herodes autem metuebat Ioannem pag.360.col.1.B

9 Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, pagina, 224.col. 1.B

13 Quod vobis dico omnibus dico vigilate, pag.53.col.2.C

Et Luna non dabit lumen suum, pag. 290.col.2.D

16 Dicite discipulis eius, & Petro, pag.48 col.2.B

At illi profecti prædicauerunt, pagina 216.col.2.D.& pag.386.col.1.A

Et sedet adextris Dei, pagina, 237.colu. 2.C

Lucas.

1 Ecce concipies & paries filium, pag. 36.col.1.A

Dabit ei Dominus sedem Dauid, pa. 212.col.2.B

Magnificat anima mea Dominum, p. 303.col.1.B

2 Vocatum est nomen eius Iesus, pagi. 776.col.2.B

Proficiebat sapientia & ætate, pag.34. col.2.C

Fa-

3 Factum est verbum Domini ad Ioannem,pag.7.col.2.D
Cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere,pagina, 241. columna,2.A
4 Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies,pag.778.col.A
7 Nē nos in abyssum ire compellas,pa. 769.colu.1.B, & pagina,356.columna, 2.D
9 Sine mortuos sepelire mortuos suos, pag.779.col.1.C
Nubes lucida obumbrauit eum, pag. 37.col.1.D
Vestimenta eius facta sunt alba sicut nix,pag 285.col.2.B
Domine vis dicamus descendat ignis de cœlo,pag.503.col.1.B
10 Qui vos audit me audit qui vos spernit me spernit,pagina, 775. columna, 2.D
Ita pater quoniam sic placitum fuit ante te,pag.43.col.1.D
Designauit Dominos alios,pagin.308. col.2.B
11 Beati qui audiunt verbum Dei,& custodiunt illud,pag.15.col.2.C
Cum fortis armatus custodit atrium suum,pag.384.col.1.D
12 Seruus qui scit voluntatem Domini sui,& non facit plagis vapulabit multis,pag.16.col.1.C
Quod si dixerit seruus malus moram facit Dominus meus,pagina, 35. colu. 2.C
Sint lumbi vestri præcinti,pagina, 58. col.2.B
Baptismo habeo baptizari,pag.69.co. 1.D
Quis putas est fidelis dispensator, & prudens,pag.273.col.1.D
Ignem veni mittere in terram,pa. 335. col.1.D
13 Nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis,pag.378.col.1.A
14 Cœpit autem dicere ad illos quia hodie impleta est hæc scriptura, pagi.14. col.2.D
16 Gaudium erit super vno peccatore pœnitentiam agente,pagina, 255. colu. 1.C
Mortuus est diues & sepultus est in inferno,pag.783.col.2.D
Mitte illum in domum patris mei habeo enim quinquè fratres,pagina. 251. col.2.C
17 Ego dispono vobis regnum sicut disposuit mihi pater,pag.774.col.2.C
Regnum Dei intra vos est,pag.31.col. 2.B
21 Dico vobis quia vidua hæc pauper plusquam omnes misit,pagi.43. colu. 1.D
Leuate capita vestra quoniam appropinquat redemptio vestra,prg.44.colu.2.A
Vigilate itaquè omni tempore orantes,pag.296.col.A
Et terremotus erunt per loca,pag. 336. col.1.D
Terrores quæ de cœlo & signa magna erunt,pag.756.col.2.B
Cum audieritis prælia, & seditiones nolite timere,pagina,359.col.2.C
22 Domine si percutimus in gladio, pa. 31.col.1.D
23 Reuertebantur percutientes pectora sua,pag.42.col.1.A
Hodie mecum eris in paradiso, pagi. 280.col.2.D
24 Et apperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas,pag.236.col.1.A

Ioannes.

1 In principio erat verbum,pag.22.col. 2.D
Verbum erat apud Deum & Deus erat

erat verbum,pagina,77. columna, 2. B

De plenitudine eius omnes accepimus,pag.8.col.2.C

Omnia per ipsum facta sunt,pagina, 9 col.1.B

Hic venit in testimonium,vt testimonium perhibeat de lumine,pagin, 14 col.1.D.

Deum nemo vidit vnquam,pagin.26. col.1.A

Ecce agnus Dei ecce quitollit peccata mundi,pag.31.col.1.D

Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à patre,pagina,50.columna, 2.A

Lex per Moysen data est gratia & veritas per Iesum Christum,pagina.224. col.1.A

Plenum gratiæ & veritatis,pagina.385. col.1.C

3 Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto,pag.54.col.2.C

Spiritus vbi vult spirat,pagina,301.col.1.C

4 Sedebat sic supra fontem, pagina. 49. col.1.D

5 Vos misistis ad Ioannem,pagina, 14. col.2.D

Pater non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio, pagina. 22. col.1.B

Venit hora & nunc est quando mortui audient vocem filij Dei, pagi. 780. col.1.B

Venit hora inqua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij dei pag.783.col.2.A

Erat lucerna ardens.& lucens, pag. 53. col.2.B

Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est,pagina,56. col. 2.C

Cognoui vos quia dilectionem non habetis in vobis,pagina,92.columna, 2.D

Ego veni in nomine patris mei & nō accepistis me,pag.308.col.1.D

6 Operamini cibum qui non perit, pa, 775.col.1.A

7 Mea doctrina nō est mea sed eiusqui misit me,pag.8.col.1.A

8 Ego gloriam meam non quæro sed eius qui misit me patris,pagi.220.col. 1.C

Si quis sermonem meū seruabit mortem non gustabit in æternum,pag.254 col.1.B

9 Et procidens adorauit eum,pagi. 250. col.2.A

10 Mercenarius autē pastor videt lupū venientem,& fugit,pagina,93.colum. 2.D

Ego cognosco oues meas,pagina,806 col.1.C

Ego & pater vnum sumus,pagin.778. col.1.C

Quia vidisti me Thoma credidisti, pag.53.col.2.B

Non rapiet eas quisquam de manu mea,pag.71.col.2.A

11 Vbi posuistis eum,pagina,93. columna,2.A

Gratias tibi ago quia exaudisti me,pa. 335.col.1.C

13 Sciens quia omnia dedit ei pater in manus,pag.27.col.2.C

Si non labero te non habebis partem mecum,pag.29.col.2.C

Cæpit lauare pedes discipulorum, pa. 69.col.1.B

Exemplum dedi vobis vt quemadmodum ego feci ita & vos faciatis,pagi.228.col.2.C

14 Pacem meam do vobis,pagina,21. colu.2.C

15 Non dicam vos seruos sed amicos,p. 10.col.1.A

Vos

Vos vocatis me magister,& domine & benedicitis,pag.10.co.1.C
Vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis,pag.15.col.2.B,& pag69.col.2.B
16 Non quomodo mundus dat ego do vobis,pa.21.co.2.B
Mulier cum parit tristitiam habet,pa.26.col.2.B
Ego vici mundum,pagina,254. colu. 1.A
17 Clarifica me pater claritate quam habui,pa.235.co.2.C
Quos dedisti mihi pater, pagina,10. col.1.C
Ego clarificaui super terram,pagi. 26. col.1.C
18 Adhoc natus sum vt testimonium perhibeam veritati,pagina,25.columna,2.C
Calicem quem dedit mihi pater non vis vt bibam illum,pagina,69.columna,2.A
19 Et qui vidit testimonium perhibuit, pag.15.col.2.A
Et continuo exiuit sanguis & aqua,p. 29.col 1.D
Consummatum est,pagina,224.colu. 1.A
Lancea latus eius aperuit,pagina , 441. col.1.C
21 Vidit discipulum quem diligebat Iesus,pa.14.col.1.D
Hic est discipulus ille qui testimoniũ perhibet de his,pag.15.col.1.A

Acta Apostolorum

1 Viri fratres oportet impleri scripturã &c.pa.11.col.1.D
Non est vestrum nosse tempora,vel, momenta quæ pater posuit in sua potestate,pa.12.col.1.D
Et eritis mihi testes in Hierusalem,p. 13.col.2.A
Ita veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum,pagina,37. colu 1.B
Et nubes operuit eum ab oculis eorũ pag.37.col.2.D
Et ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis,pag.215.co.2.D
Cœpit Iesus facere,& docere,pag.336. col.2.A
4 Virtute magna redebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi,pag.25.col.2.D
5 Ibant Apostoli gaudentes à cõspectu concilij,pag.311.col.2.A
7 Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stantem,pagina,206. colum. 2.B
8 Ecce aqua quis prohibet me baptizari,pa.340.col.1.C
9 Vt portet nomen meum coram regibus & gentibus,pa.386.col.1.A
Saule Saule cur me persequeris,pagi. 494.col.1.A
13 Crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.pagina, 306. col.1.C
15 Fide purificans corda eorum, pa. 218. col.1.A
20 Vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei,pagina,775. col. 2.C
22 Cum funderetur sanguis Stephani testis tui ego stabam,pagina,26. colum. 1.C
41 Quia non est aliud nomen subcœlo datum hominibus,pag.11.col.1.C

Epistola ad Romanos.

1 Non erubescunt Euangelium,pa.307 col.2.C
Paulus seruus Iesu Christi,pagi.9.col. 2.D

Pau-

Paulus Apoſtolus ſegregatus in Euã gelium,pa.60.col.2.C

2 Non enim auditores legis iuſti ſunt apud illum ſed factores,pagina,15.col. 2.C

An diuitias bonitatis eius contemnitis,pa.23.co.2.C

4 Expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat,pagina,44.colu. 1.D

5 Tribulatio patientiam operatur, pag. 94.col.2.A

6 Chriſtus iam non moritur mors illi vltra non dominabitur,pagina,26.colu.2.D

Si enim complãtati facti ſumus ſimilitudini mortis eius,&c.pagina,779.co. 2.A

An ignoratis fratres quia quicumquè baptizati ſumus in Chriſto, pagi. 274. col.1.C

8 Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore,pag.10.col.1.D

Diligentibus Deum omnia cooperãtur in bonum,pag.238.col.1.A

9 Vt oſtenderet diuinas gloriæ ſuæ,pa. 28.col.2.C

Deus enim ſuſtinet in multa patientia vaſſa apta in interitum,pag.9.colu. 2.C

Epiſtola.1.ad Corintios.

1 Gratias ago Deo meo pro vobis ſemper,pag.33.col.1.B

Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti,pag.34.col.1.B

6 Qui emit nos precio magno,peg.10. col.1.B

9 Cum enim ſit interuos zelus,& contentio nõne carnales eſtis,pagi.33.col. 1.A

Caſtigo corpus meum,pagina,19.colu.2.A

10 Fidelis eſt Deus qui non patietur vos tentari pluſquam poteſtis,pagina.360. col.1.D

Omnes ſub nube fuerunt & in mari baptizati ſunt,pag.23.col.2.D

Tentatio vos non aprehendat niſi humana,pag.96.col.2.D

11 Caput Chriſti Deus,pagina,60. colu. 1.C

Mulier debet habere velamen ſuper caput ſuum propter angelos.

12 Vnicuiquè autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem,pagina,92.colu.2.A

14 Vnuſquiſquê veſtrum Apocalypſin habet,pag.3.co.1.D

Si quis ignorat ignorabitur,pagina.93. col.2.A

15 Chriſtus reſurrexit à mortuis primitię dormientium,pa.25.col.2.C

Nos autem inmutabimur,pagina.784 col.1.B

Cum tradiderit regnum Deo & patri,pa.34.colum.1.B

Epiſtola.2.ad Corintios.

1 Signauit nos Deus,pag.305.col.1.B

2 Chriſti bonus odor ſumus Deo, pag. 332.col.1.A

Non ſumus ſicut plurimi adulterantes verbum Dei,pag.336.co.2.B

3 Idoneos nos fecit miniſtros,pagin. 71. col.1.D

In eandem imaginem transformamur tanquam à Domini ſpiritu, pagi. 248.col.1.D

4 Idquod momentaneum eſt tribulationis noſtræ æternum gloriæ pondus operatur in nobis,pag.11.co.2.B

5 Si tamen veſtiti & nonnudi inueniamur,pag.20.col.1.B

Et ſi cognouimus Chriſtum ſecundũ carnem ſed iam non nouimus,pag.56. co.1.C

Cha-

Charitas enim Christi vrget nos, pa. 59.col.2.D
Scimus quoniam si terrestris domus nostra dissoluatur, pa.280.col.2.D
Deus erat in Christo mundum sibi reconcilians, pa.385.col.2.A
6 Quæ conuentio Christi ad belial, pa. 304.col.2.C
13 An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus, pagina.8.colum.1.A
Crucifixus est ex infirmitate sed viuit ex virtute, pag.248.col.1.C

Epistola Pauli ad Galatas.

1 Neque enim ab homine accepi illud sed per reuelationem, pagina.3.columna.1.D
Paulus Apostolus Iesu Christi, pagi. 6.col.1.C
Licet Angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis anatema sit, pa.8.col.1.A
Si adhuc hominibus placerem Christi seruus non essem, pa.9.col.2.D
Cui est gloria in secula seculorum, p. 34.col.2.A
3 O insensati Galati quis vos fascinauit, pa.217.col.1.A
Non dixit in seminibus in semine, pa. 256.col.1.D
4 Quoniam autem estis filij Dei misit Deus spiritum filij sui in corda vestra pag 10.col.1.D
Dies obseruatis menses, & tempora, & annos, pa.50.co.1.C
Nunc autem cum cognoueritis Deū imo cogniti sitis à deo, pag.93.col.1.D
5 Fides quæ per Charitatem operatur, pa.16.co.1.A
Fructus spiritus est charitas gaudium & pax. pa.21.co.2.B
Omni lex in vno sermone continetur, pag.227.col.1.A
6 Nemo mihi molestus sit, p.10.co.2.A

Ad Ephesios.

1 Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, pa.9.col.1.B
Diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, pa.236.col.1.D
Qui elegit nos ante mundi constitutionem, pa.306.co.1.C
2 Deus qui dives est in misericordia cõuiuificauit nos Christo, pagina.28.col. 2.C
Propter nimiam charitatem suam dilexit nos, pa.28.col.2.D
4 Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos quosdam vero prophetas, pag. 224.col.2.D
Nolite contristare spiritum sanctum Dei, pag.308.colum.2.D

Ad Philipenses.

1 Omnia probate quod bonum est tenete, pa.276.col.1.A
2 In similitudinem hominum factus, pa.56.col.1.D
Propter quod Deus exaltauit illum, pag.255.col.2.A
Exinauiuit semetipsum, pa.304. colu. 2.D
3 Nostra conuersatio in cœlis est, pag. 441.col.1.B
8 Quæ retro sunt obliuiscens ad priora me extendens, pa.52.co.1.A

Ad Colosenses.

1 Mysterium quod fuit absconditum à seculis & à generationibus, p.60.c.2.D
3 Si consurrexistis cum Christo, pagi. 779.col.2.C
Semper mortificationem Iesu Christi in corpore vestro circumferentes, pag.110.col.2.D

Ad Thessalonicenses.1.

3 Ne forte tentauerit vos, pagina.96. colum.2.D

4 Quia nos qui viuimus qui reſidui ſumus non præueniemus eos qui dormierunt, pag.12.co.2.A
Simul rapiemur in nubibus obuiam, Chriſto in aera, pa.37.co.i.C

Ad Theſalonicenſes 2.

1 In reuelatione Domini Ieſu in flãma ignis, pag.37.co.2.B

3 Rogamus vos fratres per aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti, pag.11.col.2.A
Ideo mittet illis Deus operationem erroris, pa.308.co.1.D
Quem Dominus interficiet ſpiritu oris ſui, pa.495.col.i.B

Ad Timotheum prima.

3 Oportet autem, & illum teſtimoniũ habere bonum, pag.279.co.2.D

4 Nemo adoleſcentiam tuam contemnat, pa.221.col.i.B

5 Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum, pa.279.col.2.D

Ad Timotheum 2.

2 Omnia ſuſtinet Deus propter electos pag.288.co.2.D

3 Omnes qui pie viuere volunt in Domino perſecutionem patiuntur, pagi.279.col.i.C

4 Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, pa.216.col.i.A
Argue obſecra in omni patientia, & doctrina, pag.94.col.2.B

Ad Titum.

1 Cretenſes ſemper mendaces malæ beſtiæ ventres pigri, pag.277.col.i.C

Ad Hebræos.

1 Et adorent eum omnes angeli eius, pagina.13.columna.i.C
Nouiſſime locutus eſt nobis in filio, pag.27.col.2.C,
Multi phariã multisque modis olim Deus loquens patribus, pagi.50. colu.2.D
Sunt namquè Angeli in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis, pa.244.col.2.B
Purgationẽ peccatorum faciens, pagi.247.col.2.D
Quem conſtituit hæredem vniuerſorum, pa.267.co.2.B

2 Minuiſti eum paulominus ab Angelis, pag.221.co.i.A

4 Omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius, pag.92.col.2.D

7 Hic autem ſempiternum habet ſacerdotium, pa.335.co.i.C

9 Quanto magis ſanguis Chriſti emundabit conſcientiam noſtram, pagi.29.col.2.D
Sine ſanguinis effuſione non fit remiſſio, pag.254.col.i.B

10 Patientia vobis neceſſaria eſt, vt reportetis repromiſionem, pa.48.co.i.A

11 Accedentem ad Deum oportet credere, pag.44.col.2.C
Sine fide impoſſibile eſt placere Deo 212.col.2.A
Fugient conſortium eorum qui ſeducti ſunt, pa.293.co.2.D

13 Per ipſum offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, pa.32.co.i.C

Iacobi Apoſtoli.

1 Eſtote factores verbi, & non auditores, pa.16.co.i.A
Confitemini alterutrum peccata veſtra, pa.33.co.i.B
Apud quem non eſt trãſmutatio, nec viciſitudinis obumbratio, p.208.c.2.A
Si quis veſtrum indiget ſapientia poſtulet à Deo, pag.236.co.i.B

Bea-

Beatus vir qui ſufert tentationem, pa. 311.col.1.B

Poſtulet in fide nihil hæſitans, pag.334 col.2.B

4 Scienti bonum facere, & non facienti peccatum eſt illi, pa.11.co.1.A

5 Patientes estote quoniam aduentus Domini apropinquauit, pa.1.B

Epiſtola prima Petri.

1 Vt probatio fidei veſtræ multo præcioſior auro inueniatur, pag.54.co.2.A

Propter quod ſuccinti lumbos mentris veſtrę: pa.58.co. .B

Noua lex conſenſum mentis cohibet & mentis lumbos ſuccingit, pa.59. co. 1.A

Qui regenerabit nos in ſpem viuam, pa.208.co.2.A

Et de illo ſcrutati ſunt prophetæ, & fuerunt fortes ſperando, pag.24.c.1.D

2 Gratia & pax vobis multiplicetur, p. 21.col.1.D

Vos eſtis regale ſacerdotium, pagi.32. col.1.A

Gens ſancta populus electus regale ſacerdotium, pa.785.co.1.A

Ad quem accedẽtes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum, pag.208.col.2.A

Ecce lapidem pono in Sion, pag. 504. col.1.B.

3 Profectus in cœlum ſubiectis ſibi angelis, & poteſtatibus & virtutibus, pa. 13.col.1.C

4 Nemo veſtrum patiatur quaſi homicida, aut fur, aut maledicus, pag.48. colum.2.D

5 Aduerſarius veſter diabolus tãquam leo rugiens circuit, pag.771.col.2.A

Deus ſuperbis reſiſtit humilibus dat gratiam, pag.209.co.A

Secunda Petri.

2 Si enim Deus angelis peccantibus nõ pepercit, pag.769.co.2.A.&.209.c.1.A

Melius erat illis non cognoſcere viã iuſtitiæ quam poſt agnitionem retrorſum conuerti, pag.16.co.1.B

Erunt magiſtri mendaces, pag.358. co. 2.A

3 Venient in nobiſſimis diebus in deceptione illuſores, pa.36.co.1.B

7 Prophetia ſcripturæ propria interpretatione non fit, pag.242.co.1.A

Epiſtola prima Ioannis.

1 Quod audiuimus quod vidimus oculis noſtris, pag.15.col.2.A

2 Filioli nouiſſima hora eſt qum quidquid tempori eſt ſubiectum brebiſſimum ſit, pa.11.co.2.B

Remittuntur vobis peccata, propter nomen eius, pag.209.col.2.B

4 Ipſe prior dilexit nos, p.28.co.2.D

Probate Spiritus ſi ex Deo ſint, pa. 97. col.1.A

Epiſtola.2.Ioannis.

1 Sit vobis cum gratia miſericordia, & pax à Deo, pa.21.col.1.D

6 Quæ communicatio Chriſti ad belial. pag.771.co.2.B

Index ſententias omnes obſeruatu dignas quæ ſparſim continentur in his commentarijs, præter eas quæ in elencho Euangeliorum citatæ ſunt, ordine alphabetico exhibens.

A

α, & ω, quid in ſacra ſcriptura ſignificent, pa.45.col.1.A

α, vnum, ω, octingentos ſignificat, omnes enim literæ græcę numeros faciunt, pag.47.col.i.B

Abyſſus multipliciter ſummitur in ſacra ſcriptura, pag.472.col.i.D

Abyſſus nunc mare, nunc infernum ſignificat, pa.356.col.2.C

Aer varie ſumitur in ſcriptura, pagi.634.col.1.A

Agnus Chriſtus aſtat ſemper Eccleſiæ quam redemit, pag.519.col.i.D

Agnus quare dicitur occiſſus ab origine mundi, pa.493.co.i.D

Alæ duæ mulieris, & duo teſtamenta, & dilectionem Dei & proximi, & vitam actiuam & contemplatiuam ſignificant, pa.462.col.2.B

Altare & pro cruce, & pro eccleſia ſumitur, pag.332.col.i.B

Altare aureum oſtenditur Ioāni ad ſimilitudinem altaris thymiamatis, pagin.333.colu.1.A

Amici Dei & ſerui eius appellantur fideles propter diuerſas rationes, pagi.10.col.1.B

Amen in ſacra ſcriptura quid ſignificet, pa.34.col.i.D

Amplius in ſacra ſcriptura quomodo ſumatur, pag.179.col.1.B

Angeli ſeptem ſunt ſeptē ſpiritus illi qui in conſpectu Dei ſunt, pagi.23. colum.2.A

Angeli ſunt nubes quibus circumfuſſus veniet Dominus ad iudicium, pag.337 colum.2.D

Angelus primus qui apparuit Ioānni ſignificat Apoſtolos, pa.336.co.2.D

Angelus quādo apparet repreſentās per ſonam Dei aut Chriſti tunc admittit, honores etiam diuinos, pag.76.co.1.C

Angeli ſolent dexteram ſuam ponere ſuper eos cum quibus aliquid agunt, pa.76.col.2.A

Angeli cuſtodes an in iudicio ſint culpādi quæritur & veritas diffinitur, pagi.84.col.1.A

Angelus ſecundus qui apparuit Ioāni ſignificat prędicatores qui à iudæis ad gētes conuerſi ſunt, pa.339.col.i.C

Angelorum deſiderium noſtræ ſalutis oſtenditur, pag.557.col.2.D

Angeli dicuntur ſedes Dei, pagi.207.col.2.C

Angelus fortis concors expectatio incarnationis, pa.241.co.i.D

Angelus fortis omnis prædicator, pa.241.col.i.D

Angeli ſeptem ſunt ſeptem oculi Chriſti, pa.249.col.i.B

Angelus per ſtellam ſignificatur, pag.356 col.2.A

Anabaptiſtarum error qualis fuerit, pag.932.col.2.D

Andreas Apoſtolus comparatur ſaphyro, pag.881.col.2.D

Antichriſti caracterem falſi chriſtiani dicuntur afferre, pag.547.col.i.B

Antichriſtus erit beſtia agno Chriſto cōtrarius, pag.472.col.1.C

Antichriſtus dicitur habere ſeptem capita, ideſt, ſeptem peccata mortalia, pa.475.col.1.D

Antichristi regnum quare blasphemum dicatur, pag. 479. col. 1. D
Antichristus vocatur homo peccati, & quare, pag. 477. col. 1. B
Antichristus describitur tanquam mons trum horrendum ingens, pagina. 477. colum. 2. A
Antichristus comparatur ori leonis, & quare, pag. 480. col. 1. C
Antichristo dedit diabolus omnem potestatem seducendi homines, pagina, 480. col. 2. C
Antichristus quomodo miracula finget pag. 481. col. 1. B
Antichristo dedit diabolus potestatem super omnia regna mundi, pagin. 481. col. 2. B
Antichristi cum Christo comparatio, p. 481. col. 2. D
Antichristus est vnum ex septem capitibus diaboli, pagi. 482. col. 1. D
Antichristus finget se resurgere à mortuis, pag. 482. col. 1. D
Antichristus quare tot homines decipiat pag. 485. col. 1. D
Antichristus loquetur de se grandia, & & de Christo blasphemias, pagi. 487. col. 1. A
Antichristus occidetur, & gladio materia & spirituali, pagina. 495. columna. 1. A
Antichristi præcursor coget homines adorare imaginem eius, pagina. 505. colum. 1. B
Animalia quatuor sunt quatuor Euangelistæ, pag. 218. col. 2. D
Animas esse subaltari Christo quid sit. p. 281. col. 1. C
Anima pro toto homine sumitur in scriptura, pag 281. col. 2. A
Apocalypsis quid significet, pagi. 3. colu. 1. A
Apocalypsis liber an sit canonicus, pagi. 3. colum. 1. D
Apocalypsis liber an fuerit scriptus à Ioãne Apostolo, pa. 4 col. 2. C
Apocalypsis est prophetia Ecclesiæ pro statu præsenti præterito & futuro, pa. 6. col. 1. D
Apocalypsis fuit reuelatio communicata à Deo humanitati Christi, vt per ipsum communicaretur nobis, pagin. 7. colum. 1. D
Apocalypsis fuit tradita Christo quãdo homo factus est, pag. 9. col. 1. D
Apocalypsis plena est visionibus obscuris vt in fidelibus, & indignis occultaretur, pag. 12. col. 2. A
Apostoli duodecim dicuntur corona stellarum duodecim Ecclesiæ, pagin. 444. col. 1. D
Aqua significat sapientiam, pagin. 172. colum. 1. A
Aquarum nomine sacræ scripturæ intelligantur, pag. 615. col. 2. C
Arbores dicuntur homines virtutis fructum afferentes, pa. 301. col. 2. A
Arcus in bonam & malam partem sumitur, pa. 267. col. 1. C
Arcus collegium Apostolicum, pag. 268. col. 1. B
Armagedon interpretatur mons furum, pag. 632. col 1. B
Armagedon mons globosus, pagina. 632. col. 2. A
Armagedon consurrectio testium iniquorum, pag. 632. col. 2. D
Armagedon mons fructuum selectorũ, ibidem.
Arimaspi monoculi qui sint, pag. 883. col. 1. C
Arundo aurea dicitur habere sex cubitos, & palmum, pag. 867. col. 2. D
Aspicere retro in via domini quando liceat, & quando non, pag. 101. col. 2. A
Astare idem est quod iuuare, pagin. 519. col. 2. B
Atrium quod intra templum siue extra

templum esse dicitur significat hæreticos,& reprobos homines,pagi.408. col.2.B
Aurichalcum quid significet,pag.64. colu.2.C
Aurum varie sumitur in scriptura, pagi. 190.col.1.A
Aurum charitatis & sapientiæ est gratis emendum adeo,pag.190.col.2.A.

B

Baptismus vocatur mare,& non flumen aut aqua,pag.588.col.1.D
Baptismus quare dicatur mare vitreum, pag.588.2.D
Bartholomeus Apostolus comparatur sardio, pag.885.col.2.D
Beatorum exercicium semper est laudare Deum.pa.227.col.2.D
Beatus dicitur qui audit & credit,& seruat diuinam doctrinam, pagi.15.colu. 2.C
Beatitudinem omnes desiderant,pag.17. col.1.B
Benefaciendi rationes duæ sunt,pagi. 29. col.1.C
Bestia in malam partem accipitur in sacra scriptura,pag.473.col.1.B
Bilibris tritici nouum testamentũ,pagin. 272.col.1.B
Bilibres ordei tres vetus testamentum, ibidem.
Blasphemare in sacra scriptura idem est quod maledicere,pag.487.col.2.B
Blasphemabit Antichristus Deum & Christum multis modis,pagi.488.col. 1.B

C

Caliditas diaboli explicatur,pag.506.col. 1.C
Calamus varie summitur in scriptura,p. 404.col.2.C
Calculus candidus approbationem diuinam significat & vitam fælicem, pag. 130.col.2.B
Calculus siue carbunculus est Christus, pag.133.col.2.D
Calculus candidus est corpus in baptismo ablutum,pag.134.col.1.B
Canities capitis quid significet in scriptura,pag 60.col.1.C
Candelabrum mouere de loco suo quid sit,pag.102.col.2.C
Caput in sacra scriptura pro initio sumitur sicut cauda pro fine,pagi.442. col. 2.C
Caput ecclesiæ Christus ornatum duodecim stellis,hoc est,duodecim Apostolis,pag.144.col.2.B
Capilli diuersa significant in scriptura pag.61.col.1.C
Cœlum significat sacram scripturam, p. 171.col.2.B
Cœlum iustis apperitur impijsclauditur pag.206.col.2.C
Cœtus impiorum infernus vocatur,pag. 275.col.2.C
Charitas quare dicatur vinculum perfectionis,pag.601.col.2.C
Charitas comparatur igni & quare, pag. 99.col.2.D.
Chalcolibanus quid significet,pag.54.colu.2.C
Christus dicitur principiũ creaturæ Dei quia est fons totius sanctitatis nostræ, pag.184.col.2.B
Christo pauci sunt qui obediant,& eum audiant,pag.198.col.2.D
Christus afficit sanctos maximo honore pag.199.col.2.C
Christus representatur inquatuoranimalibus,pag.220.col.1.C
Christus diuersis nominibus appellatur in scriptura,pag.245.col.1.A
Christus dicitur radix Dauid & quare, pag.246.co.1.C
Christus dicitur in medio seniorum resi

de-

dere,pagina.247.columna.2.A
Christus nos proprio sanguine emit, & redemit,pag.253.col.2.A
Christum accipere diuinitatem quid sit, pag.255.col.1.D
Christus sedet super Ecclesiam,pag.267 col.1.B
Christus sessor equi rufi qui supra martyres sedet,pag.268.col.2.C
Christus altare dicitur & quare,pag.280 col.1.D
Christus dicitur petra,pagina,294. colu. 2.B
Christi præcipuum miraculum fuit seipsum propria virtute suscitare,pag.482 col.2.B
Christus post mortem vngi voluit, & quare,pag.483.col.1.D
Christus nõ quærebat gloriam suam sed Dei Antichristus econtra,pag.486.colu.2.C
Christus signat suos caractere spirituali, pag.508.col.1.B
Christus dicitur terra,pag.465.colu.2.A
Christus dicitur ortus solis,pag.623.colu. 2.B
Christus dicitur stella matutina,pag.946 col.1.D
Christus dicitur smaragdus,pagina, 883. col.1.D
Christus nomẽ quare fuerit impositum saluatori,pag.8.col.2.C
Christus ratione humanæ naturæ post resurrectionem fuit maior angelis atque illis dignior,pag.13.col.1.C
Christus ratione diuinę naturæ habet angelos seruos,pag.13.col.1.D
Christus vt est filius Dei dicitur qui est, & qui erat,& qui venturus est,pag.22 col.1.A
Christus dicitur residere in medio candelabrorum aureorum, ideſt, in medio ecclesiarum,pag.55.col.2.D
Christus spectãdus à nobis in nostris certaminibus,pag.116.col.1.B
Christus non derelinquit suos;pagin.116. col.1.C
Christus est testis fidelis de quo prophetæ prædixerunt,pag.25.col.1.A
Christus fuit primogenitus mortuorum pag.26.col.2.B
Christus princeps regum terræ,pagi. 27. col.2.A
Christus lauit nos à peccatis in sanguine suo,pag.29.col.1.C
Christus nube circundatus venturus est in iudicio,pag.37.col.1.B
Christus dicitur principium & finis rerum omnium,pag.44.col.2.B
Christus dicitur, α, in quantum Deus, & ω, in quantum homo,pagina.46.colu. 2.B
Christus in primo aduentu venit humilis in secundo glorioſſus & omnipotens,pag.47.col.1.D
Christus dicitur habere stellas in manu sua,pag.71.col.1.c
Christus in ore suo habet gladium exutraque parte acutum,pagina.72.colu. 2.c
Christi facies dicitur lucere vt lucet sol in virtute sua,pag.73.col.2.D
Christus dicitur primus & nouissimus, & quare,pag.77.col.1.c
Christus dicitur habere claues mortis,& inferni,pag.78.col.2.A
Christus dicitur habere coronam aureã pag.568.col.2.D
Christus venturus est ad iudicandum sedens super nubem candidam, pagina 569.col.2.D
Christus sedet quia ad iudicandum venit,stat quia paratus est ad auxilium nobis præstandum,pag.570.col.1.D
Christi regia dignitas corona aurea dicitur,pag.570.col.2.D
Christi iudicaria potestas appellatur falx pa.570.col.2.B

Chriſti oculi tanquam flamma ignis dicuntur, pa.63.col.2.B
Chriſti pedes dicuntur ſimiles aurichalco, pag.64.col.2.C
Chriſtus quatenus homo vocat patrem Deum ſuum, pag.110.col.1.B
Chriſtus dicitur angelus deſcendens ab ab ortu ſolis, pag.304.col.2.B
Chriſti caro nubes candida dicitur, pag. 568.col.1.D
Chriſtus dicitur ſimilis filio hominis, pa. 568.col.2.B
Chryſopaſus lapis viridis aurea permixtura, pa.890.col.1.B
Chryſopaſus ſignificat eos qui charitate, & martyrio clareſcunt, pagina.890.colum.1.D
Clauis in ſacra ſcriptura multa ſignificat pag.170.col.1.A
Clauis abyſſi quid ſignificet, pagi.355.col. 1.D
Clauis poteſtatem ſignificat, pagina. 78. col.2.C
Concionatores curare debent, vt doctrina ſua ab omnibus magni habeatur, pa.7.colum.2.D
Cognoſcere pro approbare, pagina.143. colum.2.C
Conuerſionis noſtræ exordium eſt cognitio miſeræ vitæ ante actæ, pagin.110. colum.2.A
Correctio fraterna commendatur, pagin. 103.col.2.C
Corona aurea præmium æternum ſignificat, pag.216.col.1.A
Corona aurea ſignificat ſapientiam in mente ibidem.
Cornua reges & regna in ſcriptura ſignificant, pag.248.col.2.C
Cornua ſeptem ſunt angeli quibus omnium gentium cura data eſt, pag. 248. col.2.D
Cornua duo agni ſignificant duo teſtamenta, pa.497.col.2.C
Commanducatio linguarum eſt typus inuidiæ, & detractionis, pagi.631. colu. 1.D
Crux Chriſti vocatur ſignum, pagin.305. colum.1.A
Cubitus prophanus minor cubito ſanctuarij, pag.405.col.1.C
Cytharæ quid myſtice ſignificet, pagina 250.colum.2.D

D

Damnati nec in hac, nec in futura vita requiem habent, pag.555.col.2.A
Damnatorum pœnæ ignis, & ſulphur, p. 552.col.1.D
Damnatorum cruciatus quare coram electis fiat, pag.553.col.1.D
Damnatorum ignis corporeus eſſe oſtenditur, pag.553.col.2.D
Deus non ſubito infert pœnam ſed prius minatur atque dat locum pœnitentiæ
Deus dicitur ſcrutari renes & corda, pa. 141.col.1.D
Deus in omni republica chriſtiana pios aliquos habet, pag.144.col.2.A
Deus vocatur rex ſæculorum eo quod æternus ſit, pag.594.col.2.A
Deus quanto magis diſſimulat in hac vita tanto ſeuerius in futura puniet impios, pag.596.col.1.B
Deus vt deus eſt dicitur ille qui eſt, & qui erat & qui venturus eſt, pagin. 22. colum.2.C
Deus eſt à nobis amandus quoniam ipſe nos amat, pa.29.co.1.A
Deum mortales timere & honorare debent, pa.539.co.2.B
Deum timere & honorare non ſufficit niſi illum colamus, pa.540.co.1.A
Dei conditiones pulchre deſcribuntur pag.540.col.1.D
Dei verbi prædicatione labitur mundus iſte & eius vitia, pag.540.col.2.D
Dei verbo carere maxima infœlicitas eſt

pa.

pag.541.colum.i.A
Deus ſolus laude dignus eſt, non homo mortalis,& vanus,pag.591.col.i.B
Deo ædificare templum aut erigere altare ſanctum eſt,pag.541.col.1.C
Deus in operis remuneratione omnes circunſtantias conſiderat,pag.173. col. 2.B
Deus tunc eſt peccatoribus maxime iratus cum non iraſcitur,pagina. 195. col. i.D
Deus maxime paratus eſt adignoſcendũ pag.197.col.i.B
Deus pulſat corda ſed non cogit,pag.193. colum.i.A
Deus lapidi iaſpidi comparatur,pag.208. colum.i.D
Deum accipere virtutem quid ſit,pagin. 229.col.2.D
Deus non patitur diuſuorum luctum, p. 244.col.i.A
Deus tolerat impios propter pios, pagi. 288.col.i.C
Deus qui mitis eſt ad ſe venientibus vrſus efficitur venire recuſantibus,pagi. 479.col.2.B
Deus quomodo conſolatur ſuos cum afliguntur,pag.494.col.1.D
Deus permittet vt Antichriſti imago loqui videatur,pag.504.col.2.C
Deus à principaliori principatu vocatur Deus cœli,pag.428.col.2.C
Deum recordari quid ſit,pag.636.colum na.2.D
Deus celerem aduentum ſuum ſæpè hominibus nuntiat vt ſe præparent,pag. 940.col.i.A
Deum qui poſſidet omnia poſſidet,pag. 841.col.1.C
Deus alia ratione dicitur Deus bonorũ, & alia malorum,pag.830.col.i.A
Diabolus quid ſignificet,pag.116. colum. 2.C
Diabolus inquibuſdam eſt velati per trã ſitum in alijs vero ſedet,pagina.122.colum.2.C
Diabolus eſt ſeſor equi rufi,ideſt, caput tyrannorum,pag.269.col.i.A
Diabolus eſt autor diſcordiæ,ibidem.
Diabolus eſt ſeſore qui nigri,ideſt,caput hæreticoaum,pag.270.col.2.B
Diabolus dicitur mens magnus,pag.339. col.2.B
Diabolus vocatur exterminatori ſicut Chriſtus redemptor,pag.435.colu.1.B
Diabolus vocatur draco magnus.pa.450 col.1.C
Diabolus quare dicitur habere capita ſeptem,& cornua decem,pag.451. colu. 1.C
Diabolus habet plura nomina,pagi. 458. colum.i.D
Diabolus dicitur accuſare iuſtos die ac nocte,pag.461.col.i.A
Diaboli proiectio eſt cauſa ſummæ letitiæ beatis ibidem.
Diabolus appellatur beſtia,pagi.620.col. i.D
Diaboli regnum dicitur tenebroſum, p. 621.co.i.A
Dies & nox quid ſignificent in ſcriptura,pag.344.co.2.B
Dies iudicij vocatur dies magna,pag.626 col.2.B
Dies iudicii quare dicatur eſſe prope, & velox nimis,pag.626.col.2.D
Diem mortis quare voluerit Dominus ab hominibus ignorari,pag.627. colu. 2.D
Die ac nocte ſummitur pro ſemper, pa. 321.col.i.C
Dies dominica conſecrata eſt à tempore Apoſtolorum,pa.49.col.i.A
Dies feſtus colendus eſſe oſtenditur aduerſus hæreticos,pag.49.col.2.C
Dilectio maxima Dei multis nominibus oſtenditur,pag.28.col.2.B
Diligencia neceſſaria eſt ſeruis Dei.pag. 406.co.1.B

Diuina myſteria ſeruis Dei detegenda ſunt & non danda canibus, pag.11.col. 3.B
Doctrina cœleſtis tradita fuit eccleſiæ per Chriſtum, pag.8.col.2.d
Doctores expendere debent talentum à deo ſibi traditum, pa.10.col.2.d
Doctores ſunt per quos Chriſtus alijs doctrinam ſuam docet, pag.13.colum. 2.A
Doctrina euangelica vox appellatur, pa. 523.col.1.d
Doctrina vera de manu Chriſti eſt recipienda, pag.395.col.2.B
Doctrina ſacra quare dulcis & amara dicatur, pag.396.col.1.B
Doctrina ſacra quare ventrem mentis amaricare faciat, pag.396.col.2.C
Domini aduentus ad iudicium comparatur furis aduentui, pag.627.col.2.B
Dominus venit vt fur in morte cuiuſlibet hominis, pag.627.col.2.d
Draco aſtutiam fortitudine coniunctam denotat, pag.450.co.1.A
Duodenario numero ſignificatur vniuerſitas ſaluandorum, pag.309.co.2.B

E

Eccleſia ſeptenario numero ſignificatur propter ſeptiformem gratiam ſpiritus ſancti, pa.20.co.1.A
Eccleſiæ columnæ ſunt prælati, pagi.177. col.1.A
Eccleſia ipſa vocatur columna, pagi.177. col.1.d
Eccleſia militans eſt templum dei, pagi. 177.col.2.C
Eccleſia militans multis nominibus vocatur, ibidem
Eccleſia triumphans templum dei, pag. 178.col.1.B
Eccleſia tàm militans quam triumphãs appellatur Hieruſalem noua, pag.180. col.1.B
Eccleſiæ vox contrà hæreticos eſt validum remedium
Eccleſia per altare ſignificatur, pagi.369. col.2.d
Eccleſiam parturire quid ſit, pag.445.col. 2.A
Eccleſiæ quare dentur alæ aquilæ, & nõ columbæ, pa.463.co.1.A
Eccleſiam de cœlo deſcendere quid ſit, pag.821.co.2.B
Eccleſiæ comparantur candelabris aureis, & quare, pa.53.co.2.C
Eccleſię lętitia poſt mortem Antichriſti describitur, pa.541.co.1.C
Eccleſia in ſacra ſcriptura quid ſignificet pa.35.col.2.A
Electi veſtimenta, & ornamenta ſunt Chriſti, pag.74.co.2.C
Electi præferunt cæleſtia terrenis contra vero impij, pag.445.col.1.A
Elias vocatur angelus, pag.572.co.1.d
æmulari quid ſignificet in ſcriptura, pa. 196.col.1.C
Enoch, & Elias erunt teſtes veritatis tẽpore Antichriſti, pa.412.col.1.B
Enoch, & Elias duæ oliuæ, & duo candelabra appellantur, pa.415.co.1.A
Epiſcopos & prælatos miſericordes eſſe oportet, pa.21.co.1.C
Equs albus eccleſia primitiua, & Chriſti humanitas, pag.266.col.1.A
Equs rufus ſanguinolentum ſtatum eccleſiæ ſignificat, pa.268.co.2.B
Equs rufus ſignificat cætum tyrãnorum pag.269.col.1.A
Equs niger hæretici, & impoſtores, pag. 270.col.2.B
Equs pallidus ſtatum hypocritarum ſignificat, pag.275.co.1.C
Et ſumitur in ſcriptura pronam alioqui, præſertim, pa.48.col.2.B & pa.793.col. 2.A
ætas perfecta beatorum qualis erit, pagi. 800.col.1.d

ætates diuerſæ in cœlo non erunt,pagin. 800.col.i.B
Euangelium quid ſignificet,pagi.636.co. i.B
Euphrates quid myſtice ſignificet, pagi. 623,col.i.C

F

Falx in manu Chriſti eſt iuditium quod dedit illi pater,pa.576.col.2.A
Fames gladius mors,& beſtiæ terræ vocantur iudicia Dei,pa.276.co.i.D
Fœminarum aſtutia ortæ ſunt hæreſes multæ,pag.137.co.i.A
Fœminas in Eccleſia docere,& diſputare pernicioſum eſt,pag.137.col.i.B
Fœnum ſignificat homines carnalibus voluptatibus deditos,pagi.338. colum. i.B
Fœnum ſignificat hypocritas,ibidem.
Fœlices homines quorum peccata non redeunt in Dei memoriam, pagi. 637. col.2.C
Fides nobis neceſſaria quæ probatur aduerſis,pag.496.col.i.D
Fides commendatur,ibidem.
Fides inter gratias gratis datas numerata quæ ſit,pag.845.col.2.A
Fideles omnes dicuntur ſacerdotes,pag. 32.col.i.A
Fidelis quid dicatur,pag.118.col.2.A
Fons aquæ viuæ eſt gratia,pag.837. colu. i.C
Fornicatio quit ſit,pag.542.co.2.C
Fornicatio ſimplex prohibita, pagi. 104. col.2.D
Fornicari in ſacra ſcriptura tripliciter ſumitur,pag.137.col.i.D
Frigidus in ſacra ſcriptura quis dicatur, pag.184.col.2.D
Fructus malę conſcienciæ qui ſint, pagi. 621.col.2.B
Fulgura & tonitrua,& voces quid myſtice ſignificent,pag.216.col.2.D

G

Gabriel vocatur Angelus fortis,pag. 248. col.i.B
Gallus vigilantiæ ſymbolum,pagin.940. col.2.C
Geoua nomen ineffabile ſignificat continentem,pa.591.col.2B
Gigantes mundi principes & ſuperbi tyranni,pag.808.col.i.D
Gog,& Magog quid ſignificent,pag.789 col.2.C
Gratia quid ſignificet in ſcriptura,pag.21. col.2.A
Gratia ſemel accepta in baptiſmo amitti poteſt contra Iouinianum,pagin. 105. col.i.D
Gratia vocatur euangelium figurate, pa. 537.col.i.C
Gratiarum actio pro collatis beneficijs Deo reddenda,pag.590.col.i.D
Gratitudo commendatur,pagina.930.colum.2.B
Grifes volantes feræ,pag.883.col.1.C

H

Hæretici comparantur abſinthyo, pagi. 343.col.1.A
Hieruſalem vocatur Sodoma & Aegyptus & quare,pag.422.col.2.B
Homo in ſacra ſcriptura quid ſignificet, pag.531.col.2.B
Homo duplex in nobis interior & exterior,pag.188.co.i.C
Homo habet libertatem recipiendi, vel non recipiendi gratiam Dei,pagi.485. col.2.A
Homicidæ qui gladio occidunt gladio occidentur,gag.495.col.2.B
Honor debitus Deo à nobis exhibendus eſt,pag.539.col.i.B
Honor cœleſtium virorum quærendus eſt,& mundanus contemnendus, pa. 167.col.2.D

Humiles exaltat Deus mirum in modũ, pa.426.col.2.C
Humilior tanto quis esse debet quanto excellentior,pag.431.co.2.D
Humilitas Ecclesiæ describitur,pagi.822. col.1.D
Hieremias cum Elia venturus est ad prædicandum tempore Antichristi secundum aliquos,pag.413.col.2.C
Hyperbolica locutio frequens est in scriptura,pag.606.col.1.A
Hypochritarum mores describuntur p. 496.colum.2.B

I

Iacobus Zebedei comparatur Calcedonio,pa.882.co.2.B
Iacobus Alphæi comparatur Topazio, pag.890.col.1.A
Ispis speties gemmæ,pagina.280. colum. 1.D
Iesus nomen quare Christo fuit impositum,pag.3.co.2.A
Iesus & Christus sunt nomina quæ ad humanitatem Christi pertinent,pagi. 15.col.1.C
Imagines rerum solent nominari in scriptura nominibus rerum quarum sunt imagines,pag.78.co,1.B
Impij vocantur synagoga sathanæ, pagi. 114.col.2.B
Impij non sunt à nobis imitandi sed pij, pag.125.col.2.A
Impiorum fœlicitas mors est potius dicenda quam vita,pag.193 co.2.A
Impij quomodo dicantur adorare diabolum,pa.485.col.2.C
In cohispectu alterius ambulare quid sit, pag.499.col.2.C
In fœlices homines quorum peccata redeunt in Dei memoriam,pag.637.col. 2.A
Insulæ carnales, & libidinosos homines significant montes vero perfectos, pagina.639.columna.2.A
Ingratitudo maxime reprehenditur, pa. 930 col.2.D
Increduli qui dicantur,pagina.844.colu. 2.D
Infernus varie sumitur in scriptura,pagi. 807.col.2.B
In,in scriptura quomodo capiatur, pagi. 558.col.1.B
Ioãnes Euangelista scripsit exul Apocalypsin,pag.15.col.1.D
Ioannes scripsit Euangelium in Assia, p. 536.col 1.D
Ioãnes fuit alter Ioseph Patriarcha,pagi. 79.col.1.A
Ioanes quare fleuerit varie explicatur à Doctoribus,pag.243.co.1.C
Ioãnes comparatur smaragdo, pagi. 884. col.1.A
Ioãnes Baptista dicitur Angelus,pag.569. col.1.B
Ioãnes Baptista dicitur Angelus fortis,p. 241.col.2.A
Iris diuinæ misericordiæ signum,pagina 209.col.2.A
Iris diuersitatem creaturarum significat, pag.210.col.2.B
Iridis quare non videatur totus circulus, pag.210.col.2.D
Iudicium quare dicatur cito venturum, pag.34.col.1.B
Iudiciaria potestas per gladium, vt aque parte acutum significatur, pagina.53. col.1.D
Iuditia Dei & hominum diuersa sunt, p. 159.colu.2.C
Iudicare in sacra scriptura quid significet pag.809.co.2.A
Iudas Thadæus comparatur chrysopaso pag.890.col.1.D
Iudæorum conuersio quando futura sit, pag.415.col.2.C.
Iustificatio vocatur creatio,& quare, pa. 184.col.1.D

Iustificare in sacra scriptura varie accipitur,pa.938.co.2.D
Iustos omnes esse in peccato mortali hæreticum est dicere,pagina.30. columna.2.D
Iusti stellæ dicuntur,pagina.92. colum. 1.D
Iusti omnes diuites reuera sunt dicendi, & si aliàs pauperes sint,pagina.112. col. 2.D
Iustorum vita semper est odiosa cætui impiorum,pag.113.co.2.D
Iusti vocantur iudæi:ideſt, confitentes Deum,pa.114.col.1.A
Iusti timere non debent mundi præsſuras,pa.11.col.1.A
Iustus non corripitur timore mortis, pa. 116.col.1.D
Iustus vocatur arbor fructuosa,pagi.301. col.2.C
Iusti ante iustificationem erant diaboli mancipia,pa.531.co.1.A
Iustos esse ante thronum Dei quid sit, p. 533.colum.1.D
Iusti qui in Domino moriuntur nõ sunt nimium lugendi,pa.561.co.1.D
Iustorum candida pectora per cytharas Dei intelliguntur,pagi.589. columna. 1.D
Iusti & si mortui videantur veram habent vitam,pa.159.co.1.C
Iustos Deus calamitatibus probat, pagi. 193 col.1.A
Iusti dicuntur sedes Dei,pagina.207. col. 2.C
Iustorum &reproborum admiratio quã dissimilis sit,pa.486.co.1.D
Iustorum calamitas non est diuturna, p. 488.col.2.D
Iusti dicuntur habitare in cœlo,pag.491. col.1.B

L

Lampades septem sunt dona spiritus sancti,pagina.217.columna.1.C
Lampades septem sunt spiritus angelici quibus peccatorum vindicta est commissa,pa.217.co.2.A
Laodicęa vrbs in Asia celebris,pagi.182. col.2.D
Lectum nunc ægritudinem, nunc infernum significare solet,pagi.139. colum. 2.A
Leo apperiet librum sed factum agnus, pag.243.co.2.C
Leo parum aut nihil dormit, & ideo est vigilantiæ typus,pag.629.col.2.C
Leonis proprietates describuntur,pagin. 278.co.2.D
Lex vetus vocatur pondus,pag.144. col. 2.C
Liber vitæ quid sit,pag 166.co.2.B
Liber scriptus intus & foris sacra scriptura,pag.236.co.2.D
Liber scriptus intus & foris Christus,pa. 237.col.2.B
Lignum vitæ multa in scriptura, significat,pag.106.co.2.A
Locustæ quid significent in scriptura, p. 358.col.1.A
Loqui magnalia in sacra scriptura quid sit,prg.487.co.1.C
Loth an sit adhuc viuus & venturus sit cum Enoch,& Elia innouissimis temporibus,pa.397.col.2.A
Lucas scripsit Euangelium Græcè in Achayæ partibus,pa.536.col.1.D
Luci quare sic dicebantur olim, pagi.137. col.2.B
Luna bona fluxa &temporalia significat quæ conculcantur ab Ecclesia, pagina 442.col.2.C

M

Mali tolerandi sunt quãdo sine detrimẽto bonorum eradicari non possunt,p. 95.col.2.A
Mali lætantur de occisione bonorum,

pagina.425.columna.2.B
Manna abſconditum plura in ſcriptura ſignificat,pag.127.col.2.D
Maris nomine peccatores fluctuantes in mundo ſignificantur,pagi.301.col.i. D
Marcus ſcripſit euangelium græcè anno Chriſti quadrageſſimo tertio,pag.536. col.i.C
Mare ſignificat mundum,pag.474. colu. i.C
Mare ſignificat baptiſmum,pag.340. col. i.A
Mare vitreum quid ſignificet,pag.218.co lum.i.B
Maria dicitur mulier amicta ſole,pagina 447.col.i.D
Mariæ virginitas cum fœcunditate oſten ditur,pag.449.col.2.B
Maria virgo quare dicatur clamare parturiens,pag.449 col.2.D
Mathæus ſcripſit euangelium Hæbraicè anno Chriſti quadrageſſimo ſecũdo, pag.536.col.i.C
Mathæus comparatur chryſolito,pa.887. col.i.D
Mathias comparatur ametiſto, pagi. 893. col.i.D
Mens terrenis curis implicita non poteſt cœleſtia meditari,pa.889 col.i.B
Mendaces qui dicantur,pagina.851. colu. i.C
Michael Archangelus apparuit Ioãni, p. 334.col.2.A
Michael vocatur ſpiritus oris Chriſti,pa. 495.col.i.D
Myſteria ſacra indignis non ſunt cõmunicanda,pa.390.co.i.A
Miſcere apud græcos & latinos ſummitur pro infundere,pag.548.col.i.D
Mors & vita multis mõdis capitur in ſacra ſcriptura,pag.120.col.i.A
Mortui dicuntur qui iam ſunt vita functi pag.559.co.1.D
Mortui dicuntur qui iam ſunt in extremis poſiti,pagina.559.colum.2.A
Mortui dicuntur iuſti qui mortui ſunt huic ſæculo,pag.559.col.2.B
Mortui in felices qui non in domino ſed in dæmone moriuntur,pag.560.colu. i.B
Mortui dicuntur peccatores,pagina.560. col.2.C
Mortificatio corporis per cytharas Dei intelligitur,pag.589.co.2.B
Mos eſt in ſacra ſcriptura tranſire ad metaphora ad rem ipſam,pagi.579. colu. i.A
Moyſes ſignificatur per angelum,pagin. 572.co.2.D
Moyſes cum Elia venturus eſt ad prædicandum tempore Antichriſti, pagina 413.col.2.B
Murus Eccleſiæ qualis ſit,pag.838.colum i.C

N

Naturæ noſtræ,hoc eſt,ingenium vt ad ea quæ naturam ſuperant paueat , & contremiſcat,pag.75.co.2.C
Nicolaitæ qui fuerint & eorum error,p. 104.co.i.D
Nicolaitę vocari poſſunt omnes peccatores,pag.105.col.i.A
Nomen ſolet ſummi in ſcriptura pro renominata,pa.97.col.2.D
Nomen Dei quatuor literarum exponitur,pa.522.co.2.A
Nomen nouum quid ſignificet,pagi.132. col.i.C
Nomen nouum redemptoris erat Chriſtus,pa.182.col.i.C
Nomen nouum Ieſus,pagina.182. columna.2.A
Nomen nouum filij Dei,pagina.182.col. 2.B
Numerus Dei eſt ſeptenarius hominis autem ſenarius,& quare,pagina.513. o lum.2.C

Numerus ſeptenarius in ſacra ſcriptura frequens eſt enim numerus perfectus & ſacratus, pa.18.co.2.A
Numerus decenarius in ſacra ſcriptura ſumitur pro multitudine quantumuis magna, pag.117.col.2.B

O

Obſeruancia mandatorum neceſſaria oſtenditur ad beatitudinem, pag.15.col.2.D
Obſtinati Deo permitente in grauiora peccata labuntur, pag.641.co.2.C
Obſtinati iuſto Dei iudicio permittũtur decipi, pag.504.co.2.C
Oculi & lingua impiorum deo ſunt infeſtiſſima, pa.622.co.2.A
Oculi filij Dei perſpicaciſſimi, pag.135.colum.1.B
Oleum multa ſignificat in ſcriptura, pag.273.co.2.D
Oliuæ duæ & candelabra duo appellantur Enoch, & Elias, pa.415.col.1.A
Opera ſancta ſunt veſtimenta à nobis cuſtodienda, pag.630.col.1.D
Opera quomodo dicantur ſequi iuſtum morientem, pag.564.co.2.A.
Opera neceſſaria ſunt ad ſalutem, pagin.566.co.1.B
Oratio pro inimicis Deo eſt gratiſſima pag.252.col.1.A
Oratio comparatur odoramento, pagin.252.col.1.D
Ordeum appellatur lex Moſaica, pagin.272.col.2.A.
Ornatus eccleſiæ Chriſti ſponſæ deſcribitur, pag.826.col.1.B
Oſtium quid ſignificet in ſcriptura, pag.172.col.2.D
Oſtium apertum quid ſignificet, pagina.207.col.1.A
Oſios & pius idem eſt, quod ſanctus purus innocens, pag.595.co.1.B

P

Panis ſignificat ſapientiam, pag.172.colu.1.A
Parabolæ præcipua myſteria ſolent exponi non autem omnia, pag.83.colum 1.C
Parum in ſacra ſcriptura dicitur tempus, quod ſupereſt vſque ad diem iudicij, pag.288.col.2.B
Pardus animal velociſſimum præceps fertur ad ſanguinem, pag.477.colum.2.B
Pars calicis ſignificat totam hæreditatem pag.640.col.1.C
Patientia prȩcipuum experimentum eſt fidelis, pag.174.co.2.B
Patientia nobis neceſſaria eſt, & tolleran tia, pag.496.co.1.B
Patientia in prælatis maxime neceſſaria, pag.94.col.2.A
Patientia vt perfecta ſit debet eſſe coniũcta zelo, pag.95.col.1.B
Patientia commendatur, pag.556.colum.1.D
Patientia in quibus probatur, pag.557.col.1.C
Paupertas duplex altera electorum, altera reproborum, pag.189.col.1.A
Pax chriſtiana quæ ſit, pag.21.col.2.A
Peccatores & ſi viuunt mortui dicuntur pag.157.co.2.D
Peccator dicitur ſtultus & pauper, & cæcus, pa.188.co.2.C
Pedes quinque faciunt paſſum, paſſus, 125.faciunt ſtadium.8.ſtadia miliari duplicatum ſit leuca, pag.579.co.2.A
Pœnitentia peccatoribus neceſſaria, pagi.101.co.1.B
Pœna maxima afficit Deus peccatorem quando illum relinquit magis, ac magis peccare, pag.140.col.1.C
Pergamum ciuitas Aſſiæ minoris, pagin.121.col.1.C
Prælati lucernæ ſunt quæ ponuntur ſuper candelabra, pag 53.co.2.B

Prælati vocantur ſtellæ eccleſiæ,& quare,pag 79.co.2 D
Prælatus angelus dicitur,pag.90.co.2.A
Prælati ſunt in manu Dei,pa.92.co.1.C
Prælati boni conditiones deſcribuntur, pag.93.col.2.B
Prælatorum munus eſt diſcernere ſpiritus & ingenia ſubditorum,pag.96. co. 1.C
Prælatorum munus eſt repellere ab ouili omnem occaſionem peccandi,pag. 125.col.1.A
Prelati oliuæ dicuntur,pa.41.co.1.D
Prædicatores ſtellæ dicuntur qui Antichriſti tempore cadentà fide,pag. 291. col.2.B
Prædicatores vocantur aquilæ, pagi.345. col.2.A
Prædicatoris boni conditiones deſcribũtur,pag.336.co.2.A
Prædicatores dicuntur nubes, & quare, pag.535.co.1.D
Prædicatores columnis comparantur,p. 535.col.2.B
Prædicatores cœli vocantur,ibidem.
Prædicatio myſteriorum Chriſti per cytharas Dei intelligitur,pag.589.columna.2.D
Prophetæ ſolent non ſeruare ordinẽ rerum etiam in eadem viſione,pag.586. col.1.B
Prophetarũ chorus per ſeniorem repreſentatur,pag.244.col.1.A
Prophetare ſumitur pro prædicare ſecũdum aliquos,pag.411.col.1.C

Q

Quaſi in ſacra ſcriptura varie ſumitur,pa 535.colum.2.A
Quaternarius numerus vniuerſitatem ſignificat in ſcriptura,pagin.226.colum. 1.B

R

Ranarum proprietates conueniunt Antichriſto & miniſtris eius, pagina.624. colum.2.A
Rectus iudex vnam iniquus duplicẽ habet menſuram,pag.
Regnum perſarum & Antichriſti comparantur vrſo,& quare pagina.748.co lum.1.D
Reſurrectio mortuorum oſtenditur,pa. 808.col.1.C
Reſpondere in ſacra ſcriptura ſumitur pro dicere,pag.317.col.2.C
Reuelationum multiplex modus oſtenditur,pag.8.col.1.B
Reuelatio prophetica an fiat per angelos pag.13.col.2.D
Roma vocatur Babylon,& quare, pagi. 541.col.1.D

S

Sanctitas Deo proprie tribuitur,pag.168. col.1.D
Sanctos debemus maxime honorare, p. 200.col.1.B
Sancti in cœlo pro nobis orationes fundunt,pag.251.col.1.C
Sancti & ſi victi ſunt corpore non tamen animo,pag.492.co.1.C
Sancti à nobis maxime venerandi ſunt, pag.786.co.1.A
Sanguis quid in ſcriptura ſignificet,pagi. 304.col.1.C
Sanguis Chriſti multis modis eſt nobis cauſa vincendi,pag.461.col.1.D
Sapientia diuina per oculos ſignificatur, pag.249.col.1.C
Sapientes per aquilam ſignificantur, pa. 275.col.1.B
Sapiens in ſcriptura dicitur ſol, pagi. 619. col.1.D
Saphiri proprietate deſcribuntur,pa.880. col.2.B
Sardius lapis ſymbolum iuſtitiæ diuinæ, pag.208.col.2.D

Sathanas pro sua virili conabitur imitari Christum in Antichristo, pagina. 480. colu. 2. D
Septem dona spiritus sancti explicantur, pag. 157. col. 2. A
Signacula septem mystice explicantur à Bernardo, pa. 247. co. 1. A
Signacula septem quid significent, pagi. 268. col. 1. D
Signum magnum est quod virgo permanens virgo pariat, pagina. 447. col. 1. B
Smaragdus gemmæ species, pagi. 211. colum. 1. B
Smaragdo comparatur Deus, & quare, pag. 211. col. 1. D
Smaragdus designat animam fidelem, p. 883. col. 2. B
Smaragdus oculis gratissimus, pagin. 883. col. 1. A
Sol niger dicitur prædicator cuius vita ab impijs despicitur, pagi. 290. colum. 1. D
Statera significat sacram scripturam, pag. 270. col. 2. C
Stateram sacræ scripturę quare diabolus manu gestat.
Stella plura significat, pagina. 341. colum. 2. B
Stella prima talaris alba est visio æterna diuinæ essentiæ, pagina. 285. columna, 2. B
Stella prima est vestis innocentiæ, pagi. 630. col. 2. C
Symon Chananæus comparatur hyacintho, pag. 892. col. 1. A

T

Tabernaculum templum materiale significat, pag. 460. col. 2. D
Tabernaculum vocatur caro Christi, p. 490. col. 2 D
Tanquam in sacra scriptura varie vsurpatur, pa. 248. co. 1. D
Terra pro terrenis hominibus pagina. 485. col. 1. B
Terra pro inferno, pagina, 458. columna 2. B
Terra significat multitudinem hominũ perfectorum qui in se recipiunt passiones, pag. 465. col. 2. D
Terra & cœlum quomodo transibunt in iudicio, pa. 797. col. 2. B
Templum quid significet, pagina, 406. col. 1. D
Thomas Apostolus comparatur berilo, pag. 887. col. 2. D
Thronus Christi quare dicatur cãdidus, pa. 794. co. 2. B
Thronus Christi sunt sancti, pagina. 796. col. 1. D
Timidi qui dicantur, pagina, 844. colum. 1. C
Topazius iram reprimit, & propellit lunaticam passionem, pagina, 889. colu. 2. C
Topazius contemplatiuæ vitæ figura, p. 888. col 2. D
Trinitas indicatur in trina repetitione sanctus sanctus sanctus, pagina. 227. co. 1. D
Tribuni militum qui dicebantur, pagina 294. col. 1. A
Tribulationum immissarum in sanctos causæ, pa. 491. co. 2. C
Tuxus arbor habet in selætale venenum pag. 172. col. 1. C

V

Vestimenta quid in scriptura significent pag. 164. co. 1. D
Vestimenta alba quæ dicantur, pagi. 191 col. 2. A
Viri perfecti vtriusque testamenti intelliguntur per viginti quatuor seniores, pag. 212. col. 1. B
Viri perfecti vnde quaque pleni sunt oculis, pag. 219. col. 2. B

Viri perfecti montes & petræ vocantur pag.294.col.2.A
Viri perfecti dicuntur in hac vita esse in conspectu Dei,pag.431.col.1.A
Virgo Maria regina coeli dicenda est,pagi.786.col.1.D
Vinum multa in sacra scriptura significat pag.273.
Vniuersalis propositio non semper vniuersaliter sumitur,pag.485.col.1.A
Vrsi variæ qualitates describuntur,pagi.478.col.1.C

Z

Zona siue balteum regum & sacerdotũ est,pag.58.col.1.D
Zona aurea charitatem significat,pagina 59.columna.2.D

Laus Deo.